SYLLOGE MONUMENTORUM

AD MYSTERIUM

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ

VIRGINIS DEIPARÆ

ILLUSTRANDUM.

PARS II.



PARISIIS. — EX TYPIS SIMON RAÇON ET SOCIORUM, VIA DICTA D'ERFURTH, 1.

SYLLOGE MONUMENTORUM

AD MYSTERIUM

CONCEPTIONIS IMMACULATÆ

VIRGINIS DEIPARÆ

ILLUSTRANDUM

CURA ET INDUSTRIA

ANTONII BALLERINI S. J.

ALMA COLLEGE LIBRARY ST. JOSEPH'S CHURCH ALMA, California

PARS SECUNDA

ALMA COLLEGE 233.82 LIBRARY B212 Alma, California

PARISIIS
APUD JACOBUM LECOFFRE ET SOCIOS
VIA DICTA DU VIEUX-COLOMBIER, 29.

MDCCCLVII

867

IN HOMILIAM

ANTIPATRI BOSTRENSIS

MONITUM.

Quamquam mihi non plane eorum probetur sententia, qui nullam aut certe vix ullam rationem habendam existimant quarumdam homiliarum, propterea quod nullibi eas reperiant, præterquam in collectionibus paulo antiquioribus, per eam nempe ætatem concinnatis, qua artis criticæ studium nondum adoleverat; diffitendum tamen non est, eam ob rem auctoritatem horum monumentorum haud mediocriter deperire, atque adeo testimonia inde petita, si quando præsertim de confirmandis doctrinis agatur, minus efficacia videri. Multiplici enim ac diuturna experientia edocti non immerito dubitamus, primo quidem an ejusmodi homiliæ reipsa fœtus sint illius scriptoris, cujus nomen in fronte gerunt, ex quo etiam fit, ut de earumdem ætate hæreamus incerti; deinde vero sinceræne sint ex omni parte, an vero plus minusve interpolatæ; denique, si sermo sit de homiliis e græco translatis, an interpretatio genuinam auctoris sententiam referat.

Hæc porro me ratio permovit, ut græcum textum homiliæ Antipatri Bostrensis nomine inscriptæ, quam latine olim vulgaverat

Laurentius Surius[1], et ex Surio exscriptam Bibliothecæ suæ concionatoriæ inseruerat Combefisius[2], sollicite inquirerem; præsertim, quod genuinum Antipatri opus eam esse habendam post Leonem Allatium[3] communiter consentiunt eruditi[4], hisque antiquitate præstans novus accedit testis Nicetas, qui aliquod ejusdem homiliæ fragmentum sub Antipatri nomine in ea SS. Patrum super Evangelium Lucæ catena allegat, quam in Veterum Scriptorum Nova Collectione[5] græce edidit vir Eminentissimus Angelus Mai. Et sors mihi quidem arrisit amicissima. Cito enim duplicem ad manum habere licuit græcum codicem, utrumque sane optimæ notæ, alterum nempe Vaticanum inter græcos 820, Barberinianum alterum inter græcos 488, qui quidem olim ad præclarum virum Lucam Holstenium pertinuerat, et sin minus ejus manu, eo certe jubente et inspectante exscriptus fuit.

Erat tamen cur ambigerem, utrum græcum integrum ederem. Nam hinc quidem idoneas in rem præsentem sententias homiliæ inesse animadvertebam; et idcirco scopus mihi propositus, ut non modo excerptas e monumentis sententias, sed integros earum contextus, qui alias consuli non possent, oculis subjicerem, postulare videbatur, ut publica luce homiliam donarem: inde vero obstabat, quod homiliæ pars fere dimidia ad aliud pertinet argumentum, prout ex titulo ipso patet qui est eiusmodi: *εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου. In S. Johannem Baptistam et in silentium Zachariæ, et in salutationem sanctissimæ Deiparæ.* Si homiliam igitur edidissem, facile visus forem ea miscuisse, quæ ad rem non faciunt. Tandem illud adhibui, quod est in proverbio: *pars major trahit ad se minorem;* neque enim arridere cuiquam potuisset consilium, quod utique incommodo consuleret, ut nempe fœde truncatam homi-

[1] *Ad diem* XXV *Junii.*
[2] Vol. VII, pag. 106.
[3] *Diatribe de Simeonum scriptis,* pag. 89.
[4] Conf. Guill. Cave ad an. 460.
[5] Vol. IX, pag. 629.

liam præberem, eas tantummodo partes hic inserens, quæ ad sanctæ Deiparæ mysterium pertinent : eoque magis reprehensione dignum ejusmodi consilium fuisset, quo brevior ipsa esset homilia.

Accedebat, haud prorsus inutilem eam etiam partem cedere, quæ ad S. Præcursorem spectat. Nam licet sua interpreti Laurentio Surio servanda laus sit ; tamen (sive id tribuendum sit vitio codicis a Surio adhibiti, sive aliis forte causis) collatio cum græco textu instituta palam fecit, in vulgata interpretatione sæpe quidem sententiæ perspicuitatem, interdum vero ipsam Antipatri sententiam desiderari. Quapropter eam versionem expolire, seu potius refingere operæ pretium existimavi.

Græcum textum neque Vaticani plane codicis, neque plane Barberiniani exhibeo. Ubi enim varia erat utriusque codicis lectio, eam ex alterutro prætuli, quæ magis consentanea visa est. Varias tamen lectiones ita ad calcem textus adjeci, ut earum ope qualem quisque codex præferat, definiri facile queat. His aliæ etiam accedunt variæ lectiones, quas ex nonnullis ejusdem Antipatri fragmentis Nicetæ catenæ, quam superius memoravi, insertis depromere potui.

De ipso autem Antipatro dicere modo supersedeo ; commodius enim id fiet, cum alteram ejusdem dabimus orationem [1].

[1] Græcum exemplar secundæ hujus homiliæ serius recepi, quam ut eam possem cum priori conjungere. Postremam itaque dabo earum, quæ sunt in Deiparæ Annuntiationem ; et eum quidem locum opportune eatenus tenebit, quatenus Visitationis quoque mysterium explanans apte cum Jacobi monachi de eodem argumento homilia cohærebit.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΣΤΡΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΒΑΠΤΙΣΤΗΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΙΓΗΝ ΖΑΧΑΡΙΟΥ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΣΠΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΠΑΝΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

I. Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς Ἰωάννου μείζων, ὁ σωτήριος ἀπεφήνατο λόγος· πῶς τοίνυν λόγου στέφανον προσενέγκω, τῷ τηλικοῦτον κομισαμένῳ παρὰ Κυρίου τὸν στέφανον; πῶς εὐφημήσω τὸν πρὸ τοῦ τόκου μαθόντα τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον; τούτῳ γὰρ πρὸ γεννήσεως Χριστὸς[1] τὸ τῆς χάριτος προοίμιον[2] ἐμφανίσας

[1] C. Barb. Χριστοῦ : Surius legisse videtur Θεός.
[2] Surius videtur legisse μυστήριον.

ANTIPATRI BOSTRORUM EPISCOPI

SERMO

IN S. JOHANNEM BAPTISTAM ET IN SILENTIUM ZACHARIÆ ET IN SALUTATIONEM DEIPARÆ.

I. *Inter natos mulierum*, prout Servatoris sententia declaratum est[a], *nullus major Johanne Baptista*. Quomodo ergo laudum coronam ei offeram, qui talem a Domino coronam reportavit? Quibus encomiis eum celebrabo, qui antequam nasceretur, absconditum mysterium didicit? Priusquam enim in lucem hic prodiret, Christus primordia gratiæ revelare ei cœpit; in

[a] *Matth.*, XI, 11.

ἐνεχείρησε[1]· τούτῳ τοὺς τῆς χάριτος παρέθετο θησαυροὺς καὶ ἅπερ ἠγνόησαν οἱ[2] ἐν οὐρανῷ χορεύοντες ἄγγελοι, Ἰωάννης, καθὼς ἀρτίως ἀκηκόατε, κυοφορούμενος ἔλεγε[3] διὰ τῆς μητρός· θρόνους ἔλαθε, καὶ τὸν ἐν μήτρᾳ Θεὸς οὐ παρέδραμεν[4], κυριότητας ἔκρυψε, καὶ τῷ ἐν γαστρὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἀπεκάλυψε· καὶ ὅπερ[5] ἐλήλυθεν ὁ ἀρχάγγελος κομίζων εὐαγγέλιον, ἔνδοθεν τὸ ἔμβρυον ὑπηγόρευσεν ἀλλόμενον· Ἐπιδημήσας γάρ, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε, τοῦ γένους ἡμῶν ὁ λυτρωτὴς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον ἀφίκετο κυοφορούμενον, παραχρῆμα κυοφορούμενος.

II. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν πλαστουργὸν ἀσπαζόμενον τὸν πηλόν· τὸν βασιλέα εἰς τὴν τοῦ στρατιώτου σκηνὴν αὐλιζόμενον· τὸν δεσπότην εἰς τὸ τοῦ δούλου δωμάτιον[6] ἀφιγμένον· ὃν ἐκ μήτρας ἐν μήτρᾳ

[1] C. Barb. ἐνεχείρησαν.
[2] C. Vat. abest οἱ.
[3] C. Barb. ἔλεγεν.
[4] C. Vat. παρέδραμε.
[5] Surius hic addit *in cœlo :* unde in codice suo legisse videtur hic vocem οὐρανῷ, quæ responderet sequenti ἔνδοθεν : eam in versione retinebimus.
[6] Codd. δωματεῖον.

---

cum thesauros gratiæ contulit; et quæ Angelis, in cœlo choros ducentibus, incomperta erant, Johannes in utero, ut nuper audistis, adhuc degens per matrem loquebatur. Thronorum oculis se Deus subtraxit, nec tamen ei, qui in utero claudebatur, occultus permansit. Incarnationis mysterium abscondidit Dominationibus, quod tamen in sinu materno latenti manifestavit; et lætum illud nuntium, ad quod afferendum e cœlo venit Archangelus, fœtus intra uterum exsultans confirmavit. Cum enim ad nos descendisset generis nostri Redemptor, sicut modo audistis, statim in utero gestatus ad amicum suum itidem in utero clausum venit.

II. Erat autem videre lutum salutari a figulo, regem in militis tabernaculo excipi, et Dominum ad servi domunculam divertisse. Quem cum in matrice ex matrice adspexisset Johannes,

θεασάμενος Ἰωάννης, προορῶν, ἀλλόμενος[1] τοὺς τῆς φύσεως ὅρους παραδραμεῖν ἐπεχείρησεν· οὐκ οἶδα, λέγων, φύσεως ὅρους· ὁρῶ γὰρ τὸν τῆς φύσεως ὁροθέτην Κύριον· οὐκ ἀναμένω κυήσεως χρόνον ἐν γαστρί· ἐνναμηνιαῖος[2] χρόνος οὐκ ἀναγκαῖος ἐμοί· ὁ γὰρ αἰώνιος παρ' ἐμοί[3]. Τίς ἄρα μήτηρ τὸν Θεὸν[4] λόγον πέπεικεν, ἐμφανῶς πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημῆσαι; τίς ἄρα πρεσβευσάμενος ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων ἤγειρε τὸν ἀμήτορα;

Τίς δὲ καὶ ἡ παρθένος αὕτη, ἡ τῶν ὅλων δυνάμεων τιμιωτέρα φανεῖσα Θεῷ; τίς ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν τῇ νηδύϊ ἔχουσα; τίς ἡ τὸν

[1] C. Barb. καὶ ἀλλόμενος : particula καὶ aberat etiam a codice Surii.
[2] Vat. C. mend. ἐναμηνίαι.
[3] A Surii codice abfuisse videntur verba, ὁ γὰρ αἰώνιος παρ' ἐμοί.
[4] C. Vat. addit ἡμῶν.

---

illum ante se intuens, exsiliens naturæ terminos transgredi conatus est. Nescio, inquit, terminos naturæ; video enim Dominum, qui terminos naturæ statuit: non exspecto tempus, quo gestari in utero fœtus solet: tempus novem mensium non est mihi necessarium; est enim coram me qui tempus nescit. Quænam mater Deum Verbum pellexit [a], ut manifeste inter nos versari vellet? Quisnam legatione suscepta e paterno sinu filium sine matre genitum excitavit?

Quænam est et ista virgo, quæ Potestatibus ipsis universis excellentior visa est Deo [b]? Quænam ista est, quæ utero suo

[a] Habes hic sententiam, quam alibi advertimus Patribus fuisse communem, pulchritudine nempe sua Virginem Deiparam e Patris æterni sinu Deum Verbum in terras attraxisse. Vide quæ adnotavimus ad § XVIII homiliæ Isidori Thessalonicensis in Præsentationem, part. I, pag. 454.

[b] Haud anceps est, hæc ad superiorem referri sententiam, qua affirmatur, Mariam ad se Dei Verbum attraxisse; adeo ut sensus sit, ideo Dei Verbum in Mariam descendisse, quia creaturis angelicis universis eam præstantiorem novit. Porro manifestum est, Mariæ præstantiam, de qua hic sermo, aliam prorsus esse, quam divinæ maternitatis celsissimam dignitatem; quandoquidem e converso hæc excellentia fuit, quæ Deum permovit, ut tantam

ἀπρόσιτον φέρουσα ὑπογάστριον; τίς ἡ μεσιτεύσασα τῷ τῆς ἀνθρωπότητος χόρτῳ, τὸ πῦρ ἐνεγκεῖν[1] τῆς θεότητος; τίς ἀναγγελεῖ τῇ τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ[2] γυναικὶ τὸ νῦν τελούμενον μυστήριον; τίς λέξει, ὅτιπερ ἡ κατάκριτος ἐλήλυθεν ἔνδον ἔχουσα τὸν κριτὴν[3] καὶ ἡ, ἐν λύπαις τέξει[4] τέκνα, ἀκούσασα, βαστάζουσα παρεγένετο τὸν τῆς λύπης ἡμῖν τὴν λύσιν ὑπαγορεύοντα;

Βαβαὶ τῆς τιμῆς· βαβαὶ τῆς ἀφάτου μεταβολῆς· τοῦ παραδείσου ὁ Θεὸς ἐχώρισε τὸν πρωτόπλαστον, καὶ αὐτὸν ἐχώρησεν ἡ τούτου

[1] C. Vat. ἐνέγκαι.

[2] Vox Ἀδάμ a codice Surii abfuisse videtur.

[3] Surius addit : *et præcursorem;* codex ejus forte addebat : καὶ πρόδρομον : at abs re.

[4] Attice pro τέξῃ, quod apud LXX in hoc Geneseos loco legimus.

---

eum continet, qui nullo capi loco potest? Quænam ea est, quæ illum, qui inaccessus est, ventre inclusum gerit? Quænam ista est, quæ mediatrix fœno humanitatis fuit, ut ferre posset ignem divinitatis? Quis protoparentis Adæ uxori renuntiabit mysterium, quod nunc perficitur? Quis (ipsi) referet, mulierem, quæ olim damnata fuerat, nunc ipsum judicem in utero habere, quæque olim illud audierat[a], *in dolore paries filios*, hanc modo sinu suo illum gestare, qui nobis doloris solutionem annuntiat?

Proh quantus honor! Proh ineffabilis rerum immutatio! Primum a se conditum hominem Deus e paradiso exclusit; et

Mariæ dignitatem conferret. Hinc ergo disce a Patrum mente eos plane discedere, qui quoties Mariam ceu præstantiorem Angelis prædicatam reperiunt, ad divinæ maternitatis decus id nunquam non transferunt. Ceterum quænam præcellentia Mariam præ angelicis creaturis Deo acceptam effecit, præterquam puritatis et sanctitatis excellentia? Perinde est ergo, Mariam hic Angelis præstantiorem, ac ipsis puriorem prædicari, ac proinde eam sanctæ Virgini puritatem tribui, quæ nullum unquam vel levissimum nævum passa fuerit. Qua de re videsis, quæ diximus in notis ad § XVII orationis Isidori Thessalonicensis *in Deiparæ nativitatem* (Part. I, p. 242).

[a] *Gen.* III, 16.

ἀπόγονος· ὁ δέρματα ῥάψας ἐν παραδείσῳ, ἐν νηδύϊ καλύπτεται· ἐν ᾗ τὸν προπάτορα ὀργισθεὶς ἐξέβαλεν, ἐν ταύτῃ σπλαγχνισθεὶς ἐπεδήμησεν· ἣν κατηράσατο γῆν, ταύτην ἐπάτησε τῇ θείᾳ βάσει, τὴν ἀπόφασιν ἀκυρῶν, ἀχράντοις ἴχνεσι συντρίβων τῆς ἁμαρτίας ἄκανθαν.

III. Ταῦτα Ἰωάννου τὰ σκιρτήματα, μᾶλλον δὲ ῥήματα· ῥήματα γὰρ ἦν τοῦ μήπω τεχθέντος παιδὸς τὰ σκιρτήματα. Τίς ἐξ αἰῶνος Ἑλλήνων ἐν πολιᾷ σοφῶν [1] ἐδίδαξεν, οἷα πρὸ σπαργάνων ὁ

[1] Codd. πόλει σοφῶς.

Deum in se conclusit primi hominis soboles! Qui in paradiso protoparentes pellibus contexit, ipse virgineis contegitur visceribus! Quæ in causa fuerat, ut indignatus protoparentem ejiceret, hæc effecit", ut misericordia motus ad homines adventaret! Quam exsecratus terram fuerat, hanc, sententia illa deleta, divino calcavit gressu, peccati spinam impollutis vestigiis proterens!

III. Hæc sibi volebant illæ Johannis exsultationes, seu potius verba; nam exsultationes illæ nondum nati instar verborum erant. Quis gentilium sapientum vel in canitie tam sublimia

" Fide divina credimus, protoparentum reatu universos eorum posteros pariter obstrictos teneri. Quocirca si indignationi divinæ obnoxios reatus ille primos parentes effecit, eidem iræ et posteros omnes obnoxios fateamur necesse est. In hac itaque humani generis conditione si quis prodeat, qui Deum non ad iram provocet, sed potius cum alliciat, ut ad reatum illum eluendum, et ad restaurandas perditorum ruinas ipse misericorditer adveniat, numquid rei natura patitur, ut etiam hic Deo invisus, divinæque indignationis caussam in se præferens, non secus atque alii, censeatur? Atqui hoc munus penes Deum cum centies alias in SS. Patrum scriptis, tum etiam in hoc Antipatri loco sanctæ Virgini adscribitur; ex communi ergo Patrum sententia illæ partes Mariæ tribuuntur, quæ suapte natura postulant, ut eamdem a communi humani generis reatu immunem existimemus. Atque idcirco, etsi nuspiam SS. Patres hoc Virginis privilegium diserte memorassent, fatendum tamen nobis foret, ea doctrinæ capita unanimiter ab ipsis tradi, quæ cum eadem prærogativa necessario connectuntur.

πρόδρομος[1] ὑπηγόρευσε; Τοιαῦτα γὰρ τῆς παρούσης πανηγύρεως τὰ μυστήρια, ἃ κηρύττειν ἐθέλων, εὑρεθήσομαι βυθῷ θαυμάτων ἐγκυδιστῶν[2], καὶ ἀεροπορεῖν οὐράνια διηγούμενος· διό μοι ἱκετεύω, βαπτιστά, τῆς εὐχῆς ἐπιδίδου τὴν ἄγκυραν[3], καὶ ἄπταιστα τάδε μοι διαφύλαξον, ὡς[4] φωνὴ τυγχάνων, τῶν φωνητικῶν ὀργάνων τὰ αἰσθητήρια· πιστεύσας γὰρ οὐκ ἀπιστήσας ἐλήλυθα τὸ τῶν λόγων σοι προσφέρων θυμίαμα, ᾧ[5] καὶ πεποιθὼς τοὺς σοὺς ἀγῶνας ἐκδιηγήσομαι· εἰ δὲ, καὶ[6] ἡττηθήσομαι χαίρων· νίκη γάρ μοί ἐστι τοῦ ἐμοῦ προστάτου νικηθῆναι τοῖς θαύμασι.

IV. Ἐγένετο, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως· μήτις τῇ ἐπωνυμίᾳ τῶν εὐαγγελίων κλαπῇ τὴν ἐξήγησιν· ἕτερος γὰρ

[1] B. cod. ὑποδρόμος.
[2] C. Barb. ἐκκυδιστῶν.
[3] C. Barb. ἄγγυραν.
[4] Abest ὡς a C. Barb.
[5] Abest ᾧ a C. Barb. et a cod. Surii.
[6] Abest εἰ δὲ καὶ a cod. Barb.

---

unquam edocuit, qualia vel antequam fasciis involveretur Præcursor enuntiavit? Ejusmodi enim sunt solemnitatis hujus mysteria, quæ persequi si velim, miraculorum profunditate me obrui, dumque cœlestia enarro, quasi per aerem gradi me sentiam. Quocirca, te rogo, o Baptista, tuarum precum anchoram mihi tribue; et tu, utpote vox exsistens, integros serva mihi vocalis organi sensus. Certa enim fide innixus ac nihil ambigens accessi, ut sermonis tibi suffitum offeram; ac propterea fidenter tua certamina enarrabo, inde etiam sumens argumentum gaudii, si longe inferior laudibus tuis sermo meus eva, serit; instar enim victoriæ mihi est, quod patroni mei miraculis vincar.

IV. *Fuit*, inquit[a], *in diebus Herodis regis*. Nemo hic ob nominum similitudinem in evangeliis interpretandis decipiatur.

[a] *Luc.* I, 6.

ὁ Ἡρῴδης, ὁ[1] τὸν πρόδρομον ἀνελὼν, καὶ ἄλλος οὗτος Ἡρῴδης ὁ τῶν νηπίων ἐκθερίσας τὴν χλοίην[2], τὸν τῆς εὐσεβείας στάχυν[3] ζητῶν· ἐν ταῖς τούτου ἡμέραις, ἐγένετο ἱερεύς τις, ὀνόματι Ζαχαρίας, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἐλισάβετ· ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι· ἐκοινώνει γὰρ βίου[4] κοινωνίας τὸ γύναιον τῷ ἀνδρὶ εὐτάκτως ὁδεῦον, τὸν τοῦ νόμου βαστάζοντες ζυγὸν, δικαιοσύνην εὐπορροῦντες, παῖδας οὐκ ἔχοντες· πηρωθείσης γὰρ τῆς μήτρας[5] τῷ τοῦ χρόνου μήκει, ἅπαις ἡ Ἐλισάβετ καὶ στείρα ἦν· ἀμφότεροι δὲ προβεβηκότες ἦσαν[6] ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν. Ἄτεκνοι, φησὶ, γεγόνασι φύσει, καὶ χρόνῳ τῆς παιδοποιΐας τὴν νομικὴν ἀλῶσαντες[7], οὐ τὴν ἐλπίδα,

[1] Artic. ὁ a Vat. C. abest.
[2] C. Vat. χλόην.
[3] C. Vat. ἀστάχυν.
[4] C. Barb. βίον : forte legend. βίου κοινωνίαν.
[5] Seq. aliter C. Barb. καὶ χρόνου μῆκος ἀνήλωσε τὴν νομικὴν Ἐλισάβετ στείρα.
[6] Abest ἦσαν a C. Barb.
[7] Cod. Vat. ἀλόσαντες.

Alius enim fuit Herodes, qui Præcursorem sustulit, et alius Herodes iste, qui germinantem infantium herbam messuit, cum pietatis spicam (ad necem) quæreret. In *diebus* hujus *Herodis fuit sacerdos quidam nomine Zacharias, et uxor ejus Elisabet. Erant autem justi ambo* (concordem enim vitæ societatem cum viro mulier agebat, honeste se gerens), jugum legis ferentes, justitia abundantes, liberos non habentes. Matrice enim longo ætatis processu debilitata, sine filiis Elisabet erat et sterilis. *Ambo* autem *processerant in diebus suis*[a]. Ex naturæ conditione, inquit, sobolis erant expertes, et cum propter ætatem procreandorum filiorum definitum tempus fuissent prætergressi, non quidem spem abjicientes, sed statam ceteris legem excedentes secundum quodammodo tempus (procreandæ sobolis) nacti

[a] *Luc.* I, 7.

ἀλλὰ τὸν νόμον ἀπολέσαντες, δεύτερον[1] χρόνον τὸν τρόπον ἐκτήσαντο· ἐξέλιπεν ἡ γονὴ, ἀλλ' οὐκ ἠτόνησεν ἡ εὐχή.

V. Ἐγένετο δὲ[2] ἐν τῷ ἱερατεύειν τὸν Ζαχαρίαν, ἐπιφανὴς δὲ[3] ἦν ἡ πανήγυρις, τῆς ἁγιαστείας ἐνδυσάμενος τὴν στολὴν, καὶ τὸ πέταλον περιθέμενος, λαβὼν τὸ θυμίαμα[4], εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἐβάδιζεν ἄδυτα· προτροχούσης δὲ τῆς τῶν κωδώνων ἠχῆς, ἥ τε πληθὺς πρὸ τῶν θυρῶν ἐλιτάνευε τὸν ἱερέα καθάπαξ ἄγγελον πρέσβυν τῷ θεῷ ἀποστείλασα.

Ὡ γενομένῳ τοῦ καταπετάσματος ἔνδον, ὤφθη ἄγγελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν ἑστὼς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος· ἐταράχθη δὲ Ζαχαρίας, καὶ προβαίνειν οὐκ ἴσχυσεν τῇ τοῦ ἀγγέλου θέᾳ εἰς τὰ

[1] C. Barb. hic addit δέ.
[2] Abest δέ a C. Barb.
[3] C. Vat. γάρ.
[4] C. Barb. μᾶλλον τὸ θυμιάματι.

---

sunt. Elanguida erat generandi virtus; at infirma non exstitit vis precum.

V. *Factum est*[a] *autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias* (solemnis autem agebatur festivitas), sanctificationis stolam indutus, lamina redimitus et incensum assumens, in sanctorum adyta ingrediebatur; atque sub tintinnabulorum sonitu[b], multitudo sacerdotem ceu augustum nuntium ad Deum legans, ante fores supplicabat.

Qui cum intra velamen venisset, visus est *ei Angelus Domini stans a dextris altaris incensi*[c]. *Turbatus est autem Zacharias*[d], et angeli adspectu actus retrorsum, ulterius progredi non valuit.

[a] *Luc.* I, 8.
[b] Ingressus summus sacerdos sancta sanctorum tunicam induebat, e cujus parte extrema plura tintinnabula aurea pendebant (conf. Exod. XXXIX, 23). Proinde tintinnabulorum sonitus populum monebat, quandonam sacerdos in sancta sanctorum sese conferret.
[c] *Luc.* I, 11.
[d] *Ibid.* v. 12.

ὀπίσω περπόμενος· ἐπιπολὺ δὲ μεμένηκεν ἀχανὴς ταῦτα λέγων καθ' ἑαυτόν· τί δὴ τὸ ὁρώμενον; ἀπορῶ· ἕτερος ἱερατεύει παρὰ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος· ἐγὼ δὲ πῶς ἐπιθήσω τῷ πυρὶ τὸ θυμίαμα; ἕνα μόνον ἱερατεύειν ὁ νόμος ἐκέλευσεν· ἄγγελος, οὐκ ἄνθρωπος ὁ ὁρώμενος, καὶ οὗτος ὁ ναὸς ἄβατος[1]· οὐ γὰρ ἐμάθομεν ἀγγέλοις συλλειτουργεῖν· τίς γένωμαι; τί πράξω; τίνα σύμβουλον λάβω; παραχωρήσω τῷ ἁγίῳ τὰ ἅγια; ἀσπάζομαι προσελθών[2]; τὸ θυμιατήριον ἐπιδώσω; ἆρά με λήψεται κοινωνόν; ἆρα μὴ λογοθετήσων ἐλήλυθε τῶν ἁγίων λειτουργούς;

Φοβερὸν ὁρῶ καὶ φαιδρόν· εὐαγγέλια κομίζων ἐλήλυθε, λιμόν, ἢ πόλεμον ἀπειλῶν; καὶ ὅτι μὲν οὐράνιος ὁρυφόρος ὁ ὁρώμενος, καὶ οὐ Θεός, ἡ στάσις δηλοῖ· Ἡσαΐας γὰρ καθήμενον εἶδε τὸν Κύ-

[1] C. Barb. ὁ ἄβατος.
[2] C. Barb. προσελθών.

Diu autem stupore defixus permansit immotus, hæc animo volvens : Sane quid illud sit, quod cerno, prorsus ambigo : alius ad altare incensi ministerium explet; quomodo vero ego incensum in ignem injiciam? Præscribit enim lex, ut unus dumtaxat sacerdotis munus obeat. At Angelus est, quem video, non homo ; non ergo adeundum (mihi) hoc sacrarium est ; neque enim didicimus ministerio sacro simul cum Angelis fungi. Quid de me fiet? Quid agam? A quo petam consilium? An sancta sancto permittam? Num accedens eum salutabo ? Tradamne ipsi thuribulum? Numquid me socium admittet? An potius advenit, ut rationes a sacrorum ministris exposcat?

Terribilem eum cerno simul et hilarem. Venitne bonum aliquod nuntium allaturus, an vero famem bellumve minitaturus? Et sane quod minister aulæ cœlestis sit, qui ante oculos astat, non autem Deus, inde patet, quod stantem video. Esaias enim[a]

[a] *Is.* VI, 1. *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum.*

ριον· Ἰεζεκιὴλ ἐπὶ θρόνον κατενόησε τὸν ἀσώματον· Δανιὴλ ὡσαύτως τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν καθήμενον· οὗτος ἔστηκε τὴν διακονίαν πληρῶν [1], τά τε τιμιώτερα μέρη τοῦ θυσιαστηρίου λαβών. Οἴμοι· μήποτε πρὸς τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τοῦ λαοῦ τὰς εὐθύνας εἰσπράξηται [2]; μήποτέ μοι τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς μείζονος γένηται τιμωρίας ἀφορμή;

VI. Ταῦτα Ζαχαρίας λογιζόμενος, ἐταράττετο· οὐκ ἔλαθε δὲ τὸν ἄγγελον Γαβριὴλ τοῦ ἱερέως ὁ τάραχος· διὸ παραχρῆμα ἥμερον αὐτῷ φωνὴν καθάπερ τινὰ [3] ἐπέδωκε δεξιάν, βοῶν· μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία· πρότερον αὐτοῦ τὸ δέος ἐξέβαλε [4] καὶ τότε τὸ εὐαγγέλιον ὑπηγόρευσεν, ἵνα ἀταράχῳ ψυχῇ τὸ μήνυμα δέξηται ὁ Ζαχαρίας,

[1] C. Barb. ὅλων.
[2] C. Barb. εἰσπράξεται.
[3] C. Vat. καθάπερ τινα.
[4] C. Vat. κατέστειλε, scil. *timorem ejus compescuit.*

Dominum vidit sedentem; et supra thronum Ezechiel vidit incorporeum [a]; iterumque Daniel antiquum dierum aspexit sedentem [b]. Hic autem stat velut ministerium explens, partemque altaris nobiliorem tenens. Hei mihi! numquid præter peccatum meum etiam pro peccatis populi a me rationem exiget? Numquid honoris amplitudo gravioris pœnæ mihi occasio evadet?

VI. Hæc Zacharias secum ipse mente pervolvens, interno jactabatur tumultu. At Angelum Gabrielem haud latuit sacerdotis perturbatio. Quocirca statim quasi amicam ei dexteram porrigens, placida eum voce alloquitur, inquiens [c]: *Ne timeas,*

[a] ***Ezech.*** I, 26. *Et super firmamentum..... quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni : et super similitudinem throni quasi aspectus hominis desuper.*

[b] *Dan.* VII, 9. *Aspiciebam, donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit.*

[c] *Luc.* I, 13.

λέγων[1]· μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· τὸ εὐαγγέλιον καταθύμιον· εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· ἡ γυνή σου γεννήσει υἱόν, καὶ τοῦτον καλέσεις Ἰωάννην· ἦλθον γάρ σοι οὐρανόθεν, οὐ μόνον παῖδα κομίζων, ἀλλὰ καὶ τοῦ τικτομένου τὸ ὄνομα· ἐκ τῆς ἄνωθεν βίβλου τὴν προσηγορίαν ἐλήλυθα μαθών· ἐπολιτογράφησεν ὁ Θεὸς[2], ὃν οὐκ ἐέλάστησε γαστήρ· πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται· σὸν μὲν γὰρ τέκνον, σὸς ὁ βλαστός, ὁ καρπὸς δὲ κοινός· σὺ πατήρ, ὁ δὲ τικτόμενος πάντων λαμπτήρ.

VII. Ταῦτα ὁ Ζαχαρίας ἀκούσας, περιχαρὴς[3] ἅμα γέγονε καὶ περίεργος· λογισμῷ γοῦν[4] περιέργῳ δεξάμενος τὸ μήνυμα τοῦ Γα-

[1] Abest λέγων a cod. Barb.
[2] C. Barb. ἐπολιτογράφησε Θεός.
[3] Voces ἀκούσας, περιχαρὴς a C. Barb. exciderunt.
[4] C. Barb. δέ.

Zacharia. Ut Zacharias animo tranquillo id, quod sibi significaretur, exciperet, primo metum ab ipso expulit, et tunc bonum nuntium exposuit, dicens : Ne timeas, Zacharia ; jucundum ad te defertur nuntium[a] ; *exaudita est deprecatio tua : uxor tua pariet filium, et vocabis eum Johannem.* E cœlo enim ad te veni non modo ut nuntiarem de filio, sed etiam ut nomen nascentis indicarem. Veni, postquam e superno libro appellationem ejus didici. In censu cœlestium civium descripsit eum Deus, quem necdum venter concepit. *Multi in nativitate ejus gaudebunt*[b]. Tuus enim est filius, tuum germen ; sed fructus omnibus est communis. Tu pater ei es ; sed qui nascitur lucerna est omnium[c].

VII. Hæc cum audiisset Zacharias, gaudio repletus est simul, et multa captus curiositate. Cum itaque curiosis cogitationibus

[a] *Luc.* I, 13.
[b] *Luc.* I, 14.
[c] *Johan.* V, 35. *Ille erat lucerna ardens et lucens.*

ριὴλ, ἀπεκρίνατο οὐ πιστῶς· κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; οὐκ ἤνεγκε[1] τοῦ Ζαχαρίου τὴν πεῦσιν ὁ Γαβριὴλ, ἀλλ' ἐξουδένωσε τὸν ἱερέα, θυμίαμα μὲν προσφέροντα, πίστιν δὲ οὐκ ἔχοντα, καὶ τῷ προσώπῳ μηνύσας τὴν ἀγανάκτησιν, ἔφησε τάδε· εὐθύνας μοι[2], ὦ Ζαχαρία, ὧν εἴρηκα, αἰτεῖς; λογοθετεῖς τοῦ Θεοῦ τὸν διάκονον; εὐαγγέλια φέροντι[3] ἐνέχυρα ἀπαιτεῖς; οὐκ εὐχαριστῶν, ἀλλὰ βασανίζων τὰς θείας δέχῃ δωρεὰς, καὶ λέγεις, κατὰ τί γνώσομαι[4] τοῦτο; ἐγώ εἰμι Γαβριήλ· ἐνέχυρον τῶν λαληθέντων λάμβανέ μου τὸ ὄνομα[5]· καὶ εἰ μικρόν σοι τοῦτο, μάνθανε τὸ ἀξίωμα[6]· ἐγώ εἰμι

[1] C. Barb. ἤνεγγε.

[2] Nicetas in Catena apud Mai : με.

[3] C. Vat. φέρων : sensus esset : *bona suscipiens nuntia postulas pignus?* Nicet. φέροντα.

[4] C. Barb. γνώσῃ.

[5] Apud Nicetam sic inverso ordine : ἐνέχυρον τῶν λαληθέντων λάμβανέ μου τὸ ὄνομα· ἐγώ εἰμι Γαβριήλ, et continuo addit : ὅ ἐστιν ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ : quæ tamen ceu glossa Nicetæ haberi potest.

[6] Apud Nicet. pergitur ὅτι παρέστηκα.

Gabrielis sermonem excepisset, haud satis plena fide respondit[a] : *Unde hoc sciam?* Non tulit Gabriel hanc Zachariæ interrogationem; sed pro nihilo habuit sacerdotem, qui cum thymiama offerret, fide tamen carebat; et vultu præferens indignationem, hæc dicit : Rationem a me, o Zacharia, exposcis eorum, quæ locutus sum? A Dei ministro rationes exigis? pignus ab eo, qui tibi fausta fert nuntia, postulas? Dona divina excipis non quidem cum gratiarum actione, sed curiosis inquisitionibus, et dicis : *Unde hoc sciam? Ego sum* Gabriel[b] : pignus eorum, quæ dicta sunt, nomen meum habe; et si parum tibi hoc videtur, (meam) nosce dignitatem[c] : *Ego sum, qui asto*

[a] *Luc.*, I, 18.
[b] *Ibid.* 19.
[c] *Ibid.*

ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον Κυρίου[1]· λοιπὸν εἰ ψευδήγορον ὑπονοεῖς, ἆρα ποῦ σοι[2] τὰ τῆς κατηγορίας χωρεῖ; ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον Κυρίου, καὶ λέγεις κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; κατὰ τί γνώσῃ; σὺ γάρ, φησί, πρεσβύτης καὶ ἡ γυνή σου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς· ὁ χρόνος, ἱερεῦ, τοῦ δημιουργοῦ τοῦ χρόνου κυριώτερος παρὰ σοί; οὐ παύῃ Θεῷ μὴ θαῤῥῶν καὶ χρόνον[3] παραχωρῶν, ἀλλὰ λέγεις, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; πῶς μεμάθηκας τῷ Ἀβραὰμ[4] τεχθῆναι τὸν Ἰσαάκ; ἐπειδήπερ ἐπίστευσε, τὸν χρόνον ἠκύρωσεν· οὐκ, ἐπειδήπερ ἐπίστευσε, τὸ γῆρας ἐπήκουσεν; εἰ δὲ σοὶ τὸ τῆς στείρας ἀδύνατον, πῶς τὸ τῆς παρθένου μυστήριον θαῤῥήσω σοι; εἰ οὖν ἔχων εἰκόνας πολλὰς, ἐνέχυρα ἀπαιτεῖς, πῶς τὴν ἀνωτέραν λόγου λοχείαν[5] σοι[6] διηγήσομαι, ἧς ἕνεκα

[1] Apud Nicet. additur : παρ' οὗ καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαί σοι ταῦτα.
[2] C. Barb. τα.
[3] C. Barb. χρόνῳ.
[4] C. Vat. παρὰ τοῦ Ἀβραάμ.
[5] C. Barb. λοχίαν.
[6] Abest σοι a C. Barb.

---

ante Dominum. Ceterum num causas forte in promptu habes, quamobrem me falsa loqui suspiceris? Ego enim sum qui asto ante Dominum; et tu dicis : *Unde hoc sciam?* Unde scies? Tu enim, scilicet[a], *senex* es, et *uxor tua processit in diebus suis*. Tempus te magis permovet, o sacerdos, quam temporis conditor? Deo ergo minus fidere et senectutem objicere nunquam cessas, sed reponis, *Unde hoc sciam?* Nosti, quo pacto Abrahæ natus sit filius Isaac? Quandoquidem credidit, ætatis obicem devicit : nonne enim senectus cessit, quoniam credidit? Quod si impossibile id tibi videtur, cum de sterili agitur, quomodo mysterium virginis tibi committere ausim? Si ergo, ubi multa ante oculos habes exempla, pignus tamen exposcis, quomodo sublimiorem tibi proponam Verbi conceptionem, de qua Esaias

[a] *Luc.* I, 18.

πρὸ πολλῶν γενεῶν Ἡσαίας προεφήτευσε[1] λέγων· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν; ἐκεῖνος πιστεύσας τὸ μεῖζον ἐκήρυξε· σὺ δὲ, τῷ ἐλάττονι ἀπιστήσας, εὐθύνας εἰσπράττει μοι[2] τὸν οὐρανόθεν ἀποσταλέντα πρὸς σὲ, διὰ σέ. Ἀλλ' ἐπειδή σοι καταθύμιον σημεῖον λαβεῖν, τοῦτο γὰρ ᾔτησας, ὡς οὐκ ὤφελες[3], δέχου τὴν ἀφωνίαν, τῆς παιδοποιΐας ἐνέχυρον· ἔσῃ σιγῶν μέχρις ἂν τοὺς λόγους[4] κυρώσῃ τὰ πράγματα· ἐκ τῶν γεννητικῶν εἰς τὰ φωνητικὰ ὄργανα μεταβαινέτω[5] τῆς στειρώσεως τὰ δεσμὰ, πεδηθεὶς τῇ φωνῇ, κυοφόρει μοι τὴν φωνήν[6]· ἐκείνῳ γὰρ μόνῳ παραχωρήσω τοῦ πατρὸς τὸ παράπτωμα· δεσποτικὸς φίλος ἐστίν· ἅπερ θέλει[7], ὡς φίλος αἰτεῖ.

VIII. Τούτων ἔνδον τελουμένων ἢ λεγομένων, ὁ καιρὸς συστελ-

[1] C. Barb. εὐαγγέλιον ὑπηγόρευσε.

[2] Εἰσπράττει attic. pro εἰσπράττῃ : μοί autem vel redundare videtur, vel legendum μέ.

[3] C. Vat. ὄφελες.

[4] C. Barb. χρόνους.

[5] C. Barb. μεταβαλλέτω.

[6] Τὴν φωνήν abest a C. Barb.

[7] C. Barb. θέλῃ.

---

multis ante sæculis prophetavit dicens[a] : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium?* Ille fidem habens, id, quod majus est, prædicavit; tu vero, in re leviori incredulus, a me rationes exigis, qui ad te propter te e cœlis missus sum! Sed quoniam tibi cordi est signum aliquod accipere (id enim petiisti, atque utinam non petiisses), gignendæ prolis pignus habe tibi loquelæ impedimentum : mutus eris, donec sermones meos facta confirmaverint. Transeant a generandi organis ad organa vocis sterilitatis vincula : voce impeditus, gigne mihi eum, qui vox futurus est. Illi enim soli patris peccatum condonabo. Amicus est Domini : quæcumque vult, tamquam amicus petit.

VIII. Cum hæc intra sanctuarium agerentur seu dicerentur,

[a] *Is.* VII, 14.

λόμενος[1] εἰς θαῦμα ἦγε[2] τὴν πληθύν· ἥ τε[3] ὑπόνοια εἰς πολλὰ μεριζομένη, ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν ὑπηγόρευσε[4], μέχρις οὗ Ζαχαρίας φανεὶς, ἐδίδαξε σιγῶν ἃ πέπονθε λαθών. Τὰς δὲ τῆς λειτουργίας ἡμέρας ἀποδοὺς, ἀπῆλθεν[5] οἴκαδε ἔχων ἐν τοῖς σπλάγχνοις τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐν τῷ στόματι χαλινόν. Καὶ αὕτη μὲν, ὡς ἂν εἴποι[6] τις, τῆς τοῦ προδρόμου συλλήψεως ἡ ἀρχή· οὗ τὸν τόκον κηρύττειν ἐθέλοντας[7], ἀνάγκη πᾶσα τῆς γείτονος ἑορτῆς ἐπιμνησθῆναι.

IX. Ἕκτῳ γὰρ μηνὶ τῆς συλλήψεως τῇ Ναζαρὲτ[8] ἐπεδήμησε Γαβριὴλ παρθένῳ κομίζων Πατρὸς εὐαγγέλια· ἣν ἐπ᾽ οἴκου θεασάμενος, ὑπάζετο πρότερος· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ

[1] Apud Nic. παρελκόμενος.
[2] Apud Nic. ἦγεν ἔξω ἑστῶσαν.
[3] C. Barb. ἦτε.
[4] C. Vat. ὑπηγόρευσεν. Apud Nic. ὑπηγόρευε.
[5] C. Barb. ἀπῆλθε
[6] C. Barb. εἶπῃ.
[7] C. Vat. εἰ κηρύττειν ἐθέλοιμεν.
[8] C. Barb. Ναζαρήτ.

---

protracta (sacerdotis) mora magnum multitudini stuporem creabat, eorumque suspicio in varias partes distracta unicuique varias ingerebat conjecturas, donec prodiens Zacharias silentio suo edocuit, quæ, dum intus lateret, passus fuerat. Cum autem dies ministerii explesset, domum se contulit, in præcordiis bonum nuntium, in ore autem frænum gerens. Et hoc quidem, si ita loqui lubet, initium est conceptionis Præcursoris : cujus nativitatem celebrare si velimus, necesse prorsus est, ut cognatæ solemnitatis mentionem faciamus.

IX. Sexto enim a conceptione Johannis mense, Gabriel in urbem Nazaret venit, ut faustas a Patre annuntiationes ad Virginem deferret. Quam cum domi visisset, prior salutavit, (dicens)[a] : *Ave gratia plena, Dominus tecum*. Ave, inquiens, quæ

[a] *Luc.* I, 28.

σοῦ· χαῖρε, λέγων, ἡ πρώτη καὶ μόνη[1] τίκτουσα βρέφος κατάρας ἐλεύθερον· χαῖρε, ἡ κόσμῳ γεννῶσα ζωῆς ἀφορμήν· χαῖρε, ἡ ἄφθορος, ἀλλ' οὐκ ἄτεκνος· χαῖρε, ἡ ἄγαμος, ἀλλ' οὐκ ἄγονος[2]· χαῖρε, ἡ ἄσπορος, ἀλλ' οὐκ ἄκαρπος· χαῖρε, ἡ ὀδύνας[3] ἀναμένουσα, ὠδῖνας οὐκ ἔχουσα· χαῖρε, ἡ τῷ σῷ προπάτορι Ἀδὰμ προστάτην φέρουσα· χαῖρε, ἡ ἀκόπως βαστάζουσα τῆς κτίσεως τὸν θεμέλιον· χαῖρε, ἡ ἀπόνως μεσιτεύουσα τῇ θνητότητι· χαῖρε, ἡ τίκτουσα θεὸν οὐ γυμνόν, καὶ ἄνθρωπον οὐ ψιλόν· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

X. Ἡ δὲ χαρὰν ἀκούσασα, οὐκ ἥπλωσε τὴν ἀκοήν, ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· ποταπὸς, λέγουσα, ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; ὁ αὐτόκλητος[4] εἰς τὸ δωμάτιον ἡμῶν εἰσελθών, τίς, φησὶν, οὗτος;

[1] C. Vat. χαῖρε, ἡ πρώτη καὶ μόνη, λέγων.

[2] C. Barb. hic repetit ἄτεκνος. Surius vero hanc pericopen penitus omisit. In propatulo autem causa est omissionis, vox nempe χαῖρε sæpius repetita.

[3] C. Vat. ὠδῖνας, et secundum hanc lectionem Surius : *Ave, quæ partus dolores exspectas, qui te minime invadent.*

[4] C. Vat. αὐτοκλήτως.

---

prima et sola paris infantem a maledictione liberum. Ave, quæ mundo gignis originem vitæ. Ave, quæ incorrupta, sed non expers es prolis. Ave, quæ innupta manes, sed non infœcunda. Ave, quæ satu, sed non fructu cares. Ave, quam acerbissimi dolores manent, et partus tamen dolores nescies. Ave, quæ primo tuo parenti Adæ defensorem profers. Ave, quæ sine lassitudine geris totius creatæ naturæ fundamentum. Ave, quæ facile humanitati mediatrix intercedis. Ave, quæ Deum sed non nudum, et hominem sed non merum hominem paris. *Ave gratia plena, Dominus tecum.*

X. Illa vero etsi gaudium nuntiari audiret, non arrexit aures, sed sermonem perpendebat, secum inquiens : *Qualis est ista salutatio*[a]? Quis iste est, (inquit) qui non vocatus nostram ingressus est domunculam? non familiaris, non cognatus, non

[a] *Luc.* I, 29.

οὐ συνήθης, οὐ συγγενὴς, οὐκ Ἀδὰμ ἀπόγονος· τεκμαίρομαι τῇ μορφῇ[1]· ὡς[2] ξένος ὁ ἀσπασμός· οὐ πάρεστιν Ἰωσήφ· οὐκ ἀπάγομαι τῇ φωνῇ· μόνη γάρ, ὥς φασι, λελάληκεν ὁ ἀρχέκακος τῇ πρωτοπλάστῳ.

Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· χάριν γὰρ εὗρες, ἣν ἀπώλεσεν ἡ πρωτόπλαστος· ἐκείνη μόνη τὴν ἀπάτην ἐδέξατο, σὺ δὲ μόνη τῆς ἀπάτης τὴν λύσιν ἐκόμισας· τέξεις υἱὸν, καὶ τοῦτον καλέσεις[3] Ἰησοῦν.

Ἡ δὲ τόκον ἀκούσασα καὶ υἱὸν[4], πῶς, ἔλεγεν, ἔσται μοι τοῦτο.

[1] C. Vat. φωνῇ.
[2] Abest ὡς a C. Barb.
[3] C. Vat. καλέσεις τοῦτον.
[4] Verba Ἡ δὲ τόκον ἀκούσασα καὶ υἱὸν, a C. Barb. absunt.

---

genus ducens ab Adamo; ex ipsa forma id arguo. Quam nova hæc salutatio! Non adest Joseph; verbis me abduci haud committo. Primam a Deo conditam mulierem, ut narrant, cum sola esset, allocutus est primus malorum auctor.

Angelus vero ad eam[a] : *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam*, quam perdidit quæ primo condita est[b]. Ipsa, cum sola esset, deceptionem admisit; tu vero, dum sola manes, deceptionis solutionem obtinuisti. *Paries filium, et hunc vocabis Jesum*[c].

Ipsa autem cum partum audiret et filium, *quomodo*, inquit[d],

[a] *Luc.* I, 30.

[b] Quænam est gratia, quam Eva perdidit, nisi prima illa justitia, quam simul cum natura, cum crearetur, accepit? Hanc autem prorsus esse, quam Maria invenit, simul cum Antipatri disertis verbis res ipsa clamat. Si enim non primitivam illam gratiam, sed gratiam reparationis a lapsu intelligas, numquid hoc beneficium ejusmodi est, quod prædicari ceu singularis sanctæ Virginis prærogativa debeat? Reparationis gratiam nonne ipsa quoque prima mater Eva invenit? De gratia ergo originali, quæ labem quamcumque prævertat, hæc verba necessario intelligenda sunt.

[c] *Luc.* I, 31.

[d] *Luc.* I, 34.

ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; οὐκ ἀντιλέγουσα, ἀλλὰ κατὰ πεῦσιν μανθάνουσα· πῶς ἔσται μοι τοῦτο; ἐγὼ, φησὶ, μόνη τὴν φύσιν καινοτομῶ; ἐπ' ἐμοὶ λυθήσονται τῆς τεκνογονίας αἱ ἀφορμαί; λέγε μοι, ξένε, τὸν τρόπον· ξένον γάρ σου τὸ εὐαγγέλιον.

XI. Πνεῦμα ἅγιον, ἔφησεν ὁ Γαβριὴλ[1], ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· δέχου, φησὶ, παρθένε, τὸ λεχθὲν, καὶ μὴ πολυπραγμόνει τὸ σιγηθέν· τῷ τόκῳ μαρτυρῶ, τῷ τρόπῳ παραχωρῶ[2]· ἄγγελος γάρ, οὐ διδάσκαλός σοι τῆς οἰκονομίας ἐλήλυθα· κῆρυξ ἀπεστάλην τῆς δεσποτικῆς ἐπιδημίας, οὐχ ἑρμηνεύς.

Πῶς ἔσται τοῦτο[3]; τὸ πῶς οἶδεν αὐτὸς ὁ παρών· ὅτι μὲν γὰρ πάρεστιν, ἐπίσταμαι· προπηδᾷ γὰρ ἐν σοὶ τὸ ἔνδοθεν τεκμήριον·

[1] Absunt a C. Barb. verba, Ἔφησεν ὁ Γαβριήλ.
[2] Cod. Barb. τρόπῳ παραχωρῶ.
[3] Abest a C. Vat. incisum, πῶς ἔσται τοῦτο;

---

erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco? Non ut contradiceret, sed ut sciscitando edoceretur, (respondit), *quomodo erit hoc mihi?* Egone, inquit, sola naturæ leges innovo? Num in me liberorum procreationis evertentur rationes? Expone mihi, peregrine, modum : peregrinum enim est, quod affers, nuntium.

XI. *Spiritus sanctus*, ait Gabriel[a], *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Tene, inquit, o Virgo, quod dictum est; et ne sis sollicita de eo quod silentio occultum manet. Certum de partu testimonium fero; modum docere, hoc facultates meas excedit. Nuntius enim mysticæ dispensationis ad te veni, non ejusdem interpres : missus fui, ut dominicum manifestarem adventum, non ut rationem explicarem.

Quomodo (inquis) *hoc erit?* quomodo, novit ipse qui adest; adesse enim eum scio; nam certum in te signum ab intrinseco se prodit : at modum dicere in mea non est potestate. Quod

[a] *Luc.* I, 35.

τὸν δὲ τρόπον λέγειν, οὐ δύναμαι· ὅτι δὲ οὐ ψευδολόγος ἐγὼ, Ἐλισάβετ μαρτυρήσει μοι, ἐν στειρώσει καὶ γήρᾳ τοῦ ἐν σοὶ[1] κυοφοροῦσα τὸν πρόδρομον· εἰ δὲ ἐν στειρώσει καὶ γήρᾳ κυοφόρον[2] εἴρηκα, οὐ μικρὸν τὸ ἐνέχυρον· στείρας γὰρ πρεσβύτιδος καὶ παρθένου ἐς τὸ τεκεῖν μέσον οὐδέν.

XII. Ταῦτα ἡ παρθένος ἀκούσατα, Ζαχαρίου κατέλαβε τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν Ἐλισάβετ εὑροῦσα κυοφόρον, ἠσπάζετο· Μαρία τὴν Ἐλισάβετ ἠσπάζετο[3]· καὶ τὸ βρέφος ἔνδοθεν ἀπεκρίνατο· τῷ γὰρ ἐμβρύῳ γέγονεν ἀκοὴ ἡ τῆς μητρὸς ἀκοή· καὶ ἐπειδήπερ[4] φύσεως ὅροις Ἰωάννης εἰργμένος οὐκ ἴσχυε[5] λαλεῖν, ἀλλόμενος ἔλεγε τῇ οἰκείᾳ μητρὶ διὰ τῶν σκιρτημάτων φθεγγόμενος, τῇ δὲ τοῦ Σωτῆρος μητρὶ διὰ τῆς μητρικῆς γλώσσης ἀποκρινόμενος.

Οὐκ ἐνέγκασα δὲ ἡ Ἐλισάβετ τὰ τοῦ τέκνου σκιρτήματα, πνεύ-

[1] Voces τοῦ ἐν σοὶ a codice Surii abfuisse videntur.

[2] Abest a C. Barb. κυοφόρον.

[3] Pericope, Μαρία τὴν Ἐλισάβετ ἠσπάζετο, abest a C. Vat. et a versione Surii.

[4] C. Barb. ἐπηδήπερ.

[5] C. Barb. ἴσχυσε.

---

vero falsa non loquar, testimonium mihi feret Elisabet, quæ, sterilis licet et senex, illius, qui in te est, præcursorem gestat. Quod si habentem in utero memoravi sterilem et senescentem, jam haud levis momenti pignus habes. Quod enim ad gignendum attinet, nihil a sterili anu ea demum distat, quæ virgo esse perseveret.

XII. Hæc cum Virgo audiisset, ad Zachariæ domunculam se contulit, cumque Elisabet prægnantem reperisset, eam salutavit. Maria salutavit Elisabetam, et infans intrinsecus respondit. Auris fœtui exstitit matris auris; et quoniam naturæ finibus constrictus Johannes lingua uti non poterat, locutus est, matrem quidem propriam per saltationes affatus, Salvatoris vero matri per maternam linguam respondens.

Cum autem Elisabet filii saltationes jam ferre non posset,

ματος ἁγίου πλησθεῖσα ἀνεφώνησε, λέγουσα τῇ παρθένῳ· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· σὺ, φησὶν, εὐλογημένη, ἡ τῆς κατάρας τὴν λύσιν βαστάζουσα· σὺ εὐλογημένη, ἡ τὴν τῆς σοφίας κομίζουσα δωρεάν· σὺ εὐλογημένη, ἡ κυοφοροῦσα τὸν ἐν παραδείσῳ περιπατήσαντα· σὺ εὐλογημένη, ἧς ἱερὸν ὅσιον ὑπῆρξεν ἡ γαστήρ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ἐξ οὗ φαγὼν ὁ Ἀδὰμ νικήσει τὸν ἐχθρόν· εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ὁ κόσμου γενόμενος τροφὴ καὶ στολή· καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς μέ; Ταῦτά με[1], παρθένε, τὸ ἔμβρυον ἐδίδαξεν ἔνδοθεν, ἐπὶ τῷ σῷ ἀσπάσμῳ ὑπὲρ φύσιν ἁλλόμενον. Ταῦτα τῆς Ἐλισάβετ τὰ θεόπνευστα ῥήματα.

XIII. Ζαχαρίας δὲ ἐπὶ οἴκου, καθάπερ εἶπον[2], μεμένηκε τὸν τῆς ἀπιστίας περικείμενος χαλινόν· σύγχρονον τῇ κυήσει τὴν ἀφω-

[1] C. Vat. Ταῦτά μοι.
[2] C. Vat. καθὰ προεῖπον.

---

repleta Spiritu sancto exclamavit, dicens[a] : *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.* Tu, inquit, benedicta, quæ maledictionis portas solutionem. Tu benedicta, quæ donum sapientiæ affers. Tu benedicta, quæ illum in utero gestas, qui in paradiso deambulavit. Tu benedicta, cujus venter sanctum templum evasit. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui,* e quo cum Adam comederit, inimicum superabit. Benedictus fructus, qui mundi factus est alimentum et indumentum. *Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me*[b]? Hæc, o Virgo, intus me docuit infans, ad salutationem tuam supra naturæ ordinem exsiliens. Hæc inspirata divinitus fuere Elisabet verba.

XIII. Zacharias autem, prout dixi, constrictus fræno, quod incredulitas ipsi imposuerat, domo non secesserat, utpote qui

[a] *Luc.* I, 42.
[b] *Luc.* I, 43.

νίαν λαβὼν, ὄρον τῆς καταδίκης τοῦ παιδὸς τὸν τόκον δεξάμενος. Ὡς δὲ προῆλθεν ἐκ τῆς ἐρήμου μήτρας ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης, δέλτον αἰτήσας ὁ πατὴρ εὐγνωμόνως ἔγραφεν, ἅπερ ἀκήκοεν οὐ πιστῶς· καὶ τῷ παιδίῳ τὴν προσηγορίαν ἀποδοὺς, ἀπέλαβε τὴν φωνήν [1].

Τοιαῦτά σου, πρόδρομε καὶ [2] βαπτιστὰ, τὰ πρὸ τοῦ τόκου μυστήρια, τοιαύτην σοι ὁ Θεὸς πρὸ τῆς [3] συλλήψεως ἀξίαν κεχάρισται· Γαβριὴλ γὰρ [4] τὸν δεσποτικὸν τόκον καὶ τὴν σὴν εὐηγγελίσατο σύλληψιν, ἐν τῷ ναῷ καθάπερ ἐν νυμφῶνι τὴν σὴν ὑπηγόρευσε κύησιν· δῶρον τῷ ναῷ [5] ἐν πανηγύρει θεοφιλὲς τὸν σὸν τόκον ἤγαγεν ὁ ἀρχάγγελος· πνευματοφόρος γέγονας, προφητείας χάρισμα ἐν μήτρᾳ λαβὼν, καὶ [6] ἀλλόμενος ἔλεγες ἐν γαστρὶ, ἃ γεγηρακότι Μωσεῖ ἐδήλωσεν [7] ὁ Θεός· διό σε μείζονα προφητῶν ὁ τῆς ἐκκλησίας

[1] Apud Nicet. additur : καὶ ἡ χεὶρ ἔλυε τῆς γλώττης τὴν σιωπήν.
[2] A C. Vat. abest καί.
[3] Abest τῆς a Vatic. C.
[4] Abest γὰρ a C. Vat.
[5] C. Vat. λαῷ. et cum eo Surii versio legit, *populo*.
[6] Abest a C. Vat. καί.
[7] C. Barb. ἔλεγεν.

---

vocem ab eo tempore amiserat, quo Joannes conceptus est, nec ante pueri nativitatem finem pœnæ inflictæ vidit. Sed postquam e solitaria matricis sede in lucem prodiit solitudinis incola, pater, pugillarem postulans, scripsit fideliter quæ incredulus audierat, et cum infanti nomen imposuisset, vocem recepit.

Talia sunt, o Præcursor et Baptista, mysteria tua, antequam nascereris; talem tibi Deus vel ante conceptionem honorem largitus est. Idem enim et dominicam nativitatem, et tuam conceptionem Gabriel annuntiavit, et in templo, veluti in thalamo, conceptum tuum prædicavit. Ortum tuum, tanquam donum Deo acceptum, per solemnem festivitatem archangelus templo detulit : in utero degens divino afflatus fuisti spiritu, prophetiæ dono exornatus, et saliens in ventre materno ea prædicasti, quæ Deus Moysi jam seni manifestavit : ideo majorem

νυμφίος ἐκάλεσε. Τίς γὰρ προφητῶν ἐκ μήτρας μυστήριον ὑπηγόρευσε; τίς δικαίων[1] τεχθεὶς, ξένιον φωνὴν προσήνεγκε[2] πατρί; σὺ δὲ ἐν ταὐτῷ τὸν γεγεννηκότα ἀφωνίας ἀπήλλαξας, καὶ προφητείας ἠξίωσας· ὁ γὰρ πρὸ βραχέος ἄφωνος, ἁγίου πνεύματος πλησθεὶς, ᾠδὴν ἡμῖν ὑπηγόρευσεν, ἣν μικρὸν ὑπαλλάξας εἰς εὔκαιρον ἀνακρούσομαι· ὁ μὲν γάρ φησιν· εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ· ἐγὼ δέ φημι· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν χριστιανῶν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] C. Barb. δικαίος.
[2] C. Barb. προσήνεγγε.

---

prophetis te sponsus Ecclesiæ appellavit[a]. Quis enim inter prophetas ex utero mysteria matri suæ revelavit? Quisnam e justis in ortu suo vocem parenti tanquam xenium obtulit? Tu vero eum, qui te genuerat, a linguæ impedimento liberasti, et simul prophetiæ munere dignum effecisti. Qui enim paulo ante mutus erat, repletus Spiritu sancto, canticum nobis modulatus est, quod paululum immutans, opportune recantabo. Ille enim dicit[b] : *Benedictus Dominus Deus Israel;* ego autem dico : Benedictus Deus Christianorum : ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[a] *Luc.* VII, 28. *Dico enim vobis : Major inter natos mulierum propheta* (προφήτης) *Johanne Baptista nemo est.* Hinc illud in Ecclesiæ hymnis : *Maxime vatum.*

[b] *Luc.* I, 68.

IN HOMILIAM S. SOPHRONII

PRÆFATIO.

Quo loco habenda S. Sophronii scripta, § I. — Homilia, quæ nunc editur, nulli ex ejusdem opusculis secunda censeri debet, § II, III. — Indicia, quæ hanc homiliam certum Sophronii fœtum evincunt, § IV. — Quandonam homilia habita fuerit, § V.

I. Quod Sophronii Hierosolymitani egregium hoc in Deiparæ laudem opusculum nancisci datum mihi fuerit, inventumque e tenebris in publicam lucem producere, idque iis temporis adjunctis præstare, quum immaculatæ beatissimæ Virginis conceptu inter eas veritates, quæ fide tenendæ sunt, per solemne Ecclesiæ judicium asserto, ejusdem augustæ Reginæ ac Dominæ nostræ gloria clarioribus nitet radiis, atque uberiori lucis suæ suavitate universum orbem exhilarat; habeo enimvero, cur ipse mihi maximopere gratuler. Et sane dum præclarissimum illud ecclesiasticæ eruditionis lumen, Angelum Maium, cerno, eo maxime curas suas contulisse, ut[1] universim quidem patriarcharum, qui orientales sedes tenuerunt, scripta rimaretur, prorsus autem singulari studio, si quæ reperiri adhuc possent operum S. Sophronii reliquiæ, inquireret; dum eumdem eximium

[1] Vid. *Præfat.* ad Tom. X *Spicilegii Romani*, § VI, pag. VI.

virum cerno, tantum sancto huic Doctori detulisse, ut vehementer doleret[1], tum quod quæ edita sunt ejusdem scripta, nondum in tanto typorum usu collecta essent et idoneo voluminis apparatu conjunctim edita, tum quod complura alia in codicibus mss. ad nostros usque dies indecore prorsus retinerentur; dum cerno denique Sophroniana quæque tanto in pretio apud eum fuisse, ut vix dum reperta in mss. codicibus avidissime arripuerit, ac vulganda censuerit tum Historiam SS. Cyri et Joannis[2], utut nihil, præter horum SS. Martyrum laudationem ac miracula ad ipsorum sepulchrum perpetrata, contineat, tum Triodium[3], quanquam hoc idem, sin minus integrum, plurima tamen ex parte in communi Græcorum Triodio jam prostaret, tum binas homilias, in SS. Apostolos Petrum ac Paulum alteram, quam necdum editam existimavit[4], alteram in S. Domini Præcursorem[5], et cum his quæcumque demum reperit ejusdem auctoris scriptiones aut scriptionum nactus est fragmenta[6]; curnam ipse non existimaverim, sane pretiosam ad manus mihi delatam esse margaritam, quum luculentissimam hanc S. Doctoris *in Annuntiationis mysterium* homiliam adipisci fortunate contigit?

[1] Vid. *Præfat.* ad Tom. X *Novæ Collectionis Veterum Scriptorum*, § XVI, pag. 24.

[2] In Tom. III *Spicilegii Romani*.

[3] *Spicilegii Romani* Tom. IV.

[4] *Vet. Script. Nov. Collect.* Tom. X, pag. XXV. Nil porro mirum, quod hanc homiliam inde ab anno 1666, interprete Johanne Francisco Albano, Clemente dein hujus nomine undecimo Romano Pontifice, Romæ excusam fuisse, eruditissimum virum latuerit, quando id ipsum generatim scriptores historiæ litterariæ latuit : latendi autem causa haud obscura est, quod nempe opusculum ne vicenis quidem pagellis constans, atque ab adolescente septemdecim vix annos nato vulgatum, non eam de se famam potuit excitare, quæ extra Urbis mœnia longe lateque pervolitaret; unde factum est, ut cito in tenebras, e quibus emerserat, remeaverit, et ægre aliquod ejusdem exemplar in bibliothecarum Urbis miscellaneis reperire liceat.

[5] *Spicilegii Romani* Vol. IV.

[6] In Tomi X *Nov. Collect. Vet. Script.* pag. XXXI habes Sophronii Troparium, in *Præf.* Tom. III *Spicilegii Romani scriptiunculam de peccatorum confessione*, in IV Tomo mutilum *Tractatum de re liturgica*, et in ejusdem Tomi *Præfatione* (pag. VIII) fragmentum *de laude virginitatis*.

II. Videlicet si Eminentissimo, quem laudo, viro tamquam de inventa gemma gratulari sibi licuit[1], cum primum ipsi in vaticano codice homilia occurrit, quæ est in SS. Petrum ac Paulum; næ nobis pari aut fortasse etiam potiori jure de ea, quæ modo offertur in Deiparæ Annuntiationem, gratulationis argumentum præbetur. Si quæras enim, quid tandem adeo singulare præferant Sophroniana, quod tanto sapientissimi Maii studio excitando par foret, ex hujus ad Sophronii elucubrationes sive præfationibus sive scholiis disces facile, id non modo præclaris S. Patriarchæ pro Ecclesia gestis, laboribusque adversus hæreses, acephalorum præsertim ac monothelitarum, exantlatis tribuendum esse, sed potissimum penitissimæ planeque eximiæ ejus in sacris dogmatibus scientiæ deberi, ut propterea et *sapientissimum* eum a S. Confessore Germano appellatum esse[2], ac de ejus scriptis verissime dictum comperiamus, quod œcumenicum VI Concilium[3], de synodicis ejusdem litteris affirmavit, eas se *pro orthodoxis habere, et tanquam sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ perutiles suscipere*, quodque de ipsis litteris pronuntiavit in sua Bibliotheca[4] Photius, ipsas scilicet *orthodoxam sententiam accurate expositam exhibere, et sacrorum dogmatum doctrinam minime vulgarem præferre.*

III. Atqui si accurata ac luculenta divinorum dogmatum enucleatio ac propugnatio potissima ratio haberi debet, quæ Sophronii nobis opuscula commendet; profecto nihil hæsitans affirmaverim, post synodicam ejusdem epistolam a Patribus Concilii VI œcumenici probatam æque ac laudibus cumulatam, vix aliud ejus opusculum promi posse, quod cum hac, quam modo edimus, homilia comparandum videatur. Et sane quamquam prolixa hæc oratio in mysterio Virginis ab Angelo salutatæ explanando et celebrando propric versetur; tamen vel in ipsis ejus initiis, occasione sibi consulto comparata ex illa, quam tertio

[1] Vid. *Præfat.* ad Tom. XVI *Nov. Collect.* V. S. § XVI.

[2] S. *German. de Hæresib. et Synodis* n. 59, apud Maium *Spicileg. Roman.* Tom. VII, pag. 52.

[3] *Act.* XIII.

[4] *Cod.* 230.

repetit, læti nuntii proclamatione, catholicam de sacrosancto augustissimæ Triadis mysterio doctrinam proponendam explicandamque assumit; idque tam late decem paragraphis prosequitur, ut hac tractatione veluti altera ex præcipuis orationis partibus absoluta, in codicibus tum Viennensi Cæsareo tum Coisliniano ad oram libri adnotata ea verba invenias, τέλος τῆς θεολογίας, *finis theologiæ*, tractationis scilicet de S. Triadis mysterio. Ibi autem cernere est Sophronium non modo purissimos doctrinæ catholicæ latices adversus veteres Sabellianorum, Arianorum, ac Pneumaticorum errores promentem, sed et novas exagitantem impietates acephalorum ac theopaschitarum, qui, duce Petro Gnapheo, trisagium hymnum corrumpentes, atque omnia sus deque miscentes, crucis prædicationem ad augustissimam Trinitatem stulte transferebant. Ubi vero proprium homiliæ argumentum pertractandum aggreditur, præter eximia illa, quæ sive de primæva creati hominis conditione, sive de funestissimo humani generis lapsu, sive de misericordissimo Dei prostratum hominem erigentis consilio scribit, de ipso incarnationis dominicæ mysterio tam dilucide et præclare doctrinam Ecclesiæ adversus omnigenas hæreses explanat, ut tantum non illis ipsis synodicis litteris, quas a synodo sexta collaudatas diximus, comparari hoc opusculum possit. His porro omnibus fac insuper illa addas plane splendidissima, quæ salutationem angelicam explanans de celsissimis beatæ Deiparæ prærogativis mira tum pietate tum sapientia tradit, quæque frustra in aliis, quæ nobis supersunt, ejusdem scriptis requiris; et exinde plane colliges, quam merito hoc opusculum præstantissimum haberi possit *ex paucis illis* (ut cum Baronio [1] loquar) *quæ nobis supersunt, nobilissimi hujus et divinitus afflati ingenii monumentis*, cujus *doctrina egregia et eloquentia* promeruerunt, *ut plane inter nobiliores Orientalis Ecclesiæ magistros censeatur adnumerandus.*

IV. Cæterum sincerum magni Sophronii fœtum hanc homiliam habendam esse, argumenta suadent extrinseca juxta atque

[1] Ad ann. 636, n. V.

intrinseca. Et extrinsecum quidem indicium sufficiens suppeditat manuscriptorum codicum auctoritas. Sophronii enim nomine oratio inscripta reperitur 1. in exemplari, quod penes se habuisse testatur Michael Le Quien[1]; 2. in Coisliniano codice CCLXXIV (qui nunc in parisiensi imperiali bibliotheca asservatur), e quo et apographum, quod nunc edimus, desumptum est; 3. in codice 3383 bibliothecæ Bodleianæ in mss. codd. Joannis Seldeni codice 53 n. 7., prouti scribit Casimirus Oudinus[2]; 4. in ms. codice inter græcos historicos nunc CXXVIII (Lambecio vero XXXIX) Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, licet non integra ibi oratio, sed quædam tantummodo exhibeantur excerpta; et hæc quidem ad eam homiliam pertinere, quam hic edimus, certo licuit argumento nosse, postquam vir eximius Fridericus Pilat pro sua humanitate aliquot ex iis excerptis exscribenda et transmittenda ad me curavit: pro quo atque aliis in me beneficiis gratissimum ipsi me profiteor; 5. in codicibus, qui apud schismaticos Græcos servantur; unde Nicodemus monachus in Heortodromio[3] et orationem ipsam Sophronii esse ex auctoritate codicum in variis monasteriis, quæ ibi recenset, exsistentium expresse affirmat[4], et plura dein fragmenta ex ipsa in decursu exscribit. Porro cum hisce testibus nemo contradicat; nam nullus allegatur codex, qui eamdem orationem alii, quam magno Sophronio Hierosolymitano episcopo, tribuat, neque ullus exstat inter viros eruditos, qui ejusdem homiliæ mentionem injecerit, deque ejus auctore dubium aut controversiam aliquam moverit; ex criticæ artis regulis apud omnes receptis ratum esse exploratumque debet, homiliam Sophronio abjudicari nullo modo posse.

Huc accedunt argumenta intrinseca; quæcumque enim in homilia demum inspicias, nihil invenies, quod non plane Sophronio congruat. Convenit ratio styli; eadem quippe hic, atque in

[1] *In not. ad* § XII *Homiliæ S. Johannis Damasceni in Sabbatum sanctum*, Damasc. Opp. Tom. II, pag. 820.

[2] *Comment. de Scriptor. Eccles.* ad ann. 650, Vol. I, col. 1606.

[3] Ἑορτοδρόμιον ἤτοι ἑρμηνεία εἰς τοὺς ᾠσματικοὺς κανόνας, κ. τ. λ. Venet. 1836.

[4] Pag. 208 *in not. ad prolegom. canon. in Annuntiationem.*

aliis ejusdem elucubrationibus, eloquentiæ vis, iidem amplificandæ et exornandæ orationis modi, eadem illa in dicendo facundia, ut prolixiores luxuriantesque sæpe occurrant periodi[1]. Congruit ratio sententiarum ; non modo enim iidem eximiæ pietatis sensus, eadem affectuum vehementia, idemque relucet omnigenæ doctrinæ apparatus ; verum etiam eædem prorsus sententiæ iisdemque fere verbis prolatæ : eædem in sacris dogmatis proponendis atque explicandis formulæ, eadem denique vel in rebus minus obviis usurpata argumenta[2]. Convenit singulare illud Sophronii studium nullam prætermittendi, imo nullam non accersendi occasionem sinceras Ecclesiæ doctrinas inculcandi, adversasque hæreses redarguendi[3]. Convenit denique ratio errorum, quos frequentius homiliæ auctor exagitat, nestorianorum scilicet, et potissimum eutychianorum ac polycephalæ (ut ipse vocat) acephalorum sectæ. Id enim et aliis Sophronii scriptis commune est, ætatique Sophronii ita est proprium, ut prorsus nefas sit, in alia tempora hanc orationem transferre.

V. Quod vero in hac homilia Sophronius ne verbum quidem injecerit, quod ad monothelitarum errores referri queat ; Michael Le Quien potius quam inde concluderet, homiliam al-

[1] Exempla ejusmodi periodorum ut aliquot innuam, fac videas § I *Homiliæ in SS. Apostolos Petrum et Paulum* (N. *Collect. Vet. Script.* Tom. X, pag. XXIX), tum § 15 *Sermonis in laudem SS. Cyri et Johannis* (*Spicil. Rom.* Vol. III, pag. 37-41), ubi unica periodus quatuor implet pagellas.

[2] Manifesto id apparet ex collatione eorum locorum, quæ in hac homilia vel de S. Trinitate vel de Incarnatione agunt, cum litteris ejusdem Synodicis. Item quod in hac homilia (§ XLIV) legis, Deum voluisse, dum nasceretur, matrem intactam servare, ut exinde sua evinceretur divinitas, illud ipsum reperies cum *homilia in Christi natale* (Bibl. PP. Lugd. Tom. XII, pag. 208), tum in ejusdem oratione in *occursum Domini* (§ 8 apud Bollandianos Febr. Tom. I, pag. 276).

[3] Exempla habes tum in exordio *homiliæ in SS. Apostolos Petrum et Paulum*, ubi omnino præter orationis scopum doctrinam inculcat de duabus Christi naturis, tum in *Sermone in occursum Domini*, in quo et illud animadversione dignum, quod cum diutius jam et plures (§ 5, 8, 9 et 11) adversus hæreses tum Nestorii tum Eutychis et acephalorum verba fecisset, tamen denuo (§ 22) duas Christi naturas prædicandi occasionem capit ex duabus volucribus, quæ tunc oblatæ dicuntur (apud Bolland. l. c. pag. 272).

teri scriptori tribuendam, maluit affirmare[1], id a litteris Honorii Romani Pontificis, qui ea de controversia silentium indixisset, repetendum esse. At nihil opus est ejusmodi hypothesi; fieri enim potuit, ut Sophronius hanc orationem haberet, antequam in episcopum Hierosolymitanum eligeretur, ac proinde antequam Cyrus Alexandrinus ac Sergius Constantinopolitanus venenum hæreticum aperte disseminassent. Imo aliquod ejus rei indicium in ipsa homilia non deest, ubi[2] se Sophronius ἐλαχίστου titulo designat, qui sane in concione ad populum habita, monachi potius, quam episcopi conditioni congruit. Sed et illud prætereundum non est, monumenti illius, quod silentium Sophronio indictum ab Honorio tradit, epistolæ scilicet ejusdem Honorii, quæ in sexta Synodo lecta perhibetur, non satis firmam esse fidem[3]. Addiderim ulterius, etsi sua illi Honorii epistolæ fides constaret, tamen ne hac quidem ratione quæstionem solvi, cur Sophronius doctrinam de duplici Christi Domini voluntate et operatione in ea homilia prorsus tacitus prætermiserit. Narrat enim epistola, illud seu consilium seu præceptum silentii de una vel duplici Christi voluntate servandi Sophronio transmissum ab Honorio fuisse per Stephanum Dorensem, quem Sophronius ipse propter eamden monothelitarum causam Romam ad Honorium miserat. Porro plane incertum est, an post reditum Stephani tamdiu Sophronius adhuc vixerit, ut dein hanc homiliam in Virginis Annuntiationem habere potuerit[4].

[1] Loc. sup. cit.

[2] § XLVIII.

[3] In Romano nostro Collegio hæc propugnata est thesis : *Quæ feruntur mutuæ Honorii ac Sergii epistolæ, eas aut confictas aut saltem interpolatas habendas esse affirmamus.* De quo quidem argumento nonnulla aliquando me editurum confido. Illud unum hic præmoneo, momenta, quæ in hanc me sententiam impulerunt, alia esse ac hypothesim, quam de interpolatis Synodi VI actis Emus Baronius propugnavit.

[4] Unicum homiliæ exemplar habere ad manus licuit, e Coisliniano codice, ut dixi, diligentissime exscriptum. Cum tamen nonnulla excerpta e codice Cæsareo Vindobonensi receperim, alia vero fragmenta apud Nicodemum monachum repererim, variantes lectiones, quas collatione instituta deprehendi, subinde adnotabo.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ
ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ[1].

Εὐλόγησον, πάτερ.

I. Εὐαγγέλια, ἀδελφοί, εὐαγγέλια, καὶ πάλιν ἐρῶ, εὐαγγέλια· οὐχ ὅτι πάντων εὐαγγελίων ἐστὶν ὑψηλότερα, θειότερά τε καὶ κομψότερα, καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς ἐξοχώτερα· οὐδ' ὅτι ὡραῖόν με τὸν αὐτῶν ἀποδείκνυσιν ἄγγελον, καὶ ὡραίους μου τοὺς πόδας ποιεῖ καὶ ἐργάζεται· ἀγαθῶν γὰρ ἁπάντων ἐστὶν ἀγαθώτερα, καὶ

[1] Sermonis hujus excerptis in Vindob. Cæs. codice sequens titulus præfigitur : Τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων Κυρίου Σωφρονίου ἐκ τοῦ εἰς εὐαγγελισμὸν λόγου. Ἐκ περικοπῆς τὸ μέγιστον ὧδε ἡ θεολογία.

SANCTI HIEROSOLYMORUM PATRIARCHÆ SOPHRONII

SERMO

IN ANNUNTIATIONEM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ.

Benedic, Pater.

I. Bonum nuntium, fratres, bonum nuntium : dicam etiam tertio, bonum nuntium ; non modo quia lætis quibusque nuntiis sublimius hoc est, divinius, et præclarius, atque ob incomparabiles excellentias eminentius ; neque modo quia me, qui illud ipsum affero, jucundum visu exhibet, meosque pedes tum adspectu tum re ipsa efficit speciosos[a], quandoquidem et quovis

[a] *Rom.* X, 15.

χρηστῶν ἁπάντων χρηστότερα, καὶ πάντων θαυμασίων θαυμασιώτερα, καὶ πάντων συμπαθῶν συμπαθέστερα, καὶ φοβερῶν ἁπάντων καὶ φρικτῶν φοβερώτερά τε καὶ φρικτότερα· ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος τρισσούμενα τὴν ὑπερτάτην δηλοῖ καὶ θείαν ἀρίθμησιν. Ἅπαν γὰρ τὸ ἐν ἱεροῖς καὶ θείοις τρισσούμενον δόγμασιν, ἢ καὶ θεοσόφοις κηρύγμασι, καὶ σεπτοῖς ἀπαγγέλμασι, τιμὴ τῆς μακαρίας Τριάδος ὁρίζεται, Πατρός φημι, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἥτις καὶ Τριάς ἐστι, καὶ μονὰς κατοπτεύεται· καὶ μονάς ἐστι, καὶ Τριὰς ἐξευρίσκεται· τὸ μὲν ταῖς τρισσαῖς ὑποστάσεσι, τὸ δὲ τῇ μιᾷ καὶ μόνῃ θεότητι, ἤγουν οὐσίᾳ καὶ φύσει.

II. Μία γὰρ τῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ἡ οὐσία κηρύττεται, ὡς εἰς μίαν καὶ μόνην ἀναγομένης θεότητα. Διὸ καὶ τὸ ὁμοούσιον, τό τε συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον, ἀρραγὲς ἔχει καὶ

---

bono melius idem est, et quavis re utili utilius, et universis mirabilibus admirabilius, et omnibus misericordiæ divitiis miseratione locupletius, atque venerandis omnibus ac tremendis venerandum magis ac magis tremendum; verum etiam quia tertio repetitum sublimissimum illum ac divinum beatæ et principantis Trinitatis numerum declarat. Omnia enim quæcumque in sacris divinisque dogmatibus, sive etiam in divinioris sapientiæ prædicationibus, augustisque enuntiationibus tripliciter efferuntur, in gloriam deputantur beatissimæ Trinitatis, Patris, inquam, et Filii, et Spiritus Sancti; quæ et Trinitas est, et unitas cognoscitur; et unitas est, et Trinitas deprehenditur; hoc quidem propter tres hypostases; illud vero propter unam solamque divinitatem, substantiam nempe atque naturam.

II. Supersubstantialis enim, omnisque vitæ auctricis Trinitatis una prædicatur substantia, utpote quæ in unam solamque adunatur divinitatem. Quamobrem tum substantiæ, tum essentiæ, tum naturæ integra manet unitas, stabilisque atque indi-

στερρὸν καὶ ἀσκέθαστον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπλήθυντον. Ἡ γὰρ ἁγία Τριὰς, ἡ πάντων κρατοῦσα τῶν ὄντων καὶ ἄρχουσα, καὶ πάντων κτιστῶν βασιλικῶς καὶ θείως δεσπόζουσα, ἀριθμεῖται μὲν ταῖς ἑαυτῆς ὑποστάσεσι· Τριὰς γάρ ἐστι καὶ πιστεύεται· τῇ δὲ οὐσίᾳ καὶ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητι, πάσης κρείττων ἐστὶν ἀριθμήσεως. Οὐ γὰρ πρὸς τριαδικὴν ἐξαρίθμησιν καὶ κατ' οὐσίαν ἐκφέρεται· ἐπειδὴ τῶν προσωπικῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων ποιεῖται τρισσὴν τὴν ἀρίθμησιν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ μεριστὴ ταῖς ὑποστάσεσι δείκνυται, καὶ μένει κατὰ τὴν φύσιν ἀμέριστος, καὶ τοῖς προσ-

---

visa, imo vero et multiplicationis expers. Etenim sacrosancta illa Trinitas, quæ exstantia omnia potestate sua continet et moderatur, et creatis universis regali divinoque dominatur imperio, numerum quidem quoad suas ipsius personas admittit; quippe Trinitas est et creditur : quoad substantiam vero, naturamque juxta ac divinitatem, omnem superat numerationem. Neque enim, quamvis personalium sui ipsius hypostaseon ternario polleat numero, idcirco ad ternarium numerum quoad substantiam quoque se protendit. Propterea et distinctionem præfert[a] in hypostasibus; et dum indistincta manet in natura,

[a] Ne, quæso, janseniani existiment, præformatam hic a S. Sophronio fuisse eam loquendi formulam, quæ, uti in dogmatica Constitutione - *Auctorem Fidei* - inquit s. m. Pius VI, *facile rudes præsertim et incautos in fraudem impellere valet*, quippe quæ tradens, *Deum in tribus personis distingui, vi verborum hoc erroris periculum* subinfert, *ut Essentia Divina distincta in personis putetur*. Subjectum enim, quod in hoc Sophronii loco et *distinctionem præferre* dicitur, et *distinctum quoad personas* prædicatur, et *distinctionem obtinere* perhibetur, non est *Natura* aut *Essentia Divina*, sed sacrosancta atque adoranda *Trinitas*. Eam autem Apostolicæ Constitutionis sententiam nunc meminisse haud inutile visum fuerit, quando formulam illam loquendi, quam SS. Pontifex graviori potius imprudentiæ quam pravo inconditæ illius turbæ Pistorii congregatæ animo tribuere maluit, recentius in libris vernacula lingua conscriptis et magna præterea laude cumulatis et semel et iterum usurpatam rursus non sine dolore reperimus.

ὡποις διαιρετὴ καταγγέλλεται. Ἰδίᾳ γὰρ τούτων ἕκαστον φαίνεται, καὶ τὴν φύσιν ἀδιαίρετος. Ὅθεν καὶ παράδοξον ἀληθῶς καὶ κατάπληκτον τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν κέκτηται· ὅτι μήτε διὰ τὸ ἓν, ὅπερ ἡ φύσις ἐστὶν, ἀναχέεται καὶ πρὸς μίαν ἐλαύνει καὶ μόνην [1] ὑπόστασιν· οὔτε διὰ τὰ τρία, ἐκφύλως καὶ παντελῶς διατέμνεται, ἅπερ πρόσωπά ἐστιν ἐνυπόστατα· ἀλλ' ἔστιν ἀῤῥαγὲς καὶ ἀμέριστον, καὶ πάντα μερισμὸν καὶ συζυγίαν ἀρνούμενον.

III. Τοῦτο γὰρ καὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτῆς ἐστι καὶ φρικτότατον, ὅτι ἓν καὶ ταὐτὸν κατὰ τὴν φύσιν ὑπάρχουσα, καὶ Θεὸς εἷς καὶ θεότης μία τυγχάνουσα, τρία τοῖς προσώποις εὑρίσκεται, οὐ τὴν φύσιν ἢ τὴν θεότητα τέμνουσα, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῆς ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα εἰς ἀρίθμησιν οὐ συγχεομένην εὐρύνουσα. Ὥσπερ γάρ ἐστι Θεὸς ὁ πατὴρ, οὕτω Θεὸς ὁ Υἱὸς, οὕτω Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ καθὸ μὲν Θεὸς ἕκαστον λέγεται, μίαν τῶν τριῶν προσ-

[1] Cod. repetit μίαν : at loca similia palam faciunt, legendum μόνην.

---

in personis distincta prædicatur. Quoad hasce enim singulas distincta, quoad naturam vero indiscreta apparet. Exinde ratione plane mirabili ac stupenda distinctionem pariter obtinet atque unitatem; quoniam neque propter id, quod unum est, naturam scilicet, confunditur, adeo ut in unam quoque ac solam coarctetur personam; neque iterum propter eas, quæ tres sunt, personas inquam subsistentes, in diversa ac prorsus sejuncta discinditur; sed unum illud integrum manet et indivisum, omnemque disjunctionem pariter ac compositionem respuens.

III. Est enim hoc ipsum in Trinitate mirabile ac stupendissimum, quod, quamvis unum sit atque idem secundum naturam, et Deus unus sit, atque una Divinitas; tria tamen in personis invenitur; non quasi natura ipsa seu deitas dividatur, sed quia in suis ipsius hypostasibus ac personis in numerum confusionis omnis expertem dilatatur. Quemadmodum enim Deus est Pater, sic Deus est Filius, itemque Deus est Spiritus Sanctus. Et quatenus eorum unusquisque dicitur Deus, unicam præfert trium

ώπων τὴν οὐσίαν παρίστησι· καθὸ δὲ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα πανάγιον, ταῦτα γὰρ τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῶν τριῶν ἀληθῶς αὐτῆς ὑποστάσεων ἀκριβῶς ἐστι τὰ ὀνόματα, οἷς ἀλλήλων ἡ μακαρία αὐτὴ Τριὰς ἄνευ μερισμοῦ διαστέλλεται φύσεως, τρία ὄντως ἐστὶ καὶ πιστεύεται, καὶ ὑπὸ πάντων πιστῶν, καὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ ἀοράτων δυνάμεων, μεγαλοφώνως κηρύττεται καὶ δοξάζεται, ἐν τρισὶ μὲν ἁγιασμοῖς ἀνυμνούμενα, εἰς μίαν δὲ συνιόντα φυσικὴν κυριότητα. Ἅγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σα-

---

personarum substantiam; quatenus autem Pater, et Filius, et Sanctissimus Spiritus (hæc enim trium personarum ac vere trium ipsius hypostaseon proprie sunt nomina [a], quibus beata Trinitas quoad personas ad invicem sine divisione naturæ distinguitur), tres vere sunt et creduntur, et a fidelibus universis, itemque a cœlestibus atque invisibilibus Virtutibus, magna voce celebrantur, et glorificantur, hinc terno sanctitatis præconio collaudatæ, hinc vero una naturalis dominationis prædicatione coadunatæ. Namque [b] *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus Dominus exercituum*, clamaverunt sex alas habentia Seraphim [c], qui multo melius

[a] Ταῦτα γὰρ τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῶν τριῶν..... ὑποστάσεων ἀκριβῶς ἐστι τὰ ὀνόματα. *Hæc enim, proprie et accurate loquendo, nomina sunt trium personarum, triumve hypostaseon.* Ita Sophronius; et ex hisce quoque confirmatur quam merito s. m. Pius VI, in dogmatica Constitutione - *Auctorem Fidei* - notaverit inscitiam pistoriensis conciliabuli ita de hac re statuentis, perinde ac exactior loquendi forma postularet, ut augustissimæ Triadis personæ appellarentur *Pater, Verbum, Spiritus sanctus,* minus vero exacte denominarentur *Pater, Filius, et Spiritus sanctus.* Porro si hac mere de causa, Apostolicæ quidem Sedis judicio, pistoriense conciliabulum reprehensione non caruit; quid vero sentiendum de recenti illa falsi nominis scientia, quæ (uti legimns in Petri Leroux Ἐγκυκλοπαιδείᾳ, cap. 8), loquendi formam æque atque ipsam dogmatis substantiam inscite juxta ac perverse corrumpens, sanctissimæ Triadis mysterium ita exhibet, ut personæ Patris locum teneat *realitas entis*, locum Filii *entis idealitas, amor* vero locum Spiritus sancti sibi vindicet?

[b] *Is.* VI, 3.

[c] *Ibid.* v. 2. *Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, et sex alæ alteri.*

θαὼθ, τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ ἀνακέκραγε, τὰ μᾶλλον ἡμῶν θεολογίας λόγους γινώσκοντα, ὡς μᾶλλον ἡμῶν Θεῷ πλησιάζοντα, καὶ καθαρᾶς αὐτοῦ φωταυγείας μετέχοντα, καὶ ἀκεραίοις αὐγαῖς ἐλλαμπόμενα. Τρισσῶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν τρισαγία ἡ Τριὰς ἁγιάζεται, καὶ τρισὶν ἁγιασμοῖς καὶ δοξολογίαις γεραίρεται· καὶ εἰς κυριότητα μίαν τὴν, Κύριος Σαβαὼθ, φωνὴν ἀσυγχύτως συνάγεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, τριπλῶς ὑπ' αὐτῶν τῶν Σεραφὶμ κελαδούμενον, τῶν τριῶν τῆς μακαρίας Τριάδος προσώπων τὴν ὑμνουμένην ἀρίθμησιν δείκνυσιν· οὕτω τὸ, Κύριος Σαβαὼθ, μίαν, καὶ μόνον λεγόμενον τὴν μίαν ἐμφαίνει καὶ μόνην αὐτῶν κυριότητα, καθ' ἣν καὶ εἷς τὰ τρία Θεὸς ἀσυγχύτως ἐστὶ καὶ δοξάζεται, καὶ ἡ μία θεότης ἐν τριάδι γεραίρεται. Διὰ τί γὰρ μὴ μόνον ἅπαξ εἰπόντα σεσίγηκε; μηδὲ κεκραγότα δὶς, σεσιώπηκεν, ἀλλὰ τρὶς ἀναλαμβάνει τὸ, ἅγιος; Ὅτι μὴ μία καὶ μόνη ἡ τῆς Τριάδος ἐστὶν ὑπόστασις· ἄπαγε τῆς Σαβελλιανῆς δυσσεβείας τὸ

---

profecto, ac nos, theologiæ norunt rationes, utpote qui propius, quam nos, ad Deum accedunt, atque e purissimis illius splendoribus participant, sinceraque ejus luce illuminantur. Sacratissima enim Trinitas ter ab ipsis sancta prædicatur, et terna sanctificatione ac glorificatione honoratur; per eam autem vocem, *Dominus exercituum*, in unum dominatum sine confusione contrahitur. Quemadmodum enim illud, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, ter ab iisdem Seraphim conclamatum, trium beatæ Trinitatis personarum numerum collaudatum ostendit, ita illud, *Dominus exercituum*, unicam, semelque pronuntiatum unam ac solam declarat ipsarum dominationem, secundum quam et Deus unus tres inconfuse sunt et glorificantur, atque una deitas in Trinitate honoratur. Cur enim cum semel eam vocem protulissent, non tacuerunt? neque siluerunt, cum bis clamassent, sed ter illud *Sanctus* repetunt? Quia scilicet Trinitatis non una solaque est hypostasis; apage sabellianam exsecrabilem impie-

βδέλυγμα· μήτε δύο ταύτης[1] καὶ μόνα τυγχάνει τὰ πρόσωπα· ἄπαγε τῆς Μακεδονιανῆς βδελυρίας[2] τὸ ἄθεον· ἀλλὰ τρὶς βοᾷ, καθὼς ἔφην, καὶ κραυγάζει τὸ, ἅγιος, καὶ ἀκαταπαύστοις τοῦτο προσφέρει τοῖς χείλεσι, καὶ ἀσιγήτοις ἀγγέλλει τοῖς στόμασιν, ἐπειδὴ τρεῖς τῆς μακαρίας Τριάδος καὶ πάντων ἀρχικωτάτης αἱ ὑποστάσεις ὁρίζονται, καὶ τρία αὐτῆς τὰ συγγενῆ τυγχάνει καὶ ὁμόφυλα πρόσωπα, τὰ μίαν ὁμοτίμως θεότητα, καὶ μίαν ἰσοσθενῶς κυριότητα, καὶ μίαν τῶν ἁπάντων ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀδιάῤῥητον ἔχοντα.

IV. Διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι, οἱ ταύτης προσκυνηταὶ γνη-

[1] C. Cæs. αὐτῆς.
[2] C. Cæs. βδελυρίας.

---

tatem : sed neque duæ ac solæ sunt ipsius personæ; apage macedonianæ impudentiæ atheismum : sed ter clamant, ut dixi, ingeminantque illud *Sanctus*, idemque labiis indesinenter efferunt, atque ore silere nescio prædicant, quoniam beatæ, ac summi exstantium omnium principii, Trinitatis tres definiuntur hypostases, tresque coessentiales ac consubstantiales sunt illius personæ, unam pari honore deitatem, unamque pari fortitudine dominationem, atque unum in res omnes imperium regnumque sine scissione possidentes[a].

IV. Quapropter et nos omnium minimi, qui adoratores ejus-

[a] Hinc et Damascenus in epistola ad Jordanem archimandritam *de Trisagio hymno*, cap. II (Opp. Tom. I, pag. 483) : *Ad hunc porro modum definite pronuntio, Deum per Seraphim ac per Trisagium hymnum unam in tribus hypostasibus divinitatem ac dominationem tanquam per arithmeticam quandam declarationem Esaiæ revelasse. Cur enim non bis, aut quater, aut sexcenties vocem hanc* Sanctus *cecinerunt? Quid item est, cur nec bis, nec ter, aut quater, aut sexcenties, hæc verba*, Dominus Sabaoth, pleni sunt cœli et terra gloria ejus, *pronuntiarunt, verum vocem* Sanctus *ter, vocabulum autem* Dominus *semel dumtaxat Seraphim exclamarunt? An non ut ostenderent, tres quidem esse sanctas hypostases, unam vero trium dominationem, unum imperium, gloriam unam essentiamque et Deitatem?*

σιώτατοι καὶ δοῦλοι τυγχάνοντες, ἀσχέτως κηρύττειν ὑμῖν εὐαγγέλια θέλοντες, τρισσὰ εὐαγγέλια λέγομεν, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, φάσκοντες, καὶ πάλιν εὐαγγέλια κράζοντες, κἀνθάδε τῆς μακαρίας τὴν τιμὴν εἰσάγοντες Τριάδος, κἂν μὴ τριαδικὸς ὁ λόγος, ἀλλ' οἰκονομικὸς, τοῦ ἑνὸς τῆς αὐτῆς πανσέπτου Τριάδος καθέστηκε, καὶ μόνην ἡμῖν εὐαγγελίζεται τοῦ λόγου τὴν ἄφιξιν. Καλὸν γάρ ἐστι, καὶ πᾶσι πιστοῖς προσφιλέστατον, τὸ ἐν[1] ἑκατέροις ἀγγέλλειν ἑκάτερα, καὶ ἀσύγχυτον τηρεῖν ἑκατέρων τὴν δήλωσιν, τοῦτ' ἔστι κἂν τοῖς οἰκονομικοῖς κελαδήμασι λόγους τριαδικοὺς ἐξαγγέλλεσθαι, κἂν τοῖς τριαδικοῖς ἄγουν θεολογικοῖς ἐξαγγέλμασι τὰ οἰκονομικὰ προσφέρεσθαι ῥήματα· ἐπειδὴ καὶ τῆς Τριάδος εἷς ὁ λόγος γνωρίζεται, ὁ τὴν οἰκονομίαν ὑπελθὼν τὴν ἀνθρώπειον, καὶ σώσας ἅπαν ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων τὸ φύραμα· διεσταλμένοις μέντοι καὶ ἰδιοτρόποις νοήμασιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσρήμασιν, ἵνα μή τις

[1] Cod. ἓν.

---

dem sincerissimi, servique sumus, cum fausta vobis evangelizare cupidissime exoptemus, *bonum nuntium*, semel et iterum et tertio repetimus, *bonum nuntium*, clamantes, *bonum nuntium*, atque iterum *bonum nuntium* ingeminantes, beatæ scilicet Trinitatis honorem huc quoque inferentes, etiamsi sermo, non quidem ad Trinitatem sed ad dispensationem spectans, circa alteram summæ ipsius adorandæ Trinitatis personam versetur, nobisque solum Verbi adventum annuntiet. Opportunum enim cunctisque gratissimum contingit fidelibus, quod utrobique utriusque mentio injiciatur, et simul inconfusa servetur utriusque explicatio, videlicet quod et ea, quæ pertinent ad Trinitatem, memorentur, cum de dispensatione disseritur, et rursus laudationibus theologicis, seu circa Trinitatem versantibus, nonnulla de dispensatione subinferantur (quandoquidem et unus esse de Trinitate Verbum dignoscitur, qui humanam dispensationem in se suscepit, totamque nostram, hominum scilicet, massam salvam fecit); diversis tamen et cuique propriis

ἐντεῦθεν φυρμὸς καὶ ἀνάχυσις τίκτηται τῶν τε θεολογικῶν καὶ τριαδικῶν προσκηρύξεων, τῶν τε οἰκονομικῶν καὶ ἑτεροίων προσρήσεων, διὰ τὴν τοῦ λόγου καὶ Θεοῦ πρὸς τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς συγκατάβασιν.

V. Ἐλαυνέσθωσαν γοῦν ταύτης ἡμῶν τῆς ἱερᾶς πανηγύρεως, Σαβέλλιοι, Μάρκελλοι, Ἄρειοι, Εὐνόμιοι, Εὐδόξιοι, Ἀστέριοι, καὶ ὅσοι τούτοις εἰσὶν ὅμοιοι, καὶ τὴν ἀθείαν ὁμόθρησκοι, οἱ τῆς θεολογίας τοὺς λόγους τοῖς τῆς οἰκονομίας συμφύροντες δόγμασι, καὶ ὑφ' ἑαυτῶν συμφυρόμενοι καὶ συγχεόμενοι, καὶ ταλήθὲς εὑρεῖν μὴ δυνάμενοι· καὶ μὴν καὶ Πέτροι, καὶ Σευῆροι, καὶ πᾶσα τῶν ἀκεφάλων ἡ μυριόχειλός τε καὶ μυριόγλωσσος αἵρεσις· οἳ διὰ τὴν πρὸς τοὺς πιστοὺς ἡμᾶς καὶ θεόφρονας δυσσεβεστάτην τε καὶ μιαρὰν ἀντιπάθειαν, τῇ τρισαγίᾳ φωνῇ σταυρὸν παρυφάναντες, τῆς

(id fiat) conceptibus juxta atque invocationibus, ut ne qua scilicet, propter Dei ac Verbi ad nos miseros descensum, permixtio inde et confusio pariatur prædicationum tum earum quæ ad Theologiam atque Trinitatem, tum earum quæ ad dispensationem aut ad alterum ordinem referuntur.

V. Procul itaque ab hac sacra nostra panegyri sunto Sabellii, Marcelli, Arii, Eunomii, Eudoxii, Asterii, et quotquot alii hisce similes, impietatique pariter devoti reperiuntur; qui dispensationis dogmatibus theologicos permiscent sermones, ac semel ipsi implicantes et confundentes, ad veritatem assequendam plane impotes deprehenduntur. Sed profecto et Petri [a] procul absint, et Severi [b], universaque labiis innumeris, innumerisque linguis hæresis Acephalorum; qui ut sese nobis fidelibus ac piis impiissime ac scelestissime opponant, trisagii cantico præpostere

[a] Taxatur hoc loco Petrus cognomine Γναφεύς, *Fullo* videlicet appellatus, secta Eutychianus, qui ter antiochenam sedem annis 471, 476, et 485 invasit.

[b] Severus hic indigitatur ex eadem Monophysitarum secta, qui anno 512, expulso Flaviano II antiocheno episcopo, eamdem sedem occupavit.

ἀσυγχύτου Τριάδος τοὺς λόγους συνέχεαν. Τρὶς γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, φάσκοντες, σταυρὸν ἀσεβῶς τοῖς τρισὶν ἁγιασμοῖς ἐπιφέρουσιν. Εἰ γὰρ τῆς Τριάδος ὕμνος ὁ τρισάγιος πέφυκεν ἴδιος, πῶς ἀπαιδεύτως σταυρὸν αὐτῷ προσαρμόζουσιν οἱ τὴν θείαν ὄντως σοφίαν ἀπαίδευτοι ;

Οὐ γὰρ τῆς Τριάδος ὁ σταυρὸς καταγγέλλεται, ἀλλὰ τοῦ σαρκωθέντος υἱοῦ τὴν φιλάνθρωπον σάρκωσιν, τοῦ τῆς Τριάδας ἑνός, καὶ ὁ σταυρὸς αὐτός ἐστι καὶ ἡ σταύρωσις, κηρύττων αὐτοῦ τὴν σωτήριον νέκρωσιν, ἣν δι' ἡμᾶς σαρκικῶς ἐνεκροῦτο σταυρούμενος.

---

subtexentes crucem, inconfusæ Trinitatis doctrinas confuderunt[a]. Nam dum et ipsi ter illud *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, concinunt, triplici sanctificationi crucem impie subnectunt. At enim si hymnus *trisagios* est Trinitatis proprius, quomodo, homines divinæ sapientiæ vere imperiti, eidem crucem imperite adjungunt?

Non enim de Trinitate crux prædicatur, sed ad Filium, unum de Trinitate, per misericordissimam incarnationem factum hominem, et crux pertinet et crucifixio : crux quippe salutarem illius prædicat mortem, quam cruci affixus pro nobis secundum carnem subiit.

[a] Crimen corrupti per scelestum hoc additamentum hymni Trisagii in Petrum Fullonem sic rejicit Damascenus (Epist. ad Jordanem archimandr., *de hymno Trisagio*, cap. 5, pag. 485) : *Cnaphei hoc deliramentum est, qui, ingenti tumens arrogantia, aperto, ut dicitur, capite..... ac si ipsismet Seraphim sapientior foret, ac mysteriorum intelligentior, Trisagium hymnum tanquam inelegantem pannum quemdam fullonum more expurgare veritus non est. Etenim si Trisagium hymnum de Filio solo dicamus, omnis prorsus sublata est ambiguitas, atque cum Maronitis Trisagio crucifixionem adjicimus. Verum absit, ut vel hoc labiis usurpemus.....* Et reipsa eumdem Petrum Cnapheum hoc nomine sic Romanus Pontifex Felix III in epistola ad ipsum data redarguit : *Ut serpens Evæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti : traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti, inserens illi : Qui crucifixus es pro nobis.*

VI. Τοῦ λόγου γὰρ σάρκωσιν οὐκ εἰπόντες οἱ τάλανες, οὔτε μὴν ἑτερογενῶν οὐσιῶν ὀνομάσαντες ἕνωσιν, θεότητός τέ φημι καὶ ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὔτε τὴν ἐκ παρθένου τῆς θείας αὐτοῦ καὶ κυρίως Θεοτόκου κηρύξαντες γέννησιν, ἅπερ ἅπαντα σταυροῦ χρεὼν καθηγήσασθαι, σταυρὸν ἀθέσμως προσφέρουσι, τὴν μιαρὰν θεοπάθειαν ἱεροῖς μιγνύναι βουλόμενοι δόγμασιν.

Εὐτυχοῦς γὰρ τοῦ μιαροῦ καὶ παράφρονος ὅλην νενοσηκότες τὴν σύγχυσιν, καὶ ὅλην πεπωκότες[1] τὴν πολύφυρτον κύλικα, πάντα

[1] Cod. πεποκότες.

VI. Cum vero miseri illi nec Verbi incarnationem profiteantur, neque etiam diversarum substantiarum, deitatis inquam et humanitatis, unionem dicant, neque generationem ejus ex Virgine divina vereque Dei genitrice prædicent, quæ tamen omnia cruci prævia sint oportet, ita fit ut, sacrosanctis dogmatibus blasphemam Divinitatis passionem[a] perverso consilio immiscentes, crucem quoque impie proferant.

Scelerati enim et stulti Eutychetis confusionem omnem insane sectantes, totumque ejus maxime fæculentum calicem poti,

[a] Id ipsum Petro Fulloni exprobraverat Felix Papa III (Epist. IV) inquiens: *Quandoque enim dicis, Trinitatem propter nos crucifixam, non Christum, et cæt.* Mox autem subdit Pontifex, quo se hæreticus reciperet : *Quandoque autem..... venisti ad pejus..... totum hymnum ad Filium referendo.* Qua de re juverit attulisse quæ adversus Severum disputat Imperat. Justinianus in Opusculo *adversus Monophysitas*, græce per Emum Maium edito (VV. SS. Nov. Collect. tom. VII, pag. 311): *Nam et hoc Severus ausus est dicere, hymnum Trisagium ad solum Filium referri, Patre et Sancto Spiritu a doxologia exclusis. Hoc porro nihil est aliud quam Filium, juxta Arii furorem, a Patris Sanctique Spiritus substantia sejungere, eumque inducere alterius substantiæ; aut, sin minus hoc, at perinde est ac negare, juxta Nestorii blasphemiam, Christum esse Deum unumque Sanctæ Trinitatis; at idem est ac quartæ cuidam personæ, secundum illorum dementiam, hunc hymnum deferre; non pervidentes, se per id, quo honorem Filio tribuere se existimant, eumdem inhonorare, ipsumque ab adoratione, quæ Patri ac Spiritui Sancto defertur, separare.*

συγχέουσι, τοῖς θεολογικοῖς τὰ οἰκονομικὰ καταμίσγοντες, τοῖς οἰκονομικοῖς τὰ θεολογικὰ καταθλίβοντες, ἄμφω τὰς φύσεις εἰς φύσιν μίαν ἐλαύνοντες, οὐσίας τὰς δύο πρὸς οὐσίαν μίαν συνάπτοντες, τὰς ἑκατέρας μορφὰς θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος τῶν οἰκείων δογμάτων ἐκβάλλοντες, καὶ μορφὴν εἶναι μίαν Χριστοῦ καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν βουλόμενοι· ἵνα μήτε τῆς θεολογίας οἱ λόγοι ἀκραιφνεῖς καὶ ἀκέραιοι μένωσι, μήτε τῆς οἰκονομίας τὰ δόγματα ἐλευθεριάζῃ τῆς εὐτυχιανῆς αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δυστυχοῦς, τροπῆς καὶ συγχύσεως. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν εἰς ἀσεβείας βυθὸν κυβιστήσαντες φυρέσθωσαν, καὶ τοῖς τῆς ἀσεβείας περικλυζέσθωσαν ῥεύμασιν.

VII. Ἡμεῖς δὲ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, καὶ τῆς ἐκείνων ἀκεφάλου τερθρείας ἀντιπάλει, τῶν πατρῴων ἡμῶν δογμάτων γνησίως ἐχώμεθα· καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἄγρυπνοι γενόμενοι φύλακες, λόγους τριαδικοὺς ἐπιστάμενοι, καὶ λόγους οἰκονομίας γινώσκοντες, καὶ μηδὲ τούτους ἐκείνοις συγχέωμεν, μήτε τούτοις

---

omnia permiscent, confundunt omnia; iis, quæ theologiæ sunt, inserunt quæ sunt dispensationis; quæ theologiæ sunt, ad dispensationem pertrahunt; naturas binas in unam redigunt naturam, in substantiam unicam conjungunt duas substantias, duplicem et divinitatis et humanitatis formam a propriis placitis expungunt, unamque Christi formam et substantiam, ac naturam definiunt; adeo ut neque theologiæ rationes sinceræ apud illos atque intemeratæ maneant, neque dispensationis dogmata ab eutychiana ipsorum seu potius dystychiana conversione atque confusione serventur immunia. Verum in impietatis abyssum ultro præcipites delapsi confundantur illi quidem, et impietatis fluctibus circumagantur.

VII. Nos vero pietatis alumni, acephalorumque illorum præstigiis inimici, patrum nostrorum dogmata fideliter servemus; et traditionum apostolicarum custodes vigiles effecti, cum rationes ad Trinitatem pertinentes habeamus perspectas, et quæ sint dispensationis rationes sciamus, neque has cum illis con

ἐκείνους συμφύρωμεν, ἀλλ' ἑκάστοις τὸ πρέπον ἁρμόζωμεν, καὶ τόπον καὶ τρόπον καὶ καιρὸν ἀφορίζωμεν[1] ἴδιον. Καὶ οὕτως ἔξω σκανδάλων ἐσόμεθα, καὶ πλάνης αἱρετικῶν ἀκοινώνητοι, καὶ μανίας ἑτεροδόξων ἐλεύθεροι· καὶ ἐπὶ τῆς ἐνθέου στησόμεθα πίστεως, ὑπὸ μηδενὸς τῶν πονηρῶν πνευμάτων στροβούμενοι, μηδὲ πρὸς ἐννοίας πονηρὰς ἐκφερόμενοι, εἰς ἃς ἡμῶν ἐλεεινῶς οἱ ἀντίπαλοι, τὸ ἑστάναι καλῶς παρωσάμενοι, καὶ τὸ φυλάττειν ἀφέντες ἀσφαλῶς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν, ἐμπεπτώκασι, καὶ ὀλώλασι, καὶ δυσσεβείας αἱρετικῆς κλυδωνίζονται κύμασιν.

VIII. Οὐκοῦν τούτων ἡμεῖς καλῶς πεφευγότες τῆς ἀσεβείας τὴν ἄβυσσον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσείστου πέτρας τῆς πίστεως σὺν ἀσφαλείᾳ τοὺς πόδας ἐρείσαντες, καὶ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναβαίνοντες, καὶ ἐπ' ἄκρων δογμάτων ἱστάμενοι κατὰ τὰ εὐαγγελικὰ καὶ προφητικὰ διατάγματα, καὶ τὴν φωνήν, ὡς σθένος ἡμῖν, μᾶλλον δὲ ὡς δοίη Θεὸς,

[1] Cod. ἀφορίζομεν.

---

fundamus, neque his illas commisceamus; sed singulis quibusque, quod par sit, adaptemus, suumque locum, et modum, et tempus proprium definiamus. Et sic a scandalis longe remoti, et ab hæreticorum aberrationibus immunes, et ab heterodoxorum insania liberi erimus; divinaque in fide constanter persistentes, nequaquam ab ullis malis spiritibus circumagemur, neque in perversa illa figmenta pertrahemur, in quæ adversarii nostri, dum felici frui stabilitate parvipendunt, paternamque pietatem diligenter custodire negligunt, miserabiliter prolapsi sunt, et perierunt, atque hæreticæ impietatis fluctibus jactantur.

VIII. Quoniam itaque impietatis eorum abyssum feliciter devitavimus, ac super inconcussa fidei petra secure pedem defigentes montem excelsum conscendimus, atque in summis dogmatibus secundum evangelica et prophetica documenta consistimus; jam et vocem, prout vires nobis suppetunt, seu potius prout Deus dederit, attollentes clamemus : *Bonum nuntium,*

ἀνυψώσαντες, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια κράξωμεν, καὶ πάλιν φαμὲν, εὐαγγέλια, καὶ τῆς Τριάδος τὸ σέβας γεραίροντες, καὶ τοῦ τῆς Τριάδος ἑνὸς Θεοῦ λόγου τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν ᾄδοντες. Ταῦτα γάρ ἐστιν ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ εὐαγγέλια, ἅπερ τοῖς πιστοτάτοις ὑμῖν εὐαγγελίζεσθαι προεληλύθαμέν τε, καὶ κηρύττειν βουλόμεθα σήμερον.

Καὶ τὴν ὑμῶν ἀγάπην προτρέπομεν, ἑαυτὴν εὐπρεπῶς καθαρίσασαν, τὰ τοιαῦτα ἡμῶν εὐαγγέλια δέξασθαι. Τὸν γὰρ, ὡς χρεὼν, ἑαυτὸν καθαρίσαντα, οὐ βδελύττεται, οὐδὲ μὴν ἀποστρέφεται ταυτὶ τὰ ἱερὰ ἡμῶν εὐαγγέλια· ἀλλὰ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιεῖται [1] σωτήριον, καὶ φωτὸς αὐτὸν πληροῖ καὶ ἐλλάμψεως, καὶ Θεοῦ θεῖον ἐργάζεται τέμενος, τὴν φύσιν ἄνθρωπον μὲν ὄντα, καὶ πλουτοῦντα Θεοῦ τὴν ἐμφάνειαν.

Πάντες ἀθροίζεσθε, πάντες συνάγεσθε, πάντες σπουδάζετε, πάντες συνθέετε, πάντες συντρέχετε, πάντες ἀλλήλων προτρέχετε,

[1] Cod. ποιῆται.

bonum nuntium, iterumque dicamus, *bonum nuntium*, et Trinitatis nempe gloriam celebrantes, et Dei Verbi, unius de Trinitate, misericordem ad nos descensum laudibus prosequentes. Hoc enim est, fratres, felix nuntium nostrum, quod ut vobis fidelissimis fausto omine afferremus, et in concionem prodivimus, et verba facere hodierna die instituimus.

Vestram autem charitatem hortamur, ut, vosmetipsos convenienter purificantes, ad faustam hanc nostram annuntiationem excipiendam aptos exhibeatis. Eum enim, qui semet, prouti oportet, emundaverit, sacra hæc nostra felicissima annuntiatio non tædio afficit, neque sane arcet; sed mansionem apud ipsum facit salutarem, ac luce ipsum atque charitate implet, eumque, utut natura hominem exsistentem, augustum deitatis templum, ac splendidissimæ Dei præsentiæ munere divitem efficit.

Omnes itaque convenite, omnes festinate, omnes concurrite, omnes convolate, omnes alterutrum prævenite, columbæ vobis

περιστερᾶς ἑαυτοῖς περιθέμενοι πτέρυγας· ὅπως καὶ πετασθήσοισθε, καὶ καλῶς ἐπὶ Χριστὸν καταπαύσοιτε· ἢ πόδας εὐδρομούσης δορκάδος δεξάμενοι, ἵνα οὐρανίων εὐαγγελίων ἀκούσοιτε, ἵν' ἀγγέλου εὐαγγέλια λέγοντος πείθοισθε, ἵνα Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἀγγέλλοντα ἄφιξιν φιλοθέοις ἀκοαῖς ἀκροάσοισθε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ὑμῶν τὴν ὀξεῖαν συνάθροισιν, καὶ τὴν πρὸς ἀκρόασιν τῶν ὑψηλῶν ἡμῶν εὐαγγελίων προθυμοτάτην συνέλευσιν, χαίροντες ὁμοῦ καὶ γαννύμενοι κράζωμεν· εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, τῷ τρισσῷ τοῦ κηρύγματος τῶν εὐαγγελίων βεβαιοῦντες τὴν πίστωσιν.

IX. Ἔνθα γὰρ ἡ ἀλήθεια πρόεισιν, οὔτε ψεῦδός ποτε πολιτεύεται, οὔτε ἀπιστία χώραν ἔξει κακίστης εἰσδύσεως· ἀπιστίας γὰρ οὐδὲν πρὸς λόγους θεϊκοὺς χαλεπώτερον. Ἔνθεν Ἰουδαῖοι πεπτώκασιν· ἔνθεν Σαμαρεῖται πεπλάνηνται· ἔνθεν Ἕλληνες ἐν σκότει διά-

---

pennas induentes, ut et voletis, et feliciter in Christo quiescatis[a], vel assumentes velocissimæ capreæ pedes, ut cœlestia nuntia auribus excipere possitis; ut Angelo felicissima nuntia enarranti credatis; ut annuntiantem Dei ad homines adventum piis auribus auscultetis; ut denique nos quoque conventum hunc vestrum cernentes alacrem, cœtumque ad præcelsa nuntia nostra audienda paratissimum, gaudentes pariter atque exsultantes clamare possimus : *Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium*, terna felicis nuntii proclamatione fidem nostram comprobantes.

IX. Et sane tunc veritas emergit, mendacium autem nunquam prævalet, neque infaustissimus incredulitati aditus prorsus aperietur. Nihil enim perniciosum magis, quam incredulitas adversus effata divina. Propterea Judæi in præceps acti sunt; propterea aberrarunt Samaritæ : propterea in tenebris versantur

[a] *Ps.* LIV, 7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam?*

γουσιν· ἔνθεν αἱρετικοὶ κατεβλήθησαν, εὐαγγελίοις Θεοῦ μὴ πιστεύσαντες, εὐαγγελίοις Θεοῦ μὴ ὑπείξαντες, ἀντίθετοί τε καὶ ἀντιπαλοι μείναντες, καὶ νεκρωθέντες, ψυχαῖς τε καὶ σώμασι, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀκοινώνητοι, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς φανέντες ἀμέτοχοι. Οὐ γὰρ καταλαμβάνει ψεῦδός ποτε τὴν ἀλήθειαν, ἕως οὗ ψεῦδός ἐστι καὶ γινώσκεται· οὐδὲ σκοτία φωτίζεται πώποτε, ἕως σκότος ἐστὶ καὶ ἐζόφωται[1], καὶ παντοίως ἀμοιρεῖ[2] φωτοφόρων ἐλλάμψεων. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ φωτεινὰ ἡμῶν εὐαγγέλια τοῖς φωτοδόχοις ὑμῖν μεγαλοφώνως κηρύττεται· οὐ γὰρ βούλεται ἀπίστων ἀκοαῖς κατατίθεσθαι, οὐδὲ καρδίαις φιλεῖ σκοτειναῖς ἐναυλίζεσθαι.

X. Ὑμεῖς οὖν, ὡς τέκνα τοῦ φωτὸς καὶ φωτότροφα γεννήματα, τῶν φωτεινῶν ἡμῶν καὶ φωτιστικῶν εὐαγγελίων ἀκούσατε. Ὑμεῖς γὰρ καὶ τὴν αὐτῶν ἐφωτίσθητε δύναμιν, καὶ τὸ αὐτῶν θεόσοφον

[1] Cod. ἐζόφιται.
[2] C. Cæs. ἀμαυρεῖ.

---

gentiles; propterea hæretici corruerunt; quia cum Dei evangeliis fidem denegarent, neque divinis oraculis obsequerentur, sed pertinaciter et hostiliter eadem impugnarent, anima simul et corpore demortui, atque æternæ vitæ expertes, veræque lucis exsortes reperti sunt. Nunquam enim mendacium, usque dum mendacium est et cognoscitur, veritatem assequitur; neque tenebræ, quousque tenebræ sunt, suaque persistunt in caligine, unquam illuminantur, neque ullum prorsus refulgentis luminis radium recipiunt. Propterea fulgidæ annuntiationes nostræ vobis, qui lucem ultro excipitis, magna voce proferuntur; neque enim incredulorum auribus proponi illæ patiuntur, neque in tenebrosis cordibus habere sedem ipsis arridet.

X. Vos itaque tanquam filii lucis[a], ac luce nutrita germina, lucentia nostra pariterque illuminantia excipite læta nuntia. Jam enim de ipsorum virtute vos illuminati estis, et divina

[a] *I Thess.* V, 5.

μυστήριον ψυχαῖς φωτειναῖς ἐπελάμφθητε, καὶ καρδίαις καθαραῖς ὑπεδέξασθε, καὶ Θεοῦ τέκνα γεγόνατε, τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν πιστῶς καὶ ἀσμένως εἰσδεξάμενοι, καὶ μόνον ὑμῶν σωτῆρα γνωρίσαντες. Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, φησὶν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Ὑμεῖς οὖν, ὡς Θεοῦ παῖδες φανότατοι, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ φανοτάτων εὐαγγελίων ἀκούσατε, δι' ὧν Θεοῦ παῖδες γεγόνατε χάριτι, καὶ οὐρανίαν εὐγένειαν ἔσχετε, τὴν χοϊκὴν δυσγένειαν ῥίψαντες, καὶ θείαν προσειλήφατε γέννησιν, τὴν ἀνθρωπείαν ἀποθέμενοι πρόοδον. Ὑμεῖς οὖν τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἀκούσατε, οἱ τῆς τούτων τελειοτάτης πίστεως θείας ἀξιωθέντες μυήσεως.

Τίνα δὲ ἡμῶν ἐστι τὰ εὐαγγέλια; ἢ τί τὸ τούτων ὑπάρχει κατόρθωμα; λεγόντων ἡμῶν, πιστῶς ἀκροάσασθε. Ἐροῦμεν γὰρ ἐμ-

---

eorum mysteria illuminatis vestris mentibus illuxerunt, purisque illa cordibus excepistis; et Dei Filium cum fide et gaudio recipientes, ac solum salvatorem vestrum eum habentes, filii Dei facti estis. *Quotquot enim*, inquit[a], *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei* fieri, *his qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Vos ergo, quippe Dei filii lucidissimi, lucidissima illa audite Dei nuntia, per quæ Dei filii facti estis, et terrena ignobilitate abjecta, cœlestem nacti estis nobilitatem, humanamque aspernati originem, divinam generationem adepti estis. Vos itaque, qui ob perfectam sacrarum annuntiationum fidem divina institutione digni evasistis, vos, inquam, eas auribus excipite.

At annuntiatio nostra, quænam tandem illa est? Aut quodnam expectandum est ab ea beneficium? Dicentem fideliter auscultate.

[a] *Johan.* I, 12, 13.

μελέστατα, ὡς αὐτὸς ἡμῖν, ὁ δι' ἡμῶν ὑμῖν νῦν εὐαγγελιζόμενος, δίδωσι[1].

XI. Κτίσας οὖν ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς οὐκ ὄντα τὰ σύμπαντα, ὅσα μετ' αὐτόν ἐστι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ παρήχθη πρὸς γένεσιν, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, αἰσθητὰ καὶ νοούμενα, οὐράνια καὶ ἐπίγεια, κτίζει κατ' οἰκείαν εἰκόνα καὶ ἄνθρωπον, ἐκ λογικῆς αὐτὸν ψυχῆς κατασκευάσας καὶ σώματος· ὃν καὶ εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν τῆς οἰκείας ἀγαθότητος τέθεικεν, αὐτεξούσιον αὐτῷ ζωὴν χαρισάμενος, καὶ παραδείσου θείου ποιήσας οἰκήτορα· καὶ καλὸν αὐτὸν τεκτηνάμενος, θείαν ἐντολὴν αὐτῷ καὶ σωτήριον ὥρισεν, ἵνα μὴ τῷ μεγέθει τῆς εἰκόνος ἐπαίρηται, μηδ' ἐκ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως, Θεοῦ φύσιν ἀσυνέτως φαντάζηται.

Ἀλλ' οὗτος τοσαῦτα πρὸς Θεοῦ λαβών, τοῦ τοῦτον τεκτηναμένου, χαρίσματα, βασιλεὺς γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἐπιγείων προὐβέ-

[1] Ad oram codicis hoc loco legitur : τέλος τῆς θεολογίας : *finis Theologiæ*; et in Cæs. codice, fol. 7, lin. 12 : τέλος τῆς αὐτοῦ θεολογίας καὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου; *finis Theologiæ ipsius* (Sophronii) *et sermonis de Trinitate.*

Præstantissima enim dicemus, prout nobis ille largitur, qui fausta nunc vobis per nos annuntiat.

XI. Cum Deus igitur in principio e nihilo condidisset universa, quotquot nempe præter ipsum sunt et ab ipso acceperunt exsistendi initium, visibilia et invisibilia, sensibilia et intelligibilia, cœlestia ac terrestria; hominem quoque ad propriam suam imaginem creavit, ex anima illum rationali et corpore compingens; quem cum libera suique juris vita donasset, ac paradisi divini habitatorem constituisset, propriæ bonitatis et imaginem et similitudinem eum effecit. Cumque bonum illum condidisset, divinum ac salutare ei mandatum imposuit; ne forte imaginis nobilitate superbiret, neve, ob similitudinem cum Deo, naturam quoque divinam sibi insipienter comminisceretur.

Verum hic cum tanta a Deo creatore suo munera accepisset licet enim Dei conditoris sui regno et imperio, non secus ac reli-

ἔλητο, ὑπ' αὐτοῦ Θεοῦ προδήλως τοῦ κτίσαντος βασιλευόμενος καὶ ἀρχόμενος, ὡς καὶ πάντα τὰ κτίσματα, οὐκ ἤνεγκε τῶν δώρων τὸ μέγεθος, ἀλλὰ Θεοῦ λαβεῖν σπουδάζει ταὐτότητα, καὶ εἶναι Θεὸς ὁ κτιστὸς ἐπεθύμησεν ἄνθρωπος· καὶ φαντασθεὶς κακῶς ἀπάτῃ τοῦ ὄφεως τὰ θεῖα καὶ ὑψηλὰ καὶ ὑπέρτατα, πρὸς θάνατον καὶ φθορὰν καταφέρεται, καὶ πίπτει πτῶμα δεινότατον, ὁ θείας φύσεως ἁρπάσαι βουλόμενος τὸ ἀξίωμα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἦν δικαιότατον, ἄκραν ταπείνωσιν ταπεινωθῆναι τὸν παρ' ἀξίαν ἑαυτὸν ὑψοῦν ἐθελήσαντα. Ἐπεὶ καὶ πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, ὡς κακῶς ἁρπάζειν πειρώμενος, ὅπερ αὐτῷ Θεὸς μὴ δεδώρηται. Οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ὡς ὁ μέγας ἀπόστολος ἔφησεν, ἀλλ' ὁ ὑπὸ Θεοῦ τοῦ διδόντος καλούμενος.

XXII. Ἦν οὖν τῷ θανάτῳ κρατούμενος οὗτος, φθορᾷ συμφθειρόμενος, ἀπὸ γῆς προερχόμενος, ὁ ἁρπάσαι Θεοῦ τὴν τιμὴν θρα-

---

quæ creaturæ omnes, uti par erat, subjiceretur; rex tamen eorum omnium, quæ supra terram sunt, constitutus ab ipso fuerat), donorum magnitudinem non tulit, sed æqualitatem cum Deo assequi conatur; et cum homo esset et creatus, Deus esse appetiit; atque ita dum divina sibi et sublimia et celsissima quæque, serpentis fallacia, male comminiscitur, in mortem et corruptionem deturbatur; dumque divinæ naturæ arripere vult dignitatem, horrendo lapsu corruit. Namque et illud æquissimo factum est jure, ut qui se extollere præter meritum voluerat, in summam abjectionem provolveretur; quoniam et *omnis qui se exaltat, humiliabitur*[a], tamquam qui male sibi usurpare illa contenderit, quæ Deus ipsi largitus non fuerit. *Nec* enim *quisquam sumit sibi honorem*, ut inquit magnus Apostolus[b], *sed qui a Deo* donante *vocatur*.

XII. Hic itaque, qui honores arripere divinos temere adnisus fuerat, in mortis potestatem redactus jacebat, corruptione tabe-

[a] *Luc.* XIV, 11.
[b] *Hebr.* V, 14.

συνόμενος, καὶ πάλιν εἰς γῆν καθελκόμενος, σήμερον σαρκικῇ γεννήσει γεννώμενος, καὶ αὔριον θανάτῳ σαρκικῷ θανατούμενος, σήμερον ἐν ζῶσιν ὁρώμενος, καὶ αὔριον ἐν νεκροῖς ἀριθμούμενος. Καὶ ταύτην τὴν δίκην ὁ Θεὸν ἀδικῆσαι θελήσας ἤνεγκεν ἄνθρωπος, ἐξ οἰκείας τοῦτο παθὼν βουλῆς καὶ προθέσεως, κακῶς τῷ αὐτεξουσίῳ χρησάμενος, ὅπερ εἰλήφει τιμηθεὶς πρὸς τοῦ κτίσαντος, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐπρεπεστάτην ὁμοίωσιν, καὶ εἰκονικὴν περιφάνειαν. Ὁ γὰρ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ ἀπωλείᾳ ζώντων εὐφραίνεται.

Καὶ ἦν ἐλεεινὸς ὄντως καὶ οἰκτιστος, ὁ πάλαι μακαριστὸς, ὅτε παραδείσου κτήτωρ ἐφαίνετο, ὅτε παραδείσου πρῶτος οἰκήτωρ ἐτέθειτο [1], ὅτε ζωὴν ἄπονον εἶχε καὶ ἄμοχθον, ὅτε γυμνὸς καὶ ἀχίτων διέτριβε, ὅτε τῶν ἀέρων τὰς τροπὰς οὐκ ἐδείμαινεν, ὅτε τοῦ κρύους ἠγνόει τὴν σύμπηξιν, ὅτε τοῦ καύσωνος τὸν φλογμὸν οὐκ

[1] Cod. ἐτέθητο.

---

scens; et egressus e terra, denuo in terram resolvi properabat, hodie carnali generatione nascens, cras vero carnali morte occumbens, hodie in vivis apparens, cras in mortuis recensitus. Et merito hanc tulit homo sententiam, qui Deo ausus fuerat injuriam inferre, suomet e consilio arbitratuque hanc vicem percipiens, dum libera sui potestate, quam a Deo conditore per summum honorem pro excellentissima cum ipso similitudine ac nobilissima imagine acceperat, prave abutitur. *Neque* enim *Deus mortem fecit, nec lætatur in perditione viventium* [a].

Et vere infelix evaserat ac summopere miserabilis qui pridem erat beatissimus; quando paradisi possessor conspiciebatur, quando primus constitutus fuerat paradisi incola, quando vita laboribus vacua molestiarumque experte fruebatur, quando sine tunica ullisve indumentis dies agebat, quando non timebat aerum mutationes, quando molestiam frigoris non noverat,

[a] *Sap.* I, 13. LXX paulo aliter : Ὅτι ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων.

ἠπίστατο, ὅτε περιάγων γυμνὸς οὐδ' ἠσχύνετο· ὅτε παθῶν προσβολὰς οὐκ ἐδέχετο, ὅτε νοσημάτων ἀλγηδόνος οὐκ ἤσθετο, ὅτε δουλείας ἀνθρωπίνης ἀπήλλακτο, ὅτε τυραννίδος βαρβαρικῆς ἠλευθέρωτο, ὅτε φορολόγων ὀχλήσεις οὐκ ἤκουεν, ὅτε δανειστῶν συναντήσεις οὐκ ἔβλεπεν, ὅτε θηρῶν οὐκ ὠρώδει[2] σπαράγματα, ὅτε εὐημερίαν ἄκραν ἐκέκτητο, ὅτε παραδείσου καρποῖς ἀπετρέφετο, ὅτε πάντων ἀγαθῶν ἀφθόνως ἀπήλαυεν, ὅτε Θεοῦ φωταυγείας ἐδέχετο, ὅτε κτισμάτων γηΐνων, κτιστὸς πεφυκὼς, ἐβασίλευεν, ὅτε Θεοῦ εἰκὼν ἐχρημάτιζε, καὶ ὁμοιώσει Θεοῦ θαυμαστῶς ἐφαιδρύνετο.

Ὧνπερ ἁπάντων ἐντολὴν Θεοῦ παραβὰς τὴν σωτήριον, ὡς εἰς Θεὸν ἐπταικὼς, ὀρφανίζεται· καὶ γυμνὸς καὶ ἀλλότριος τῆς προτέρας ἀγλαΐας καθίσταται, καὶ παραδείσου μὲν εὐθὺς ἐξορίζεται, εἰς γῆν δὲ πάλιν, ὡς φθαρτὸς δι' ἁμαρτίαν γεγονὼς, ἀποστρέφε-

[2] Cod. ὠῤῥώδει.

---

quando ignorabat concretiones glaciei, quando æstus non afficiebatur ardoribus, quando, etsi nudus incederet, non erubescebat, quando non experiebatur passionum conflictus, quando non affligebatur morborum cruciatibus, quando ab humana servitute immunis, quando a barbarica tyrannide liber erat; quando nullas exactoris tributorum audiebat interpellationes; quando non fugiebat occurrentis fœneratoris adspectum, quando non pavebat ferarum laniatus; quando felicitate summa potiebatur, quando paradisi vescebatur fructibus, quando bonis omnibus affatim fruebatur; quando divina collustrabatur luce, quando terrestribus creaturis, quamvis et ipse creatus, tanquam rex dominabatur : quando Dei præferebat imaginem, et propter suam cum Deo similitudinem mirum in modum refulgebat.

Quibus sane omnibus, postquam salutare Dei mandatum transgressus est, utpote in Deum ipsum rebellis, exspoliatur, ac nudus et pristino destitutus splendore relinquitur; atque a paradiso quidem e vestigio expellitur, inque terram rursus, quippe

ται· καὶ ὁμοιοῦται διὰ πληθὺν ἀνοίας τοῖς κτήνεσι, τὴν προτέραν τιμὴν ἀποθέμενος, ἥπερ αὐτὸν ὁ κτίσας Θεὸς ἐκαλλώπισε. Δουλεύει γοῦν φθορᾷ καὶ θανάτῳ καὶ πάθεσι, τυραννικῶς πλουτεῖν νομίσας θεότητα.

XIII. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ κτίσας καὶ παραγαγὼν οὐχ ὑπάρχοντα πρότερον, ἐν τάξει τοιαύτῃ θεασάμενος, ᾤκτειρε· καὶ οἰκτείρας ἠλέησε, καὶ ἐλεήσας σπλαγχνίζεται, καὶ σπλαγχνισθεὶς, ὡς φιλάνθρωπος, οἷά περ ὢν ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, πρὸς σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ ἀνάκλησιν, σπλάχνοις θείκοῖς διανίσταται· καὶ βουλὴν πληροῖ ἀρχαίαν τε καὶ φιλάνθρωπον, ἣν φιλανθρώπως ἀρχῆθεν βεβούλευται. Οὐ γὰρ ἔφερεν, ὡς πλάστης, θεωρεῖν αὐτοῦ τὸ πλάσμα φθειρόμενον, καὶ εἰς γῆν καὶ φθορὰν[1] ἀπολλύμενον.

[1] Nic. pag. 245 om. εἰς γῆν καὶ φθοράν.

---

corruptibilis ob prævaricationem effectus, revertitur; excessu autem stultitiæ, pristinam illam exuens dignitatem, qua Deus ipsum creans exornaverat, similis jumentis evadit. Atque ita dum per vim divinitate potiri se posse putat, corruptionis, mortis et passionum servitute premitur.

XIII. Verum qui eum e nihilo, quod prius erat, educens creaverat, in tali conditione ipsum cum cerneret, misericordia tactus est; et tactus misericordia ad miserandum est conversus; in miserando autem imis se visceribus commotum ostendit; intimis demum visceribus non utcumque, sed uti hominum amantissimus, commotus, pro summa qua pollebat benignitate, ac pro summa erga hominem dilectione, ad ipsum salvandum atque reparandum divina prorsus misericordia excitatur. Hinc antiquum illud et amoris erga homines plenum consilium exsequitur, quod ab ipso initio sua in homines charitate impulsus constituerat. Opus enim suum, plasmator ipse cum esset, non ferebat labefactatum cernere, atque in terram ac corruptionem lapsum interire.

XIV. Καὶ τίς ἡ βουλὴ, ἣν Θεὸς ἐβουλεύσατο πρὸς ἀνθρώπων σωτηρίαν καὶ λύτρωσιν; Ἡσαΐας βοάτω παρελθὼν ὁ θαυμάσιος, ὁ καὶ τὴν ἄσπορον Θεοῦ προφθεγξάμενος σύλληψιν, καὶ τὴν παρθενικὴν αὐτοῦ προδιηγησάμενος γέννησιν· ὃς ἐπὶ τῇ πληρώσει τῆς θείας βουλήσεως, ᾠδὴν ᾄδων Θεῷ χαριστήριον, Κύριε, ὁ Θεός μου, δοξάσω σε, κέκραγεν· ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινήν· γένοιτο· ὅτι ἔθηκας πόλεις ὀχυρὰς εἰς χῶμα, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια· τῶν ἀσεβῶν πόλις εἰς τὸν αἰῶνα οὐ[1] μὴ οἰκοδομηθῇ. Διὰ τοῦτο

[1] Cod. τοῦ.

XIV. At vero quodnam est consilium, quod ad salutem ac redemptionem hominum Deus excogitavit? Id proclamet in medium prodiens admirandus ille Esaias, qui Deum sine semine concipiendum prædixit, ipsumque e virgine generandum in antecessum enarravit; qui pro divini hujus consilii exsecutione laudis canticum Deo in gratiarum actionem concinens, ita exclamavit[a] : *Domine, Deus meus*[b], *glorificabo te*[c]; *in hymnis collaudabo nomen tuum, quoniam mirabilia fecisti, consilium antiquum verum*[d]. *Fiat*[e]. *Quoniam firmas urbes posuisti in tumulum, ut cadant ipsarum fundamenta*[f]; *ne ædificetur in æter-*

[a] *Isai*, XXV, 1 seqq. secundum LXX.

[b] Vulgat. Lat. magis consone cum textu hebraico : *Domine, Deus meus es tu;* pronomen μου abest a Vatic. Cod. LXX.

[c] Vulgatus addit conjunctionem *et*, quæ tamen etiam a textu hebraico abest.

[d] Vulg. *cogitationes antiquas, fideles.*

[e] Vulg. *Amen.* Sophronius hic Vatic. omittit vocem Κύριε, quam retinet codex Alexandrinus, quemadmodum et editio Aldina. Hinc patet codicem a Sophronio adhibitum neque cum Alexandrino neque cum Vaticano perpetuo cohærere.

[f] Vaticanus codex oppositam sic præfert sententiam : ὅτι ἔθηκας πόλεις ὀχυρὰς τοῦ μὴ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια : *quia posuisti civitates in tumulum; civitates munitas ut non caderent fundamenta earum.* Particula tamen

εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχός· καὶ πόλεις ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. Ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμοῦσι δι' ἔνδειαν σκέπη. Ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς.

Ταῦτα ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ θεῖά ἐστιν εὐαγγέλια· ταῦτα ὑμῖν [1] εὐαγγελιζόμεθα σήμερον, οὐχ ὡς μετέπειτα γίνεσθαι μέλλοντα, ἀλλ' ὡς ἤδη θείως γενόμενα, καὶ σεσωκότα τῆς καταδίκης τὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴν προτέραν τοῦτον ἀναγαγόντα λαμπρότητα καὶ μακαριότητα, καὶ Θεοῦ φίλον ὡς τὸ πρὶν ἐργασάμενα.

XV. Πῶς δὲ ἡμῶν ἡ σωτηρία Θεῷ πραγματεύεται; ἢ πῶς ἡ

[1] Cod. ὑμᾶς.

---

num civitas impiorum. Propter hoc benedicet tibi populus pauper[a]*; benedicent tibi et civitates hominum injuriam patientium*[b]*. Quia factus es adjutor omni civitati pauperi, et præsidium iis*[c]*, qui propter inopiam animo fracti erant. Ab hominibus scelestis liberabis eos.*

Hoc est, fratres, divinum nuntium quod afferimus : hæc vobis hodierna die evangelizamus, non quasi deinceps eventura, sed uti divinitus jam facta, quæque hominem jam præstiterunt a condemnatione liberum, inque pristinum decus beatitatemque restituerunt, ac Deo amicum non secus ac primitus effecerunt.

XV. At qua tandem ratione, inquies, salus nostra a Deo per-

negativa μὴ abest etiam a Codice Alexandrino. Ceterum cum Cod. Alex. non secus ac Vaticanus ac reliquæ editiones vocem πόλεις ita repetant : ὅτι ἔθηκας πόλεις εἰς χῶρα, πόλεις ὀχυρὰς τοῦ πεσεῖν..., subesse suspicio potest, hanc repetitionem a Codice Sophronii amanuensium vitio abfuisse.

[a] Vulgatus cum textu hebraico, *populus fortis.*

[b] Vulg. cum hebr. *civitas gentium robustarum.*

[c] Ubi Sophronius habet ἀθυμοῦσι, reliqui græci codices versionis LXX legunt ἀθυμήσασι. Vulgatus cum hebr. *quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua : spes a turbine, umbraculum ab æstu.*

ἀνάκλησις πράττεται; συνετῶς καὶ πανσόφως ἀκούσατε, σοφὰ γάρ ἐστι καὶ ὑπέρσοφα καὶ πάσης σοφίας ἀνθρωπίνης ἐπέκεινα, θείαν ἀναλαβόντες διάνοιαν καὶ ἀξίαν θεϊκοῦ ἐπαγγέλματος.

Οὐκ ἄλλως κρίνει σῶσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα λυτρώσασθαι, ὁ πλάσας ἀρχῆθεν τὸν ἄνθρωπον καὶ κατ' οἰκείαν τοῦτον εἰκόνα τευξάμενος, ἢ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα οἰκεῖον ποιησάμενος φόρημα[1]. Ἐντεῦθεν τὰ ἄμικτα μίγνυται, ἐντεῦθεν ἀκράτως κιρνᾶται τὰ ἄκρατα, ἐντεῦθεν συντίθεται τὰ ἀσύνθετα, ἐντεῦθεν τὰ ἀσύνδετα σφίγγεται, ἐντεῦθεν τὰ θεῖα ἀνθρώπινα γίνεται, ἵνα τὰ ἀνθρώπινα θειότερα γένηται· ἐντεῦθεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, μένων Θεὸς καὶ Θεοῦ λόγος, παχύνεται· ἐντεῦθεν ὁ ἄκτιστος, ὡς ἐξ ἀκτίστου Θεοῦ γεννηθείς, μένων ἄκτιστος, κτίζεται· ἐντεῦθεν ὁ ὕψιστος, ταπεινὸς ἐξαγγέλλεται, καὶ ὁ ἀόρατος, ὁρατὸς κατοπτεύεται, καὶ ὁ ἀνέπαφος, ἁφὴν

[1] Cod. φόρεμα.

---

ficitur? aut quomodo ista fit restitutio? Dum auribus divinam hanc, divinisque pollicitationibus dignissimam adinventionem accipitis, pro vestra prudentia atque sapientia animum advertite. Sapientiæ enim plena, immo plenissima hæc sunt, omnemque humanam sapientiam longe excedentia.

Is, qui hominem ab initio plasmavit, ipsumque ad propriam suam imaginem condidit, non alia ratione hominem salvandum, propriamque imaginem redimendam esse judicat, quam si ipse natura fiat homo, propriamque imaginem proprium suum efficiat indumentum. Hinc impermixta miscentur; hinc sine mutatione confluendo utraque temperantur integra et sincera. Inde suapte natura disjuncta conjunguntur; inde non connectenda nectuntur; exinde divina fiunt humana, ut humana diviniora fiant. Inde Dei Verbum, manens Deus et Dei Verbum, in materiam dilatatur. Inde increatus, quippe a Deo increato genitus, increatus manens, creatur. Exinde Altissimus prædicatur humilis, et invisibilis oculis visibilis cernitur, et impalpa-

καταδέχεται· καὶ ὁ ἀσώματος, ἐνσώματος πρόεισι, καὶ ὁ ἄσαρκος, σαρξ ἀναγράφεται· καὶ ὁ ἀπαθὴς, παθητὸς προσκηρύττεται· καὶ ὁ φύσιν ἔχων ἀθάνατον, φύσει θνητὸς ἀναγορεύεται, ἵνα τὴν παθητὴν καὶ θνητὴν ἀνθρωπότητα πρὸς ἀθανασίαν ἀγάγοι λαμπρὰν καὶ ἀπάθειαν, καὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσοικειώσῃ τὴν ἐχθρὰν Θεοῦ καὶ πολέμιον.

XVI. Καὶ πῶς τοῦτο πληροῦται, καὶ πράττεται, καὶ εἰς ἔργον ἄψευστον διάγεται; ἔστι γὰρ φοβερὸν καὶ κατάπληκτον, καὶ ἀνθρώπων ἀκοαῖς ἀπιστότατον, ἀνθρωπίνοις νοούντων λογισμοῖς τὰ θειότατα. Ἀλλ' ἔνθα Θεὸς καταγγέλλεται, ἀργεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἡ εὐτέλεια. Πάντα γὰρ ῥᾷστα Θεῷ καὶ δυνατὰ καὶ εὐπόριστα, οἷά γε θρᾶν ἐθελήσειε. Καὶ θείας τοῦτο καὶ ὑπερτάτης δυνάμεως ἀριθηλότατόν ἐστι καὶ ἐξαίρετον γνώρισμα, καὶ πάσῃ φύσει κτιστῇ παντελῶς ἀκοινώνητον· ἔνθεν γάρ ἐστι θαυμαστὰ καὶ κατά-

---

bilis palpatur, et incorporeus prodit corporeus, et carnis expers carnem habens describitur, et impassibilis proclamatur passibilis; et qui naturam habet immortalem, natura pronuntiatur mortalis, ut scilicet passibilem mortalemque humanitatem ad immortalitatis splendorem atque ad impassibilitatem adducat, Deoque inimicam atque rebellem ipsi Deo ac Patri reconciliet.

XVI. At quo (inquis) pacto hæc adimplentur, quomodo efficiuntur, atque ad opus non fallaciter deducuntur? Tremendum enim illud est et terrificum, et auribus hominum, qui vel divinissima quæque humanis rationibus dimetiuntur, prorsus incredibile. Verum ubi Deus est, qui denuntiat, silet humanarum ratiocinationum vilitas. Deo enim cuncta facillima sunt, et possibilia, imo et factu non ardua, quæcumque demum facere voluerit. Divinæ scilicet et eminentissimæ potestatis hæc est nota præclarissima atque excellentissima, et creatæ omni naturæ prorsus incommunicabilis; atque inde fit, ut quæ supra naturam

πλήκτα τὰ φύσεως ἀνθρωπίνης ὑπέρτερα, καὶ πᾶσαν κτιστὴν ὑπερβαίνοντα δύναμιν.

Καὶ πῶς τοῦτο Θεῷ διανύεται, καὶ πρὸς πέρας περιώνυμον ἄγεται; Διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς Λουκᾶς, ὁ θεσπέσιος, τὸ πάντων ἱερῶν ἱερώτατον συγγραφῶν ἡμῶν εὐαγγέλιον, ἵνα μηδεὶς ἀπιστῇ τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος, ἵνα μηδεὶς ἀδυναμίαν Θεοῦ καταψεύσηται, ἀσθενὴς ὑπάρχων αὐτὸς καὶ ἀδύναμος, καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν θειοτέραν ἀνίκανος. Καθάπερ αὐτοῦ βοῶντος, ἀρτίως ἠκούσατε· ὡς τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ Θεοῦ, εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ἥ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. Ἀκούεις Θεὸν ἀποστείλαντα, καὶ ἀπιστεῖν ἐθέλεις τῷ πράγματι; μὴ ἀπίστει Θεοῦ τῷ διατάγματι, ἀλλὰ μᾶλλον εὐσεβέστατα πίστευε, ὡς πληροῦν ἐστι Θεὸς δυνατώτατος, ἅπερ ἂν καὶ πράττειν βουλήσοιτο. Ἄγγελος δὲ πρὸς τίνος ἂν ἐτέ-

---

humanam sunt, ac vim omnem creatam prætergrediuntur, in admirationem ac stuporem rapiant.

At quomodo Deus id perficit? Quomodo ad egregium finem perducit? Præclare nos id docet a Deo inspiratus Lucas, qui et bonum illud sacrorum omnium sacratissimum nuntium nostrum conscripsit, ut nemo ob rei magnitudinem incredulus exsistat, neve aliquis, infirmus cum ipse sit et impotens atque ad divinius quodque facinus ineptus, Deo impotentiam fallaciter attribuat. Audistis nuper, utpote ipso proclamante, quomodo *mense septimo missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria*[a]. Audis Deum misisse, et rei fidem non vis habere? Noli de iis diffidere quæ Deus ordinavit; sed potius summa cum pietate crede, Deum, quæcumque demum facere voluerit, ea perficere pro omnipotentia sua valere. Deinde vero a quonam alio mitti posset

[a] *Luc.* I, 26, 27.

ρου καὶ στέλλοιτο, ἢ πρὸς μόνου πάντως Θεοῦ, τοῦ ποιήσαντος καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν οὐσιώσαντος, καὶ πᾶσαν φύσιν ἀγγελικὴν σχεδιάσαντος; Εἰ οὖν Θεὸς ὁ στείλας διέγνωσται, καὶ ἄγγελος ὁ σταλεὶς προσκηρύττεται, πῶς οὐκ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον; Ταῦτα θαυμαζέτωσαν ἅπαντες· μὴ ἀπιστείτωσαν δὲ τῷ κηρύγματι, Θεοῦ τὸ σθένος γινώσκοντες, ὡς παναλκές ἐστι καὶ ἀληθῶς παντοδύναμον.

XVII. Τί δὲ σταλεὶς ὁ μακαριστὸς ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον φησὶ τὴν ἀπείρανδρον; ἢ πῶς αὐτῇ τῶν τοιούτων εὐαγγελίων ἀπαγγέλλει τὴν δήλωσιν; καὶ ὅσα τίκτει δι' αὐτῆς τὸ τοιοῦτον Θεοῦ μεγαλούργημα; Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Ἀπὸ χαρᾶς πρὸς αὐτὴν ὁ τῆς χαρᾶς ἄγγελος ἄρχεται. Ἤδει γὰρ, καὶ ἠπίστατο, ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ πᾶσιν ὡσαύτως τοῖς κτίσμασι χαρᾶς αὐτοῦ τὸ διάγγελμα πρόξενον[1] γίνεται, καὶ λύπης

[1] Nic. abest πρόξενον.

Angelus, nisi prorsus a solo Deo, qui ipsum creavit, et ex non exstantibus substantiavit, universamque angelicam naturam ex tempore condidit? Si itaque constat Deum esse, qui misit, missum autem Angelum fuisse in comperto est, quomodo quæ dicta sunt, vera non erunt? Hæc utique stupeant universi; at Dei virtutem cum norint prorsus infinitam esse ac vere omnipotentissimam, enarratis fidem ne abnuant.

XVII. Verum quid missus beatus ille Angelus ad Virginem integerrimam dicit? Aut quomodo faustissimum hoc nuntium ipsi defert? Et qualia portenta per ipsam magnificentia hæc divina molitur? *Ave gratia plena*, *Dominus tecum* [a].

A gaudio [b] incipit eam alloqui ille gaudii nuntius. Noverat enim et plane sciebat, nuntium illud suum universis hominibus atque omnibus pariter creaturis gaudium parare, et quoslibet a quibuscumque dolores expellere; noverat, ex divina hujus

[a] *Luc.* I, 28.

[b] Nempe a salutatione, qua alios læto animo esse jubemus.

ἁπάσης τοῖς πᾶσιν ὀλέθριον· ᾔδει γάρ, ἐκ τούτου θεογνωσίᾳ τὸν κόσμον αὐγάζεσθαι· ᾔδει, τῆς πλάνης τὴν ἀχλὺν ἀφανίζεσθαι· ᾔδει, τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἀμβλύνεσθαι· ᾔδει, τῆς φθορᾶς τὴν δύναμιν φθείρεσθαι· ᾔδει, τοῦ ᾅδου τὴν νίκην καθέλκεσθαι· ᾔδει, τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον σώζεσθαι, τὸν τούτοις πάλαι δουλεύοντα, ἀφ' οὗ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἀπελήλαται, καὶ τῆς ἐκεῖσε μακαρίας διατριβῆς ἐξελήλαται. Διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν εὐαγγελίων τὸ προοίμιον τίθησι, διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν λόγων προτθέγγεται, διὰ τοῦτο χαρὰ τῶν εὐαγγελίων τουτωνὶ προηγήσατο, ὡς πᾶσι γενησομένων χαρὰ τοῖς πιστεύουσιν. Ἔδει γὰρ ἀπὸ χαροποιῶν[1] λόγων καὶ ῥημάτων ἄρχεσθαι τῆς χαρᾶς τὰ θεῖα μηνύματα. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἄγγελος πρὸ πάντων χαρὰν ἀναφθέγγεται, τῶν οἰκείων εἰδὼς εὐαγγελίων τὴν ἔκβασιν, καὶ ὡς χαρὰ φανεῖται παγκόσμιος ἡ αὐτοῦ τελειωμένη διάλεξις.

XVIII. Ποίαν γὰρ οὐχ ὑπερβαίνει χαρὰν καὶ τερπνότητα, τὸ

[1] Cod. χαροποιοῦ.

---

mysterii cognitione mundum lumine collustrari; noverat, erroris disjici caliginem; noverat, retundi mortis aculeum; noverat vim corruptionis infringi; noverat inferno victoriam auferri; noverat salutem perdito affulgere homini, qui horum malorum jugo jamdiu premebatur, ex quo scilicet a paradisi deliciis expulsus, et a beato illo domicilio ejectus fuerat. Propterea legationis suæ exordium a gaudio ducit; propterea sermonibus suis gaudii voces præmittit; propterea faustis hisce nuntiis gaudium antecedit, utpote quæ omnibus credentibus gaudio futura erant. Et sane par omnino erat, ut divina gaudii denuntiatio a sermonibus verbisque gaudium elicientibus sumeret initium. Propterea enim et Angelus gaudium ante omnia renuntiat, quia faustæ legationis suæ non ignorat exitum, ac probe novit colloquium quod habebatur, in totius mundi gaudium manifeste esse cessurum.

XVIII. Et profecto quodnam gaudium, aut quænam reperiri

πρὸς τὴν μακαρίαν παρθένον γενόμενον καὶ τῆς χαρᾶς μητέρα διάγγελμα; χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἐπουρανίου γεννήτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ὑπερτάτης μαιεύτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς σωτηρίου μητρόπολις· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀθανάτου παραίτιε· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀλέκτου μυστικὸν καταγώγιον· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀῤῥήτου ἀξιάγαστος ἄρουρα· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀρεύστου πηγὴ παμμακάριστος· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀϊδίου θεοφόρον κειμήλιον· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ζωοπαρόχου φυτὸν εὐθαλέστατον· χαίροις, ὦ Θεοῦ μήτηρ ἀνύμφευτε· χαίροις, ὦ παρθένε μετὰ τόκον ἀσύλητε· χαίροις, ὦ πάντων παραδόξων παραδοξότατον θέαμα. Τίς σου φράσαι τὴν ἀγλαΐαν δυνήσεται; Τίς σου φάναι τὸ θαῦμα τολμήσειε; Τίς σου κηρύξαι θαρσήσει τὸ μέγεθος; Ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἐκόσμησας, Ἀγγέλων τὰς τάξεις νενίκηκας· τῶν Ἀρχαγγέλων τὰς φωταυγείας ἀπέκρυψας· τῶν Θρόνων τὰς προεδρίας, δευτέρας σου ἀπέδειξας· τῶν Κυριοτήτων τὸ ὕψος ἐσμίκρυνας· τῶν Ἀρχῶν τὰς

---

potest jucunditas, quam non longe excedat alloquium ad Virginem illam beatam ac gaudii parentem habitum? Gaude, o supercœlestis gaudii genitrix. Gaude, o sublimissimi gaudii nutrix. Gaude, o salutaris gaudii sedes princeps. Gaude, o immortalis gaudii auctrix. Gaude, o ineffabilis gaudii mysticum diversorium. Gaude, o indeficientis gaudii fons beatissime. Gaude, o gaudii æterni deiferum cimelium. Gaude, o vivificantis gaudii arbor virentissima. Gaude, o innupta Dei mater. Gaude, o Virgo post partum integerrima. Gaude, o spectaculum præ mirabilibus omnibus summe admirandum. Quisnam tuum eloqui splendorem poterit? Quisnam portentum, quod ipsa es, enarrare verbis audeat? Quisnam magnificentiam tuam effari se posse confidet? Tu hominum exornasti naturam; Angelorum ordines superasti; tu fulgores Archangelorum obtenebrasti; tu sublimes Thronorum sedes infra te ostendisti; tu altitudinem Dominationum depressisti; tu Principatum ducatibus præcur-

καθηγήσεις προέδραμες· τῶν Ἐξουσιῶν τὸ σθένος ἠνεύρωσας[1]· τῶν Δυνάμεων δυναμωτέρα προελήλυθας δύναμις· τὸ τῶν Χερουβὶμ πολυόμματον γηΐνοις ὀφθαλμοῖς ὑπερέβαλες· τὸ τῶν Σεραφὶμ ἑξαπτέρυγον ψυχῆς θεοκινήτοις πτεροῖς ὑπερβέβηκας· καὶ πάσης ὑπερέσχες τῆς κτίσεως, ὡς πάσης πλέον τῆς κτίσεως καθαρότητι λάμπουσα, καὶ τὸν πάσης κτίστην δεξαμένη τῆς κτίσεως, καὶ τοῦτον κυοφοροῦσα καὶ τίκτουσα, καὶ Θεοῦ μήτηρ ἐκ πάσης γεγενημένη τῆς κτίσεως.

XIX. Διὰ τοῦτό σοι, χαῖρε κεχαριτωμένη, προσφθέγγομαι· ἐπειδὴ καὶ πάσης πλέον ἐχαριτώθης[2] τῆς κτίσεως· καὶ τῆς τοιού-

[1] Cod. ἐνεύρωσας.
[2] Cod. ἐχαριτώθη.

---

risti; tu enervasti fortitudinem Potestatum; tu ipsis Virtutibus potentior virtus prodiisti; tu Cherubim oculatissimum visum terrestribus oculis vicisti; tu Seraphim sex alas habentium volatus animæ pennis divinitus agitatis transvolasti; tu denique omnem creaturam longe transgressa es, quippe quæ præ omni creatura enituisti puritate[a], et omnium creaturarum conditorem in te excepisti; ipsumque et sinu tuo gestasti, et genuisti, et sola ex omnibus creaturis Dei mater effecta es.

XIX. Propterea tibi acclamo : *Ave gratia plena*, quoniam et præ omnibus creaturis[b] gratiæ muneribus cumulata fuisti. Et

[a] Inspice attente, quomodo S. Sophronius singularissimam Mariæ puritatem (καθαρότητα) accenseat nominibus, quibus ipsa et spectaculum summopere admirandum, et miraculum inenarrabile, et naturæ ornamentum, et præcelsior universis ac singulis cœlestibus Ordinibus, ac demum omni creatura præstantior celebratur. At vero, quo pacto esset puritatis miraculum, si quod fœdissime singulos filios hominum deturpat, ipsam quoque deturpasset? Quo pacto Angelicos ordines puritate longe excederet? Quo pacto creatura quæpiam Virgine Deipara purior excogitari non posset?

[b] Quo sensu in Ecclesia acciperentur verba Gabrielis ad Virginem apud S. Lucam, en testis etiam S. Sophronius accedit. Is nempe munerum divinorum cumulus intelligendus est Mariæ collatus, ut quæcumque demum ceteris

τῆς ἐν σοὶ χαρᾶς τε καὶ χάριτος γνωρίζω καὶ οἶδα τὸ αἴτιον· διὸ καὶ ἐπιφέρω βοῶν καὶ φθεγγόμενος· Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ὁ πάσης μὲν, ὡς κτίστης, κυριεύων τῆς κτίσεως· μετὰ σοῦ δὲ, ὡς ἐν κοιλίᾳ τῇ σῇ βασταζόμενος, καὶ κυοφορίαν κυοφυρούμενος ἄφραστον. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, ὁ ἀϊδίως μὲν ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ μετὰ πατρὸς ἀεὶ θεωρούμενος· μετὰ σοῦ δὲ νῦν τῇ συλλήψει γινόμενος, καὶ ἐκ σοῦ, φοβερὰν ποιησάμενος σάρκωσιν. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ὁ πρώτην μὲν ἔχων ἀΐδιον γέννησιν, καὶ δευτέραν ἐκ σοῦ προσδεχόμενος[1] γέννησιν. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, ὁ πάσης μὲν σὺν πατρὶ κυριεύων τῆς κτίσεως, ἐκ σοῦ δὲ δούλου μορφὴν ἐνδυόμενος, καὶ δουλείας ἐλευθερῶν τὸ ἀνθρώπινον. Διὰ τοῦτο γὰρ δοῦλος ὁ Κύριος

[1] Cod. προσδεχόμενον.

---

hujusmodi in te gaudii et gratiæ causam utique scio, ac plane perspectam habeo; atque idcirco clamans et simul gratulans adjicio : *Dominus tecum;* qui quidem tanquam conditor universis dominatur creaturis; tecum vero est, utpote in sinu tuo gestatus, et per ineffabilem conceptionem tuam in utero tuo clausus. *Dominus tecum*; qui æternaliter quidem ex Patre natus, cum Patre semper conjunctus intelligitur; nunc vero tecum per conceptionem adest, ac tremendam ex te assumptionem carnis exsequitur. *Dominus tecum*; qui primam inde habet generationem æternam; hinc vero secundam ex te generationem nanciscitur. *Dominus tecum;* qui una cum Patre universis sane dominatur creaturis : verum ex te formam servi induit, atque humanum genus a servitute liberat. Propterea enim Dominus

creaturis tributa noveris vel excogites, longe infra gratias, quibus nobilissime exornata fuit sancta Virgo, haberi debeant. Atqui nemo ignorat, non modo cœlestes spiritus, sed et primos humani generis parentes e divinis Creatoris manibus gratia sanctificante ornatos prodiisse. Quomodo ergo creaturarum omnium prærogativæ nobilioribus Virginis prærogativis cedunt, si ad originem quod spectat, nedum ceteris omnibus ipsa anteeat, infinito intervallo splendidior non modo sanctorum Angelorum, non modo protoparentum, sed ipsius quoque diaboli et angelorum ejus ortus dicendus sit?

γίνεται, ἵνα τὸν δοῦλον ἀποδείξῃ χάριτι κύριον. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ὁ πρώην μὲν πάσης ἔξω τυγχάνων τῆς κτίσεως, νυνὶ δὲ μετὰ σοῦ τῆς κτιστῆς καθορώμενος, καὶ διὰ σοῦ τοῖς κτιστοῖς γενόμενος συνάριθμος[1]· ἐν σοὶ γὰρ ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ ἐκ σοῦ κτιστὸς ὁ κτίστης προέρχεται. Κτίσμα βλέπω ἐν σοὶ γεγονότα τὸν ἄκτιστον, καὶ σάρκα θεωρῶ τελεσθέντα τὸν ἄσαρκον.

XX. Ἄνω μὲν στέλλων, ὦ παρθένε, πρὸς σὲ, ἄσαρκος ἦν καὶ ἀσώματος· ὧδε δὲ σάρκα σκοπῶ καὶ σῶμα γινόμενον. Ἄνω μὲν ἄκτιστος ἦν πάσης ἐξῃρημένος τῆς κτίσεως· ὧδε δὲ κτίσμα τοῦτον εὑρίσκω καὶ ποίημα ἀτρέπτως ἐν σοὶ τῇ παρθένῳ γενόμενον· ἄνω μὲν Θεὸν ἑώρων γυμνὸν ἀνθρωπότητος· ποῦ γὰρ ἀνθρωπότης ἐν οὐρανῷ κατοπτεύοιτο; Μὴ πάλιν Ὀριγέναι ληρείτωσαν· μὴ πάλιν μαινέσθωσαν Δίδυμοι· μὴ πάλιν Εὐάγριοι θυμομαχοῦντες λυττάτωσαν[2] μύθους κενοὺς ἀφηγούμενοι· καὶ προδιοτὴν ψυχῶν φαντα-

[1] Cod. συναρίθμιος.
[2] Cod. λυτάτωσαν.

---

factus est servus, ut servum gratia sua efficeret dominum. *Dominus tecum;* qui cum extra cujuslibet creaturæ censum prius emineret, nunc visus est cum te creata, et per te inter alias creaturas connumeratus est. In te enim creatur increatus; et Creator procedit ex te creatus. In te cerno increatum factum creaturam; et carnis expertem in te factum carnem intueor.

XX. Qui ad te, o Virgo, legationem mittit, in cœlo carne carebat et corpore; hic vero carnem et corpus eum factum conspicio. In cœlo utpote increatus super omnem creaturam eminebat; hic vero in te virgine ipsum et creaturam, et manufactum opus sine sui mutatione effectum invenio. In cœlo quidem Deum humana natura carentem contemplabar; quomodo enim in cœlo cerneretur humanitas? Absit, ut novi somnient Origenes; aut iterum insaniant Didymi; aut denuo in contentione audacissimi Evagrii fabulas inanes in furorem acti enarrent, et cum

ζόμενοι, καὶ Ἕλλησι μυσαροῖς συσπευδόμενοι. Ὧδε δὲ ἀναλλοιώτως ὁρῶ γενόμενον ἄνθρωπον καὶ θαῦμα ἐν θαύματι, ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀναλλοίωτος, καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀνερμήνευτος· τὴν φύσιν διπλοῦς, ἀλλ' οὐ διπλοῦς τὴν ὑπόστασιν, ἓν καὶ ταὐτὸν ἔχων τὸ πρόσωπον· ἐν φύσεσι δὲ διτταῖς γνωριζόμενος, μήτε διὰ τὸ τῶν φύσεων διττὸν διαιρούμενος, μήτε διὰ τὸ τῆς ὑποστάσεως ταὐτὸν καὶ ἑνικὸν καὶ ἀσύζυγον, τῶν, ἐξ ὧν ἐστι, φύσεων δημιουργῶν[1] τὴν ἀνάχυσιν· οὔτε τῆς ἄνω Τριάδος τῆς τῶν ὅλων ἀρχικῆς αὔξων τὴν ἀρίθμησιν, καὶ εἷς τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀνθρώποις δεικνύμενος, καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν εὑρίσκω καὶ ἄνθρωπον, καὶ τοῦ θαύματος θαυμάζω τὸ μέγεθος.

XXI. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Καὶ τί ταύτης ἂν εἴη τῆς χαρᾶς, ὦ παρθενομῆτορ, ἀνώτερον; ἢ τί ταύτης ἂν τῆς χάριτος γένοιτο μεῖζον, ἧς μόνη σὺ θεόθεν κεκληρονόμηκας; ἢ χα-

[1] Cod. δημιουργόν.

---

detestandis Græcis fœdere inito, præcedentem animarum vitam excogitent. Hic vero eum cerno hominem sine mutatione factum: et miraculum in miraculo contemplor, quoniam ipse et Deus est immutabilis, et homo est inexplicabilis; duplex quoad naturam, sed non duplex quoad hypostasim; una enim eademque persona constat, at in duabus naturis manifeste compertus: neque propter naturarum, quibus coalescit, duplicitatem divisus, neque iterum propter hypostasis identitatem et singularitatem et unicitatem pariens naturarum confusionem; neque supernæ, omnia pro nutu moderantis, Trinitatis numerum augens, et simul tamen unus ex hominibus inter homines apparens. Atque ita eumdem et Deum deprehendo et hominem, ac magnitudinem miraculi plane obstupesco.

XXI. *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Et quid sublimius esse queat hoc gaudio, o Virgo mater? Seu quid excellentius esse possit hac gratia, quam tu sola divinitus sortita es? Aut quid ea

ριέστερόν τε καὶ φαιδρότερον; Πάντα σου κατόπιν βαδίζει τοῦ θαύματος· πάντα σου κάτω κεῖται τῆς χάριτος· πάντα δευτερεύει τὰ ἔγκριτα, καὶ τὸ ἧττον κληροῦται τῆς λαμπρότητος. Θεὸς μετὰ σοῦ· καὶ τίς ἁμιλλᾶσθαι τολμήσειε[1]; Θεὸς ἐκ σοῦ· καὶ τίς εὐθὺς οὐχ ἡττηθήσεται, καὶ μὴ μᾶλλόν σοι χαίρων ἀφήσει τὸ προῦχον καὶ ἔξοχον; Διὰ τοῦτό σοι τὰ μέγιστα φθέγγομαι, τὰ σὰ θεωρῶν ἐν πᾶσι κτιστοῖς προτερήματα· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Ἐκ σοῦ γὰρ ἡ χαρὰ οὐ μόνον ἀνθρώποις κεχάρισται, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι δίδοται.

XXII. Ὄντως εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, ὅτι τῆς Εὔας τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν μετέβαλες[2]· ὅτι τὸν Ἀδάμ, ὄντα τὸ πρῶτον ἐπάρατον, εὐλογηθῆναι διὰ σοῦ παρεσκεύασας. Ὄντως εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, ὅτι περ ἡ εὐλογία τοῦ πατρὸς διὰ σοῦ τοῖς ἀνθρώ-

[1] Ad oram codicis θελήσεις.
[2] Cod. μετέβαλας.

---

jucundius ac splendidius excogitari potest? Omnia distant a miraculo quod in te cernitur, omnia infra gratiam tuam jacent; secundas tenent omnia vel probatissima, et claritate plane inferiori potiuntur. *Dominus tecum;* et quisnam tecum contendere ausit? Deus ex te; ecquis e vestigio tibi non cedat, et non magis tibi primatum præcellentiamque gaudens tribuat? Propterea, tuas præ creaturis omnibus eminentes prærogativas intuens[a], summis tibi plausibus acclamo : *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Ex te enim gaudium non modo hominibus impertitum est, sed supernis quoque virtutibus tribuitur.

XXII. Vere *benedicta tu in mulieribus,* quoniam Evæ maledictionem in benedictionem commutasti; quoniam Adam, qui prius jacebat exsecratione perculsus, ut per te benediceretur, effecisti. Vere *benedicta tu in mulieribus,* quoniam benedictio

[a] Rursus Sophronius inculcat, nullum in creaturis cerni gratiæ donum, quod longe nobilius in sancta Virgine non resplendeat.

ποις ἀνέτειλε, καὶ κατάρας αὐτοὺς τῆς παλαιᾶς ἠλευθέρωσεν. Ὄντως εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· ὅτι διὰ σοῦ οἱ σοὶ προπάτορες σώζονται· σὺ γὰρ τὸν σωτῆρα γεννήσειας, τὸν τούτοις σωτηρίαν θεϊκὴν ἐργαζόμενον. Ὄντως εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· ὅτι καρπὸν ἀσπόρως ἐβλάστησας, τὸν πάσῃ γῇ τὴν εὐλογίαν δωρούμενον, καὶ κατάρας αὐτὴν τῆς ἀκανθοφόρου λυτρούμενον. Ὄντως εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· ὅτι, γυνὴ τῇ φύσει ὑπάρχουσα, Θεοτόκος γενήσῃ τῷ πράγματι. Εἰ γὰρ ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος, σεσαρκωμένος Θεός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, Θεοτόκος σὺ δικαιότατα λέγοιο, ὡς Θεὸν κατὰ ἀλήθειαν τίκτουσα.

XXIII. Ἀλλ' ἡ μακαρία παρθένος καὶ ἔνθεος, ἰδοῦσα τὸν θεσπέσιον ἄγγελον οὕτω πρὸς αὐτὴν ἀφικόμενον, καὶ τοιούτοις αὐτὴν

Patris per te affulsit hominibus, eosque a veteri maledicto liberavit[a]. Vere *benedicta tu in mulieribus*, quia per te progenitores tui salutem inveniunt; tu siquidem genitura es Servatorem, qui divinam ipsis salutem comparabit. Vere *benedicta tu in mulieribus*, quoniam sine semine eum protulisti fructum, qui benedictionem terrarum orbi elargitur, ipsumque a maledictione spinas germinante redimit. Vere *benedicta tu in mulieribus*, quia, mulier naturali conditione cum sis, Dei tamen genitrix reipsa fies. Etenim si qui ex te nasciturus est, secundum veritatem Deus est incarnatus, ipsa jure meritoque diceris Deipara, quippe quæ Deum verissime paris.

XXIII. At beata illa ac divina Virgo cum angelum divinorum interpretem hoc modo ad se advenientem vidisset, atque hisce

[a] Manifestam hic habes sanctæ Virginis a communi ceterorum miserrimo statu sejunctionem illam, quam passim in SS. Patrum scriptis recurrentem contueri licet. Quid porro est *vetus maledictio*, nisi æternæ mortis sententia in omnes propter commune omnibus peccatum lata? Cum ergo sententiæ indoles postulet, ut ab ea maledictione liber ille habeatur qui ad liberandos alios idoneus censetur; sua sponte hinc elucet, sanctam Deiparam a communi omnium reatu immunem heic prædicari, seu potius hanc Virginis beatitatem uti exploratam præsumi.

προσφθεγγόμενον ῥήμασι, τὴν ἁγίαν ψυχὴν ἐταράττετο· καὶ τοὺς λόγους τοῖς λογισμοῖς ἀνεσκάλευε, λογιζομένη καθ' ἑαυτὴν καὶ μαστεύουσα τῶν ἀγγελικῶν ῥημάτων τὴν δύναμιν· ἐθαμβεῖτο γάρ, καὶ ἐθαύμαζε τῶν ἀγγελικῶν ἀσπασμῶν τὴν ποιότητα. Ἡ δὲ γάρ, φησὶν, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Ἦν γάρ, ἦν καὶ ἀνθρωπίνης συνέσεως ἔμπλεως, καὶ τῶν λεγομένων οὐδὲν ἀβασανίστως προσίετο. Ἐδεδίει γὰρ καὶ ὑπέτρεμε, τῆς Εὔας τὴν ἀπάτην γινώσκουσα, μήπως αὐτὴν ὁ ὄφις ὁ δόλιος, καθὰ κἀκείνην, ἀπατήσοιτο δεύτερον·

---

dictis se alloquentem (audivisset[a]), sancta turbabatur anima, et sermones illos apud se perpendens scrutabatur, quid sibi vellent angeli verba, secum ipsa inquirens et diligenter investigans. Stupebat enim, ac mirabatur angelicæ salutationis indolem. *Ipsa vero*, inquit[b], *videns, turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Erat enim, erat humanæ quoque intelligentiæ plena ; proindeque nihil eorum, quæ dicebantur, re accurate non perpensa, admittebat. Quippe animo recogitans Evæ deceptionem, timebat ac verebatur, ne denuo se ipsam quoque dolosus serpens, non secus atque illam, deciperet. Prudenter itaque omnia expendebat, ne quando alloquium

[a] Nisi quis malit, vocem aliquam e græco textu excidisse, habemus Sophronium anacolutho ac figurata locutione (zeugma appellant) utentem, non secus ac usum esse Herodotum, putaverunt Grammatici in ea pericope (lib. IV, cap. CVI) : ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην : ubi scilicet unico verbo adjuncta cernuntur bina nomina, quorum tamen alterum eidem verbo minus apte cohærere videtur. Verumtamen par erit, ut certiori aliquo hujus figuræ exemplo posthac Grammatici utantur; ut enim *in var. Herod. lection.* suadet Johannes Schweighæuser, iste de Androphagis locus sic videtur restituendus : ἐσθῆτα δὲ (Ἀνδροφάγοι) φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην· γλῶσσαν δὲ ἰδίην ἔχουσι. Vid. *Herodot.* Tom. II, part. I, pag. 298 et part. II, pag. 159, edit. Argentor. 1816.

[b] *Luc.* I, 29. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, κ. τ. λ. Versionis tamen latinæ quædam exemplaria etiam ante emendationem hieronymianam legebant, *cum audisset*, uti patet ex S. Ambrosii scriptis.

καὶ διὰ τοῦτο πάντα συνετῶς ἐδοκίμαζε, μήπως αὐτὴν ὀφιόμορφον πρόσφθεγμα θεϊκῆς ἐκβάλοι λαμπρότητος.

XXIV. Ἀθρήσας δὲ οὕτως αὐτὴν ἐναγώνιον ὁ σταλεὶς πρὸς αὐτὴν ἐπουράνιος ἄγγελος, φόβου παντὸς ἐλευθεροῖ, καὶ δεδίξεως [1], καὶ ταραχῆς ἐκβάλλει παντελοῦς καὶ κυκήσεως, καί φησι πρὸς αὐτὴν ἱλαρώτατα καὶ χαριέστατα καὶ ἡδύτατα· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὴν μητέρα τὴν σὴν ἀπατήσαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν τὸν ἄνθρωπον πάλαι σφάλαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν πρώην σου τοὺς προπάτορας τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐξορίσαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν ἐκ μακαρίας ζωῆς ἐκβεβληκότα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον ἐπωδύνῳ ζωῇ προσαρμόσαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν φθόνῳ τεκόντα τὸν θάνατον, καὶ πάντας ἀνθρώπους θνητοὺς ἐργασάμενον· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐκ γῆς γεγονότας, καὶ λαβόντας χειρὶ

[1] Abest hæc vox a lexicis; sed facile a δεδίσκομαι deducta apparet.

---

serpentino illi simile se ipsam forte e divina claritate in præceps ageret.

XXIV. Porro cum illam hoc pacto secum ipsam colluctantem cœlestis nuntius, ad eam missus, cerneret, protinus ab omni illam timore liberat, terroremque ac metum, omnimodamque eximit perturbationem, lætissima ei et jucundissima et suavissima effatus. *Ne timeas*, inquit, *Maria*[a]; non sum ei similis, qui matrem tuam decepit; non sum ei similis, qui hominem olim supplantavit : non sum ei similis, qui progenitores tuos quondam e paradisi deliciis extrusit; non sum ei similis, qui a beata vita hominem deturbavit, atque in vitam ærumnis plenam induxit : non sum ei similis, qui mortem præ invidia generavit[b], et universos homines obnoxios morti effecit : non sum ei similis, qui universos homines e limo terræ conditos, et suam a Dei manu

[a] *Luc.* I, 30.

[b] *Sap.* II, 24. *Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum.*

Θεοῦ τὴν διάπλασιν, θείας ἐντολῆς παραβάτας ποιήσαντα, καὶ πάλιν εἰς γῆν ἀποστρέψαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν, πρώην τὸν Ἀδὰμ φίλον Θεοῦ χρηματίζοντα, Θεοῦ ἐχθρὸν ἀναδείξαντα.

Ἄγγελός εἰμι Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ ἐν ἀγγελικοῦ τινος ἡγοῦμαι στρατεύματος, καὶ ἐν ἀγγέλοις Θεοῦ Γαβριὴλ ὀνομάζομαι. Καὶ λέγειν πρὸς σὲ, τὴν ἄσπιλον καὶ ἄμωμον παρθένον, ἐκ Θεοῦ πατρὸς παντοκράτορος ἔσταλμαι, τὴν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, τοῦ τὰ πάντα παραγαγόντος πρὸς ὕπαρξιν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι καλέσαντος, ἐπὶ σὲ τὴν παρθένον κατάβασιν, καὶ τὴν ἐν σοὶ πολυύμνητον σύλληψιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ πανυπέρτατον[1] σάρκωσιν, καὶ τὴν ἐν σοὶ πολυθαύμαστον κύησιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἀκατάληπτον γέννησιν.

Δι' ὧν ἅπαντα τοῦ ἐχθροῦ τὰ σπουδάσματα λύεται· δι' ὧν ἅπαντα τοῦ ἐχθροῦ τὰ εὑρήματα σὺν αὐτῷ τῷ τούτων εὑρετῇ καταλύεται· δι' ὧν ἄνθρωπος σώζεται, καὶ θανάτου φθορᾶς ἐξανί-

[1] Ita cod.

---

formationem sortitos, divini præcepti effecit prævaricatores, ac rursus in terræ limum convertit : non sum ei similis, qui Adamum, amicitia Dei prius fruentem, Deo reddidit inimicum.

Angelus ego sum Dei omnipotentis, et dux certo cuidam angelicorum agminum exsisto, atque inter Dei angelos *Gabriel* nuncupor. A Deo autem Patre omnipotente ad te, immaculatam omnisque labis expertem Virginem, missus sum, ut unigeniti ejusdem Filii, qui omnia ad exsistendum perduxit, atque ex non exstantibus ad exsistentiam vocavit, tum descensum in te Virginem, tum summe celebrandam ejus in te conceptionem, et divinissimam ex te incarnationem, et admirabilissimam in tuo utero gestationem, et incomprehensibilem ex te nativitatem annuntiem.

Per hæc inimici machinamenta omnia labefactantur, per hæc universa hostis inventa simul cum ipso eorum inventore disjiciuntur; per hæc homo salvatur, et a corruptione mortis re-

σταται· δι' ὧν τῆς πλάνης ἡ νὺξ ἀφανίζεται· δι' ὧν ὁ παραδείσου γενόμενος ἔξοικος ἄνθρωπος, πάλιν οἰκεῖ τὸν παράδεισον· δι' ὧν ὁ τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας γυμνωθεὶς συμβουλίᾳ τοῦ δράκοντος, Θεοῦ φίλος πάλιν καθίσταται.

Καὶ διὰ τοῦτό σοι βοῶ, ὦ μακαρία παρθένε καὶ Θεοῦ γενησομένη τοῦ τῶν ὅλων σωτῆρος γεννήτρια· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· ὅτι τοιούτων τυχεῖν μεγαλείων ἠξίωσαι· ὅτι καὶ ἡ χαρὰ ἡ οὐράνιος ἐκ σοῦ τῷ κόσμῳ

---

surgit; per hæc nox erroris evanescit; per hæc homo, a paradiso jam extorris, rursus paradisum incolit; per hæc, qui draconis versutia amicitiam Dei amiserat, rursus Dei amicus constituitur.

Et idcirco tibi, o virgo beata, et Dei omnium Salvatoris futura genitrix, clamo[a]: *Ave gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus;* quoniam et digna exstitisti, quæ tantorum magnalium potireris[b], et cœleste ex te gaudium mundo parietur,

[a] *Luc.* I, 38.

[b] Sophronium habes suo calculo suffragantem communi SS. Patrum sententiæ, quæ affirmant dignam exstitisse Mariam, quæ in Dei matrem eligeretur. Atqui notum est, id maxime ad singularissimam ejusdem puritatem spectare. Qua de re juverit heic oculis subjicere, quæ in liturgicis Ecclesiæ græcæ precibus legimus (Men. ad diem XII Febr. Od. α'): *Verbum suprema Deitatis majestate fulgens (et) carnis prius expers, tu, o undequaque sancta, peperisti carne indutum. A sæculo enim tu sola, o purissima ab omni macula, propter micantes puritatis radios, et propter pulchritudinem virginitatis, et propter charismata quamlibet labeculam repellentia, digna apparuisti.* (Σεσαρκωμένον, παναγία, τέτοκας τὸν πρὶν ἀσώματον θεαρχικὸν λόγον· μόνη ἐξ αἰῶνος γὰρ ἀκτῖσι καθαρότητος, παρθενίας τε κάλλει, καὶ παναμώμοις χαρίσμασι πέφηνας ἀξία, Πανάμωμε.) De voce autem θεαρχικόν, quæ in hoc Canone recurrit, legenda sunt, quæ advertit Eustathius Thessalonicensis (*comment. in hymn. Pentecost. Damasceni* n. 82, *Spicileg. Rom.* tom. V, pag. 245), monens eam esse vim dictionis, ut nihil sublimius dici queat: οὐκ ἂν ὀρθῶς εἴποιμεν εἶναί τι ὑπέρτερον.

τεχθήσεται, καὶ ἡ εὐλογία ἡ ἔνθεος, ἡ τὴν πάλαι κατάραν ἀμβλύνουσα, διὰ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις πηγάζεται.

XXV. Ἐπαινῶ σου, ὦ θεομῆτορ, καὶ αὐτὸς ἐγὼ τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν σύνεσιν πάνυ ἀποδέχομαι, ὅτι φοβῇ τοῦ δολίου τὰ θήρατρα· ὅτι φοβῇ τοῦ μισανθρώπου θηρὸς τὰ τεχνάσματα· ὅτι δειλιᾷς τὰ κρυπτὰ τοῦ διαβόλου τοξεύματα· ὅτι δειμαίνῃ καὶ δέδοικας τὰ ποικίλα τοῦ ὄφεως καὶ ἀληθῶς θανατηφόρα φυσήματα, ἵνα μὴ Εὔα τις κατ' ἐκείνην ἄλλη καὶ σὺ χρηματίσειας[1].

Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀθάνατον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ὑπέρλαμπρον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν πολύευκτον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ὑπέρφωτον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν σωτήριον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀκλόνητον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀσάλευτον·

[1] Cod. χρηματήσειας.

---

et divina benedictio, quæ veteris maledictionis vim retundit, per te in homines dimanat.

XXV. Et ipse quidem tuam, o Dei Mater, collaudo cautam prudentiam, ac prorsus sapientiam adprobo, quod nempe dolosi illius laqueos expavescas; quod belluæ illius, odio in homines flagrantis, timeas insidias; quod verearis absconditas diaboli sagittas; quod serpentis versutos ac vere mortiferos afflatus metuas, ac formides, ne secunda quæpiam Eva, priori illi similis et tu evadas.

Verum *ne timeas, Maria; invenisti enim apud Deum gratiam*[a] perire nesciam; invenisti apud Deum gratiam præ qualibet eximiam; invenisti apud Deum gratiam omnibus votis expetendam; invenisti apud Deum gratiam omnium gratiarum splendidissimam; invenisti apud Deum gratiam nunquam elanguentem; invenisti apud Deum gratiam, quæ te salvam præstet; invenisti apud Deum gratiam, quæ nullo impetu qua-

[a] *Luc.* I, 30.

εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ ἀνίκητον[1]· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀΐδιον.

Πολλοὶ μὲν πρὸ σοῦ[2] γεγόνασιν ἅγιοι· ἀλλ' οὐδεὶς κατὰ σὲ κεχαρίτωται· οὐδεὶς κατὰ σὲ μεμακάρισται· οὐδεὶς κατὰ σὲ καθη-

[1] Nic. hic tria incisa omittit; post sequens vero incisum nonnulla permiscet, quæ pertinent ad § XXVII.

[2] Nic. pag. 215. addit, καὶ ἄλλοι.

---

tiatur; invenisti apud Deum gratiam plane invictam; invenisti apud Deum gratiam perenniter duraturam".

Et alii quidem, iique plures, ante te eximia sanctitate floruerunt. Sed nemini, quemadmodum tibi, plena gratia impertita

" Inducitur heic Gabriel gratiam sanctæ Virgini divinitus collatam miris efferens encomiis, et per hæc ejusdem animum confirmans, ne scilicet deplorandum primæ matris Evæ lapsum sibi quoque metuat. Eam autem in rem Archangelus tacite comparationem quamdam inter Mariæ atque Evæ gratiam instituit, et duplici ex capite gratiam Deiparæ tamquam præstantiorem celebrat. Ac primo quidem illud utriusque gratiæ discrimen attingit, quod ad illum sanctæ Virginis metum eximendum pressius facit, et temporariæ gratiæ protogenitricis (hæc enim a congenita sibi gratia cito excidit), stabilem Mariæ gratiam opponit, quam propterea ἀθάνατον, ἀμείωτον, σωτήριον, ἀκλόνητον, ἀσάλευτον, ἀνίκητον, atque ἀΐδιον appellat: quæ quidem invicte præterea ostendunt, quam vetus, quamque explorata fuerit in Ecclesia doctrina, qua traditur sanctissimam Dei genitricem in gratia confirmatam fuisse. Deinde vero nonnulla alia interserit, quæ universim ad ejusdem gratiæ præcellentiam prædicandam spectant, uti cum eam dicit ὑπέρλαμπρον, πολύευκτον, ὑπέρφωτον. Porro facillime patet, gratiam Deiparæ haud ὑπέρλαμπρον, aut ὑπέρφωτον, aut πολύευκτον præ gratia Evæ dici posse, nisi Evæ consortem Deiparam in eo statuas, quod ad primam spectat originem. Quid enim æquiparari illi gratiæ potest, quæ efficiat, ut nunquam non carissima Deo anima exstiterit, nunquam non cœlesti illa claritate refulserit? Quænam gratia majori pretio habenda ac potiori exoptanda affectu, quam quæ impediat, ne inter prima exsistendi initia anima Deo invisa, diabolo mancipata, in se turpissima fuerit? Comparatio igitur a Sophronio instituta gratiam exsistentiæ cœvam in Maria non minus quam in prima matre Eva, adstruit, immo præsumit.

γίασται· οὐδεὶς κατὰ σὲ μεμεγάλυνται [1]· οὐδεὶς κατὰ σὲ προκεκά-
θαρται· οὐδεὶς κατὰ σὲ περιηύγασται· οὐδεὶς κατὰ σὲ ἐκπεφώτι-

[1] In margin. μεγαλύνεται.

---

est. Nemo, sicut tu, beatitate auctus est : nemo, sicut tu, sanctitate exornatus est : nemo, sicut tu, ad tantum magnificentiæ est evectus : nemo, sicut tu, purificante gratia præoccupatus est[a];

[a] Merito quæri hic potest, quid sibi velit S. Sophronius, cum inquit, *Virginem Mariam purificante gratia præoccupatam fuisse*, seu magis ῥητῶς *Virginem* (*utique ope gratiæ*) *præmundatam fuisse*. Nam si generatim sermo esset de gratia humanam voluntatem præveniente, sane obvius foret sensus, atque ad illud fidei dogma propositio referenda esset, quo adversus hæreticos pelagianos ac semipelagianos profitemur, gratiam divinam humanis meritis non rependi, sed eamdem prævenire humanum quodlibet non modo opus bonum, sed etiam desiderium, ipsumque credulitatis affectum. At enim liquido apparet S. Doctoris sententiam nullatenus huc spectare posse. Ut enim reliqua prætermittamus, quis non videat, Sophronium singularem aliquam Deiparæ prærogativam celebrare his verbis voluisse? Porro quod eo sensu quispiam Dei gratia præoccupetur, adeo singulare dici non debet, ut hæreticus audiat, quisquis affirmet, aut exstitisse unquam aut exsistere quempiam posse hominem gratia exornatum, quem hac ratione gratia non prævenerit : *alioquin*, ut inquit Apostolus Rom. XI, 6, *gratia jam non est gratia*. Sententia igitur S. Sophronii ad quidpiam aliud est referenda, quod et capax sit purificationis per gratiam, quodque purificatio ipsa prævertere vero aliquo sensu dicatur. At vero tale aliquid evidentissime habes in ipsa humana Deiparæ natura. Purificationis enim non capax modo, sed et indiga per se in præsenti conditione, est humana natura, quippe in primo parente vitiata : tum autem etiam prævertere naturam purificatio rectissime dicitur, cum gratia purificans non jam inductam delet culpam, sed ne inducatur antevertendo impedit. Et hunc quidem sensum ipsa Sophronii verba important. Singularis enim Virginis prærogativa in eo statuitur, quod ipsa *præpurgata* fuerit (προκεκάθαρται), dum cæteri Adæ filii non *præpurgari*, sed *purgari* dicuntur. At quodnam demum discrimen inter *purgatum* et *præpurgatum* reperias, nisi quod illic maculam purgatio subsequitur, ut eam auferat, hic prævenit, ne inficiat? Singulare igitur privilegium quod eo loci Sophronius de beata Dei Matre deprædicat, nullum est aliud, quam singularissima ejusdem ab originali infectione præservatio.

Sed et dignissimus, qui consideretur, est totus hujus loci contextus. Sophro-

σται· οὐδεὶς κατὰ σὲ ὑπερύψωται· οὐδεὶς γὰρ κατὰ σὲ Θεῷ[1] προσεπέλασε· καὶ[2] οὐδεὶς κατὰ σὲ Θεοῦ δώροις πεπλούτηκεν· οὐδεὶς κατὰ σὲ Θεοῦ χάριν ἐδέξατο· πάντα νικᾷς τὰ παρὰ ἀνθρώποις[3] ἐξαίρετα· πάντα νικᾷς τὰ παρὰ[4] Θεοῦ δοθέντα τοῖς πᾶσι δωρήματα· πάντων γὰρ πλέον Θεοῦ πλουτεῖς τὴν κατοίκησιν· οὐδεὶς οὕτω χωρῆσαι Θεὸν δεδύνηται· οὐδεὶς οὕτω Θεοῦ παρουσίαν ἴσχυσε

[1] Nic. τῷ Θεῷ κατὰ σέ.
[2] Nic. omitt. καί.
[3] Nic. παρ' ἀνθρώποις.
[4] Nic. πρὸς Θεοῦ.

---

nemo, sicut tu, splendida luce est circumfusus : nemo, sicut tu, cœlesti lumine refulsit; nemo, sicut tu, præ omni celsitudine exaltatus est. Et merito quidem; nemo enim, sicut tu, ad Deum tam prope accessit; nemo, sicut tu, Dei donis ditatus est; nemo sicut tu, Dei gratiæ particeps fuit. Omnia vincis, quæcumque inter homines emineant; omnia superas munera, quæ effusa e Dei largitate in quoslibet dimanaverint". Plus enim omnibus inhabitantis Dei possessione ditescis. Nemo sic in se Deum

nius enim, uti liquet, adinstar cujusdam principii, e quo deinde tot tantasque Deiparæ prærogativas deducat, præmittit illud, quod ex Evangelio constat, Mariam *plenam gratia* fuisse. Ac rursus horum magnalium quasi rationem postea redditurus, *gratiæ plenitudinem* iterum inculcat, cui subnectit immensum illum munerum divinorum cumulum, quo Deipara munera cuivis creaturæ collata infinito intervallo excedit. Palam est ergo, ex mente SS. Patrum tum *in ea gratiæ plenitudine*, tum in illo donorum divinorum præ omnibus excessu, et munus illud, angelis et protoparentibus commune, contineri, vi cujus gratia divina ipsi exsistendi initio cœva profitenda sit.

" Si gratiæ munera Mariæ collata longissime excedunt *quæcumque a Dei largitate in quoslibet dimanaverint;* profecto aut absurdissime affirmandum est, originem peccato infectam sanctæ origini longe præcellere, aut verius fatendum est, Virginem Deiparam non modo æque ac protoparentes cœlestesque spiritus, in gratia creatam fuisse, sed longe nobilioribus gratiæ donis in eadem illa prima sui origine ex magnificentissima Dei liberalitate ac sapientia fuisse exornatam.

δέξασθαι· οὐδεὶς οὕτω φωτισθῆναι Θεὸν κατηξίωται. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον τὸ Θεὸν τὸν ἁπάντων κτίστην καὶ δεσπότην προσδέδεξαι, ἀλλὰ καὶ ἔχεις ἐκ σοῦ παραδόξως σαρκούμενον καὶ κυοφορούμενον, καὶ μετὰ ταῦτα γεννώμενον, καὶ πάντας ἀνθρώπους καταδίκης πατρῴου λυτρούμενον, καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς οὐ παυσομένην δωρούμενον.

XXVI. Καὶ διὰ τοῦτό σοι κέκραγα, καὶ πάλιν ἐρῶ διαπρύσιον[1]· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί. Μὴ ταράττου, τῶν ἐμῶν ῥημάτων ἀκούουσα· μὴ φοβοῦ, πυνθανομένη τῆς ἐμῆς πρὸς σὲ διαλέξεως· οὐκ ἀπάτην ἄγω τοῖς ἀνθρώποις ὀλέθριον· οὐ φθόνον θανάτου γεννήτορα τοῖς ἐμοῖς ὁμοδούλοις προξενεῖν παραγέγονα· πᾶσαν ταραχὴν τῆς σῆς καρδίας ἀπέλασον· πάντα δισταγμὸν τῆς σῆς διανοίας ἐξόρισον· πάντα φόβον τῆς σῆς ψυχῆς ἀποδίωξον· οὐ φοβερὸς πρὸς σὲ παραγέγονα, εἰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους φοβερώτατος φαίνομαι· οὐκ ἐχρησά-

[1] Cod. διαπύρσιον.

---

complecti potuit; nemo potuit sic frui Dei præsentia; nemo dignus est habitus, qui sic per Deum illuminaretur; ac propterea non modo Deum omnium conditorem ac dominum in te excepisti, sed eum habes ex te ineffabiliter incarnatum, atque in utero tuo gestatum, et post hæc genitum, et universos homines a paterna condemnatione redimentem, ac salutem, quæ nullum finem habitura sit, ipsis elargientem.

XXVI. Et propterea tibi clamavi, atque iterum vehementer clamabo : *Ave, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus.* Ne expavescas ad verba mea; ne metuas ad meum alloquium; non struo dolos hominibus funestos : non adveni, ut genitricem mortis invidiam conservis meis propinem : pavorem omnem abige e corde tuo; e mente tua dubitationem omnem depelle : ejice quamlibet ab animo tuo formidinem; non adsto tibi tremendus, utut maxime tremendum ceteris omnibus me exhibeam, neque præfero dignitatis meæ majesta-

μην τῷ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς ἀξιώματι· οἶδα γάρ, πρὸς τίνα παρὼν διαλέγομαι· οἶδα, πρὸς τίνα θεόθεν ἀπέσταλμαι· οἶδα, τίνι διακονεῖν προκεχείρισμαι.

Τοὐναντίον ἐγώ σε θεωρῶν καταπλήττομαι, καὶ φόβου καὶ δέους ἐμπίπλαμαι· τοὐναντίον ἐγώ σου θαυμάζω τὸ μέγεθος, καὶ τρόμου πληροῦμαι καὶ δείματος· ἐγώ σου τὴν χάριν δεδίττομαι· ἐγώ σου τὴν λαμπρότητα τέθηπα. Ἐγὼ δοῦλός εἰμι Θεοῦ[1] καὶ διάκονος· σὺ δὲ μήτηρ ἔσῃ Θεοῦ, τοῦ ἐμοῦ δεσπότου[2] καὶ κτίσαντος[3], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γεννήτρια, καὶ τροφὸς ἀδιήγητος μαζῶν αὐτὸν παρθενικῶν ἀποτρέφουσα χεύμασι, τὸν πάσῃ σαρκὶ τροφὴν διδόντα τὴν εὔκαιρον. Ἐγὼ λάτρις εἰμὶ Θεοῦ, καὶ λειτουργὸς ἀποκρίσεων· σὺ δὲ Θεὸν αὐτὸν ἔχεις ἐγγάστριον ἐν σοὶ σαρκικῶς διαιτώμενον, καὶ ἐκ σοῦ νυμφικῶς προερχόμενον, καὶ πᾶσι τὴν χαρὰν πρυτα-

[1] Nic. pag. 223, omitt. Θεοῦ.
[2] Nic. Θεοῦ ἐμοῦ, Δεσπότου.
[3] Nic. his continuo adjungit, quæ habes § seq. : χαρᾶς Ἄγγελος κ. τ. λ.

---

tem; novi enim quamnam præsens alloquar; novi ad quam divinitus missus fuerim; novi cuinam ministerium præstare jussus sim.

Ego contra, te conspiciens, formidine metuque perculsus expavesco : egomet contra timore correptus ac tremens stupeo magnificentiam tuam. Ipse gratiam tuam vereor; ipse splendorem tuum admiratione defixus suspicio. Ego quidem Dei servus et minister sum; tu autem eris Dei ac domini et creatoris mei mater; immo vero et genitrix et ineffabilis altrix uberum virginalium fluentis illum enutries, qui omni carni *præbet escam in tempore opportuno*[a]. Ego Dei sum famulus, ac responsa ferendi fungor munere; tu vero intra sinus tui claustrum Deum ipsum habes in te secundum carnem immorantem, et ex te procedentem veluti sponsum, et gaudium omnibus comparan-

[a] *Ps.* CXLIV, 15.

νεύοντα, καὶ αἴγλην θεϊκὴν χαριζόμενον. Ἐν σοὶ γὰρ, ὦ παρθένε, Θεὸς, ὡς ἐν οὐρανῷ τινι καθαρωτάτῳ καὶ λάμποντι, τὸ οἰκεῖον ἔθετο σκήνωμα· καὶ ἐκ σοῦ, ὡς ἐκ παστοῦ νυμφίος, πορεύσεται· καὶ δρόμον ἐκμιμούμενος γίγαντος, ὁδὸν ἐν βίῳ δραμοῖ τὴν ἐν πᾶσιν ἐσομένην τοῖς ἐν βίῳ σωτήριον, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν διατείνουσαν, καὶ θέρμης ἐνθέου πληροῦσαν τὰ σύμπαντα, καὶ σὺν αὐτῇ φωτοζώου φαιδρότητος.

XXVII. Ὅθεν σοι καὶ πάλιν βοῶ τῆς χαρᾶς τὸ μακάριον πρόσφθεγμα· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· χαρὰν κομίζων ὀλόλυθα, οὐ φόβον ἀνθρώποις ὀλέθριον· χαρᾶς ὑπάρχω διάκονος, οὐ λύπης ὑπηρέτης γνωρίζομαι· χαρᾶς ἄγγελος πέφηνα[1], οὐ λύπης κήρυξ γινώσκομαι. Τί[2] φοβῇ τόν σε[3] τοὐναντίον φοβούμενον; Τί δειλιᾷς τὸν δειλιῶντά σου τὸ ἀξίωμα; Τί δεδίττῃ τὸν

[1] Nic. pag. 223, πέφυκα.
[2] Nic. addit, proprio ut videtur marte, οὖν.
[3] Nic. omitt. σε.

---

tem, ac divinum universis lumen impertientem. In te enim, o Virgo, tamquam in purissimo nitentique cœlo, *Deus posuit tabernaculum suum*[a]; et *procedet ex te tamquam sponsus a thalamo*[b]; ac imitans cursum gigantis[c], in vita sua viam curret viventibus salutarem in cunctis futuram, quæque a summis cœlis usque ad summos cœlos se protendens, omnia divino calore atque una simul vivifico splendore repleat.

XXVII. Proinde etiam iterum beatam hanc gaudii salutationem tibi inclamo: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Gaudium afferens veni, non exitii metum hominibus infero; gaudii sequester exsisto, non doloris minister agnoscor; adsum lætitiæ angelus, haudquaquam infausta denuntio. Quid times e converso te timentem? Quid expavescis dignitate tua expavescentem? Quid

[a] *Ps.* XVIII, 6.
[b] *Ibid.*
[c] *Ibid.*, v. 7.

χάριν τὴν σὴν δεδιττόμενον; Τί εὐλαβῇ τὸν ἀγλαΐαν τὴν σὴν εὐλαβούμενον; Δοῦλός εἰμι καὶ λάτρις ἐλάχιστος τοῦ σοῦ παιδὸς καὶ γεννήματος. Αὐτός με, μὴ ὄντα, πεποίηκεν· αὐτός με πρὸς σὲ τῶν οὐρανίων χωρίων ἀπέστειλε, τὴν αὐτοῦ σοι μηνύων χαροποιὸν ἄφιξιν· τὴν αὐτοῦ σοι βοῶ ἀπερίγραφον σύλληψιν· τὴν αὐτοῦ σοι καταγγέλλω ἀνερμήνευτον σάρκωσιν· τὴν αὐτοῦ σοι προσφθέγγομαι χαρᾶς ἁπάσης γεννήτριαν γέννησιν.

XXVIII. Καὶ διὰ τοῦτό σοι λέγω, παρθένε πανύμνητε· μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Εὗρες χάριν, ἣν γυναικῶν οὐδεμία τὸ σύνολον[1] εὕρηκεν· εὗρες χάριν, ἣν οὐδεὶς ἐθεάσατο· εὗρες χάριν, ἣν οὐδεὶς εἰσεδέξατο[2].

Καὶ ποίαν ταύτην; ἄκουε. Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας,

[1] Nic. pag. 213, τοσύνολον.
[2] Nic. ἐδέξατο.

---

ab eo terreris, qui gratia tua terretur? Quid vereris cum, qui tuum splendorem veretur? Servus sum, et minimus filii ac germinis tui famulus. Ipse me, cum non exsisterem, condidit; ipse me e plagis cœlestibus ad te misit, jucundissimum suum tibi (per me) significans adventum; ineffabilem ejus tibi nuntio conceptionem; inenarrabilem ejus tibi revelo incarnationem; ejusdem nativitatem omnis gaudii genitricem tibi notam facio.

XXVIII. Et idcirco tibi, o Virgo omni laude dignissima, dico: *Ne timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud Deum*[a]. Invenisti gratiam, quam nulla penitus mulierum invenit: invenisti gratiam, quam nemo novit: invenisti gratiam, quam nemo sortitus est.

Et qualem istam? Audi[b]: *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius*

[a] *Luc.* I, 30.
[b] *Luc.* I, 31-33.

καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ταῦτα πρὸς σὲ βοᾷν οὐρανόθεν ἀπέσταλμαι· ταῦτά σοι σαφῶς εὐαγγελίσασθαι, ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος πέπομφε· ταῦτά σοι μηνῦσαι λόγοις καὶ ῥήμασιν, ὁ λόγος τοῦ πατρὸς ἐγκεκέλευσται· ταῦτά σοι διαλέξασθαι, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ διεθέσπισεν· ἄνω μοι τὸ διάγγελμα δέδωκε, κἀνθάδε αὐτὸν κατασκέπτομαι· ἐν οὐρανῷ μοι τὸ ῥηθὲν ἐνεχείρισε, καὶ ἐν σοὶ τῇ παρθένῳ τοῦτον θεωρῶ διαιτώμενον. Λίθιος ἦν, ὁ πρὸς σὲ τὴν παρθένον ἀφικόμενος· ἄχρο-

---

Altissimi vocabitur; et dabit ei Dominus Deus sedem David Patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Hæc ut tibi significarem, e cœlis missus sum; ut hæc tibi perspicue annuntiarem, misit ipse qui ex te nasciturus est; ut tibi hæc verbis ac sermonibus enarrarem, mandavit Verbum Patris; ut hæc tibi proponerem, unigenitus Dei Filius imperavit; hanc mihi legationem imposuit in cœlis, at ipsum hic præsentem intueor; in cœlo hoc munus mihi commisit, et ipsum cerno in te Virgine commorantem[a]. Æternus erat, qui ad te Virginem devenit; nescius erat temporis, qui in tempore

[a] Sunt et alii nonnulli e veteribus, qui cum S. Sophronio opinati sunt Verbi incarnationem tunc perfectam fuisse, cum Angelus sanctam Virginem salutans ea verba protulit? *Ave, gratia plena, Dominus tecum:* quod quidem Sophronius adhuc disertius infra (§ XXXVI) affirmat, cum angelum inducit dicentem sanctæ Virgini: *Jam concepisti, ex quo illud* Ave *protuli.* De hujus opinionis pretio nihil attinet hoc loco disserere; hinc tamen ultro se rursus prodit portentosa Nicodemi monachi inscitia (vid. *Præfat. ad orat. Isidori Thessalon.*, § VIII, IX, part. I, pag. 204, 205), qui hanc Sophronii orationem plus semel allegat, et nihilominus cum aliis græculis addit, Virginem Deiparam ab originali peccato tunc demum emundatam fuisse, cum illud impletum est, quod posterius subdidit angelus, *Spiritus sanctus supervenier in te*, etc. Sic mira istorum sapientia novissimum oculis nostris monstrum subjicit, Virginem jam Dei Verbo fœtam, et adhuc tamen peccato inquinatam, ac proinde Deo invisam et diabolo mancipatam!

νος ἦν, ὁ ἐκ σοῦ χρονικῶς κυϊσκόμενος· ἄσαρκος ἦν, ὁ ἐκ σοῦ σαρκικῶς τεχθησόμενος· ἀπερίγραπτος ἦν, ὁ ἐν σοὶ περιγραφῆς ἀνεχόμενος.

XXIX. Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί. Καὶ μὴ νόει μοι, ὦ παρθένε, τῶν ἄλλων γυναικῶν τὴν σύλληψιν. Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ σύλληψιν ἄσπορον, σύλληψιν ἄφραστον, σύλληψιν ἀῤῥητον, σύλληψιν ἔνθεον, ἣν οὐκ ἀνδρὸς ἐγεώργησε σύνοδος, οὐκ ἄῤῥενος εἴργασται σύμβασις, ἣν ἀνθρώπων ἐξειπεῖν οὐδεὶς ὁ δυνάμενος· Πῶς γὰρ οἱ κατὰ φύσιν γεννώμενοι, τὰ ὑπὲρ φύσιν εἰπεῖν ἐξισχύσουσιν; Ὑπερφυοῦς οὖν οὔσης σου τῆς συλλήψεως, τοὺς κατὰ φύσιν λογισμοὺς μὴ ἐξέταζε.

Τέξῃ δὲ υἱόν, οὐ μόνον χρονικὸν καὶ ἐπίκηρον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀΐδιον, καὶ πάντων χρονικῶν ἀρχικώτερον· καὶ τέξῃ υἱόν, οὐ μόνον σαρκικὸν θεωρούμενον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀσώματον· καὶ τέξῃ υἱόν, οὐ μόνον σοῦ τῆς παρθένου φαινόμενον, ἀλλὰ δὴ καὶ Θεοῦ υἱὸν γινω-

---

a te concipitur; expers erat carnis, qui secundum carnem ex te nascetur; erat incircumscriptus, qui in te circumscriptionem recipit.

XXIX. *Ecce concipies in utero.* Neque tamen mihi cogites, o Virgo, reliquarum mulierum conceptionem. Ecce concipies in utero conceptione satus experte, conceptione ineffabili, conceptione inenarrabili, conceptione divina, quam non viri inchoaverit consuetudo, neque virilis effecerit congressus, quam nemo hominum verbis explicare valeat. Et sane quonam pacto illi, qui secundum naturam nascuntur, poterunt ea, quæ supra naturam sunt, effari? Cum itaque conceptus tuus naturæ ordinem prætergrediatur, ratiocinationibus, quæ secundum naturam sunt, ne insistas.

Paries autem filium, cui non tantum natura sit tempori mortique obnoxia, sed qui simul naturam habeat æternam ac tempora omnia omnesque vicissitudines transcendentem. *Et paries filium*, qui non solum visibilis in carne cernatur, sed invisibili

σκόμενον· καὶ τέξῃ υἱόν, οὐ μόνον γνωριζόμενον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ Θεὸν ἀληθῆ πιστευόμενον· καὶ τέξῃ υἱόν, οὐ σωτηρίας τῆς παρ' ἑτέρου δεόμενον, ἀλλὰ σωτηρίαν πᾶσιν ἀνθρώποις δωρούμενον.

Καὶ διὰ τοῦτο καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὅπερ ὄνομα σωτῆρ ἑρμηνεύεται. Ἔδει γάρ, ὦ παρθένε, τὸν σωτῆρα τῶν ὅλων τικτόμενον, αὐτὸ κληροῦσθαι τοῦ σωτῆρος τὸ ὄνομα· ἵνα κἀξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος δηλῶται[1] τοῦ τεχθέντος ἡ δύναμις, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σημαίνηται τοῦ σοῦ παιδὸς ἡ σωτήριος λόχευσις.

XXX. Οὗτος ἔσται μέγας, ὡς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος καλούμενος, καὶ Θεὸς ἰσχυρὸς ἀνυμνούμενος καὶ θαυμαστὸς τοῦ πατρὸς κελαδούμενος σύμβουλος, καὶ ἄρχων εἰρήνης φαινόμενος, καὶ πάσης, ὡς ποιητὴς, ἐξουσιάζων τῆς κτίσεως, καὶ τοῖς ἐπιγείοις εἰρη-

[1] Cod. δηλεῦται.

---

quoque incorporeaque substantia constet. *Et paries filium*, qui non modo tuus, o Virgo, filius appareat, verum etiam Dei Filius agnoscatur. Et paries filium, qui non solum deprehendatur homo, sed verus etiam credatur Deus. Et paries filium, non salutis, quæ ab alio sit, indigum, sed salutem omnibus hominibus conferentem.

Et propterea *vocabis nomen ejus Jesum;* cujus sane nominis interpretatio est *Salvator*. Oportet enim, o Virgo, ut qui nascitur in omnium salutem, nomen ipsum *Salvatoris* sortiatur; ut ex ipso quoque nomine manifestetur nati potestas, ac filii tui nativitas universis hominibus salutifera ostendatur.

XXX. *Hic erit magnus,* quippe[a] *magni consilii Angelus* appellatus, et[b] *Deus fortis* celebratus, et prædicatus *mirabilis consiliarius Patris*, et declaratus *princeps pacis*, et, utpote conditor, creaturarum omnium dominator, ac[c] terrestribus pacem

[a] *Is.* IX, 6, sec. LXX.
[b] *Ibid.* sec. communiorem lectionem : nam a Cod. Vat. hæc absunt.
[c] *Coloss.* I, 20.

νοποιῶν τὰ οὐράνια. Τὰ γὰρ τῆς οἰκείας ἀρχῆς κατορθώματα ἐπὶ τοῦ οἰκείου ὤμου φορεῖ καὶ βραχίονος· οὐ γὰρ ἑτέρου δυνάμει, οἰκείᾳ δὲ μᾶλλον κατορθοῖ τὰ πραττόμενα, εἰρηναίαν τοῖς πᾶσι πηγάζων κατάστασιν. Ἀλλὰ καὶ πατὴρ αἰῶνός ἐστι τοῦ μέλλοντος, ὁ μόνος ἐκ μόνου τεχθεὶς Θεοῦ τοῦ γεννήτορος, καὶ πατὴρ ὑπάρξας αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων σὺν αὐτῷ τῷ πατρὶ δοξαζόμενος. Περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας προλαβὼν προεφήτευσε· παιδίον, λέγων, ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν· τὸ σὸν, ὦ παρθένε, παιδίον, οὗ σοι νῦν ἀγγέλλω τὴν γέννησιν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.

Οὗτος ἔσται μέγας· οὐχ ὡς μὴ μέγας ὢν, μετέπειτα δὲ γενησόμενος, ἀλλ' ὡς ἀεὶ μέγας ὢν, καὶ μετὰ ταῦτα δὲ γενησόμενος.

---

cum cœlestibus concilians. Præclara enim principatus sui facinora feret super humerum brachiumque suum[a]; quippe non alterius, sed sua ipsius virtute ac potentia rem geret, pacificam omnibus comparans conditionem. Sed est præterea *pater futuri sæculi*[b], solus ex solo Deo genitore genitus, et futuri sæculi pater exsistens, et ante omnia sæcula cum ipso Patre glorificatus. De quo Esaias quoque, tempora præcurrens, prophetavit inquiens[c]: *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis*, tuus nempe parvulus, o Virgo, cujus tibi nunc nativitatem annuntio; *cujus principatus super humerum ejus : et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, Mirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi.*

Hic erit magnus, non instar illius, qui magnus, cum non sit, magnus postea sit evasurus, sed tamquam qui semper magnus

[a] *Is.* IX, 6.

[b] *Ibid.*

[c] *Is.* IX, 6. Quum tam varia sit penes veteres sive græcos sive latinos celeberrimi hujus versiculi lectio, haud inutile fuerit ex hoc Sophronii loco nosse, quamnam lectionem palæstini codices præferrent.

Μεγάλου γὰρ Θεοῦ καὶ πατρὸς κατὰ φύσιν υἱὸς γνωριζόμενος, μέγας καὶ αὐτὸς διορίζεται, καὶ τῇ φύσει Θεὸς κηρυχθήσεται· συμφυὴς γὰρ ὢν Θεῷ τῷ γεννήτορι, πάντως καὶ τὴν σὴν ἕξει κατ' οὐσίαν ταὐτότητα. Ἄνισον γὰρ ἑαυτῷ Θεὸς υἱὸν καὶ ἀνόμοιον οὐκ ἄν ποτε τίκτων γεννήσειεν, ἀλλὰ πάντως συμφυῆ καὶ πανόμοιον, καὶ ἐν πᾶσι φυσικοῖς ἀπαράλλακτον.

XXXI. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. Μέγας μὲν γάρ ἐστιν ἀεί, καὶ ὑψίστου Θεοῦ υἱὸς προσηγόρευται, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ υἱὸς αὐτοῦ μονογενὴς κηρυττόμενος· ἔσται δὲ, φημὶ, καὶ κληθήσεται, οὐχ ὡς ταῦτα μὴ ὢν, μὴ οὕτως ὑπόπτευε· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ σοῦ ταῦτα βροῶ πολυθαύμαστον γέννησιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ σαρκικὴν ἐνανθρώπησιν. Τὸ ἔσται γὰρ καὶ κληθήσεται, χρονικὰ πεφυκότα προσρήματα, ὡς καθ' ὑμᾶς τοὺς ἀνθρώπους γενόμενος ἄνθρωπος εἴρηται, ἐπεὶ καὶ καθ' ὑμᾶς κατ' ἀλήθειαν πρόεισιν.

---

et est et deinceps permanebit. Cum enim eum Dei ac Patris filium secundum naturam esse constet, ipse quoque magnus decernitur et natura Deus prædicabitur. Et profecto ille eamdem tecum substantiam habebit, qui prorsus ejusdem etiam cum Deo Patre naturæ exsistit. Neque enim, dum generat Deus, inæqualem sibi, dissimilemque posset prolem gignere, sed eadem omnino essentia præditam, et perfecte similem, et omnibus naturalibus proprietatibus sibi prorsus æqualem.

XXXI. *Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur.* Semper enim magnus est, et Filius proclamatur Altissimi, utpote ab ipso magno Deo natus et unigenitus ejusdem filius declaratus. Dico autem, *erit* et *vocabitur*, non quasi reipsa ejusmodi ipse modo non sit; ne id suspiceris; sed hæc propter summe admirandam ejus ex te nativitatem, et propter humanæ carnis ex te assumptionem dico. Illa enim verba *erit* et *vocabitur*, quæ locutiones sunt temporis, de illo dicta sunt, quatenus homo, vobis hominibus similis, factus est; nam vere etiam vobis similis enascitur.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ, δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα τῆς ἐκ σοῦ χάριν σαρκικῆς ἀναφωνεῖται γεννήσεως. Ἅπαξ γὰρ δι' ὑμᾶς γενέσθαι καθ' ὑμᾶς ἀνασχόμενος ἄνθρωπος, καὶ πάντα δι' ὑμᾶς τὰ ἀνθρώπινα ἀκοῦσαί τε καὶ παθεῖν καταδέχεται, ἵνα μὴ φάσμα νομισθῇ τοῖς ἀκούουσιν, ἵνα μὴ δόκησις δόξῃ τοῖς βλέπουσιν, ἵνα τῆς πρὸς ὑμᾶς ἀληθοῦς συγκαταβάσεως τοῖς πράγμασι δείξῃ τὸ μέγεθος, ἵνα τῆς οἰκείας δι' ὑμᾶς ἐνανθρωπήσεως παραστήσῃ σαφῆ τὰ τεκμήρια. Ἐπεὶ πῶς ἄνθρωπος, μὴ χοϊκὴν λαχὼν τὴν ἐκλόχευσιν, καὶ χοϊκὴν φορῶν ταπεινότητα, τί γὰρ χοός ἐστι ταπεινότερον; ἢ μέγας γενήσεται, ἢ υἱὸς ὑψίστου κλη-

---

Similiter et illud [a], *dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis.* Hæc enim omnia propter carnalem ejus ex te generationem de illo affirmantur. Postquam enim semel propter vos homo, vobis similis, fieri dignatus est, simul et perfectus homo audire, et humana omnia pati non abnuit, ut scilicet neque se audientibus videretur spectrum, neque ab intuentibus phantasma putaretur, et miraculum verissimi sui ad vos descensus factis probaret, utque evidentia assumptæ a se propter vos humanæ naturæ argumenta præberet. Nam quomodo homo, qui terrenæ particeps nativitatis non fuerit, nec terrenam gerat abjectionem (quid enim terra abjectius est?), vel magnus fiet, vel verus Altissimus Filius vocabitur [b]? Aut quomodo (homo)

[a] *Luc.* I, 32.

[b] Sensus est : *Quomodo vere affirmari posset,* hominem *aut magnum evasurum esse, aut verum Altissimi Filium appellatum iri, aut Davidis throno regnoque æterno potiturum, nisi iste, de quo hæc prædicuntur, vere homo esset, et omnia, quæ sunt hominis, haberet, ac propterea nisi humanam nactus esset nativitatem, humanamque abjectionem vere assumpsisset?*

θήσεται γνήσιος; ἢ πῶς Δαεὶδ ἀδιάδοχον θρόνον κληρώσειεν; ἢ πῶς ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ ἀεὶ βασιλεύσειε, καὶ οὐχ ἕξει τέλος αὐτοῦ τὸ βασίλειον; Δαεὶδ γὰρ καὶ Ἰακὼβ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἑρμηνεύεται πρὸς θεωρίαν μυστικὴν λαμβανόμενος. Αὐτὸς γὰρ καὶ κραταιὸς χειρὶ, ἤτοι δυνάμει, καθέστηκε, καὶ τοὺς ὑμῶν ἀντιπάλους ἐπτέρνισε, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν νίκην ὑμῖν ἐδωρήσατο. Δι' οὗ καὶ οἱ εἰς αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων πιστεύοντες, τὸν πάλαι τῶν Ἰουδαίων λαὸν εἰκότως πτερνίσουσι, καὶ τὰ κατὰ χρόνον αὐτοῦ πρωτοτόκια, ὡς καλῶς Χριστῷ πεπιστευκότες, κομίσονται.

Ἀλλὰ ταῦτα κατὰ φύσιν ὢν τὴν ἀΐδιον, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἀκατάληπτον γέννησιν, διὰ τὴν ἐκ σοῦ τῆς θεόφρονος σάρκωσιν, καὶ δέχεσθαι λέγεται· ἵν' ἅπερ αὐτὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ τὴν ἀθάνατον,

---

æternum Davidis thronum sortiretur? Aut quomodo in domo Jacob (homo) semper regnaret, et regnum ejus finem non habebit? David enim et Jacob secundum sensum mysticum acceptus. ipse intelligitur Christus. Nam ipse fortis manu, id est virtute, exsistit, et supplantavit hostes vestros", et victoriam adversus eos vobis donavit. Per quem illi quoque ex hominibus, qui in ipsum credant, merito antiquum illum Judæorum populum supplantabunt, et utpote Christo egregie fideles inventi, primogenituram, quæ, si tempus spectes, illius (judaici) populi erat, obtinebunt.

Verum cum naturam ipse æternam, atque incomprehensibilem ex Patre habeat nativitatem, hæc (humana) assumere et in se suscipere per indutam ex te piissima carnem, et per nativitatem ex te Dei matre sibi eligit; ut nempe illa eadem, quæ secundum immortalem naturam ipse possidet, hæc vobis quoque, quibus

" Hæc videlicet spectant ad illud Genesecos (XXVII, 36) : *Juste vocatum est nomen ejus Jacob : supplantavit* (LXX ἐπτέρνισε) *enim me en altera vice :* tum ad illud Osee (XII, 3, 4) : *In utero supplantavit fratrem suum, et in fortitudine sua directus est cum angelo, et invaluit ad angelum et confortatus est.*

ταῦτα καὶ ὑμῖν κατὰ χάριν τὴν θείαν δωρήσηται οἷς καὶ φιλανθρώπως γεγέννηται κατὰ σάρκα, τὴν ἐκ σοῦ, τὴν παθητὴν καὶ θνητὴν ὁμοούσιος.

XXXII. Ἀλλ' ἡ θεοδόχος κυοφόρος παρθένος καὶ πάναγνος, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως προῦχουσα, σύλληψιν θείαν ἀκούσασα, καὶ θαυμαστὴν κυοφορίαν μανθάνουσα, καὶ τόκον εὐαγγελιζομένη παράδοξον, ἐπὶ τοῖς λεγομένοις θαυμάζουσα, καὶ τὴν γυναικείαν

---

sua in vos homines charitate etiam consubstantialis secundum carnem passibilem et mortalem ex te susceptam factus est, secundum gratiam divinam donaret.

XXXII. At illa Dei capax, Deumque gestans, ac plane immaculata[a], atque universis simul creaturis eminentior Virgo, cum de divina conceptione audivisset, et de mirabili persensisset gestatione in utero, tum de partu illo mirabili intellexisset; enimvero ad hos sermones mirabunda hærebat; neque enim

[a] Etiam iste Sophronii locus (vide enim, quæ alias de eadem re advertimus in not. ad § XIV Orat. Isidori Thessal. *in Deiparæ Præsentationem*, part. I, pag. 445) eos redarguit, qui voces ἁγνεία, ἁγνή, πάναγνος, cum saepissime de Deipara dicantur, nunquam non coarctant ad virginalem ejusdem castitatem significandam. Dum enim Sophronius scribit, ἡ παρθένος καὶ πάναγνος, apertissime virginalem puritatem distinguit ab τῆς ἁγνείας, et exinde elucet, eas voces latius ad omnimodam puritatem exprimendam usurpatas fuisse. Neque vero putes, id singulare Sophronio fuisse; nam (ut alia nunc missa faciam) ecce tibi eadem distinctio et in Menæis occurrit (Die X Dec. ad Vesp.) : λαὸν τὸν ἀνομώτατον ἀδίκως καθηλοῦντά σε ἐπὶ ξύλου ἡ παρθένος καὶ ἁγνὴ καὶ μήτηρ σου ὁρῶσα, ὡς Συμεὼν προέφησε, τὰ σπλάγχνα, σῶτερ, διετέτρωτο. *Cum ab improbissimo populo inique te, o Salvator, clavis in ligno configi cerneret innocens illa et virgo et mater tua, doloris gladio corde transfigebatur.*

Illud etiam adverte, quomodo SS. Patrum animis altissime defixa imago tum puritatis omnimodæ tum altissimæ præ omnibus creaturis eminentiæ, quæ refulgent in sancta Virgine, efficiat, ut hæ laudes, etiam ubi nihil tale res postulat, sponte sua e calamo fluant, ac proinde Sophronius etiam hoc loco Deiparam et purissimam (πάναγνος) et creaturis omnibus præcellentiorem (πάσης τῆς κτίσεως προῦχουσα) concelebret.

φύσιν γινώσκουσα, καὶ τὰς τούτων συλλήψεις φυσικῶς ἐξετάζουσα, καὶ τοὺς τούτων τοκετοὺς συνετῶς ἀνακρίνουσα, ὡς οὐκ ἐκτὸς ἀνδρικῆς συνελεύσεως ταῦτα πώποτε γίνεται, καὶ ἑαυτὴν ἄθικτον βλέπουσα, καὶ τῆς τοιαύτης συνηθείας κἂν μέχρις ἐνθυμήσεως ἄγευστον, πρὸς Γαβριὴλ φησι τὸν ἀρχάγγελον, τὸν ταῦτα αὐτῇ τὰ μεγαλεῖα, Θεοῦ μεγάλα μηνύοντα πράγματα, καὶ τὰ τῆς χαρᾶς εὐαγγέλια φάσκοντα· Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; πῶς σου πιστεύσω τοῖς ῥήμασιν ὑπὲρ ἀνθρωπείαν φύσιν τυγχάνουσι; πλείστας τεκούσας γυναῖκας ἑώρακα, καὶ ἄνευ ἀῤῥένων συμβάσεως οὐδεμίαν εἶδον γεννήσασαν. Καὶ πῶς ἐπ' ἐμοὶ ταῦτα γενήσεται τὰ φυσικὰ μὴ δραμούσῃ δρομήματα; Καὶ πῶς υἱοῦ μήτηρ ἄῤῥενος γίνομαι, ἡ πάμπαν ἄῤῥενος ἀγνοοῦσα συνάφειαν; Τάχα με νομίζεις, ὦ ἄγγελε, ὡς ἐπείπερ ἀνδρὶ κατὰ νόμον τὸν Μωσέως μεμνήστευμαι, ὅτι καὶ κοίτην ἀνθρωπείαν ἑώρακα, ἀφ'

---

muliebrem naturam ignorabat; considerabat proinde conceptiones, quæ secundum naturæ leges fiunt, prudenterque animadvertebat, etiam sequentia puerperia absque virili congressu nunquam locum habere. Porro cum semet intactam, atque ab hujusmodi consuetudine, immo et ab hujusmodi cogitationibus plane illibatam nosset; ad Gabrielem archangelum, qui ipsi singularia hæc magnalia, ac divinæ magnificentiæ opera significabat, ferebatque faustum gaudii nuntium, reponit[a] : *Et quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Quomodo verbis tuis, quæ a legibus naturæ humanæ statis adeo recedunt, fidem habebo? Mulieres parientes equidem vidi plurimas; at quampiam earum, quæ genuerit sine congressu virili, nullam novi. Quomodo itaque in me, quæ hasce naturæ vias nuspiam calcavi, fieri hæc poterunt? Quo pacto mater sim ipsa masculi, quæ masculi consuetudinem prorsus ignoro? Numquid quia viro secundum legem Moysis desponsata sum, propterea existimas,

[a] *Luc.* I, 34.

ἧς αἵ τε συλλήψεις καὶ κυοφορίαι καὶ τόκοι βλαστάνουσιν; Οὔπω τὴν πρὸς τὸν ἐμὸν μνηστῆρα καὶ φύλακα, γαμικὴν πεποίημαι σύνοδον. Καὶ πῶς σύλληψίν μοι μηνύεις καὶ γέννησιν, καὶ πάντως παιδὸς τεχθησομένου γαλούχησιν;

XXXIII. Μᾶλλον ἀγνοεῖς, ὦ τῶν ὑπὲρ φύσιν εὐαγγελίων διάκονε, ὡς οὐκ ἀνδράσι Μαρία συντέθραπται, οὐδὲ παισὶ προσωμίλησεν ἄρρεσι; Γνῶθι παρθενίας τῆς ἐμῆς τὴν λαμπρότητα, καὶ οὐ φήσεις μοι τὴν ἀπείρανδρον σύλληψιν. Γνῶθί μου τῆς ἁγνείας τὸ μέγεθος, καὶ οὐ λέξεις μοι κυοφορίαν ἀνύμφευτον. Γνῶθί μου τῆς σωφροσύνης τὸ ἄμωμον, καὶ οὐκ εἴποις μοι τόκον ἀφύσικον. Γνῶθί μου τὴν ἀθιγῆ καθαρότητα, καὶ οὐ βοήσεις μοι γαλούχησιν ἄπιστον.

---

o angele, me cubile humanum, e quo initium ducunt et conceptiones et prægnationes et partus, vidisse? Nunquam ad sponsum et custodem meum conjugali consuetudine accessi. Quomodo ergo conceptionem, et generationem et omnino nasciturі filii lactationem mihi memoras?

XXXIII. An vero ignoras, o supernaturalium rerum nuntiandarum minister, Mariam neque cum viris educatam[a], neque inter pueros masculos versatam unquam fuisse? Nosce splendorem virginitatis meæ; et de conceptione ista sine viri congressu verba sane non facies. Nosce castitatis meæ excellentiam: et de ista prægnatione conjugii experte sermonem non injicies. Nosce pudoris mei a quavis labe immunitatem; et non dices mihi isto de partu præter naturæ leges. Nosce integerrimam puritatem meam; et lactationem istam incredibilem mihi nequaquam loqueris.

[a] Hæc referenda sunt ad historiam, quæ tradit, Mariam templo oblatam, atque in ejusdem templi recessibus educatam fuisse. Luculentius id patet ex iis, quæ angelus inducitur Virgini respondens (inf. § XXXIV). Mariæ ex voto parentum Annæ ac Joachimi templo oblatæ testem habes etiam Cosmam, cujus *Commentarios in S. Gregorii Nazianzeni Carmina*, græce edidit Vir Emus Angelus Mai *Spic. Rom.* Tom. II, part. II. (Vid. Comm. ad Carm. II, v. 423, pag. 36.)

Μᾶλλον οὐκ ἔμαθες, ὡς ἐκ πρώτης εὐθέως γεννήσεως εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἀνατέθραμμαι ἅγια, ἔνθα περ ἀνὴρ οὐχ εὑρίσκεται· ἔνθα τις ἀνδρῶν οὐκ εἰσέρχεται, ἔνθα περ ἀῤῥένων οὐδεμία κατοπτεύεται πάροδος. Γνῶθι τῆς ἐμῆς ἀναστροφῆς τὸ σεβάσμιον, καὶ μή μοι σαρκικὰς ἐννοίας ἀγόρευε. Γνῶθι τῆς ἐμῆς διαίτης τὸ πάναγνον, καὶ μή μοι συνηθείας μητέρων ὑπόπτευε.

Οὐ ταὐτὸν παρθενία καὶ γάμος, ὦ ἄγγελε· οὐ ταὐτὸν ἀζυγία καὶ σύμβασις· οὐ ταὐτὸν ἁγνεία πανίερος, καὶ θήλεος κοίτη καὶ ἄῤῥενος. Εἰ γὰρ καὶ τίμιος ὁ γάμος καθέστηκε, καὶ ἡ κοίτη κατὰ νόμον ἐστὶ τὸν Μωσέως ἀμίαντος, ἀλλ' οὖν πολὺ τούτων τῆς παρθενίας ἡ χάρις ὑπέρκειται. Πολὺ τούτων κἀκείνης ἐστὶ τὸ διάφορον· καὶ οὐδεμίαν πρὸς ἄλληλα ταῦτα τὸ παράπαν δέχεται σύγκρισιν. Πῶς οὖν αὐτὸς ἀφεὶς τὰ παρθενίας γνωρίσματα, τὰ γάμου καὶ κοίτης ἀγγέλλεις προβλήματα;

Quin etiam et illud incompertum tibi videtur, me a prima statim nativitate in Sanctis Sanctorum, ubi vir nullus occurrit, quo nemo virorum pedem infert, quo nullus cernitur viri cujusvis accessus, enutritam fuisse. Cognosce sanctam vitæ meæ rationem, et ne carnales menti meæ cogitationes objicias. Considera summam conversationis meæ puritatem; neve illa, quæ matribus sunt consueta, de me suspiceris.

Non unum idemque sunt, o Angele, virginitas et connubium: non idem sunt continentia et conjugalis consuetudo; non idem sunt puritas plane sacra, et feminæ virique conventus. Etsi enim *honorabile sit connubium, et thorus* secundum legem Moysis sit *immaculatus*[a]; at certe multum illis eminet gratia virginitatis. Magnum ista inter et illam discrimen interest; neque ullam omnino inter se comparationem invicem admittunt. Quonam igitur pacto eximias virginitatis prærogativas ipse posthabens, quæ sunt connubii ac thori, nuntias ac proponis?

[a] *Hebr.* XIII, 4.

Διὰ ταῦτά σου δειλιῶ τὸ διάγγελμα· διὰ ταῦτά σου φοβοῦμαι τὴν πρόσρησιν· διὰ ταῦτά σου τὸν χαιρετισμὸν οὐ προσίεμαι, ἄνευ συνετῆς ἐρευνήσεως, ἄνευ σοφῆς ἀνακρίσεως, ἄνευ ἀληθοῦς ἐξετάσεως, μήπως λόγοις ἀπίστοις πιστεύσασα, ἀπατηθῶ καὶ αὐτὴ τὴν διάνοιαν, καὶ μητρὸς ἐμῆς τῆς Εὔας βαδίσω τοῖς ἴχνεσι, καὶ γένωμαι τοῖς ἀθλίοις ἀνθρώποις μειζόνων κακῶν καὶ συμφορῶν χειρόνων προμνήστρια.

Propterea nuntium istud tuum formido; propterea sermonem tuum timeo; propterea salutationem tuam non admitto, antequam omnia mature dispiciam, et prudenter explorem, ac diligenter perpendam; ne quando sermonibus ab humana fide alienissimis fidem habens, ipsa quoque mente decipiar, et matris meæ Evæ vestigia premam, ac miseris hominibus majorum adhuc malorum, graviorumque calamitatum auctrix evadam".

" Haud putaverim, ita hæc sensa Deiparæ a S. Sophronio tribui quasi persuasum reipsa S. Doctori fuerit, tunc S. Virginem hæc elocutam fuisse. Citius dixerim, more eorum, qui ex. gr. laudibus celebrantes S. Præcursoris nativitatem, hunc utut in utero matris adhuc inclusum anticipatione quadam inducunt sublimia quæque de divinis disserentem, sic S. Sophronium ista de sancta Dei genitrice pro sensis potius, quæ fidelibus inesse de eadem noverat, quam pro rei gestæ verisimilitudine protulisse, atque eadem plane de causa factum cernis, ut Gabrielis archangeli ad Virginem alloquiis illa Sophronius intermisceat, quæ ad refutandas hæreses Nestorii et Eutychetis adversus Incarnationis dominicæ mysterium opportuna videbantur, licet ea ab Angelo tunc dicta fuisse, nemo sibi persuadeat.

Cæterum haud levis momenti fuerit, apud christianam plebem exploratissima tunc ea fuisse, quæ in hac Sophronii oratione legimus. Concludi enim inde potest, vulgatissimam ergo in Ecclesia doctrinam exstitisse, quæ tradit, cum locum in divina regenerationis humanæ œconomia tribuendum esse Deiparæ, qui in prima olim humani generis conditione veteri illi Evæ datus fuerat, adeo ut quæcumque primæ hujus matris propria fuerunt, ad sanctam Dei genitricem transferenda sint. Et sane, nonne ex his Sophronii verbis patet, comparationem Mariam inter et Evam eo usque perductam fuisse, ut sanctæ Virginis deceptio (si qua locum habuisset), et lapsus nonnisi primæ matris deceptioni et lapsui æquiparanda forent, neque minus ab illius quam

Ὅθεν σοι καὶ πάλιν φυσικῶς ἀποκρίνομαι· καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω, καὶ ἄνδρα, καθὼς ἔφης, τέξομαι;

Ac proinde, habita naturalium legum ratione, iterum dico tibi : *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco*, et

hujus gestis aut rectis aut pravis universi humani generis seu sospitas seu pernicies penderet?

Sed et ulterius aliquid ex his elucet, quod pressius ad rem præsentem spectat, nempe ex recepta tunc doctrina non aliam, ac Evæ fuerit ante lapsum, Mariæ conditionem exstitisse. Propterea hypotheticam illam S. Virginis deceptionem non cum ulla ex omnigenis prævaricationibus eorum, qui in statu naturæ lapsæ versantur, sed cum Evæ errore conferri heic cernis. Propterea Virgo se comparat Evæ (sup. § XXIII), cum ad hanc serpens primo accessit, et quam idcirco (§ præs. paulo inf.) diserte dicit *adhuc malitiæ expertem*. Propterea angelus (§ XXIV et XXV) cum plura verset, quo testetur, se non eum esse, qui in errorem ac perniciem impellat, nullas insidias memorat ac nullas ruinas, nisi quæ ad protoparentum lapsum pertinent. Huc et illud spectat, quod ejusmodi fingitur deceptio, quæ, non secus ac Evæ factum est, a divina claritate (§ XXIII) dejiciat : nam hæc utique idoneum sensum habent, si S. Virginem eo loci constitutam reputes, quem tenuit Eva ante peccatum; contra vero nonne carent omni sensu, si Mariam quoque lapsis hominibus accenseas? Orationis enim series non aliter lapsos homines exhibet aut exhibere heic potest (vid. a § XII ad XVIII) quam peccati tenebris et umbra mortis involutos, quibus idcirco restauratio per incarnationis opus divinitus paratur; nullus ergo locus superest divinæ gratiæ luci, e qua Maria excidere possit, siquidem ipsam quoque inter lapsos connumeres. Huc denique collineat, quod graviores adhuc ruinæ universo humano generi ex hypothetica Mariæ ruina impendere perhibeantur (§ præs.) : numquid enim hæc palam non faciunt, ex recepta tunc doctrina veteri Evæ sic Mariam fuisse substitutam, ut, non secus atque illa, novi ordinis principium foret, novumque denuo quoddam periculum ac veluti certamen in ipsa instauraretur, cujus exitus novæ aut felicitatis aut infelicitatis origo humano generi exsisteret? Hinc est, quod et S. Proclus (Homilia VI, § XVI) dæmones non modo consilia de S. Virgine expugnanda tanquam de summa rerum agitantes, sed etiam expresse tanquam cum secunda Eva, æque ac prior illa, adhuc innocenti et integra bellum parantes inducat : *At iterumne* (inquit) *cum secunda Eva nobis instat certamen? Instruendane acies adversus impollutam mulierem? . . . . . Quonam itaque modo naviculam ejusmodi tempestate jactabimus? . . . . . Quonam modo discerpemus ovem? . . . . .*

ἄπιστον διάγγελμα· λόγων ἀκολουθίας ὁ λόγος ἀλλότριος, καὶ τὴς κοινῆς συνηθείας ἀπόξενος. Διόπερ οὐκ ἂν αὐτὸν πώποτε δέξομαι, εἰ μὴ λόγον ἀκόλουθον φήσειας τῆς τῶν παρὰ σοῦ λεγομένων ἐκβάσεως· λόγου[1] γὰρ ἐκτὸς ἀποδόσεως, οὐκ ἄν τι τοιοῦτον τὸ σύνολον γένηται. Δὸς οὖν λόγον τοῦ σοῦ διαγγέλματος, καὶ τότε σου πιστεύσω τοῖς ῥήμασι. Σωφρονεστέραν με καὶ ἔμφρονα τῆς Εὔας ποιεῖ τὸ παράπτωμα· εἰς ὅπερ αὐτὴν, ἀπόνηρον οὖσαν καὶ ἄπλαστον καὶ λογισμῶν ἐρεύνης ἀμέτοχον, τὸ δολερὸν ἐκεῖνο κατήγαγε τοῦ

[1] Cod. λόγον.

---

virum nihilominus, ut inquis, pariam? Haud fide dignum proponis; a cohærentia cujusque sermonis propria alienus, et a communi consuetudine abhorrens est iste sermo. Quamobrem nunquam illi acquiescam, nisi declares, qua congrua ratione, quæ a te dicuntur, ad exitum deduci queant. Ac sane nisi ratio explicetur, quidquam simile prorsus non fiet. Da itaque rationem propositionis tuæ, et tunc dictis tuis credam. Cautiorem me ac prudentem facit Evæ præceps lapsus, in quem, cum adhuc malitiæ expers ac simplex illa esset, et incuriosa sermones perpendendi, fraudulentus ille totius malitiæ principis draconis

Quonam modo diripiemus civitatem? Ἀλλὰ πάλιν ἡμῖν ἐστι πρὸς δευτέραν ὁ πόλεμος; πρὸς ἄφθορον γυναῖκα ἡ παράταξις; Quo in loco ut vim earum vocum ἄφθορον γυναῖκα plene percipias, adverte, quod contra Proclus subdidit de priori Eva : ἐκείνη τῆς φθορᾶς μεταλαβοῦσα, τῆς ὑπερκειμένης ἀξίας λαβέσθαι διενοεῖτο, *illa cum corruptionem sibi assumeret, eminentem dignitatem capessere se existimabat;* ἄφθορον ergo Proclus Mariam dicit, utpote ab illa corruptione (φθορᾶς) immunem, quam esu ligni prior Eva incurrit.

In confesso igitur esse debet, comparationem Mariam inter et Evam eo spectare, ut Maria Evæ ante lapsum innocenti ceu nova ac nobilior Eva æquiparetur, quemadmodum novus Adam Christus veteri Adamo suffectus fuit. Quod utrumque Zeno Veronensis complectitur, cum divinam charitatem mundi restauratricem alloquens inquit (Lib. I, Tract. II, n. IX, p. 25, Veron., 1739) : *Tu Evam in Mariam redintegrasti : tu Adam in Christo renovasti.* Sed de his plura in Commentario.

ἀρχεκάκου δράκοντος σύριγμα. Δευτέρα γοῦν Εὔα οὐκ ἄν ποτε γένωμαι, λόγοις ἀηθέσι πιστεύσασα.

XXXIV. Τούτων ἀκηκοὼς ὁ ἀρχάγγελος τοῦ παρθενικοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ ἀμώμου φάσκοντος στόματος, πάλιν ἡμέρως πρὸς αὐτὴν ἀποκρίνεται· καὶ τῶν φυσικῶς ἠπορημένων, ὑπερφυῶς τὴν λύσιν παρέχεται, καὶ λογισμῶν ἐρεύνης ἀπαλλάττει τὴν πάναγνον.

Οἶδα, ὦ παρθένε, καὶ πέπεισμαι, ὡς κοίτην ἀνδρὸς οὐ τεθέασαι· βλέπω σου τῆς παρθενίας τὸ ἄχραντον· θεωρῶ σου τῆς διανοίας τὸ ἔνθεον· βλέπω σου τῆς ἁγνείας τὸ ἄθικτον· κατανοῶ σου τὴν ἀκραιφνῆ καθαρότητα. Ἐπίσταμαι, ὡς εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἀνετράφης καὶ ηὔξησας ἅγια· καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἔχεις κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν ἁγιότητα. Γινώσκω, ὡς μόνον ὄνομα πράγματος ἔρημον ὁ Ἰωσὴφ κεκλήρωται· οὐ γὰρ ὡς τόκου σοι γεωργὸς προελήλυθεν, ἀλλ' ὡς ὑπηρέτης τόκου πιστὸς καὶ φιλόθεος.

---

sibilus ipsam dejecit. Absit itaque, ut inauditis istis sermonibus fidem habens, altera Eva aliquando evadam.

XXXIV. Hæc archangelus ab ore virgineo et immaculato ad ipsum loquente cum accepisset, placide vicissim ad eam respondet; et quæ naturali ratione explicari non poterant, horum solutionem e supernaturalibus præbet, atque innocentissimam illam a rationum investigatione relevat.

Novi (inquit), o Virgo, et certum mihi est, viri torum te nunquam vidisse. Scio, quam intemerata virginitas tua; perspicio, quam divinæ sint cogitationes tuæ; video, quam intacta castitas tua, perspectam habeo sincerissimam puritatem tuam. Non ignoro te in Sanctis Sanctorum enutritam fuisse, atque ibi adolevisse, et quam exinde et corporis et animæ sanctitatem serves. Novi, Josephum merum (conjugis) nomen sine re sortitum esse; neque enim tanquam sator tibi prolis comparuit[a], sed ut fidelis et Deo carus filii tui minister.

[a] Nisi quis potius quam προελήλυθεν legendum putet προσελήλυθεν, ut sensus sit : *neque enim adjunctus est tibi tanquam prolis sator.*

Τί μοι σὺ φθέγγῃ νῦν τὰ ἐξαίρετα; Ἐγώ σοι τὰ τούτων ὑπέρτερα φθέγξομαι [1]. Σύ μοι λέγεις φυσικὰ καὶ ἀνθρώπινα· ἐγὼ δέ σοι ὑψηλὰ βοῶ καὶ θειότατα. Εἰ τῶν ἐμῶν ἐγνώκεις λόγων τὴν δύναμιν, οὐκ ἄν μοι γυναίων συνηθείας παρέφερες· οὐκ ἄν μοι λόγους ταπεινοὺς προσεκόμιζες· οὐκ ἄν μοι νόμους ἐκραύγαζες φύσεως, ὧν ἐκτὸς οὐδέποτε τίκτει τὰ θήλεα. Οἶδα καὶ αὐτὸς τὴν ἀνθρωπίνην συνήθειαν, κἂν εἰ καὶ [2] ἄνθρωπος τὴν φύσιν οὐ πέφυκα. Οἶδα κἀγώ, ὡς ἀνδρὸς ὁμιλία καὶ θήλεος γεννᾷν εἴωθε τὸν τικτόμενον ἄνθρωπον. Οὔκ εἰμι τούτων ἄγνωτος [3] τὴν εἴδησιν, εἰ καὶ τούτων εἰμὶ τὴν ἐνέργειαν ἄπειρος· ἄλλη γὰρ φύσις ἐστὶν ἡ ἀσώματος, καὶ ἄλλη πάλιν ἡ σωμάτων φύσις καθέστηκε· καὶ ἄλλος τῶν ἀσωμάτων ὅ τε νόμος ἐστὶ καὶ ἡ δίαιτα, καὶ ἄλλη σωμάτων ἐστὶν ἡ συνήθεια.

[1] Nic. pag. 247, φθέγγομαι.
[2] Nic. omitt. εἰ καί.
[3] Nic. ἀγνώτης.

At quorsum quæ ad rem non pertinent, hæc mihi tu modo promis? His sublimiora ego pandam tibi. Tu narras mihi naturæ consentanea et humana; ego vero excelsa tibi dicturus veni ac divinissima. Si sermonum meorum vim nosses, non mihi mulierum objiceres consuetudines; non mihi humilia illa reponeres; non commemorares mihi naturæ leges, præter quas feminæ nunquam pariant. Ipse quoque, quanquam naturâ homo non sim, humanam novi consuetudinem. Novi et ego, viri et mulieris conversatione homines, quotquot nascuntur, generari consuevisse. Non sum horum ignarus, quanquam rei et operis plane exsors, cum alia sit natura incorporea, et alia contra eorum natura, quæ corpore constant; atque alia corpore carentibus lex sit et vitæ ratio[a], alia corpus habentibus consuetudo.

[a] Vide exploratam in Ecclesia doctrinam de angelorum natura plane incorporea.

Ἄφες μοι τὰ χαμερπῆ[1] καὶ ἐπίγεια, καὶ βλέπε μοὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ οὐράνια· ἄφες μοι τὰ εὐτελῆ καὶ ἐλάχιστα, καὶ ὅρα μοι τὰ θαυμαστὰ καὶ παμμέγιστα. Οὐ φυσικόν σοι τόκον εὐαγγελίζομαι σήμερον, τὸν ἐκ θελήματος ἀνδρὸς καὶ σαρκὸς προερχόμενον· ἀλλὰ τόκον σοι τὸν ὑπὲρ φύσιν φημὶ καὶ συνήθειαν.

XXXV. Οἶδα, ὡς οὐδέποτε παρθένος, ὦ παρθένε, γεγέννηκεν· ἀλλὰ σὺ γεννήσεις, παρθένος ὁρωμένη καὶ μένουσα. Οἶδα, ὡς ἀνδρὸς ἄνευ συμβάσεως οὐδέποτε τέτοκε γύναιον· ἀλλὰ σύ γε τέξῃ, Θεοῦ τὸν τόκον θεσπίζοντος. Οὐχ ἑαυτὴν ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰργάσατο, ἵνα καὶ νόμους οἰκείους ὁρίσηται. Θεὸς, ὁ ταύτην τευξάμενος καὶ νόμους ὁρίσας τοὺς πρέποντας, καὶ δύναται, ὅτε καὶ βούλεται, τοὺς νόμους ἀμεῖψαι τῆς φύσεως, οὓς αὐτὸς τεχνουργῶν διωρίσατο. Θεὸς ὁ βουλόμενος· καὶ τίς Θεοῦ θεσμοῖς ἀντιτάξοιτο; Πᾶσαι μὲν γὰρ αἱ γυναῖκες μητέρες γινόμεναι, πρῶτον ἀνδράσι συν-

[1] Nic. τὰ χαμηλά.

Sepone, quæso, abjecta et terrena, et excelsa potius ac cœlestia intuere : vilia illa atque humillima relinque, et mecum in admiranda ac plane sublimissima obtutum defige. Non partum juxta naturæ leges nunc tibi propono, qui procedat ex viri et carnis voluntate[a]; sed tibi partum annuntio, qui et supra naturæ leges, et a communi ordine remotus sit.

XXXV. Virginem nunquam genuisse, scio, o Virgo; attamen tu generabis virgo perspecta, et virgo perseverans. Novi, citra viri consortium mulierem nunquam peperisse; at certe voluntate sua Deo partum decernente, tu (Virgo) paries. Haudquaquam semet ipsa condidit humana natura, adeo ut leges quoque suas sibi definiat. Deus, qui naturam fabricavit, et congruas ei leges statuit, potest etiam, quotiescumque ipse velit, ejusdem leges, quas ipse condens præfinivit, immutare. Deus est, qui vult; ecquis Dei se decretis opponat? Utique mulieres omnes, quæ

[a] *Johan.* I, 13.

ἔρχονται[1]· σὺ δὲ παρθένος τηρουμένη καὶ μένουσα, μήτηρ ἐκ θείου γενήσῃ θελήματος. Ἄλλην ἐπὶ σοὶ Θεὸς καινουργήσει τὴν σύλληψιν· ἄλλην ἐπὶ σοὶ Θεὸς τὴν ἀπότευξιν[2] δείξειεν[3]. Ἀδυνατεῖ γὰρ αὐτῷ τὸ παράπαν οὐδὲν, ὧν ἂν ἐθελήσειε ποιεῖν, ἀλλ' ἔργον εὐθέως τὸ θέλημα γίνεται, κτισμάτων αὐτῷ μηδενὸς ἀντιπίπτοντος, ὧν αὐτὸς ἐργάτης ἐστὶ δυνατώτατος. Πῶς οὖν Θεὸς, ὁ πάντα δυνάμενος, καὶ σὲ, ὦ παρθένε, μητέρα ποιεῖν οὐ δυνήσοιτο; εἰ μὴ νόμοις καὶ ὅροις καὶ ἔθεσιν, οἷς αὐτὸς πρότερον ἔθετο, ὡς ἐκείνοις καὶ αὐτὸς ὑποκείμενος, καὶ νόμοις δουλεύων, οἷς ἀνθρώπους δουλεύειν ἐθέσπισεν. Οὐ καλὸν τὸ ἀπόφθεγμα· οὐκ εὐσεβὴς ἡ ἀπόκρισις· οὐ θεοφιλὴς ἡ ἀπόφασις, Θεὸν ποιεῖν τῶν οἰκείων νόμων ὑπόδουλον, Θεὸν δουλεύειν τοῖς τῶν δούλων ἐθέλειν ἐθί-

[1] Nic. pag, 249 καὶ τότε μητέρες προέρχονται : neque prorsus hanc lectionem abjecerim, præsertim cum in similibus vocibus, συνέρχονται et dein πρόερχονται, ratio prostet, cur altera particula oculo excidere potuerit.

[2] Nisi forte legendum sit ἀπότεξιν.

[3] Nic. δείξει.

---

matres fiant, prius cum viris conveniunt, et tunc matres evadunt : tu vero, Deo ita volente, mater fies, virgo tamen, custodiente te Deo, exsistens et permanens. Aliam in te Deus novo opere efficiet conceptionem; aliam in te exstructionem Deus ostensurus est. Nam nihil prorsus eorum, quæ facere velit, impossibile ei est; sed velle ipsi simul est efficere, creaturarum, quarum ipse conditor est potentissimus, nulla eidem obsistente. Quomodo ergo Deus, qui omnia potest, te quoque, o Virgo, matrem efficere non poterit? Nisi forte præfinitis limitibus, et consueto ordini, quem ab initio constituit, ille quoque subjiciatur, atque ipse serviat legibus, quibus voluit ut homines deserviret. Haud probanda ista sententia; haud satis pium hoc est responsum; haud Deo accepta ejusmodi dicta : Deum nempe statuere legibus suis obnoxium, et contendere, Deum ordini servis præstituto ipsum servum subjici. Gratulor tuam cernens

σρασι[1]. Χαίρω σου θεωρῶν τὸ νηφάλιον· χαίρω σου κατανοῶν τὴν ἀσφάλειαν· χαίρω σου βλέπων τὴν φρόνησιν, κἂν τοῖς ἐμοῖς ἀντιρρήγῃ προσφθέγμασιν. Οὐ γὰρ ἀπιστίας κρίνω τὰ ῥήματα, οὐδ' ἀντιλογίας εἶδα τὰ φθέγματα, ἀλλὰ σοφῆς καὶ συνετῆς ἐρευνήσεως, καὶ διανοίας ζητητικῆς καὶ φρονήσεως.

XXXVI. Συλλήψῃ οὖν ἐν γαστρὶ, καθὼς εἴρηκα· μᾶλλον δὲ ἤδη, ὡς ὁρῶ, καὶ συνείληφας, ἀφ' οὗ σοι τὸ χαίρειν ἠγόρευσα, καὶ φθογγήν σοι χαροποιὸν διαλέλεγμαι· καὶ τέξῃ υἱόν, τόν σε μὴ οὖσαν ποιήσαντα, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν πρὸ σοῦ τεκτηνάμενον. Λόγῳ γὰρ Θεοῦ τὰ πάντα γεγένηται· καὶ λόγον Θεοῦ καὶ Θεὸν, ὦ παρθένε, γεννήσεις, οὐ γυμνὸν ἀνθρωπότητος, καθὰ ἐκ πατρὸς ἀϊδίως γεγέννηται, ἀλλὰ σάρκα γεγονότα καὶ ἄνθρωπον ἄνευ τροπῆς καὶ συγχύσεως, ἄνευ μεταβολῆς καὶ μειώσεως, ἄνευ σωματικῆς ἀλ-

[1] Cod. ἐθίμασι : suspicari autem et illud licet, Sophronium, qui, ut inquit Photius (Cod. 251), ἐννεωτερίζει πανταχοῦ τοῖς ῥήμασι, scripsisse ἐθήμασι, quod iotacismi vitio versum sit in ἐθίμασι.

---

prudentiam : gaudeo animadvertens cautelam tuam; lætor tuam perspiciens sapientiam, etsi verbis meis contradixeris. Non enim ab incredulitate profectos sermones tuos judico, neque contendentis voces in his reperio, sed prudentis sapientisque investigationis, et mentis accurate atque intelligenter omnia scrutantis responsum.

XXXVI. *Concipies igitur in utero*, sicuti dixi : quin imo, ut video, et jam concepisti, ex quo tibi illud *Ave* protuli, vocemque gaudii effectricem locutus sum : *et paries filium*, qui et te, cum non esses, creavit, et ante te omnes condidit creaturas. Cuncta enim per Dei Verbum facta sunt; tu autem, o Virgo, ipsum et Verbum Dei et Deum gignes, non humanæ quidem naturæ expertem, prout æternaliter ex Patre genitus est, sed carnem et hominem, sine ulla tamen conversione et confusione, sine mutatione et imminutione, et sine corporali transversione

λοιώσεως· ὁ γὰρ Θεός, ὁ καὶ τούτων δημιουργὸς κραταιότατος, τούτων ἐστὶ κατὰ φύσιν ἀπείραστος· ὑμῖν γὰρ τοὺς ὅρους, οὐχ ἑαυτῷ διωρίσατο.

Τέξῃ οὖν υἱόν, ὡς προείρηκα, τοῦ Θεοῦ τὸν ἀΐδιον, ὃς καὶ λόγος ἐστὶ τοῦ γεννήτορος· καὶ τοῦτον οὐκ ἄσαρκον, ἀλλὰ σαρκὶ συμπεπλεγμένον καὶ αἵματι, καὶ ψυχὴν νοερὰν καὶ ἀόρατον ἔχοντα. καὶ ὅσα πέρ ἐστιν ὁ κατὰ φύσιν ὁρώμενος ἄνθρωπος· ὃς ἐπὶ σὲ, τὴν ἀμόλυντον, ὡς ἐπὶ πόκον ὑετὸς, κατερχόμενος, σάρκα μὲν ἐκ σῶν αἱμάτων παρθενικῶν προσλαβόμενος, ψυχὴν δὲ δημιουργῶν αὐτὸς, καθὼς βούλεται, ἑνώσας τε ταῦτα καὶ συμμίξας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν εἰς ἑνὸς υἱοῦ μὴ τεμνομένην ὑπόστασιν, ἐκ σοῦ παραδόξως τεχθήσεται, παρθένον σε φυλάττων τὴν τίκτουσαν, καὶ θεοτόκον σε ποιῶν τὴν ἀπείρανδρον. Τέξῃ δὲ, ὅτε τῆς κυοφορίας τὸν χρόνον πληρώσεις. Βούλεται γὰρ ὁ φιλάνθρωπος, βούλεται καὶ κατὰ τοῦτο ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοίωσιν, ἵν' ἐν

---

factum; nam expers horum Deus est natura sua, licet potentissimus eorum operator: fines enim vobis, non ipse sibi constituit.

Paries itaque, ut antea dixi, æternum Dei Filium, qui et Verbum est Patris; et hunc non carnis expertem, sed carni et sanguini adunatum, anima intelligenti atque invisibili ac denique iis omnibus præditum, quibus instruitur quisquis secundum naturam homo cernitur. Qui in te immaculatam *descendens, tanquam pluvia in vellus*[a], carnem ex virgineo tuo sanguine assumens, animam vero, quemadmodum ipsi placet, creans, et hæc sibimet copulans atque secundum hypostasim in unius Filii non divisam personam conjungens, ex te ineffabili modo nascetur, te virginem, dum paris, custodiens, et te connubii nesciam efficiens Dei genitricem. Paries autem, cum gestationis in utero tempus expleveris. Vult enim hominum ille amator, vult in hoc quoque semet hominibus similem præbere, ut neque Deus esse

[a] *Ps.* LXXI, 6.

ἅπασιν ἄνθρωπος γένηται, μήτε τοῦ εἶναι Θεὸς ἐξιστάμενος, μήτ' ἀνθρωπείου μετασχὼν ἁμαρτήματος. Μὴ οὖν μοι λοιπὸν ἀνθρωπίνοις λέγε νοήμασι· καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

XXXVII. Πρὸς ὃν καὶ πάλιν ἡ παναγία παρθένος θάρσος ἀδείμαντον ἔχουσα, ἀτρόμοις ἀποκρίνεται χείλεσιν· Ἄκουε, ὦ τῆς ἐμῆς παραδόξου συλλήψεως καὶ τῆς ἐμῆς λοχείας παρθενικῆς καὶ γεννήσεως ἄγγελε· πῶς οὐκ ἔχω σου θαυμάσαι τὰ ῥήματα; πῶς οὐκ ἔχω σου τεθηπέναι τὰ φθέγματα; Πράγματα γάρ μοι λέγεις ὑπέρτατα, τὰ μήπω μέχρι τοῦ νῦν ἐν ἀνθρώποις γινόμενα. Οἶδ', ὡς πάντα Θεὸς κατεργάζεται, ἅπερ ἂν διαπράξασθαι πρόθοιτο. Ἀλλ' ὅπερ αὐτὸς εὐαγγελίζῃ μοι ῥήμασιν, οὔπω μέχρι τῆς σήμερον γέγονε.

Πολλάκις μὲν γὰρ στείρωσιν ἔχοντα γύναια, καὶ πέτρας ξηρὰς ἐκμιμούμενα, Θεοῦ μετὰ ταῦτα θεσπίσαντος, τέτοκε. Παρθένος δὲ ἁγνείαν ἄφθορον ἔχουσα, καὶ συζυγίας ἀνδρὸς καθαρεύουσα, οὕπω

---

desinens, neque humanum peccatum participans, in ceteris omnibus humanam in se exprimat conditionem. Ne amplius ergo mihi illud, ex humana cogitatione profectum, reponas : *Et quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?*

XXXVII. Ad quem iterum quoque sanctissima Virgo, firmissimam habens fiduciam, securis respondet labiis : Audi, o conceptionis meæ ineffabilis ac virgineæ prægnationis partusque mei nuntiator : numquid non habeo, quod in verbis tuis plane demirer? Numquid non est mihi, cur ad dicta tua obstupescam? Sublimissima quippe, et huc usque nuspiam inter homines facta mihi enarras. Novi, Deum, quæcumque sibi agenda præstituerit, ad opus deducere. At nondum ad hodiernam usque diem factum est, quod mihi sermo tuus annuntiat.

Sæpe equidem mulieres, quæ sterilitate laborabant, quæque aridæ prope rupi comparandæ erant, prolem, Deo deinceps ita volente, consecutæ sunt. Virgo vero, incorruptam servans

μέχρι τῆς σήμερον τέτοκεν. Οἶδα, στείραν τὴν Σάῤῥαν ἔτη πολλὰ διανύσασαν· ἀλλ' ὕστερον τὸν Ἰσαὰκ ἐγέννησεν, ὅτε πρὸς γῆρας ὡρᾶτο βαδίζουσα, καὶ τρίχα λευκὴν ἐπεκόμαζε τῆς οἰκείας παλαιότητος μάρτυρα· ἐπεὶ Θεὸς διετάξατο, καὶ ἀδύνατον ἦν, εἰ μὴ γένηται. Οἶδα, Ῥεβέκκαν στείραν ὑπάρχουσαν, καὶ γονὴν μετὰ ταῦτα βλαστήσασαν δίδυμον· ἣν Ἰακὼβ καὶ Ἡσαῦ ἐπλήρουν οἱ σύγγονοι, ἐξ ἑνὸς πατρὸς καὶ μιᾶς ἐμφανῶς στείρας μητρὸς μετ' ἔτη πολλὰ προερχόμενοι. Οἶδα τὴν Ἄνναν τὴν ἀτεκνίαν λύουσαν, καὶ τὴν στείρωσιν κλαίουσαν, τῆς οἰκείας μητρὸς[1] ὀδυρομένην τὴν νέκρωσιν, καὶ διὰ τοῦτο βρώσεως ἀπεχομένην καὶ πόσεως, ἐπειδὴ τῆς στειρώσεως τὸ ἄλγος οὐκ ἔφερεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σὺν θάκρυσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἱκετεύουσα, Σαμουὴλ ἀποτέτοκε, καὶ τῆς στειρώσεως τοὺς θεσμοὺς παραγράφεται, ἐπεὶ Θεὸς αὐτῆς τῶν φωνῶν ἐπακήκοε, καὶ τὴν αἴτησιν, ὡς δυνατὸς, ἀνεπλήρωσε. Ταύταις συναριθμήσω καὶ τὴν ἐμὲ μετὰ στείρωσιν φύσασαν, κἀξ ἱκετείας

[1] Palam est, hic μητρὸς stare pro μήτρας.

---

castitatem, et a viri consortio munda, nuspiam usque in præsens peperit. Novi, Saram multos annos sterilem exegisse; sed postea, cum ad senium properare cerneretur, provectæque ætatis suæ testes gereret canos capillos, Isaacum genuit; Deus enim præcepit, et impossibile erat, ut illud non fieret. Novi, sterilem exstitisse Rebeccam, geminumque deinde fœtum edidisse, cum Jacobum eodem tempore gestaret et Esau, qui ex uno patre unaque ex matre manifeste sterili, post multos annos enati sunt. Factam fœcundam Annam scio, quæ et suam plorabat sterilitatem, et mortem propriæ vulvæ lamentabatur, ac propterea a cibo potuque abstinebat, quod infœcunditatis calamitatem non ferret; sed ista quoque quum universorum Deum cum lacrymis deprecaretur, Samuelem generavit, et abrogat sterilitatis leges, quoniam Deus voces ipsius exaudivit, ac desiderium ejus, utpote potens, explevit. Hisce et eam connumerabo, quæ me post ste-

με τὴν Μαρίαν γεννήσασαν. Ἄννης γὰρ καὶ αὐτὴ τὴν προσηγορίαν ἐκόμιζε, καὶ σὺν τῇ προσηγορίᾳ τὴν στείρωσιν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν δυσωπήσασα, καὶ δεήσεις αὐτῷ πολλὰς προσκομίσασα, τὸ γενέσθαι μήτηρ προσείληφεν· ἥτις γεννᾷ, Θεοῦ διατάξαντος, τῆς ἀγονίας τοὺς θεσμοὺς ἀθετήσασα. Καὶ στερίφας πολλὰς ἀριθμήσασθαι δύναμαι, μητέρας ἐκ θείου γενομένας προστάγματος. Παρθένον δὲ οὔπω μέχρι τῆς σήμερον ἤκουσα, καθ' ὅλον τὸν βίον γεννήσασαν, ὅπερ αὐτὸς λέγειν, ὡς λέγεις, ἐλήλυθας.

XXXVIII. Οὐκ ἀπιστῶ γοῦν Θεοῦ τῷ προστάγματι· ἐργάτης

---

rilitatem protulit, ac per preces genuit me, Mariam. Etenim ipsa quoque Annæ" nomen gerebat, communemque habebat cum nomine infœcunditatem. Sed et ipsa cum Deum, cui omnia subsunt, exorasset, ac multas ei preces obtulisset, ut mater evaderet assecuta est : ipsa ex Dei ordinatione generat, infœcunditatis legibus abrogatis. Alias quoque plures steriles enumerare licet, quæ ex singulari Dei providentia matres effectæ sunt. At virginem quampiam in vita sua genuisse, quod ipse, ut inquis, nuntiare advenisti, ad hanc usque diem nondum audivi.

XXXVIII. Non itaque Dei jussis fidem abnuo; nam eorum

" Si viro Emo Angelo Mai visum est *non negligendum Cosmæ testimonium, utpote priscum, pro Anna divæ Virginis genitrice* (*in not. ad Cosm. Comm. in Carm.* CI *Greg. Naz., Spic. Rom.* Tom. II, part. II, p. 217); sane neque Sophronii, qui Cosmam sæculi intervallo antecessit, testimonium videbitur contemnendum. Sed et antiquius ejusdem traditionis testimonium E^mus^ Majus nobis suppeditavit in *Carmine Victorini de Nativitate, Vita, Passione et Resurrectione Domini,* in quo ista leguntur (*Classic. Auct.* Tom. V, pag. 382) :

Anna Deo placuit, genetrix quæ sancta docetur.
Edidit hæc Mariam, Dominum quæ Virgo recepit,
Conceptum verbo spiritalis gratia fudit.

γὰρ ἀναδείκνυται πάντων, ὧν ἐργάσασθαι θελήσειεν. Ἀλλὰ θαυμάζω τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, καὶ τούτων ἐκπλήττομαι τὸ παράδοξον ὁμοῦ καὶ παράξενον, καὶ ἀκοαῖς ἀνθρώπων ἀσύνηθες· καὶ ζητῶ δικαίως, πῶς τοῦτο γενήσεται, ἢ τρόπον ὁποῖον ἕξει τὴν πλήρωσιν. Ὅθεν οὐδὲ ποιουμένη πρὸς σὲ τὴν ἀπόκρισιν, οὐκ ἔσται μοι τοῦτο, καθὼς ἔφησας, ἔφησα, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω[1], ἀλλὰ, πῶς ἔσται μοι τοῦτο, σὲ[2] προσηρώτησα, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Οὐδὲ γὰρ γέγονε πώποτε, οὐδὲ παρθένος ὁρᾶται γεννήσασα· διὸ τὸν τρόπον μαθεῖν ἐπεζήτησα, καθ' ὃν ἐγὼ μήτηρ παρθένος γενήσομαι, καὶ τέξω παῖδα, παιδὸς μὴ δεξαμένη σπορὰν καὶ γεννήματος[3]. Καὶ διὰ τοῦτό σε πάλιν ἐρωτῶσά φημι σωφρονέστατα· Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Οὐ γὰρ ἀπιστίας ῥήματα προφέρομαι, ἀλλ' ἀκριβείας ζητῶ τὴν ἀπόδειξιν. Τὸν τρόπον εἰπὲ τῆς συλλήψεως, καὶ τῆς γεννήσεως τὴν αἰτίαν ἑρμήνευ-

[1] Nic. pag. 214 om. ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω.
[2] Nic. om. σέ.
[3] Nic. seqq. omittit usque ad οὐ γάρ.

---

omnium, quæ operari ipse voluerit, operator omnino ostenditur. Sed eorum, quæ dixisti, vim miror; et quod ipsa præferunt inopinati simul et novi, hominumque auribus inauditi, id obstupesco; ac merito inquiro, quo pacto hæc fient, et qua ratione exitum sortientur. Idcirco neque, cum responsum tibi facerem, dixi : *Non erit hoc mihi prout dixisti, quoniam virum non cognosco;* sed sciscitata a te sum, *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco.* Neque enim id aliquando factum est, neque virgo noscitur, quæ genuerit; quamobrem interrogavi, ut modum discerem, quo virgo mater fiam, ac filii germinisque semen cum non susceperim, filium pariam. Atque eadem de causa prorsus merito a te denuo sciscitur, inquiens : *Et quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Non enim incredulitatis verba profero; tantummodo accuratam rei posco declarationem. Dicito conceptionis modum, ac genera-

σον, καὶ ἔξεις με οὐκ ἀπιστοῦσαν τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ πειθαρχοῦσαν τοῖς φθέγμασι[1]. Τὸ γὰρ Θεῷ δοκοῦν τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν, εἰ μὴ γένηται.

XXXIX. Ταῦτα πρὸς αὐτὴς τῆς γεννησομένης ἀληθῶς θεομήτορος ὁ τῶν εὐαγγελίων ἀκηκοὼς κήρυξ ἀρχάγγελος, θαυμάσας αὐτῆς τὴν ἀπόκρισιν καὶ τὸ ταύτης συνετὸν, ἀπεκρίνατο· Ἄριστά γε καὶ σοφώτατα, ὦ θεομῆτορ παρθένε, διείλεξαι, ὡς πάλαι γυναῖκες στεῖραι τυγχάνουσαι πρότερον, μητέρες παίδων γεγόνασιν ὕστερον, καὶ φύσιν τρόπον τινὰ τὴν ἑαυτῶν ἐβιάσαντο, καὶ παῖδας ὑπὲρ φύσιν τετόκασι, σπλαγχνισθέντος Θεοῦ καὶ οἰκτείραντος τοῦ δεσπότου καὶ κτίστου καὶ πλάστου τῆς φύσεως. Ὅπου γὰρ Θεὸς ἐπινεύσειε, τῆς φύσεως ἀργεῖ τὰ ὁρίσματα.

Ὥσπερ οὖν ἐκεῖναι, Θεοῦ διατάξαντος, τῆς οἰκείας τὰ πάθη νενικήκασι φύσεως, καὶ πάθη μεγάλα παραλύσασαι φύσεως, κοιλίας καρπὸν προσηγάγοντο· οὕτω καὶ σὺ, ἡ ἐκ στείρας τῆς Ἄννης βλα-

[1] Nic. φθέγμασιν.

---

tionis causam explica; meque non verbis incredulam, sed mandatis obsequentem habebis. Impossibile est enim, ut non fiat, quidquid Deo placitum fuerit.

XXXIX. Hæc ab illa vere Dei genitrice futura cum audisset archangelus nuntiorum lator, ipsius responsum hujusque sapientiam admiratus, reponit : Optime profecto et sapientissime, o Dei mater Virgo, memorasti, quomodo olim mulieres, steriles antea cum essent, matres deinde liberorum factæ sunt, ac miserante Deo et propter misericordiam suam indulgente Domino et creatore ac conditore naturæ, propriam quodammodo naturam vicerunt, ac supra naturæ vires filios procrearunt. Ubi enim Deus annuerit, cedunt naturæ fines ac leges.

Quemadmodum ergo illæ, Deo disponente, propriæ naturæ vicerunt infirmitatem, domitoque acerbo naturæ vitio, uteri fructum attulerunt; sic et tu, quæ e sterili Anna progenita,

στήσασα, καὶ τῆς τεκούσης τὴν φύσιν νικήσασα, ἀγνὴ παρθένος τυγχάνουσα, καὶ παρθένος μετέπειτα μένουσα, τέξῃ παραδόξως υἱὸν ἄσπορον καὶ ἀνήροτον, αὐτοῦ σε τοῦ τικτομένου κελεύοντος. Αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ τῆς φύσεως Κύριος, ὡς κτίστης αὐτῆς τυγχάνων καὶ πρύτανις. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀκατάληπτος, κἂν ὡς ἄνθρωπος ἐκ σοῦ τῆς παρθένου τεχθήσεται. Ἐπεὶ καὶ ἔπρεπεν αὐτῷ, καὶ ὠφείλετο, ἀνθρώπῳ φιλανθρωπίᾳ γινομένῳ δι' ἀνθρώπων ἁπάντων

---

gignentis quoque naturam devicisti, pura exsistens virgo, et virgo dein perseverans, filium sine cujuspiam opere aut semine, ipso id a te volente, qui ex te nascitur, ineffabili modo paries. Ipse enim Dominus est et naturæ, utpote naturæ ipsius creator et provisor. Est enim Deus incomprehensibilis, etiamsi ex te virgine nasciturus sit tanquam homo. Deinde vero cum propter suam in homines charitatem ad omnium hominum redemptionem ipse fiat homo, conveniebat etiam, atque ipsi debebatur".

" Dignum sane est, quod animadvertatur, Sophronio quoque suffragante, non ex absoluta rei necessitate, sed ex decentia repetendum esse, quod Verbum Dei Filius, carnem humanam assumens, e matre Virgine præter naturæ ordinem nasci voluerit. Quæ quidem doctrina explorata adeo et scholæ Theologis fuit, ut eximius Suarez (in part. III, q. XXXII, disp. X, sect. III), cum hanc thesim statuisset : *dicendum vero est, absque ulla dubitatione, potuisse Deum hominem concipi et generari ex muliere opera viri;* continuo subdat : *Hanc assertionem censeo adeo certam, ut contraria nec probabilis nec verisimilis sit.* Exinde vero liquet, haud rem acu eos tangere, qui putant, ideo ejusmodi conceptionis rationem in Christo repugnasse, quod repugnet, Christum originali Adæ peccato infici potuisse, atque hinc permoveri se affirmant, ne Virginem Deiparam, quæ consueto naturæ ordine concepta est, ab Adamitico peccato exemptam fuisse existiment. *Etiam si,* inquit idem Suarez (in III part., quæst. XV, disp. XXXIII, sect. II), *per seminalem propagationem conciperetur* (*Christus*), *si supponamus factum esse unionem a primo instanti conceptionis ejus, etiam non posset ex vi talis conceptionis peccatum originale contrahere.* Curnam vero? Quia scilicet non adeo necessarius est nexus inter generationem ab Adam ordinario modo deductam et originalem labem, ut hæc duo invicem sejungi, Deo sic dispensante, non queant. Hinc et illa nonnullorum Patrum sententia, sanctum Domini

ἐκλύτρωσιν, ἐκ μόνης παρθένου τὸν τοκετὸν ἐπιδείξασθαι, ἡδονῆς ἐκτὸς γαμικῆς καὶ συμβάσεως ποιησαμένῳ τὴν ἐκ σοῦ περιφανῆ καὶ σωτήριον σάρκωσιν.

XL. Εἰ δὲ ὅτι παρθένος καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος οὔπω μέχρι καὶ τήμερον τέτοκεν, οὐδὲ μήτηρ ἀσπόρου ποτὲ παιδὸς ἀνηγόρευται, ἀμφίβολόν σου ποιεῖ τὴν διάνοιαν, καὶ μαθεῖν ἐπιζητεῖς, πότε παρθένος γεγέννηκεν· κἀγώ σε διερωτῶ καὶ πυνθάνομαι, πότε γὰρ Θεὸς ἐνηνθρώπησεν· ἢ πότε σαρκωθῆναι Θεὸς κατεδέξατο· ἢ πότε Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος· ἢ πότε Θεὸς ἀσπόρως συνείληπται· ἢ πότε κυοφορίας Θεὸς ἠνέσχετο· ἢ πότε Θεὸς σαρκικὴν ἐκ γυναικὸς ἐπεδείξατο γέννησιν· ἢ πότε Θεὸς γυναικείων μαζῶν ἀπεθήλασεν· ἢ πότε Θεὸς κλαυθμυρισμὸν ἀπηνέγκατο· ἢ πότε Θεὸς ἡλικίας αὔξησιν εἴληφεν· ἢ πότε Θεὸς σὺν τοῖς ἀνθρώποις ὑμῖν[1] πεπολίτευται·

[1] Cod. ἡμῖν.

---

ut remoto quovis conjugali congressu ac voluptate, conspicuam ac salutarem ex te perficiens incarnationem, nativitate ex sola Virgine gloriari posset.

XL. Quod si hoc animum tuum suspensum tenet, quod necdum ad hodiernam usque diem intemerata ac munda virgo pepererit, nec sine viri opera quæpiam unquam mater pueri fuerit compellata, et dici tibi postulas, quandonam virgo pepererit; ego quoque te interrogo, et percontor, quandonam Deus humanam naturam induerit, vel quando Deus dignatus fuerit incarnari, vel quando Deus factus sit homo, vel quando Deus sine semine conceptus fuerit, vel quando Deus in utero gestari tulerit, vel quando Deus carnalem ex muliere nativitatem habuerit, vel quando lac Deus e femineis suxerit uberibus, vel quando vagitus Deus emiserit, vel quando Deus ætatis acceperit incrementum, vel quando Deus inter vos homines conversatus

Præcursorem, quem nemo certe credidit sine seminali propagatione conceptum, ab originis vitio fuisse præservatum.

ἢ πότε Θεὸς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀπέθανεν· ἢ πότε Θεὸς σταυροῦ προσήλωσιν ἔσχηκεν· ἢ πότε Θεὸς λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἐκκεκέντηται· ἢ πότε Θεὸς τριήμερον ταφὴν ὑπελήλυθεν· ἢ πότε Θεὸς πάντα ταῦτα πάσχων τεθέαται, ἵνα παθῶν ἁπάντων τὸν ἄνθρωπον ῥύσηται, καὶ θανάτου μὲν καὶ φθορᾶς ὀλοθρεύσῃ τὴν ἔφοδον, ἄφθαρτον[1] καὶ ἀθάνατον ἀναστήσῃ τὴν οἰκείαν εἰκόνα, τὸν ἄνθρωπον. Εἰ τοίνυν μηδέποτε ταῦτα, ὦ παρθένε, γεγένηται, εἰς τὸν παρόντα δὲ καιρὸν ἐτετήρητο, καὶ πληροῦσθαι διὰ σοῦ προτεθέσπιστο· πῶς ἂν ἄλλη παρθένος σου προτέρα γεγέννηκεν, ὅτι τοῦτο παρ' ἐμοῦ μαθεῖν ἐπεζήτησας πρὸς πίστωσιν καὶ παράστασιν τῆς σῆς παρθενικῆς ἀποτέξεως; Οὐ τέτοκέ ποτε παρθένος, ὦ παρθένε, οὐ τέτοκεν· ἀλλ' οὔτε μετὰ σὲ παρθένος ἑτέρα, ὦ παρθένε, πώποτε τέξεται· ἀλλ' οὔτε θεομήτωρ, ὦ παρθένε, παρθένος γεγένηται· οὔτε μετὰ σὲ παρθένος τις ἄλλη, ὦ παρθένε, τὴν μόνην θεομήτορα, γίνεται[2].

[1] Excidisse hinc videtur particula δέ.

[2] Aut excidit, aut certe subintelligitur hic repetita vox θεομήτωρ.

---

fuerit; vel quando Deus pro hominibus mortuus sit; aut quando cruci affigi Deus passus fuerit, vel quando Deus latus transfixus sit lancea : vel quando Deus triduanum subierit sepulchrum; aut quando Deus perferre hæc omnia visus sit, ut hominem malis universis eriperet, et mortis quidem atque corruptionis impetum frangeret, suam vero imaginem, hominem videlicet, incorruptibilem restitueret atque immortalem. Si itaque, o Virgo, nunquam hæc facta sunt, sed in tempus præsens fuerant reservata, atque eadem implenda per te fore jam antea prædictum divinitus fuerat; qui fieri potuit, ut alia virgo (hoc enim, ad probandum et confirmandum partum tuum virgineum, a me audire voluisti) ante te generaret? Nunquam virgo peperit, o Virgo, nunquam peperit; sed neque virgo altera post te, o Virgo, aliquando pariet; sed neque, o Virgo, unquam exstitit virgo Dei mater, neque post te solam Dei matrem, o Virgo, alia quæpiam virgo (Dei mater) exsistet. Tu enim, et tu sola inter mulieres virgo

Σὺ γὰρ καὶ μόνη γυναικῶν παρθένος γεννήσειας, καὶ σύ γε μόνη θεομήτωρ ἐν γυναιξὶ χρηματίσειας. Ἅπαξ γὰρ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐνανθρωπήσειε, καὶ τὴν ἐκ σοῦ καὶ μόνης θαυμαστὴν ἐπιδείξεται σάρκωσιν.

XLI. Καὶ ἔτι τοῦτο Θεοῦ τὸ ἐπάγγελμα διὰ σοῦ καὶ μόνης τὴν πλήρωσιν ἔμελλε δέξασθαι, προφητικοῖς σε πιστώσομαι ῥήμασιν. Ἡσαΐας γοῦν ὁ θαυμάσιος τὴν ἐκ σοῦ τοῦ λόγου καὶ Θεοῦ προορώμενος σάρκωσιν, σύλληψίν τε θείαν καὶ ἄσπορον, καὶ κυοφορίαν ἀνώδυνον, καὶ γέννησιν ἄφραστον, καὶ γαλούχησιν ἄλεκτον, ὧδε φανερῶς προανακέκραγεν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Ὁρᾷς, παρθένε ἁγνὴ καὶ ἀμόλυντε, ὡς παρθένον ἀναντιῤῥήτως προηγόρευσε τὴν τὸν Ἐμμανουὴλ τέξεσθαι μέλλουσαν; ἥτις σὺ καὶ μόνη καθέστηκας, καὶ οὐχ ἑτέρα τις πρὸ σοῦ ἢ μετὰ σὲ θεαθήσεται. Οὐ

---

es paritura, et tu sola inter mulieres Dei mater es appellanda. *Semel enim in consummatione sæculorum*[a] Unigenitus Filius Dei ac Patris naturam humanam induturus erat, et carnem ex te, atque ex te sola, mirabiliter assumptam ostendet.

XLI. Hoc porro Dei propositum per te, ac per te solam, exitum accepturum esse, propheticis tibi verbis persuadebo. Mirabilis ergo ille Isaias, prævidens Dei ac Verbi ex te incarnationem, divinamque atque seminis expertem conceptionem, tum dolorum exsortem gestationem, et nativitatem ineffabilem, atque inenarrabilem lactationem, sic manifesto ante proclamavit[b]: *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Videsne, Virgo pura et immaculata, quomodo eam, quæ paritura erat Emmanuelem, absolute *virginem* appellavit? quæ quidem tu, et sola exsistis, non autem alia quæpiam ante vel post te videbitur. Non enim ille, a Deo inspiratus,

[a] *Heb.* IX, 26.

[b] *Is.* VII, 14, sec. LXX. Vulgatus enim paulo aliter: *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.*

γὰρ, ἰδοὺ αἱ παρθένοι, φησὶν ὁ θεόπνευστος, ἐν γαστρὶ ἕξουσι, καὶ τέξονται υἱοὺς καὶ καλέσουσι τὰ ὀνόματα αὐτῶν Ἐμμανουήλ, ἵνα καὶ ἄλλην παρθένον παραστήσω σοι τίκτουσαν. Εἷς γὰρ ὁ Ἐμμανουήλ, ὃν σὺ σαρκικῶς, ὦ παρθένε, γεννήσειας, καὶ οὐκ ἄλλος ὁ Ἐμμανουὴλ ἢ πρότερον γέγονεν, ἢ μετὰ ταῦτα γενήσεται, ἵνα καὶ ἄλλη παρθένος τόκον τέκοι παράδοξον· καὶ μία σὺ εἶ, ὦ παρθένε, ἡ τούτου θεία γεννήτρια[1], καὶ οὐκ ἄλλη τις πρὸ σοῦ θεομήτωρ πεφήμισται, ἢ μετὰ σὲ προσγενήσεται.

XLII. Οὐκοῦν κάλλιστά σοι καὶ πρεπωδέστατα κέκραγα· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ ἑβραϊκῇ διαλέκτῳ λεγόμενον, εἰς ἑλλάδα φωνὴν ἀμειβόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἐκλαμβάνεται. Πότε δὲ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων γεγένηται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑμῖν συνηρίθμηται[2], εἰ μὴ νῦν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος, ὅτε καὶ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ σάρκα τὴν ἐκ σοῦ προσανείληφε;

[1] Cod. γεννήτρεια.
[2] Cod. συναρίθμηται.

---

dixit : ecce virgines in utero habebunt, et parient filios, et vocabunt nomina eorum Emmanuel, adeo ut etiam alteram parientem virginem tibi exhibere possim. Unus enim est Emmanuel, quem tu, o Virgo, gignes secundum carnem; alius autem Emmanuel, ut alia quoque virgo admirandum sortiatur partum, neque prius exstitit, neque posthac exsistet, et tu unica es, o Virgo, divina hujusce genitrix, neque altera quæpiam vel ante te Dei mater nominata est, vel post te insuper erit.

XLII. Aptissime igitur et convenientissime tibi acclamavi : *Ave, gratia plena, Dominus tecum*. Quod enim lingua hebraica dicitur *Emmanuel*, in græcum sermonem translatum intelligitur *nobiscum Deus*. At vero, quandonam Deus cum hominibus conversatus, vobisque hominibus connumeratus est, nisi modo in novissimis diebus sæculi, quando et *semen Abrahæ apprehendit*[a], et carnem, quæ ex te est, assumpsit?

[a] *Heb.* II, 16.

Τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ ἐξηγούμενον, διττῆς ἑρμηνείας καθέστηκε· φύσεως ἀνθρωπίνης καὶ θείας, ἐξ ὧν καὶ συντέθειται, ἐν αἷς καὶ γνωρίζεται. Τέλειος γὰρ ὢν Θεὸς προαιώνιος, τέλειος ἐν σοὶ γέγονεν ἄνθρωπος, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐκ σοῦ προσλαβόμενος, καὶ ταύτην ἑαυτῷ συνθεὶς καθ' ὑπόστασιν, φυλάξας[1] ἀναλλοίωτον, τὴν φυσικὴν ἑκατέρας ποιότητα φύσεως, καὶ τὰ τούτων φυσικὰ καὶ οὐσιώδη γνωρίσματα. Ὅ τε γὰρ Θεὸς λόγος, Θεὸς λόγος μεμένηκε, καὶ εἰ φύσιν σαρκὸς φυσικῶς ἠμφιάσατο· ἥ τε σὰρξ ἐμψυχωμένη λογικῶς, ἣν ἐκ τῶν σῶν ἀχράντων αἱμάτων προσείληφε, καὶ πνεύματι ζωῆς λογικῆς ἐψύχωσε, σὰρξ λογικῶς ἐμψυχωμένη μεμένηκε, καὶ εἰ μόνου Θεοῦ λόγου σὰρξ ἐγνωρίζετο, ἡνωμένη αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν, καὶ εἰς ἑνὸς προσώπου καὶ μιᾶς ὑποστάσεως συνδρομὴν οὐ τεμνομένην συνθέουσα, οὐδὲ μὴν τὰ ἑνούμενα τρέπουσαν, καὶ εἰς οὐσίας ταὐτότητα φέρουσαν.

[1] Cod. φυλλάξας.

Emmanuel enim, si interpretemur, duplicem habet significationem, naturæ scilicet humanæ et divinæ, e quibus etiam constituitur, et in quibus cognoscitur. Perfectus enim Deus ante sæcula, perfectus in te factus est homo, humanam ex te naturam assumens, sibique hanc coaptans secundum hypostasim, naturalem utriusque naturæ qualitatem ac naturales et essentiales utriusque proprietates immutabiles servans. Nam et quod erat Deus Verbum permansit Deus Verbum, etsi naturam carnis realiter indutus est; itemque quod erat caro, anima rationali prædita, quam e sanguine tuo immaculato assumpsit, rationalisque vitæ spiritu animavit, caro anima rationali prædita permansit, etsi caro cognoscatur unius Dei Verbi, ipsi secundum hypostasim conjuncta, et in unius personæ atque unius hypostasis indivisibilem conveniens unionem, quæ sane neque connexas naturas immutat, neque in unius substantiæ identitatem adducit.

Εἰ καὶ ἑκατέρων οὖν ὁ Χριστὸς διεφύλαξε τῶν φύσεων καὶ οὐσιῶν τὸ διάφορον· εἷς υἱὸς καὶ Χριστὸς ἐκ σοῦ τῷ κόσμῳ φανήσεται, οὐ δεικνὺς υἱῶν καὶ Χριστῶν τὸ διάφορον. Ὁ γὰρ ὢν Θεὸς ἀληθὴς, ἄνθρωπος ἀληθὴς καὶ τεχθήσεται, ψεῦδος οὐδὲν ἐνδεικνύμενος, ὧν ἂν καλοῖτο καὶ λέγοιτο. Διὰ τοῦτο Ἐμμανουὴλ προσκληθήσεται, ὡς ἀμφω πεφυκὼς κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς ἀπερίγραφος, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς κατὰ ἀλήθειαν· τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐκ πατρὸς ἀίδιον γέννησιν, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ τῆς μητρὸς χρονικὴν καὶ ἐνσώματον κύησιν. Οὕτω γὰρ σῶζειν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ηὐδόκησεν· ὅτι περ εἰς τοσαύτην ἑαυτὸν καθῆκεν ὁ ἐκένωτος κένωσιν, ἵνα τὴν κενωθεῖσαν εἰς γῆν διαφθορᾶς ἀνθρωπότητα, πάλιν ἐκ γῆς ἀναστήσῃ, καὶ οὐρανίων κλήρων ποιήσῃ μέτοχον, ἀντὶ τῆς ἐν παραδείσῳ τὸ πρὶν ἀπολαύσεως.

XLIII. Καὶ πῶς τοῦτο, ὦ θεοδόχε παρθένε, γενήσεται, ἐρῶ καὶ φράζω τοῖς ῥήμασιν, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο πρὸς σὲ λέξων ἐλήλυθα·

Etsi igitur Christus utriusque naturæ ac substantiæ discrimen servaverit; tamen unus filius et Christus ex te manifestabitur mundo, nullam (plurium) filiorum et christorum diversitatem præferens. Namque idem, qui verus est Deus, verus quoque nascetur homo, nihil eorum, quæ vocetur et dicatur, non verissimum ostendens. Vocabitur idcirco Emmanuel, quippe qui verissime utrumque sit, et Deus idem incircumscriptus, et idem homo secundum veritatem : illud quidem secundum æternam ex Patre nativitatem; hoc vero secundum temporalem et corpoream ex te matre generationem. Sic enim ipsi complacuit humanam salvare naturam; is videlicet, qui exinaniri non potest, in hujusmodi exinanitionem semetipsum demisit, ut humanitatem, in terram corruptionis misere deturbatam, rursus e terra erigeret, et loco deliciarum, quibus fruebatur primitus in paradiso, hæreditatis cœlestis participem efficeret.

XLIII. Quonam autem modo, o Dei capax Virgo, id perficiendum sit, dicam, verbisque enarrabo, cum ad hoc quoque tibi

Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Ἔχεις σαρῆ τὴν ἀπόδειξιν, ἔχεις ἀληθῆ τὴν ἀγόρευσιν. Πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ σὲ, τὴν ἀμόλυντον, κάτεισι, καθαρωτέραν σε ποιησόμενον, καὶ καρπογόνον σοι παρεξόμενον δύναμιν. Ἐπισκιάσει δέ σοι ἡ Θεοῦ παντοδύναμος δύναμις, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ υἱὸς ὁμοούσιος. Οὗτος γὰρ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ χεὶρ ἐστι καὶ βραχίων καὶ δύναμις, καὶ δι' αὐτοῦ ὁ πατὴρ, ὡς δι' υἱοῦ, τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκε, τὴν ἐκ σοῦ ποιησόμενος ἀνερμήνευτον σάρκωσιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐνδειξόμενος ἀγεώργητον σύλληψιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐργασόμενος ἀπερινόητον γέννησιν.

---

revelandum advenerim[a] : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Ecce habes perspicuam declarationem, veram habes explicationem. In te immaculatam Spiritus sanctus descendet, nitidiori te exornaturus puritate, virtutemque tibi ferendi fructum collaturus. *Obumbrabit* autem *tibi* omnipotens *Dei virtus*, Dei Verbum scilicet[b], atque consubstantialis Filius. Ipsius enim Dei ac Patris hic et manus est et brachium et virtus; ac per ipsum Pater tanquam per Filium fecit omnia, et *in ipso omnia constant*[c] : ipse ineffabili modo ex te carnem assumet, et satus expertem ex te conceptionem subibit, humanæque menti imperviam ex te nativitatem in opus deducet.

[a] *Luc.* I, 35.

[b] Non singularis est Sophronii sententia, Verbum Dei Filium beatam Virginem obumbrasse; id ipsum legere est et in homilia, quam inferius dabimus, Johannis Geometræ (§ XVI); imo et in Synodica Severi Antiocheni ad Theodosium Alexandrinum, cujus excerptum ex Arabico codice vulgavit Eminentissimus Majus (*Spicil. Rom.*, tom. III, p. 723), sic eadem recurrunt : *Æternum Dei Verbum, Patris virtus, per se Virginem obumbravit, uti Evangelia docent.*

[c] *Coloss.* I, 17.

XLIV. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Εἰ τοίνυν Θεοῦ υἱός, ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος τῆς θεοτόκου παρθένου, κληθήσεται, πῶς οὐ παρθένος ἡ τοῦτον γεννῶσα φανήσεται; Δεῖγμα γὰρ τοῦτο σαφὲς καὶ ἀκράδαντον γνώρισμα ἔσται τῆς αὐτοῦ τῶν πάντων κρατούσης θεότητος, τὸ παρθένον σε τυγχάνουσαν ἄσπιλον τεκεῖν τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν, καὶ παρθένον μεῖναι μετὰ τὴν ἄφθορον λόχευσιν. Εἰ γὰρ Θεός, ὁ ἐκ σοῦ τῆς παρθένου τικτόμενος, ὥσπερ οὖν καὶ Θεός ἐστι καὶ κηρύττεται, τί οὐκ ἂν βουληθεὶς διαπράξαιτο; Θεὸς γάρ ἐστι, κἂν εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος τίκτηται· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, κἂν εἰ καὶ ὡς Θεὸς παρθένον σε φυλάττῃ τὴν τίκτουσαν.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ Γαβριὴλ πρὸς σὲ τὴν παρθένον ἀπέσταλμαι, ἵνα μου καὶ αὐτῷ δηλῶ τῷ ὀνόματι, ὡς Θεὸς ὑπάρχει καὶ ἄνθρωπος ὁ ἐκ σοῦ τῆς ἀχράντου παρθένου τικτόμενος. Καὶ γὰρ καὶ τὸ Γαβριὴλ ὄνομα εἰς ἑρμηνείαν ἀγόμενον, Θεὸν ἀγο-

---

XLIV. *Propterea et quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Si itaque Filius Dei vocabitur, qui ex te Deipara Virgine nasciturus est, quomodo non virgo apparebit illa, quæ ipsum est paritura? Quod enim virgo immaculata exsistens ineffabili generatione pepereris, quodque post incorruptum partum virgo permanseris, id luculentissime et citra quamlibet ambiguitatem omnipotentem illius divinitatem evincet. Si enim Deus est qui ex te nascitur, quemadmodum reipsa Deus et est et prædicatur, quid igitur erit, quod, si voluerit, efficere ipse non possit? Deus namque est, licet præterea nascatur ut homo; et homo est, licet te parientem, uti etiam Deus, servet virginem.

Idcirco enim ad te Virginem ego Gabriel missus fui, ut vel ipso meo nomine palam faciam, eum, qui ex te Virgine intemerata gignitur, Deum pariter esse atque hominem. Nam et hoc nomen, *Gabriel*, si ad interpretationem deducatur, Deum simul

ρεύει καὶ ἄνθρωπον. Ἐπεὶ πολλοὶ κατ' οὐρανὸν[1] ἐτύγχανον ἄγγελοι, ἀλλ' οὐδένα τούτων στεῖλαι βεβούλευται[2]· ἀλλ' ἐμὲ, τὸν τούτων ἕνα φαινόμενον, Γαβριὴλ δὲ ὀνομαζόμενον, ἔπεμψεν, ἵνα καὶ λόγῳ τῷ ἐμῷ καὶ ὀνόματι δηλώσω σοι σαφῶς τὸν ἐκ σοῦ τεχθησόμενον, ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, καὶ πάντα φέρει τῷ τῆς οἰκείας δυνάμεως ῥήματι· καὶ, ὡς ἅγιος εἴη, καὶ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἁγιάσοι τὴν γέννησιν, καὶ ὡς υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ υἱοὺς ὑψίστου ποιήσειε χάριτι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Λοιπὸν τοῖς ἐμοῖς, ὦ παρθένε, πίστευε ῥήμασι· πάντως γὰρ οὗτοι[3] πραγματικῶς πληρωθήσονται. Ἀληθεύω γάρ σοι φθεγγόμενος, ὡς ἀληθείας κήρυξ καὶ ἄγγελος.

[1] Nic. κατ' οὐρανὸν πολλοί.
[2] Nic. p. 223 βεβούληται.
[3] Ita cod. et subintellig. λόγοι.

---

atque hominem enuntiat[a]. Profecto cum multi in cœlo essent angeli, nullum tamen eorum mittendum censuit; sed me, qui unus ex ipsis noscor, nominorque Gabriel, ideo misit, ut non solum alloquiis, sed et meo ipso nomine perspicue tibi significarem, eum qui ex te nasciturus est, Deum simul hominemque exsistere, atque *omnia verbo virtutis suæ portare*[b], et, quippe qui sanctus sit, universorum quoque hominum sanctificaturum nativitatem, et filium vocatum iri Altissimi, atque eos qui in ipsum credant, filios Altissimi per gratiam effecturum. Ceterum verbis meis, o Virgo, fidem habe : hæc enim reipsa ex omni parte implebuntur. Vera siquidem tibi loquor, utpote veritatis præco ac nuntius.

[a] In ea, quam inferius dabimus, Germani oratione (§ XLVI) eadem nominis *Gabrielis* recurrit interpretatio, licet ad significandum pertrahatur non quidem duplicem Christi Domini naturam, sed potius reconciliationem inter Deum et humanum genus ope divinæ incarnationis perficiendam. Ceterum notum est hebraicam vocem גִּבְרִיאֵל pro eo usurpari quod est *vir Dei*.

[b] *Hebr.* I, 3.

Καὶ πρὸς σὴν πληροφορίαν καὶ πίστωσιν μείζονα τῆς τῶν ἐμῶν ῥημάτων πληρώσεως, καὶ σημεῖον ἀναντίῤῥητον δίδωμι, ἵνα μένοις περὶ τὴν πίστιν ἀσάλευτος· Ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Καὶ τοῦτό σοι δεῖγμα γενήσεται κράτιστον, ὡς πάντα μου τὰ ῥήματα, πρὸς σὲ, τὴν πᾶσι σεπτὴν, εὐαγγέλια, τέλος ἀληθὲς καὶ σωτήριον δέξεται πρὸς ἀνθρώπων ἁπάντων ζωὴν καὶ ἐκλύτρωσιν. Τῆς γὰρ αὐτῆς παρὰ Θεῷ τυγχάνει δυνάμεως, καὶ τὸ, στείραν τεκεῖν τὴν οὐ τίκτουσαν, καὶ τὸ, παρθένον τεκεῖν τὴν ἀνύμφευτον. Σὺ οὖν χαῖρε, ὦ κεχαριτωμένη παρθένε καὶ ἔνθεε, ἐφ' οἷς σοι Θεὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης κεχάρισται, καὶ ἐφ' οἷς Θεοῦ τὸν υἱὸν, τὸν πάντων χαρὰν γενησόμενον τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει, γεννήσειας.

XLV. Πρὸς ὃν ἡ θεομήτωρ παρθένος πιστεύσασα, καὶ ὡς ἔσται

Atque ut in fide immota perseveres, ad firmius argumentum ac certum indicium exitus, quem sermo meus sortietur, et hoc haud anceps signum præbeo[a] : *Ecce enim Elisabet cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Hoc utique validissimum tibi argumentum erit, omnia verba mea, fausta hæc ad te omnibus venerandam nuntia, certissimum ac salutarem exitum ad universorum hominum vitam ac redemptionem esse receptura. Divinæ enim virtuti perinde est efficere sive ut pariat sterilis, quæ impos erat gignendi, sive ut pariat virgo ignara connubii. Tu ergo, o Virgo gratia plena ac divina, lætare de muneribus quibus Deus, universorum Dominus, te cumulavit, et quibus Filium Dei, qui universo hominum generi gaudio futurus est, generabis.

XLV. Ad quem Virgo Dei genitrix plane credens, et confidens,

[a] *Luc.* I, 36.

πάντως τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου, θαρσήσασα, πράως ὁμοῦ καὶ ταπεινῶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρθενικῶς ἀποκρίνεται· τὸν πρᾶον γὰρ καὶ ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ Χριστὸν γεννᾶν ἡ πάναγνος ἔμελλε, καὶ πλουτεῖν αὐτὴν ἔδει τὴν αὐτοῦ ταπεινότητα καὶ πραότητα· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

XLVI. Γαβριὴλ μὲν οὖν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα πρὸς τῆς θεοτόκου παρθένου[1] πυθόμενος, εἰς οὐρανὸν ἀνελήλυθεν, ὅθεν πρὸς αὐτὴν καὶ ἀπέσταλτο[2]. Ἡ δὲ Θεὸν ἐκυοφόρει τὸν στείλαντα, τὸν ἄνω μὲν σὺν πατρὶ δοξαζόμενον, κάτω δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς, σαρκικῆς κυο-

[1] Cod. πρὸς τὴν Θεοτόκον παρθένον. Idem et in Cæsar. Codicis fragmento legitur.

[2] Cod. Cæs. ἀπέσταλται.

---

omnia prorsus perfectum iri, quæcumque sibi a Domino dicta fuerant, mansuete simul et humiliter (nam *mitem et humilem corde*[a] Christum purissima illa generatura erat, atque oportebat[b] ut propria illius humilitate et mansuetudine eximie ornaretur), imo vero et ratione Virgini consentanea respondit[c] : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

XLVI. Porro cum Gabriel archangelus hoc a Virgine Deipara responsum tulisset, in cœlum, unde et missus ad eamdem fuerat, reversus est. Ipsa vero Deum, qui illum miserat, gestabat in utero, in cœlo quidem cum Patre glorificatum, in terris vero et ex ipsa in utero secundum carnem gestari sustinentem. Simul

[a] *Matth.* XI, 29.

[b] Ecce doctrinam illam apud SS. Patres exploratissimam, oportuisse ut filio quam simillima genitrix exsisteret. E quo principio cum S. Sophronius summam sanctæ Virginis humilitatem ac mansuetudinem heic arguat, alii, ut vidimus, pari jure eam in Virginis puritatem innocentiamque deducunt, quæ a quavis labe immunis prædicanda sit. Vid. *Orat. Isidor. Thessalon. in Nativ. Deip.* § XVII, part. I, pag. 243.

[c] *Luc.* I, 38.

φορίας ἀνεχόμενον. Ἅμα γὰρ ὁ λόγος καὶ Θεὸς πρὸς αὐτὴν παραγέγονε, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς, εἰς τὴν θείαν αὐτῆς νηδὺν εἰσελήλυθε καὶ σεσάρκωτο, καὶ ἄνευ τροπῆς σεσωμάτωτο, σάρκα προσλαβὼν ἐξ αὐτῆς τὴν ἀνήροτον, καὶ ταύτην ἑνώσας ἑαυτῷ κατ' ἀλήθειαν, λογικῶς μὲν ἐμψυχωμένην, οὐ προϋποστᾶσαν δὲ τῆς[1] πρὸς αὐτὸν ἀνεκφράστου συνθέσεως. Ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ λόγου σάρξ· ἅμα σὰρξ ἔμψυχος λογική[2]· ἐν αὐτῷ[3] γὰρ τὴν ὑπόστασιν[4] καὶ οὐ πρὸ αὐτοῦ τὴν σύστασιν ἔσχηκεν.

Οὔτε τινὸς ἑτέρου σὰρξ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων γέγονε πώποτε, καὶ τότε τῷ Θεῷ λόγῳ συνέδραμε[5], καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο σύνθεσιν· ἀλλ' ἐν τῷ[6], τὸ εἶναι σὰρξ ἔμψυχος λογική, καὶ Θεοῦ λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ ἐκ παρθενικῶν καὶ ἀχράντων

[1] Cod. τήν.

[2] Nic. pag. 221 addit, ἅμα Θεοῦ Λόγου σάρξ : sed forte e præcedentibus, quæ ipse non affert, huc ea transtulit.

[3] Nic. ἑαυτῷ.

[4] Nic. intra parenthesim addit, ἤτοι τὸ εἶναι : sed plane inscite; caro enim in Verbo quidem subsistebat, sed in se *erat*, atque *esse* sui proprium habebat : nec minus inscite, uti patet, illud αὐτῷ immutavit in ἑαυτῷ.

[5] Nic. sequens incisum omittit.

[6] Nic. ἐν αὐτῷ τῷ.

---

enim Verbum ac Deus ad ipsam descendit, ac per Angeli vocem divinum ejus ingressus est sinum et incarnatus est, et sine sui mutatione corpus induit, carnem non satam ex ipsa assumens et sibimet hanc vere uniens, atque eam rationali quidem anima præditam, non tamen ante ineffabilem cum ipso conjunctionem jam subsistentem. Simul enim caro, simul Dei Verbi caro, simul caro animata rationalis; subsistentiam enim habuit in ipso, exsistentiam vero ante id ipsum non habuit.

Neque enim ea aliquando caro fuit cujuspiam alterius hominis nobis similis, quæ dein cum Deo Verbo conjuncta fuerit, in compositionemque cum ipso concurrerit; sed simul atque esse cœpit caro animata rationalis, ex virginali atque intemerato

αἱμάτων ληφθεῖσα τῆς ἀχράντου παρθένου κεκλήρωκεν. Οὐδεμία γὰρ τοῖς διαιρεῖν τὸν ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν εἰς δύο υἱοὺς καὶ Χριστοὺς ἀσεβέστατα θέλουσιν ἔμφασις ἢ πρόφασις ἔνεστιν, ὡς ὑπέ-

---

Virginis immaculatæ sanguine desumpta, accepit etiam ut esset caro animata rationalis Verbi Dei. Nulla enim unum filium et Christum in duos filios et Christos dividere impiissime volentibus", nulla (inquam) præsto est sive demonstratio sive præ-

" Manifeste heic Sophronius docet, hunc quoque errorem Nestorio tribuendum, quod dominicæ carnis seu naturæ humanæ exsistentiam non contemporaneam qualicumque, quam admisit, conjunctioni cum Deo Verbo, sed plane huic præcedentem tradiderit. Et ne putes, his Samosatensem Paulum (qui § seq. simul cum Nestorio ac Theodoro memoratur) potius quam Nestorium impeti, videsis quæ eadem de re Sophronius habet in celeberrima sua Synodica (Conc. VI, act. XI, col. 1267 tom. III edit. Harduin.) : Σαρκοῦται γοῦν λόγος ὁ Θεὸς, . . . οὐ προπλασθείσῃ σαρκὶ συναπτόμενος, ἢ προμορφωθέντι καὶ καθ' αὑτὸ προϋποστάντι ποτὲ προσπλεκόμενος σώματι . . . ἀλλὰ τότε τούτοις παραγενομένοις πρὸς ὕπαρξιν, ὅτε αὐτοῖς ὁ λόγος . . . συνετίθετο· φυσικῶς σύγχρονον ἔχοντα τῇ ὑπάρξει τὴν ἕνωσιν, καὶ οὐ πρὸ τῆς πρὸς τὸν λόγον ἀληθεστάτης συμβάσεως καθ' ἑαυτὰ γενόμενα πώποτε . . . ἀλλὰ σύνδρομον ἔχοντα τῇ φυσικῇ τοῦ λόγου συμβάσει τὴν ὕπαρξιν, καὶ οὐκ ἐκείνης, οὐδὲ ὡς ἐν ὀφθαλμοῦ ῥιπῇ ταύτην προτερεύουσαν ἔχοντα, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς βούλεται καὶ Νεστόριος. Ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ λόγου σάρξ, κ. τ. λ. *Incarnatur ergo Verbum Dei, . . . non præformatæ carni semet coaptans, aut præformato corpori aliquando in se subsistenti se conjungens, sed his ad exsistentiam tunc venientibus, quando ipse Deus Verbum eisdem copulabatur : naturalem* nempe *unionem habent contemporaneam exsistentiæ, non vero exstiterunt in se aliquando ante verissimum cum Verbo conventum : . . . sed synchronam naturali Verbi conjunctioni exsistentiam habent, non autem, ut Samosatensis Paulus ac Nestorius perstrepit, hanc illi tempore præcedentem habent, ne ictu quidem oculi. Simul quippe caro, simul Verbi Dei caro,* et cet.

Porro hæc quoque conferre debent ad abstergendam labem qua inconsulto vel S. Pontifex Leo M. adspergitur. Scilicet cum Leo quoque et apertissime et sæpius (vid. *Epist.* LIX *ad Cler. et Pleb. Constantinop.*, cap. V, *Epist.* CII *ad Episc. Galliar.*, cap. III, *et Serm.* XXVIII, *in Nativ. Dom.*, VIII, cap. V, edit. Baller.) Nestorium vitiati dogmatis circa tempus unionis Verbi cum carne incuset, jam si vera est sententia *Johannis Garnerii* (De hær. et libr. Nestor., Diss. I, § III, pag. 286), *de unionis tempore Nestorium ab*

στη ποτὲ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἴδιον ἔσχηκε πρόσωπον, καὶ εἶθ' οὕτως τῷ λόγῳ καὶ Θεῷ πρὸς ἕνωσιν φυσικὴν συνελήλυθε. Τὰ γὰρ ἀνὰ

---

textus, ut affirmare possint, eam (carnem Verbi) substitisse aliquando per se ipsam, et propriam habuisse personam, deinde vero sic cum Verbo et Deo in naturalem unionem convenisse.

Ecclesiæ sententia non recessisse, eo res adducitur, ut S. Doctor insigni imprudentia (ne temeritate dicamus, aut calumnia) falsum Nestorio crimen dicendus sit imposuisse. Atqui hoc ipsum morari Garnerium debuit, ne præceps eam in opinionem veniret. Quid enim? Nonne S. Leo, quo tempore controversia nestoriana agitabatur, S. Cœlestini lateri, utpote romanæ Ecclesiæ archidiaconus, assidebat, primasque in gerendis negotiis partes agebat? Nonne S. Leo, quod Garnerius non diffitetur, ad manus habuit Nestorii scripta, etiam ea e quibus suam Garnerius opinionem firmat, quæ et refutanda ad Johannem Cassianum ante ipsam Synodum Ephesinam transmisit? Nonne, cum synodus Ephesina celebraretur, ad Leonem Cyrillus de gravissimis Concilii negotiis, quo ad S. Cœlestinum deferrentur, scribebat? Cuinam vero e Romano clero, vel quandonam Apostolicæ Sedi perspectas Nestorii res affirmabimus, si tunc incompertas putemus S. Leoni, qui propterea tam crasse erraverit, atque insuper ad affirmanda ea, de quibus ignorabat, temere progressus fuerit?

Miratur Garnerius (*l. c.*) *hominum aliud Nestorio tribuentium sententiam*. Atqui mirandum potius, quod tam facile sibi ipse suaserit, tot viros doctrina et sanctitate præclaros, quorum prolixum catalogum tum ex Oriente tum ex Occidente, si locus ferret, facile foret subjicere, et quorum multi coævi factis fuerunt, nihil aut certe minus, quam ipse viderit, de hac re pervidisse, ac temere scripsisse. Præsertim vero, quod summa argumentorum pro ea sententia in verbis demum Nestorii sita sit, ut merito domui in summa arena fundatæ comparari queat. Numquid enim ea Nestorii dicta evincunt, ipsum aliter docuisse nunquam? Sane ut id affirmes, unica tibi præsto est ratio, ut Nestorii in doctrinis semel prolatis constantiam vindices. Atqui occurret tibi S. Cœlestinus, quo auctore (*Epist. ad Nestor.*, n. II) Nestorius, *vera involvens obscuris, rursus utraque confundens, vel confitetur negata, vel nititur negare confessa;* occurret tibi et Marius Mercator, lectorem monens (*Dissert* de XII *anathem. Nest.*, n. XXII), ut *cautus sit de* Nestorii *varietate et inconstantia, quam*, ait, *utrum astutia an vecordia ad alliciendum auditorem habeat, non est facile nosse : quovis tamen pacto constat, eum varium esse, sibique contrarium*. Agitur ergo de re

μέρος ὄντα, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐν χωρισμῷ θεωρούμενα, οὐδέποτε φυσικὴν, ἢ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δέχεται. Ὅπου δὲ ἕνωσις φυσικὴ μὴ προέρχεται, μηδ' ἡ καθ' ὑπόστασιν γίνεται σύνθεσις, οὐδὲ μία[1] καὶ ἡ αὐτὴ ὑπόστασις δείκνυται, οὔτε ἓν καὶ τὸ αὐτὸ καταγγέλλεται πρόσωπον, ἀδιαίρετον ὁμοῦ καὶ ἀμέριστον, καὶ πᾶσαν τομὴν διωθούμενον.

[1] Cod. οὐδεμία.

Quæ enim seorsim exsistunt, atque ab invicem sejuncta conspiciuntur, nunquam unitionem naturalem et secundum hypostasim accipiunt. Ubi autem naturalis primitus non adsit unitio, neque ea, quæ est secundum hypostasim, fit conjunctio, neque una atque eadem assurgit hypostasis, neque una atque eadem, indivisa pariter et individua, omnemque respuens divisionem, persona prædicatur.

judicata : ac tantumdem constantiæ Nestorii deferre licet, quantum fidei tribuere consuevimus hominis testimonio, qui solemni judicio maxime mendacissimus fuerit proclamatus. Non adeo ergo de ea constantia præsumendum fuit, ut tot Patres antiqui, quibus nemo unus e veteribus contradixerat, incitiæ damnarentur.

Ceterum aliqua Garnerio excusatio ex eo non defuerit, quod Petavius, quem oppugnandum sibi proposuit, leviuscule hoc argumentum pertractaverat. Nunc autem eo minus dubitandi locus superest, quo certius corruunt et binæ ratiunculæ, quas Garnerius in rem suam addidit, scilicet 1. Quod Nestorius Mariam Χριστοτόκον constanter dixerit; 2. Quod Cyrillus ejusmodi errorem non reprehenderit. Jam enim ab anno 1833 Em^us^ Majus S. Cyrilli homiliam græce edidit (*Collect. Vet. Script.*, vol. VIII, part. II, pag. 108), eamque an. 1844 rursus dedit versione auctam (*Nov. PP. Bibl.*, vol. II, pag. 75), qua utraque ea ratio plane eliditur. En tibi vel unam Cyrilli sententiam, qua et errorem illum arguit, et ideo abusive ab iis Mariam dici Christiparam contendit (n. 10, pag. 82) : Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν κέχρισται, τὴν δὲ ἕνωσιν οὐ βούλονται λέγειν πρὶν ἐκ τῆς παρθένου τεχθῆναι, οὐδὲ χριστοτόκον οὐκέτι πρὸς αὐτῶν ἡ παρθένος ὁμολογηθήσεται. *Jam si post conjunctionem Jesus unctus fuit, conjunctionem autem nullam dicere volunt ante ejus ex Virgine ortum, sequitur ut isti ne christiparam quidem Virginem fateantur.* Et hæc quidem pauca pro argumenti, nimis forte multa pro loci ratione, ad tuendos Patres dicta fuerint.

XLVII. Ὥσπερ δὲ τοὺς τοιούτους παράφρονας ἡ ἀδιαίρετος ἐκκλίνει τοῦ λόγου καὶ ἀμέριστος σάρκωσις, καὶ πάντη τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων ἐξίστησι, Νεστόριοι οὗτοι καὶ Παῦλοί εἰσι, καὶ Θεόδωροι, καὶ οἱ τούτων πρὸς θεομάχον μανίαν συνόμιλλοι[1], οὕτω καὶ τοὺς συγχέειν τὰς φύσεις θέλοντας, καὶ φύσιν μίαν ἐξ ἀμφοτέρων ἐργάσασθαι σπεύδοντας φύσεων, συλλόγων ἔξω τῶν εὐσεβῶν ἀποπέμπεται. Οὔτε γὰρ, κατὰ τὴν ἐκείνων μανίαν, ὁ λόγος σαρκούμενος, τρέψας ἑαυτοῦ πρὸς σάρκα τὴν φύσιν σεσάρκωται, ἀλλ' οὔτε τὴν σάρκα τὴν ἔννουν καὶ ἔμψυχον, ἣν ἐκ παρθένου ταυτησὶ τῆς θεοτόκου προσείληφε, πρὸς φύσιν ἑαυτοῦ τὴν θείαν ἠλλοίωσε, καὶ θεϊκὴν πρὸς οὐσίαν μετέβαλεν· ἀλλ' ἔμεινεν ἄτρεπτος, καὶ μεταβολῆς παντοίας ἀνώτερος, καὶ συγχύσεως πάσης ἐλεύθερος, καὶ σάρκα σαρκωθεὶς τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ γενόμενος δι' ἡμᾶς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος. Μεμένηκε δὲ καὶ ἡ σὰρξ σὰρξ ἀναλλοίω-

[1] Ita cod. pro συνόμιλοι, vel forte pro συνάμιλλοι, quamquam usitatum reperiamus quidem ἀμιλλότερος, non vero ἄμιλλος.

XLVII. Quemadmodum autem inseparabilis hæc et individua Verbi incarnatio tali stultitia insignes præterit, cujusmodi sunt Nestorii, Pauli, et Theodori, horumque in furore adversus Deum collegæ, atque eos proinde a veræ pietatis alumnis plane excludit; sic a piorum cœtu etiam eos removet, qui conantur naturas confundere, atque ex utraque natura unam nituntur naturam efficere. Neque enim Verbum, dum carnem assumeret, suam ipsius naturam in carnem (secundum illorum insaniam) vertendo incarnatus est; neque rursus carnem mentis compotem et animatam, quam ex hac eadem Virgine Deipara assumpsit, in suam ipsius divinam naturam immutavit, in divinamque substantiam convertit; sed immutatus permansit, et a qualibet conversione remotus, ab omnique confusione immunis, et carnem nobis consubstantialem induit, ac verus propter nos homo factus est. Itemque caro nihil prorsus mutata permansit caro,

τος, καὶ πάσης ἔξω τροπῆς καὶ συγχύσεως· καὶ τῷ λόγῳ συμβᾶσα πρὸς σύστασιν, καὶ ἑνωθεῖσα καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ τὴν ἀμέριστον, ἔχουσα μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιον ἄτρεπτον, καὶ σώζουσα, ὅσον εἰς φύσιν καὶ οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, ἀπαράλλακτον πρὸς ἡμᾶς τὴν ὁμοίωσιν, οὐδένα δὲ τοῦ λόγου μερισμὸν ὑπομένουσα, ἢ τομὴν καὶ διαίρεσιν πάσχουσα· ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ λόγου ἰδία καὶ ἰδικὴ χρηματίζουσα, καὶ πρὸς ὑπόστασιν αὐτῷ μίαν συντέχρουσα, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἐπὶ τῶν ἰδίων ὅρων τῆς φύσεως ἑστῶσα καὶ μένουσα δείκνυται· διαφορὰν μὲν φυσικὴν πρὸς αὐτὸν ὑποφαίνουσα, διαφορὰν δὲ προσωπικὴν πρὸς αὐτὸν οὐ γινώσκουσα, ἀλλ' εἰς μίαν μὲν σὺν αὐτῷ τελοῦσα καὶ μόνην ὑπόστασιν, καὶ ταύτην ἐνιαίαν καὶ σύνθετον, οὐ γὰρ ἁπλῆν καὶ

---

cujuslibet et conversionis et confusionis expers; et conjuncta Verbo, ut consistere possit, ipsique secundum individuam hypostasim adunata, id quidem, quod nobis est consubstantiale, sine ulla mutatione retinet, et in nullo pariter mutatam nobiscum similitudinem, quoad naturam et essentiam et substantiam, servat; neque tamen ullam a Verbo divisionem sustinet, neque scissionem aut sejunctionem ullam patitur; sed ipsius Verbi propria est et peculiaris; dumque propter unionem cum eo secundum hypostasim in unam cum ipso personam convenit, propriis tamen naturæ suæ finibus consistens ac perseverans ostenditur; diversam quidem ab ipso (Verbo) præferens naturam, non tamen diversam ab eodem personam ullatenus habens, sed in unam et solam cum ipso hypostasim, eamque unitam et compositam [a] (non enim simplex ea est et incomposita), non autem

[a] Consuetum fuisse SS. Patribus, maxime Græcis, ut Christi Domini personam *compositam* dicerent, ostendit Dionysius Petavius, idque altero ejusdem S. Sophronii testimonio ex encyclica illius epistola confirmat : simul vero egregie, pro more suo, disputat, quo sensu hæc accipienda sententia sit, et quomodo conciliari commode queat cum eorum sive veterum sive e schola recentiorum, qui *simplicem* dicendam esse Christi personam contendunt. Vid. *de Incarnat.*, lib. III, cap. XII-XVI.

ἀσύνθετον, οὐκ εἰς μίαν δὲ φύσιν συνθέουσα σύνθετον· ἀρχὴ γὰρ τοῦτο τυγχάνει συγχύσεως, καὶ κρηπὶς ὑπάρχει τρεπτικῆς ἀλλοιώσεως.

Ὥσπερ οὖν τοὺς διαιροῦντας καὶ τέμνοντας ὁ λόγος σαρκωθεὶς ἀποσείεται, οὕτω καὶ τοὺς ἅμφω τὰς φύσεις συγχέοντας, καὶ κρᾶσιν αὐτῶν καὶ ἀλλοίωσιν φάσκοντας, περιβόλων ἱερῶν ἀποβάλλεται[1]· Σεύηροι οὗτοι[2] καὶ Εὐτυχεῖς, καὶ Διόσκοροι, Ἀπολιναρίοί τε καὶ Πολέμωνες, καὶ πρό γε τούτων Σίμωνες, Οὐαλεντῖνοι, Μαρκίωνες, Βασιλεῖδαι, Μανέντες τε καὶ Μαίνανδροι, καὶ ἡ νῦν κα-

[1] Cod. Cæs. ἀποφαίνεται.

[2] Codex Cæsareus duplici mendo sic binas voces in unam contrahit : σευκροιοῦτοι.

---

in unam compositam naturam conveniens; hinc enim suum confusio ducit initium, hoc convertentis illius mutationis exsistit fundamentum.

Verbum igitur incarnatum quemadmodum illos rejicit, qui scissionem ac divisionem inducunt; ita et eos, qui ambas naturas confundunt, ipsarumque mixtionem atque mutationem prædicant, a sacris septis repellit. Ejusmodi sunt Severi, et Eutychetes, et Dioscori; Apollinarii quoque et Polemones, et ante istos Simones, Valentini, Marciones, Basilidæ, Manetesque[a] ac Mæ-

[a] Communior apud Græcos inflexio nominis Manetis est Μάνης, Μάνου; ita enim, ut aliquos allegem, Cyrillus Hierosol. (*Catech.* VI, n. XXIV), Nazianzenus. (*Orat.* XXV, al. XXIII, § VIII), Nyssenus (*Contr. Eunomium Orat.* X), Chrysostomus (*de Virginit.*, § III), Epiphanius (*Hæres.* LXVI, § I, II), Damascenus (*de Hæres.*, § LXVI). Eusebius tamen Cæsariensis (Hist. Eccl. lib. VII, cap. XXXI) nomen pro Manetis ingenio flectens, utitur voce Μανεῖς, quasi a μαίνομαι (*insanio*) dictus sit, utpote qui, prout idem subdit, τὴν φύσιν μανιώδης (*suapte natura furiosus*) exstiterit, et τυφούμενος ἐπὶ τῇ μανίᾳ. Eadem de causa licet Socrates (Hist. Eccl. lib. I, cap. XXII) de Manete scripserit : μετονομάζει ἑαυτὸν Μάνην (*semet Manem appellat*), tamen in titulo ejusdem capitis legimus : περὶ τοῦ Μανέντος. Utramque pariter formam habes *in Historia Manichæorum a Petro Siculo* conscripta, in qua (n. 11,

κῶς ἀνασκάλλουσα, πᾶσα τῶν ἀκεφάλων αἵρεσις πολυκέφαλος· ἡ ἕνα μὲν πόλεμον καὶ κοινὸν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔχουσα, μυρίους δὲ πρὸς ἑαυτὴν καὶ παυομένους[1] μηδέποτε φέρουσα[2]. Ταῦτα οὖν τὰ ὄντως ἱερὰ καὶ πανίερα, καὶ ἀκοῶν ἐνθέων ἐπάξια τῶν εὐσεβούντων ἡμῶν εὐαγγέλια, ἡμᾶς μὲν ἡδέως προσίεται, ἐκείνους δὲ τοὺς μιαροὺς καὶ παράφρονας ἔξω διώκει ταυτησὶ τῆς εὐαγγελίου αὐτῶν πανηγύρεως, ὡς ἀσεβῶς αὐτὰ νοοῦντας ἐκείνους καὶ λέγοντας.

[1] Cod. Cæs. πανομίους.

[2] Cod. Cæs. heic finem fecit hisce verbis : τέλος καὶ τούτων, eorum nempe quæ ex Sophronii sermone scriptor decerpserat.

---

nandri, et quæ nunc omnia agitat, universa acephalorum polycephala hæresis : quæ quidem unum communeque adversus pietatem bellum gerit, innumera vero ac nunquam finem habentia in se ipsa bella patitur. Hæc itaque vere augusta, immo vero augustissima, divinisque piorum auribus plane digna, quæ modo annuntiamus, nos quidem suaviter invitant ; sed a solemni lætitia felicis eorum annuntiationis sceleratos illos ac stultos foras expellunt, quippe qui impie de iisdem et sentiunt et loquuntur.

apud Mai, N. PP. *Bibl.*, tom. IV, part. II, pag. 15) et δυσώνυμος Μάνης (*infausti nominis Manes*) occurrit, et (n. 21, pag. 29) τοῦ Μανέντος μαθητὴς Κωνσταντῖνος (*Manetis discipulus Constantinus*), quamquam Petrus, non secus ac Socrates, scribit (n. 12, pag. 17) : ἀντὶ Κυβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν (*pro Cubrico Manetem se nominavit*). Attamen Nicetas Choniates (*de Manichæis*, apud Mai, ibid., pag. 110) vocem Μανέντα adhibet, ubi et de nomine assumpto a Manete agit : Ἐκεῖνος γὰρ Κούβρικος ἐκαλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλεσεν ἑαυτὸν Μανέντα (*Is enim antea Cubricus appellabatur ; deinde semet Manetem nominavit*) ; licet nec alia forma desit apud eumdem Nicetam, qui mox subdit : δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίων γλώσσῃ τὸ σκεῦος (*significat autem Manes Babyloniorum lingua vas*). Imo apud Theodoretum cernere est (Hæret. fabul. lib. I, cap. XXVI) non modo Μάνης, et Μανέντος, sed tertia quadam inflexione εἰς Μάνητα. Hæc adnotata fuerint, ut pateat, quorsum Sophronius usus fuerit voce Μανέντες, quam eadem ætate usurpavit et S. Maximus, ubi (tom. II, p. 18) Severo exprobrat, quod et Μανέντος φαντασίαν docuerit.

XLVIII. Ἐγὼ δὲ ὁ ἐλάχιστος, ὁ τούτων προελθὼν κήρυξ τήμερον, πρὸς μόνους ὑμᾶς, τοὺς εὐσεβείας παῖδας καὶ πίστεως, καὶ δεχομένους εὐσεβῶς τὰ λεγόμενα, μεγαλοφώνως βοῶ, καὶ διαῤῥήδην κηρύττω καὶ φθέγγομαι· εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια· εὐαγγέλια[1] τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, εὐαγγέλια τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ δι' ἡμᾶς· εὐαγγέλια τῆς Θεοῦ παρουσίας πρὸς ἡμᾶς· εὐαγγέλια ἐνανθρωπήσεως Θεοῦ τῆς ἐξ ἡμῶν· εὐαγγέλια ἀσπόρου συλλήψεως Θεοῦ· εὐαγγέλια κυοφορίας Θεοῦ παρθενικῆς· εὐαγγέλια ἀτρέπτου συνδρομῆς Θεοῦ πρὸς σάρκα· εὐαγγέλια, ἐφ' οἷς ἡμεῖς οἱ ἀπόβλητοι ὑψούμεθα καὶ θεούμεθα, καὶ θεοὶ κατὰ χάριν γινόμεθα. Οὐκέτι φθορὰν δεδιττόμενοι· οὐκέτι πάθη φοβούμενοι· οὐκέτι θάνατον

[1] Nic. pag. 242 omittit hoc εὐαγγέλια, quam deinde vocem ex sequenti inciso et hoc et deinceps suffuratur, usque ad πρὸς σάρκα, ubi sermoni abrupto conjungit quæ § L occurrunt : Ἆρα μὴ ταπεινὴ κ. τ. λ.

XLVIII. Ego autem minimus[a] ad hæc prædicanda hodie cum prodierim, ad vos solos, pietatis fideique filios, ac pie illa, quæ dicuntur, excipientes, clamo voce magna, et palam promulgo, et dico : *Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium.* Bonum nuntium Salvatoris nostri ; bonum nuntium Dei propter nos incarnati ; bonum nuntium divini ad nos adventus ; bonum nuntium Dei naturam humanam e nobis assumentis ; bonum nuntium conceptionis Dei sine semine ; bonum nuntium Dei in virgineo sinu gestati ; bonum nuntium Dei cum carne sine mutatione conjuncti ; bonum nuntium, cujus virtute nos abjecti erigimur, et deificamur, et dii secundum gratiam efficimur. Jam non amplius corruptionem timemus ; non amplius passionibus

[a] Et ex his colligi potest, hanc orationem a S. Sophronio adhuc monasticam vitam agente habitam fuisse, antequam scilicet Hierosolymitanam Ecclesiam gubernandam susciperet. Licet enim Episcopus cum Episcopo agens interdum semet ἐλάχιστον appellat, uti Cyrus Alexandrinus in inscriptione Epistolæ ad Sergium Constantinopolitanum (Act. XIII Synod. VI) ; non eadem tamen ratione oves suas pastor alloqui solebat.

τρέμοντες· οὐκέτι τὸν μιαρὸν ὀρρωδοῦντες διάβολον· οὐκέτι τὰς ἀφανεῖς αὐτοῦ προσβολὰς εὐλαβούμενοι· οὐκέτι τὰς φανερὰς αὐτοῦ τυραννίδας δειμαίνοντες· ἀλλ' ὅλοι θεοὶ φαινόμενοι, ὅλοι θεοειδεῖς εὑρισκόμενοι, ὅλοι τῆς ἄνω χορείας[1] γραφόμεναι, ὅλοι πολῖται τῆς ἄνω πόλεως Ἱερουσαλὴμ θεωρούμενοι. Ἔνθα γὰρ ἂν σχῶμεν ἡμῶν τὸ πολίτευμα, ἐκεῖ καὶ τοὺς κλήρους δεξόμεθα, καὶ τὰς ἀῤῥήτους μονὰς κατοικήσομεν[2].

XLIX. Τούτων ἁπάντων, ἀδελφοί, τὰ εὐαγγέλια φέροντες, πρὸς τοὺς φιλτάτους ὑμᾶς ἀφικόμεθα τήμερον. Τούτων γὰρ ἁπάντων ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ κρηπὶς καὶ θεμέλιος τὰ νῦν πρὸς ὑμᾶς εὐαγγέλια πέφυκεν. Ἐκ τούτων γάρ, ὡς ἐμάθετε, πᾶσα ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀφθονία πηγάζει, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς τινος ἀναβλύζουσα, καὶ

[1] Cod. χρίας.
[2] Cod. κατοικήσωμεν.

---

terremur; non amplius mortem expavescimus; non amplius scelestum diabolum trepidamus; non amplius occultas ejus insidias metuimus; non amplius manifestam ejusdem tyrannidem formidamus; sed omnes dii cernimur, omnes Deo similes deprehendimur, omnes cœlesti choreæ adscripti, omnes supernæ civitatis Jerusalem cives conspicimur. Ubi enim conversationem nostram habemus[a], ibi hæreditatem quoque accipiemus, et ineffabilem mansionem obtinebimus.

XLIX. Horum omnium bonorum nuntium lætissimum ad vos dilectissimos, fratres, hodie pervenientes attulimus. Namque horum omnium origo, et radix, et fundamentum, et basis ea sunt, quæ modo vobis annuntiavimus. Ex his siquidem, uti nostis, tanquam e fonte quodam dimanans, nobis omnis bonorum copia profluit, atque universam pariter terram irrigat, et

[a] Patet e contextu hæc Sophronii verba ad illud Apostoli spectare (*Phil.* III, 20) : ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, *nostra autem conversatio in cœlis est.*

πᾶσαν ὑμοῦ τὴν οἰκουμένην ἀρδεύουσα, καὶ εὐφραίνουσα καὶ ἐκτρέφουσα, καὶ εἰς οὐρανίους αὐλὰς ἀναφέρουσα, καὶ τῶν ἐκεῖσε θειοτάτων μονῶν καὶ μακαρίων δωρεῶν κοινωνοὺς ἀποφαίνουσα. Καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις βοῶ γεγηθὼς διαπρύσιον· εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια· πρὸς ἅπερ ὑμᾶς καλῶ καὶ προτρέπομαι, καὶ ἅπερ ὑμᾶς ἑορτάζειν βεβούλημαι σήμερον. Ἔνθεν γὰρ ἡμῶν ἡ σωτηρία προέρχεται· ἔνθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερία πυρσεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ πρὸς Θεὸν υἱοθεσία μαιεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ ἀνάκλησις τίκτεται· ἔνθεν ἡμᾶς ὁ λόγος σώζειν καὶ Θεὸς ἀφικόμενος τῆς σωτηρίας ἀπάρχεται. Ταύτην τῆς εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας ποιεῖται προοίμιον· ταύτην τῆς ἡμῶν θεουργίας τὴν ἀρχὴν ἐπεδείξατο· ἧς ἀνθρώποις οὐδὲν θυμηρέστερον· ἧς γηΐνοις οὐδὲν τιμαλφέστερον· ἧς τοῖς θνητοῖς οὐδὲν χαριέστερον· ὅθεν ὁ δεύτερος Ἀδὰμ, τὴν παρθένον γῆν προσλαβόμενος, ἀναμορφώσας ἑαυτὸν ἀνθρωπίνῳ τῷ

---

exhilarat, et nutrit, et ad cœlestes aulas reducit, et divinissimarum, quæ illic sunt, mansionum, ac beatorum munerum participes efficit. Ac propterea sæpius vehementi voce cum gaudio exclamo : *Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium;* propter hoc vos voco et excito, et ut hodierna die hoc festive celebraretis, optavi. Inde enim salus nostra procedit; inde nobis elucet libertas; inde nostra in Dei filios adoptio enascitur; inde nostra revocatio paritur; inde Verbum ac Deus ad nos salvandos accedens salutiferum opus inchoat. Hoc suæ in nos misericordiæ facit exordium; hoc statuit deificationis nostræ initium, quo nihil jucundius hominibus, quo nihil terrestribus pretiosius, quo nihil mortalibus gratius; unde secundus Adam, terra virgine[a] assumpta, se ipsum humano habitu (ut primum quondam Adamum) formans, alterum humanitati creationis initium facit,

[a] Frequentissima apud SS. Patres occurrit comparatio sanctæ Virginis cum terra illa virgine, e qua primus Adam formatus est. Comparationem autem inde etiam institui, quod utraque terra purissima fuerit, nec maledictioni subjecta, in Commentario prosequimur.

σχήματι, δευτέραν ἀρχὴν τῇ ἀνθρωπότητι τίθεται, τὴν τὴς προτέρας ἀνακαινίζων παλαίωσιν, καὶ δευτέραν ἡμῖν δεικνὺς ἀπαλαίωτον, τὸ μὲν συγγενὲς πρὸς ἐκείνην καὶ ὁμόφυλον ἔχουσαν, οὐ φέρουσαν δὲ πρὸς αὐτὴν τῆς ζωῆς τὸ ὁμότροπον, οὔτε τῆς ἀξίας καὶ δόξης ἱερᾶς τὸ ἰσόρροπον. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ κατεκρίνετο· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἠλευθέρωται μέμψεως. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, θείκῶν αὐγῶν ἐξωρφάνισται· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ, οὐρανίων αὐγῶν ἀναπέπλασται. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, τὸν ἐκ γῆς χοϊκὸν καὶ χοόφρονα, δουλείας ζυγὸν ὑπεβάσταξεν· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ καὶ Θεοῦ υἱὸν ὁμοούσιον, υἱοθεσίας ἀξίωμα δέχεται· καὶ ἀββᾶ, ὁ πατὴρ, κράζειν καὶ βοᾶν κατεπλούτησεν.

L. Ἆρα μὴ μικρὰ ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ εὐαγγέλια; ἆρα μὴ εὐτελὴς τῶν ἡμετέρων εὐαγγελίων ἡ κήρυξις; ἆρα μὴ ταπεινὴ καὶ κα-

---

prioris renovans vetustatem, et secundam nobis exhibens non inveteratam, quæ ejusdem cum (priori) illa est naturæ atque ejusdem propaginis, non tamen eosdem cum illa habet vitæ mores, neque per dignitatis et sublimis gloriæ pondus. Illa per primum Adam condemnata fuit; hæc a crimine per secundum Adam est liberata. Illa per primum Adam divinis exspoliata fuit splendoribus; hæc per secundum Adam cœlesti luce est restaurata. Illa per primum Adam *e terra terrenum*[a], ac terrena sapientem servitutis jugum subiit; hæc per secundum Adam et consubstantialem Dei Filium *adoptionis in filium* dignitatem recepit, et clamandi ac vocandi, *Abba, Pater*[b], potestate aucta est.

L. Numquid, fratres, levis momenti hoc nostrum est nuntium? Numquid nullius pretii annuntiationis nostræ est præconium? Numquid exiguus ac despiciendus nuntii nostri splendor? An

[a] I *Cor.* XV, 47.
[b] *Rom.* VIII, 15.

τάπτυστος[1] τῶν ἡμῶν εὐαγγελίων ἡ ἔκλαμψις; ἢ[2] οὐ πᾶσαν ὑπερβαίνει λαμπρότητα, καὶ πᾶσαν ὑπεραίρει φαιδρότητα, καὶ πᾶσαν[3] ἀποκρύπτει κομψότητα; καὶ[4] διὰ τοῦτο βοῶ πρὸς τοὺς κοινωνοὺς ὑμᾶς καὶ ὁμόφρονας· καὶ[5], εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, βοῶν οὐ κορέννυμαι. Ἔτι τρέχειν βουλόμενον καὶ καλῶς εὐδρομεῖν ἐφιέμενον, ἐπέχω τὸν λόγον. Κεκμηκότας γὰρ ὁρῶ τοὺς ἀκούοντας, καὶ ταῦτα μὴ κορεσθέντας τῆς τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἡμῶν ἀκροάσεως. Τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον ἔχετε, ἀλλ' ἀσθενῆ τὴν σάρκα· ἐπεὶ καὶ λόγου κόρον περίκεισθε, καὶ ἐπὶ πλεῖον μοχθεῖν οὐκ ἰσχύετε. Οἶδα δὲ ταῖς ἀκοαῖς καὶ λόγου κόρον πολέμιον, κἂν θεῖος ᾖ καὶ ὑπέρτατος, καὶ μάλιστα ταῖς ἀψικόρως[6] πρὸς λόγων ἐχούσαις ἀκρόασιν. Ἱερῶς τοίνυν καὶ ὑψηλῶς τῶν ὑψηλῶν ἡμῶν

[1] Nic. pag. 242 omit. καὶ κατάπτυστος.
[2] Nic. omitt. ἢ.
[3] Nic. πᾶσιν.
[4] Nic. omitt. καὶ.
[5] Nic. partic. καὶ postponit ter repetita voci εὐαγγέλια.
[6] Cod. ἀψικόρως.

---

potius non omnem fulgorem, omnemque nitorem superat, atque omnem obscurat venustatem? Propterea ad vos consortes, eademque sapientes clamo, et clamans, *bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium*, non satior. Sermonem excurrere adhuc volentem et ulterius expedito gressu progredi cupientem, cohibeo. Jam enim defessos auditores cerno, quanquam sublimium annuntiationum nostrarum auditione nondum satiatos. Spiritum siquidem promptum habetis, sed carnem infirmam[a]; quoniam et sermonis satietate tenemini, et laborem ferre ulterius non valetis. Scio autem satietatem sermonis, utut divinus hic sit et sublimis, etiam audiendi alacritati inimicam esse, præsertim vero si quis in sermonibus audiendis ad fastidium sit pronus. Sancte igitur et sublimi sensu sublimium ac

[a] *Matth.* XXVI, 41.

εὐαγγελίων καὶ ἱερῶν, τὴν ὑψηλὴν καὶ ἱερὰν ἑορτὴν ἑορτάσωμεν· καὶ ἀξίως αὐτὴν καὶ πρεπόντως τιμήσωμεν· ἵνα δι' αὐτῆς ἀμαχότατα τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν ἡμῖν αὕτη ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ γεννήτρια πέφηνεν, ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλωσύνη, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

---

sanctarum annuntiationum nostrarum sublimem sanctamque celebremus solemnitatem, ac digno ipsam ac decenti honore prosequamur, ut per ipsam invictissime consequamur bona illa cœlestia, quorum ipsa nobis radix et fons, et mater apparuit in ipso Christo Jesu Domino nostro, quocum Patri et Sancto Spiritui gloria, honor, imperium, majestas in sæcula sæculorum. Amen.

IN JOHANNIS GEOMETRÆ ORATIONEM

PRÆFATIO.

Quid de Johanne Geometra constet, § I. — De ejusdem ætate, § II. — Quo loco ipse habendus sit, § III. — De ejusdem homiliis, § IV. — De homilia in Annuntiationem testimonia, § V. — Quæstio de hujus homiliæ conditione, § VI.

I. *Johannes Geometra quis fuerit*, inquit Guillelmus Cave[1], *nondum comperi;* et responsum haud absimile nobis redditur, ubi de Johanne Geometra scitemur quotquot demum veterum Scriptorum historiam tradunt. Illud tamen ex Vaticano codice *inter græcos Palatinos N.* 402 discere certo licet, presbyteratus ordine eum insignitum fuisse; exstat enim ibi ejusdem oratio[2] de sua ipsius in presbyterum ordinatione, ex qua etiam novimus eum, nedum matura, sed satis provecta ætate, quando jam canescebat, viribusque elanguere cœperat, presbyterum consecratum[3]. Præterea, quod et Remigius Cellier[4], et Casimirus

[1] *Hist. Litter. Dissert. de Script. incert. ætat.* V. Johannes.

[2] Fol. vers. 360, et hunc præfert titulum : Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν ἡνίκα πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη· *ejusdem in se ipsum cum consecratus est presbyter;* incipit : Ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς κ. τ. λ.

[3] Sic enim ille : Εἰ δέ τις εἴη τῶν οἵος ἐγὼ, ᾧ πολιὰ μὲν ἡ θρὶξ, νωθρὰ δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου ἡ δύναμις, ὑπότρομος δὲ καὶ ὑποσκάζων ὁ λόγος, τοῦτον ἐν τοῖς ἱδρῶσι τῶν ἀγωνιστῶν ἐπευφραίνεσθαι κ. τ. λ.

[4] *Histoire gén. des Auteurs sacr. et ecclés.*, vol. XX, chap. XXIII, § 9.

Oudinus[1] jam animadverterant, monasticam vitam professum illum fuisse, haud anceps indicium suppeditat ejusdem opusculum cui titulus est *Paradisus*, quodque cum Morelliana versione jam in editis habemus[2]. Satis fuerit hic descripsisse primum e XCIX tetrastichis quibus totum opus absolvitur[3] :

Sanctorum cœtus vere est paradisus amœnus,
Unde animis afflat suavis et almus odor.
Ergo cui affectu sunt pectora læsa profano,
Huc veniat, florem carpat et ambrosiæ.

Cœtu autem sanctorum, ad quem Auctor invitat, nihil designari aliud, quam Cœnobitarum monasterium, non modo res ipsa clamat, sed et alia tetrasticha confirmant, ubi et monachorum mentio injicitur et de monasticis virtutibus agitur, exemplis antiquiorum cœnobitarum Antonii, Arsenii, Bessarionis, Agathonis, Achillæ propositis.

Imo, si fides habenda est alterius sermonis titulo, quem referunt tum Christophorus Harles in suis ad Fabricii Bibliothecam Græcam additamentis[4], tum Johannes Iriarte in recensione Codicum Græcorum Mss. Bibliothecæ Matritensis[5], qui et prolixum ejusdem sermonis fragmentum exhibet[6], haud plane immerito conjicere quispiam posset, Johannem nostrum episcopali quoque dignitate deinde decoratum fuisse. Titulus enim est : *Johannis Protothroni Geometræ sermo de malo*[7]. Porro

[1] *Comment. de Script. Eccl.* sæc. XI ad an. 1050, vol. II, col. 615.

[2] Append. ad *Biblioth. PP. Græc. lat.* Paris., 1634.

[3] Ibid., pag. 446.

Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστιν,
Ὀδμῆς ἡδείης πείρατα πιμπλάμενος·
Πᾶς οὖν ὃς παθέεσσιν ἐπεπλήγει φίλον ἦτορ,
Δεῦρ' ἴτω ἀμβροσίης ἄνθεα δρεψόμενος.

[4] Vol. VIII, pag. 625.

[5] Titulus operis est : *Codices Græci MSS. Bibliothecæ Matritensis, etc.* Matriti, 1769.

[6] Op. cit. Cod. LXXXII, pag. 301.

[7] Op. et loc. cit. Ἰωάννου Πρωτοθρόνου τοῦ Γεωμέτρου περὶ τοῦ μήλου. Initium autem sermonis est : Τὸ μὲν γάλα λευκόν· τὸ δὲ μέλι χλωρόν, κ. τ. λ.

quæcumque de usu vocis Πρωτοθρόνου suppetunt veterum monumenta, eo collineant omnia, ut nemo, qui episcopalem aliquem thronum non tenuerit, hoc titulo exornatus putetur[1].

II. De certa pariter ætate, qua Geometra vixerit, nondum constat, licet nonnulli temporis fines, lati ii quidem, aliqui tamen assignari jam possint, quibus nec antiquior nec recentior dicendus sit. Alterum nobis limitem hæc ipsa, nisi fallor, oratio præbet, quam edimus. Nam ubi ad explanandum dominicæ incarnationis mysterium Johannes accedit, non eutychianam modo, verum etiam monotheliticam hæreticam confusionem sat diserte perstringit[2] et impugnat. Post exortam igitur monothelitarum hæresim scriptus est Sermo. Alterum vero limitem certum defigit *Catena Patrum in Lucam* ab Eminentissimo Angelo Maio græce edita[3], et Nicetam Constantinopolitanum diaconum habens auctorem. Cum enim multa e Johannis Geometræ scriptis Niceta decerpserit, et suæ collectioni inseruerit, idque post medium sæculum XI præstiterit, palam est Geometram ante id temporis floruisse.

Juverit autem et illud heic commemorasse, quod in opusculo Eustathii Thessalonicensis per Eminentissimum Maium recens græce edito, in Commentario, inquam, ad S. Johannis Damasceni pentecostalem hymnum[4], hac de re legimus. Postquam enim Eustathius in proœmio[5] Sumanem (Σουμάνην) Chartophylacem, et Michaelem Protecdicum laudavit, quod S. Johannem Damascenum imitati iambicos versus in honorem patroni Thessalonicensis civitatis, nempe S. Martyris Demetrii, scripserint, continuo

[1] Conf. *Du Cang. Gloss. Græc* ad V. ΘΡΟΝΟΣ, et *Gloss. Lat.* ad V. PROTOTHRONUS.

[2] Conf. § XXI.

[3] *Script. Vet. N. Collect.* vol. IX a pag. 626. Hunc autem præfert titulum : Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν παρὰ ΝΙΚΗΤΑ διακόνου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας διδασκάλου. *In sanctum evangelium secundum Lucam enarrationum collectio e diversis interpretibus per Nicetam magnæ Dei Ecclesiæ diaconum magistrum.*

[4] *Spicil. Rom.*, tom. V a pag. 161 seqq.

[5] *Ibid.*, pag. 165.

subdit, ante hos ipsos scribendis ejusmodi versibus felicem operam Johannem quoque Geometram navasse. Comperta ergo ætate, qua uterque illorum vixerit, erui forte quidpiam poterit, quod spatium illud, a monothelitarum hæresi ad medium XI sæculum ductum, coarctandum adhuc suadeat. At vero cum de Michaelis Protecdici ætate constet; nam miser ejus lapsus, quem ibidem Eustathius innuit, dubitare non sinit, ibi de Michaele illo agi, qui exiguo annorum intervallo ab ipso Eustathio distat: de Sumane tamen (quod ex ipso Eustathio agnomen cujusdam diaconi videtur) fateor, nihil unde epocham conjicere liceret, adhuc offendi. Innuisse tamen hæc ideo non inutile duxi, quod forte alteri cuipiam, quæ de Sumane ipse ignoro, quæque ad solvendam præsentem controversiam pertinent, comperta esse queant.

Interim illud unum ratum habeamus, quod ostendimus Johannem Geometram neque antiquiorem monotheliticis turbis neque sæculo medio XI recentiorem haberi posse. *Illud unum*, inquam; nam quod quidam nulla alia, ut videtur, de causa, nisi ut ne prorsus de eo taceant, certam aliquam epocham designare maluerint, uti v. gr. Casimirus Oudinus, qui[1] anno 1050 et Combefisius qui[2] medio sæculo X aut XI Geometram vixisse affirmarunt, pro nihilo habendum est. Numquid enim non pari jure ad sæculum IX eumdem scriptorem referre quispiam posset? Quod si nonnihil verisimilibus conjecturis tribui oporteat, hoc unum forte non abnuendum videbitur, eo ipso quod tam multa e Geometra in catenam suam Nicetas derivavit, omnibus perpensis rei adjunctis, haud improbabiles duci posse rationes opinandi, ab Geometra Nicetam non omnino exiguo annorum intervallo sejunctum fuisse[3].

III. Quanquam vero incomperta adhuc manent Johannis Geometræ tum gesta tum certa ætas; non æque tamen obscurum

[1] *Loc. cit.*

[2] *Recens. Auctor. Bibl. Conc.* vol. I, pag. 23.

[3] Hippolytus Marraccius (Biblioth. Marian., part. I ad V. Johannes Geometra) scribit, eum *floruisse circa annum salutis per Christum reparatæ* 980. Unde tamen id didicerit, tacitus præterit.

est, quodnam de eo judicium, scriptis ipsius inspectis, ferendum sit. Balthassar Corderius in prævio indiculo Patrum, quorum scriptis texitur catena, quam vulgavit in Lucam, hanc de Geometra ferendam sententiam censuit[1] : *Eum multa etiam soluta oratione non eleganter minus quam nervose scripsisse, apparet ex fragmentis ejus non paucis nec parvis, hac Catena citatis, in quibus et sublimem theologum, historicum eruditum, et interpretem ac ecclesiasten eximium agit.* Marraccius[2] eumdem tanquam *oratorem ac poetam suo tempore insignem* deprædicat. Nec aliter Combefisius[3] ipsum ceu *devotum auctorem et eruditum* laudat. His vero consonant, quæ in allegato commentario de eodem Johanne multis ante sæculis scripserat Eustathius[4] in hæc verba : *Ante ipsos vero* (ante Sumaneu videlicet et Michaelem Protecdicum) *cum eidem huic operi* (carmina scilicet iambica scribendi in augustissimam Christi nascentis solemnitatem) *manum admovisset sapientissimus Johannes Geometra, ipse quoque habuit quo gloriari posset, et æque splendida tum nobilitatis tum perspicuitatis tum suavitatis laude refulgeret.*

IV. Quod attinet ad nostri Johannis scripta, quæ in laudibus beatissimæ Dei Genitricis versantur, ea edendi consilium præclaro viro Hippolyto Marraccio olim fuisse, ipse, ut in ejusdem opusculis legere est, de se testatur[5]. Quid tamen in hoc *Geometræ Mariali* (hoc enim titulo se ea editurum significabat) complecti vellet, nihil explicat. Verum, ut nunc prætermittamus hymnos quos cum Morelliana metaphrasi in editis jam habemus,

[1] N. XXXII.

[2] *Loc. cit.*

[3] *Loc. cit.*

[4] *Loc. cit.* Πρὸ δὲ αὐτῶν εἰς ὁμοιον ἔργον πονησάμενος ὁ σοφώτατος Ἰωάννης ὁ Γεωμέτρης ἐπὶ τῇ πανσέπτῳ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἑορτῇ, ἔσχεν αὐχῆσαι καὶ αὐτὸς ὁμοίῳ φωτὶ καὶ σεμνότητος καὶ σαφηνείας καὶ γλυκύτητος λαμπρύνασθαι. Inedita igitur Geometræ carminibus et hi iambi in Christi Natale adjungendi sunt, nisi quod et deperditis forte connumerandi. Nam inter Geometræ carmina adhuc in mss. codicibus latitantia, quæ omnium postremus recenset Christoph. Harles (l. c.), nulla horum memoria occurrit.

[5] In *monito* præfixo *S. Germani Mariali.*

tres ille in sua *Bibliotheca Mariana*[1] indicat hujus argumenti sermones, quos deinde et ab aliis commemoratos videas, videlicet, 1 *in Annuntiationem Virginis*, 2 *in passionem Domini et Deiparam*, 3 *in Deiparæ dormitionem;* quorum quidem postremus ut aliquando in lucem prodiret, etiam Franciscus Combefisius[2] se in votis maxime habuisse significat. Et hos quidem omnes exiguæ huic syllogæ libenter inseruissem : sed ne desiderium opere explerem, temporum (quod ille intelliget, qui a Marraccio[3] noverit, ubinam posteriores bini recondantur) calamitas præpedivit. Quanquam non solam heic temporum nostrorum incusandam calamitatem habemus. Exstant enim, exstant harum homiliarum exemplaria nonnulla, præter illud, quod Marraccius indicat; idque vel ex eo satis manifeste appareret, quod earum initia non modo, sed et excerptum aliquod tradere nonnulli potuerint. Verum ne præterea innuerent, ubinam codices illi serventur, plane hereditariæ, quam a nativitate omnes contrahimus, miseriæ debetur. A primævo enim illo vitio est, quod litterati quidam ita vanæ gloriolæ umbram depereant, ut sui ipsorum honoris existimationisque deputent jacturæ, quidquid alii in scientia paululum proficiant; ac zelotypiæ tabe misere absumpti mss. codices atque etiam editos interdum libros, unde aliquid communiter minus notum forte didicisse se arbitrentur, revelare abnuant, imo, si fieri possit, aliorum oculis manibusque studiose subducant. Illud unum itaque reliquum fuit, ut primam illam ederem *in Annuntiationem,* quam Hippolytus Marraccius, vir non christianis virtutibus minus quam scientiæ copia eximius, qui propterea illud facto clamaret[4] : *Quam (sapientiam) sine fictione didici, et sine invidia communico*, in Vaticanis codicibus prostare significaverat[5].

[1] *Loc. cit.*

[2] *Loc. cit.*

[3] *Biblioth. Marian., loc. cit.*

[4] *Sap.* VII, 13.

[5] Alteram Geometræ homiliam in Virginis Deiparæ Annuntiationem memorat Fabricius (*Bibl. Græc.*, vol. X, pag. 281, edit. Harl.), cujus est initium ? Ὁ πολὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος. Ubi tamen reperiatur, non indicat. Mirum

V. Hanc autem certo auctori, Johanni Geometræ, adscribendam esse non Vaticanus modo codex inter Græcos Palatinos n. 402 fidem facit, et cum eo Coislinianus n. CVI, qui in Imperiali parisiensi bibliotheca servatur, ac Baroccianus XXV, sed testantur et alii græci mss. codices, ut ex heortodromio patet Nicodemi monachi[1], qui et in *Prolegomenis ad canonem Annuntiationis*[2] eam inter alias ejusdem argumenti homilias recenset, et deinde per decursum commentarii ad eumdem canonem subinde nonnulla, ex ea decerpta, fragmenta refert. Accedit, quod ejusdem orationis particulas, modo breviores modo longiores, sub Geometræ nomine recitatas cernimus tum in Catena Nicetæ diaconi, de qua superius, tum in altera Græcorum Patrum Catena in Lucam, quam Corderius edidit : quibus addi posset et *aurea S. Thomæ Aquinatis* in eumdem Lucam *Catena ;* quanquam æquivocum sit hujusmodi testimonium, propterea quod Geometræ sententias nimis vaga *Græci* inscriptione designet, quam deinde notam exegesi ex aliis quoque scriptoribus selectæ præfigit.

VI. Verum cum non mediocre commodum, illudque duplex, istæ veterum Catenæ nobis afferant, tum quia certum Sermonis auctorem produnt, tum quia ad veram loci alicujus lectionem statuendam subinde non parum conferunt ; at simul aliam inducunt quæstionem, quæ facilem explicationem non habet. Quid istuc sit, paucis expedio. Cum Geometræ fragmenta, quæ vel in Corderii vel in Nicetæ Catenis recurrunt, diligenter conferenda censuissem, tum ut codicis vaticani fidem probarem, tum etiam ut aliquod forte subsidium ad obscuriora loca interpretanda ex

vero, quod idem Fabricius cum hanc ipsam, quam edimus, censuisset inter homilias in salutationem Virginis (loc. cit.), mox (ibid. pag. 282) eamdem recenset quasi ejusdem Geometræ homiliam *gratulatoriam ad B. Mariam de Filii resurrectione*. Nisi forte Fabricium quispiam deceperit, qui memoratam in ea fortuito videns dominicam resurrectionem, nihil ultra quærens, in ipsa de Christi resurrectione agi scripserit.

[1] De hoc opere alias diximus in *Præfat. ad orat. Isidori Thessalonic.*, part. I, pag. 204.

[2] Pag. 208, not. 1.

diversa, si qua esset, lectione accerserem, ecce mihi certa quædam, ad idem profecto Annuntiatæ Virginis argumentum spectantia, at quæ in vaticano codice desiderabantur. Et erant quidem nonnulla, quæ amanuensis indiligentiæ tribui possent, v. gr. quod ubi Virgo Deipara in Veteris Testamenti typis eleganter describitur[1], integram cernerem excidisse periodum. At cum plura alia abesse a vaticana homilia animadverterem, neque idoneam defectus hujus rationem ex librariorum oscitantia petere possem, alterutrum statuendum fuit, aut vaticanum exemplar multis ex partibus mancum esse, aut fragmenta, quæ in prædictis Catenis imo et in aurea Angelici Doctoris recurrunt, non ex hac homilia, sed ex ejusdem scriptoris Commentariis in Evangelia fuisse decerpta. Nam commentaria in Evangelium Lucæ Geometram scripsisse, ille ultro dabit, qui memoratas Catenas paululum pervolverit. At sincere fateor, quid de hac re decernendum demum sit, nondum video. Nam hinc quidem quæcumque inserta Nicodemi monachi commentariis fragmenta legebam, nullum eorum in vaticano exemplari desiderandum fuit; cumque, ne huic tantummodo imperfectæ inductionis argumento judicium niteretur, ex alio fonte, id est e Coisliniano codice exemplar accuratissime descriptum obtinuissem, huic quoque vaticanum plane consonum perspexi. Inde vero cum Catenarum fragmenta quæ vel ex parte, vel ex toto in homilia desunt sedulo considerarem, tria notatu dignissima occurrebant: primo enim homiliæ particulas interdum hisce fragmentis insertas cernebam, quæ nullo modo adscititiæ aut aliunde avulsæ et huc intrusæ putari possent, sed commodissimam et sibi propriam ac veluti nativam sedem ibi habere viderentur; deinde vero quædam alia in Catenis comperiebam fragmenta, quibus in homiliam adscitis, totius orationis ac sententiarum nexus non modo non abrumpitur ac perturbatur, verum etiam ita perfici, imo et compleri videtur, ut iis sublatis quodammodo hiulcus apparere possit, et compendii causa detruncatus; denique si eam homiliæ partem inspiciamus, quæ in explanando sanctæ

[1] Vid. § XXV.

Virginis et Gabrielis colloquio versatur, eam non ægre deprehendimus deficientem nonnullis, quæ dein suppleri ex fragmentis partim possint; imo vero quædam homiliæ verba postulare videntur, ut nonnulla præcesserint quæ in fragmentis quidem habemus, in homilia autem vix innuuntur.

Quænam porro probabilis horum ratio reddi posset? Rem itaque sapientiorum arbitrio relinquendam censui. Ne tamen prorsus taceam, quænam menti succurrerint, in primis nullus videtur locus reliquus esse suspicioni, hanc forte homiliam non Johannis Geometræ esse, sed alterius, qui ex ejusdem Commentariis plura illa in eam congesserit. Hinc enim Geometræ stylus propriam quandam faciem habet, et simul ejusmodi est, ut non facile eum quispiam imitari possit; inde vero manifestum est, totam, quanta est, homiliam eundem perpetuo sibique constanter similem stylum præseferre. Cum itaque homilia auctori Geometræ tribuenda necessario sit, minus improbabiliter suspicari alius posset, eam reipsa fusiori calamo ab illo digestam fuisse; detruncatas tamen esse nonnullas deinde partes, quæ, sin minus omnes et integræ, in Catenis illis servatæ fuerint. Verumtamen, ut ratio reddatur cur ab homilia absint nonnulla, quæ ad ipsam spectare videntur, et in Catenis leguntur inserta, non ea necessaria est hypothesis. Existimare enim non absurde alius posset, homiliam nulla sui parte imminutam unquam fuisse; sed Geometram, qui et homiliæ auctor est et commentariorum in Lucam, prouti alios quoque e SS. Patribus interdum factitasse novimus, vel ex jam exaratis Commentariis suis plura decerpsisse, quæ homiliæ insereret, vel vice versa ex descripta jam homilia plura modo ad litteram, modo paulo vel aucta vel immutata in commentarium transferret; Catenarum vero auctores tum ex homilia tum ex Commentariis promiscue ea, quæ in rem suam opportuna viderentur, compilasse. Sed, ut dixi, sapientiores de hac re melius viderint.

Et hac prorsus ex causa, videlicet ut in promptu quisque habeat, quo judicium de re ferre queat, homiliam ita subjiciendam lectorum oculis censui, ut iis locis, qui opportuni videbantur, consererem quæcumque huc spectantia in antedictis

Catenis prostant. Ea tamen sic uncis inclusa præbeo, ut vel primo intuitu appareat, quid ad homiliam prouti in codicibus vaticano et coisliniano legitur, quid vero ad fragmenta e Catenis accersita pertineat. Variantes quoque lectiones addo, quas collatione vaticani codicis instituta cum coisliniano et cum fragmentis, tum quæ in Nicodemi monachi commentariis tum quæ in Nicetæ Catena prostant, deprehendere licuit, ut sic nihil cuique, quantum in me est, desiderandum relinquam.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ Η ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ[1] ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

I. Χαίρετε· τοῦτό μοι τὸ βραχὺ καὶ μέγα τοῦ λόγου προοίμιον. Χαίρετε[2]· τοῦτο καὶ ἀρχὴ καὶ μέση καὶ τελευτή. Χαίρετε· τοῦτο νῦν καὶ φύσις ἅλη καὶ κτίσις καὶ λόγος διακελεύεται· μᾶλλον δὲ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν λόγων ὁ λόγος, οὐ τῶν ἐμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων καὶ ὄντων καὶ ἐσομένων, ὁ τοῦ πατρὸς

[1] Vat. abest τὸν.
[2] Nicod. abest χαίρετε.

BEATI JOHANNIS GEOMETRÆ

IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM

SERMO

PROSPHONETICUS SEU GRATULATORIUS.

I. Gaudete : hocce mihi breve simul et magnum orationis exordium. Gaudete : hoc mihi et initium et medium et exitus. Gaudete : ad hoc nunc et natura omnis, et rerum creatarum universitas, et sermo (meus) vos provocat ; magis vero præ omnibus sermonibus non meis solum, verum etiam mortalium omnium, quotquot fuerunt et sunt exstituri, sermo ille, qui et

καὶ νοὸς, ὁ λόγος ὁμοῦ καὶ υἱὸς, ὁ καὶ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὁ ἀληθέστατος ἅμα καὶ δυνατώτατος, οὐ διετάξατο μόνον, ἀλλὰ καὶ κατεπράξατο.

Χαίροις, οὐρανὲ, καὶ γῆ καὶ γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα, καὶ φύσις ἑκατέρα· ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ζῶντες[1] καὶ τεθνηκότες, ὕλη γενητὴ κτίσις ὁρατή τε καὶ ἀόρατος. Καὶ χαίρετε, οἶδ' ὅτι, τοῦ μεγάλου τούτου καὶ φλογεροῦ κήρυκος ὑπακούσαντες, ὥσπερ διὰ μιᾶς τῆς ἀρᾶς, οὕτω καὶ διὰ μιᾶς νῦν τῆς χαρᾶς γυναικὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι διαδοθείσης· μᾶλλον δὲ μὴ τῶν ῥημάτων ἀκούσαντες μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν πραγμάτων τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες.

II. Ὡς μέγα μὲν οὖν τὸ νῦν ῥηθέν τε ἅμα καὶ πραχθέν. Μέγα καὶ φρικτὸν, καὶ μήτε λόγῳ ῥητὸν, μήτε ἀκοῇ χωρητὸν[2], μήτε νῷ καταληπτόν.

[1] Coisl. ζόντες, Vat. ὄντες.
[2] Coisl. χορητόν.

Patris mens est, ac Verbum simul et Filius, et Dei pariter et Deus, et veracissimus juxta ac potentissimus, non modo ut gauderemus indixit, sed etiam, ut gaudere possemus, opere præstitit.

Gaudete, cœli et terra, et genus omne, et omnis ætas et sexus uterque; viri et mulieres, viventes et mortui, res omnis creata tum visibilis tum invisibilis. Et jam, sat scio, gaudetis, utpote qui magnum hunc fulgidumque nuntium audieritis proclamantem, quemadmodum olim per unam mulierem maledictionem, sic etiam nunc per unam mulierem gaudium in alios quoque universos esse diffusum; imo vero non modo audistis verba, sed et re ipsa gratiæ fructus percepistis.

II. Et quidem quam magnum illud, quod et verbis enuntiatum, et simul opere completum est! Magnum vere ac tremendum et quod neque sermonibus efferri, neque auditu percipi, neque intellectu comprehendi possit!

Ἄνθρωπος ὁ Θεός, καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος σήμερον, καὶ κοινωνὸς τῆς φύσεως ὁ ἐχθρὸς, καὶ φίλτατα μὲν τὰ πολεμιώτατα, συμφυέστατα δὲ τὰ πρὶν ἀμικτότατα, λόγος καὶ σὰρξ, ὕλη καὶ φλὸξ, χρόνος καὶ ὄγκος περὶ τὸ ἄχρονόν τε καὶ ἄπειρον· καὶ ὁ ἀρασάμενος εὐλογεῖ, καὶ ὁ τῆς Ἐδὲμ ἀποικήσας ἐνοικεῖ, καὶ λαμβάνει τὴν ἀραθεῖσαν φύσιν τε καὶ νηδύν· καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ τὴν Ἐδεμ. ὁ δὲ δημιουργὸς ἀμφοῖν τὴν κατακριθεῖσαν τὰς ἀκάνθας ἀντιλαμβάνει· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀντ' ἐκείνης τὸν οὐρανὸν, ὁ δὲ τὸν οὐρανὸν λιπὼν ἐπὶ τὸν ᾅδην χωρεῖ.

III. Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν μυστηρίων, καὶ ἄλλην τινὰ τῶν ἑορτῶν ἀγέτω πρὸ ταύτης καὶ θαυμαζέτω, αἰδούμενος τὸν γεννώμενον δι' ἡμᾶς, ἢ φαινόμενον, ἢ μεταμορφούμενον, καὶ τῇ φωνῇ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τῇ μορφῇ τῆς θεότητος μαρτυρούμενον· ἢ ἄλλο τι

Deus hodierna die fit homo, et homo fit Deus, et inimicus fit ejusdem naturæ particeps; et evadunt amicissima quæ inimicissima erant, et conjunctissima quæ prius dissitissima. Verbum, inquam, et caro, materia et flamma; in unum coeunt temporale et quod expers est temporis, corporea moles et quod est immensum; et qui maledixerat, benedicit; et qui ab Eden exulabat, rursus Eden inhabitat, et maledictam assumit naturam, damnatumque subit uterum; videlicet amissam Eden Adamus recuperat, utriusque vero (Adæ et Eden) creator terram ad ferendas spinas damnatam vicissim assumit, seu melius dixerim ille pro Eden cœlos accipit, hic vero cœlos relinquens ad inferna descendit.

III. Alius itaque aliud quodpiam e mysteriis, atque aliam quanpiam e solemnitatibus celebrandam eligat, et majori præ ista dignam admiratione habeat, multo prosequens honore (Christum Dominum) propter nos natum, vel manifestantem se, vel semet transfigurantem, ac testimonium accipientem tum a Patris voce tum a splendida Divinitatis specie, vel quodpiam

τῶν ἀνθρωπίνων ἢ θείων ἢ καὶ συναμφοτέρων οἰκονομούμενον, ἢ τὸ τελευταῖον, καὶ ἀνιστάμενόν τε καὶ ἀνυφούμενον, κἀμὲ συνανυφοῦντα, καὶ ἑαυτῷ μὲν τὸ[1] τῆς οἰκονομίας, ἐμοὶ δὲ τῆς σωτηρίας πέρας πραγματευόμενον. Ἐμοὶ δὲ τὴν ῥίζαν τούτων ἁπάντων δότω[2], τιμᾶν καὶ προτιμᾶν τῶν λοιπῶν, κἀκεῖνα μὲν φάσκειν πάντα καὶ νοῦν καὶ λόγον καὶ πάντα τὰ πρὸ τοῦ θαύματα, ταύτην δὲ κἀκεῖνα νικᾶν τῷ θαύματι.

Σαρκωθέντα μὲν γὰρ ἤδη Θεὸν γεννηθῆναι, καὶ γεννηθέντα, φανῆναι, καὶ φανέντα τοσούτων καὶ τηλικούτων τελεσιουργὸν θαυμάτων ἀποφανθῆναι, καὶ ἀναστῆναι, πάντα τῆς ἀκολουθίας, καὶ οὐδὲν οὕτω θαυμαστόν, ἔτι Θεῷ σαρκωθέντι παραβαλλόμενον θαυμαστόν. Τὸ δὲ σαρκωθῆναι Θεὸν, καὶ τὸν ἀχώρητον χωρηθῆναι,

[1] Cod. uterq. τῶ.
[2] Cod. uterq. δώτω.

---

aliud sive humanorum sive divinorum sive ad utrumque ordinem pertinentium operum perficientem, vel eumdem morientem, ac porro resurgentem, atque in cœlos ascendentem, et secum me quoque exaltantem, finemque tum œconomiæ sibi præstitutæ, tum salutis meæ operi imponentem. Ast mihi concedat, ut horum omnium radicem honore prosequar, eamque præ reliquis omnibus in honore habeam, tum etiam fidenter profitear, ea quidem omnia et mentis captum, et omnem vim dicendi, et quæcumque in antecessum perpetrata sunt mirabilia, superare; hanc nihilominus illis quoque ratione miraculi præcurrere.

Nam quod Deus jam incarnatus in lucem editus sit, et quod natus semet manifestaverit, et quod manifesto cognitus tot tantorumque miraculorum patrator apparuerit, et quod e mortuis resurrexerit, hæc omnia consentanea prorsus sunt, atque adeo nil mirum, quod ab incarnato Deo mira prodeant. At vero, quod humanam carnem Deus assumpserit, quod incomprehen-

καὶ τὸν βασιλέα πτωχεῦσαι, καὶ τὴν ἔχθραν λυθῆναι, καὶ μιχθῆναι τὰ ἄμικτα, φύσεις ἅμα καὶ γνώμας, τοῦτό ἐστιν, ὃ καὶ Παῦλος, καὶ πᾶσα τῶν ἄλλων ἡ φύσις ὑλική τε ἅμα καὶ ἄϋλος θαυμάζειν βούλεται μὲν, ἀδυνατεῖ δὲ ὅσον ἄξιον.

IV. Ἄλλως τε καὶ εἰ τοὺς κλάδους θαυμάζειν εἰκὸς, πῶς οὐ τὴν ῥίζαν αὐτὴν πρὸ ἐκείνων, κἀκείνων αὐτῶν ἕνεκα θαυμασόμεθα; Ὥστε καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἑαυτῆς, ὅσα ἄν τις περὶ τῶν ἄλλων μυστηρίων ἐρεῖ, ταῦθ' ἅμα συμφωρήσας περὶ τῆσδε τῆς ἑορτῆς ἐρεῖ, παρ' ἧς κἀκεῖνα, καὶ αὕτη τῶν ἐκείνης καρπῶν ἡ ῥίζα, καὶ αὕτη τῶν ποταμῶν ἡ πηγή.

Προσθήσω δ' ὅτι καὶ ἡ ἐμὴ ζωή. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ Θεὸν ὀφθῆναι βροτὸν, τὸ δὲ καὶ θεουργηθῆναι βροτόν. Ὃ καὶ αὐτὸ τοῦ παρόντος ἔγνωμεν μυστηρίου πηλίκον. Ὡς κινδυνεύω τὴν ἑορτὴν ταῖς ἄλλαις, ὡς ἁπλῆν, παραβάλλειν ἐπιχειρῶν, εὑρίσκων διπλῆν, καὶ τῷ μέρει

---

sibilis fuerit comprehensus, quod rex factus sit mendicus, quod inimicitia sublata fuerit, quod in unum coiverint quæ invicem abhorrebant, scilicet naturæ simul et voluntates, hoc est quod et Paulus et quævis alia natura sive terrestris sive cœlestis, etsi maxime cupiat, mirari tamen ac celebrare pro dignitate non valet.

IV. Ad hæc si consentaneum est ramos admirari, quî radicem ipsam præ illis et illorum ipsorum causa non mirabimur? Adeo ut præter reliqua ac propria ejusdem festivitatis encomia, quæcumque demum de aliis mysteriis quispiam dixerit, hæc omnia in unum congerens de hac ipsa solemnitate, e qua et illa dimanant, dicturus sit, quippe quæ et horum ipsius fructuum est radix, et ipsa fluminum est scatebra.

Adjiciam et illud, quod hinc est et vita mea. Tantundem est Deum apparuisse mortalem, atque vicissim mortalem ad divinitatem fuisse provectum. Quo sane ipso quanta sit mysterii hujus magnitudo novimus. Etenim dum hanc solemnitatem, quasi una tantum sit, cum aliis comparare instituo, eam autem duplicem sic invenio, ut etiam altera tantum sui parte aliis

ταῖς ἄλλαις νικῶσαν, οὐκ ἔχειν, ὅπως τοῖς μέρεσιν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν κριθῇ, μηδ' ὥτινι τῶν μερῶν δώσει νικᾶν τῷ θαύματι, ἄνθρωπον τὸν Θεὸν, ἢ Θεὸν φανῆναι τὸν ἄνθρωπον.

V. Ἀλλά γε τὸ πᾶν ἀναπτύσσων, ἥδη καὶ τριπλῆν εὑρίσκω· καὶ ἡ πίστις ἐγγύς. Οὐ γὰρ εὐαγγέλια, καὶ ταῦτα διπλᾶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσεως ἑορτάζω τὰ νικητήρια, μᾶλλον δὲ χάριτος· ἡ μὲν γὰρ ἡττᾶται, ἡ δὲ νικᾷ. Παρθένου σύλληψιν ἄγω, παρθένου κύησιν, παρθένου μετ' ὀλίγον καὶ γέννησιν. Παρθενία καὶ γεννᾷ, καὶ γεννᾶται· ἡ μὲν τὸν λόγον, ἡ δὲ, τοῦ λόγου νομοθετοῦντος, καὶ μετ' ὀλίγον, ἥπερ ἐτέχθη, καὶ ὅπερ ἐφάνη, καὶ τόκον διδόντος τοῖς πειθομένοις ὅμοιον.

---

festivitatibus antecellat, jam prope in eo sum, ut plane nesciam, quodnam de eadem, secum ipsa quoad partes suas collata, judicium ferri queat, et utri partium ratione miraculi victoria adjudicanda sit, an scilicet quod homo apparuerit Deus, an vero quod Deus factus sit homo.

V. Quanquam si penitus omnes mysterii partes evolvero, etiam triplicem jam invenio hanc esse festivitatem; et est in promptu quo id suadeatur. Non enim faustissima illa nuntia, eaque bina tantummodo, celebranda occurrunt; sed triumphos præterea celebro naturæ, seu potius gratiæ; illa enim superatur, hæc autem triumphum agit. Virginem concipientem, virginem utero gestantem, virginem paulo post etiam parientem celebro. Virginitas et gignit, et gignitur; nam gignit quidem ea Verbum; Verbo autem legislatore paulo post etiam gignitur, quatenus ejusmodi quoque partum credentibus Verbo eodem tribuente. Virginitas, quod et perspicue apparuit, mundo effulsit[a].

[a] In eamdem prope sententiam in fine orationis (§ XXXVIII) sic Auctor Deiparam alloquitur : *Ave, virginitatis flos simul et radix, illud quidem pro eo, quod ipsa apparuisti; istud vero pro eo, quod in lucem edidisti : quanquam nunc quoque propter te et per te hujusmodi plantæ ubique frondibus virescunt.*

Νυνὶ δέ μοι συλλάβοις τὸν λόγον ὁ τοῦ λόγου τὴν σύλληψιν ἑορτάζων, καὶ λογικῶς τι περὶ τῆς ἑορτῆς φιλοσοφήσοις, ἵν' ᾖ σοι καὶ τοῦτο τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν εὐλογώτατόν τε ἅμα καὶ οἰκειότατον.

VI. [1] Διπλῆν ἡμῖν γέννησιν ὁ λόγος οἶδε τοῦ λόγου· τὴν μὲν ἄνω τε καὶ πρώτην, τὴν δὲ κάτω τε καὶ δευτέραν· μᾶλλον δὲ τὴν μὲν οὐδὲ πρώτην, ἀλλὰ καὶ προαιώνιον καὶ ἀίδιον· πῶς γὰρ ἂν εἴη καὶ πρώτη, μήτε ἀρξαμένη ποτέ ; Τῶν γὰρ ὑπὸ χρόνον τὸ πρῶτον. Τίνων δὲ καὶ ταύτη ; Μήτε μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων ἐοικυῖα μηδὲν, μήτε δὲ τῇ ἑαυτοῦ ταύτῃ καὶ κάτω· ἀλλ' ἡ μὲν ἄνω μόνον καὶ

[1] Tota hæc paragraphus paucis in Catena Nicetæ contrahitur. Neque mirum; nam Nicetam summam tantummodo sententiæ exscribere heic voluisse, ex eo etiam patet, quod eam particulam tribuat *Geometræ* simul et *Basilio*. Præmittit enim : Τοῦ Γεωμέτρου καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Verba tamen omnia, ut ex collatione patet, Geometræ sunt. Ita enim habet (pag. 650) : Διπλῆ γὰρ αὐτοῦ ἡ γέννησις· ἡ μὲν ἄνω τε καὶ πρώτη, ἐκ μόνου Πατρὸς ἄχρονος καὶ ἀναίτιος· οὐ γὰρ ἴνα τὸ δέ τι, διὰ τοῦτο υἱός, τῇ δὲ ἀρχῇ καὶ αἰτιατή. Πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη Υἱὸς, μὴ τὸ εἶναι λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός; ἡ δὲ κάτω τε καὶ δευτέρα ἐκ μόνης μητρὸς· χρονική τε καὶ αἰτιατή· καὶ ἡ αἰτία, ἡ ἐμὴ σωτηρία. Quibus Nicetas nonnulla verba continuo subjungit, quæ ad § VIII hujus Orationis pertinent.

Nunc itaque quisquis conceptionem Verbi præsenti solemnitate celebras, sermonem, quem habiturus sum, fac excipias, ac sublime quid de ipsa festivitate sentias, ut ex iis quæ ad eamdem spectant, hoc quoque tibi sit et veritati prorsus consentaneum et rei maxime accommodatum.

VI. Duplicem, ut norunt omnes, generationem Verbi profitemur; cœlestem alteram, eamque primam, alteram terrestrem eamque secundam; quanquam neque primam illam dixerim, sed potius et sæcula præcedentem et æternam; quomodo enim vel prima esset, quæ nullum unquam initium habuit? Nam primum inter ea habetur, quæ tempori subsunt. Sed et quarumnam prima hæc esset? Nulli prorsus aliarum ullatenus similis invenitur, ne isti quidem, terrestri scilicet, quam sui

ὑπὲρ ἄνω πάσης γεννήσεως· ἡ δὲ, κάτω μὲν, ὑπὲρ δὲ πάσας τὰς κάτω καὶ ὑπὸ χρόνον, διὰ τὸν τρόπον. Καὶ ἡ μὲν ὥσπερ ἄχρονος, οὕτω καὶ ἄληπτος. Οὐ γὰρ χρόνου μόνου κρείττων, ἀλλὰ καὶ τρόπου. Ὥσπερ δὲ ἄληπτος, οὕτω καὶ ἄϋλος· οὐ γὰρ ὑλικὴ τῶν ἀΰλων καὶ ἀλήπτων ἡ γέννησις. Ὥσπερ δὲ ἄϋλος, οὕτω δὴ καὶ ἀσύλληπτος· οὐ γὰρ ἀτελὴς πρότερον, εἶτα τέλειος. Ὥσπερ δὲ ἀσύλληπτος, οὕτω δὴ καὶ ἀναίτιος· οὐ γὰρ ἵνα τόδε τι[1], διὰ τοῦτο υἱὸς, ὥσπερ οὐδὲ πατὴρ, οὐδὲ πνεῦμα· τῇ δὲ ἀρχῇ, καὶ αἰτιατή· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἴη υἱὸς, μήτε τὸ εἶναι λαβὼν παρὰ τοῦ πατρός;

[1] Coisl. τὸ δέ τι.

---

propriam ipse habuit; sed superna illa, sola est, et quavis præcelsa generatione eminentior; altera vero terrestris est ea quidem; omnes tamen terrestres ac temporales ratione modi exsuperat. Atque illa quidem quemadmodum extra tempus omne est, ita et omnem captum excedit. Non enim solum tempus omne, sed omnem quoque modum prætergreditur. Sicuti autem incomprehensibilis, sic et ab omni materia est secreta; neque enim materialis esse potest eorum generatio, quæ incorporea sunt et incomprehensibilia. Quemadmodum vero omnis materiæ, sic profecto cujusvis quoque præcedentis conceptionis est expers; non enim prius est imperfecta, deinde perfecta Et rursus sicut conceptionem nullam, sic et nullam habet causam, propter quam facta sit"; non enim ex libera cujuspiam finis electione et prosecutione exsistentiam habet Filius, uti neque Pater, neque Spiritus; sed in principio erat, licet origine non careat: nam quomodo Filius esset, si neque esse acciperet ex Patre?

" Illud ἀναίτιος intelligendum esse de exclusione causæ finalis, patet etiam ex collatione cum iis quæ deinde auctor inquit de generatione temporali; eam enim appellat αἰτιατήν, et continuo subdit, αἰτίαν fuisse *salutem meam*. Ceterum cum a generatione excluditur quævis ratio electionis, qua tenditur in propositum finem, eo ipso concluditur, tum generationem tum filium naturalem esse, ac proinde ab æterno genitum. Hinc scite auctor ea ex adverso opponit : *Sed in principio erat*, etc.

Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἔχει καὶ ἕξει, πιστευομένη μὲν ἀεὶ, καταλαμβανομένη δὲ τῷ πότε, ἢ τῷ πῶς, οὐδέποτε. Ἡ δὲ τῷ μὲν ἀσυνδυάστῳ τε καὶ ἀπαθεῖ καὶ ἀλήπτῳ, καὶ ὅμοιος· τὰ δὲ λοιπὰ, διάφορος ὑλική τε καὶ συλληπτὴ, χρονικὴ καὶ αἰτιατή· καὶ ἡ αἰτία, ἡ ἐμὴ σωτηρία. Τοῦ γὰρ Θεὸν βροτωθῆναι, τὸ βροτὸν θεωθῆναι, μόνη πρόφασις.

VII. Οὐ γὰρ τὴν τιμωρίαν λῦσαι μόνον, οὐδὲ καταλῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ καὶ χαρίσασθαι τὴν ἰσοθεΐαν, καὶ τὸ κακῶς φαντασθὲν μόνον, καλῶς ἀποτελεσθὲν ἔργῳ δείξων, Θεὸς ἐλήλυθεν.

Ἐπειδὴ γὰρ φθονερὸν ὁ φθονερὸς, καὶ ψεύστην καὶ σοφιστὴν ὁ σοφιστὴς τῆς κακίας καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ ὑπέθετο τὴν ἀρχὴν τὸν δημιουργὸν, λέγων· τί ὅτι ἐνετείλατο ὑμῖν ὁ Θεὸς, ἀπὸ τούτου

Atque hæc plane ita se habet et habebit, ut credi quidem semper possit, quando autem et quomodo sit, intelligatur nunquam. Illa vero (terrestris) similis et ipsa huic est ex parte, quatenus eadem et copulationem carnalem nescit, et passione caret, et captum superat; in ceteris vero ab ea discrepat; nam et corporea est, et adjunctam conceptionem habet, et temporalis est, et habet causam; quæ quidem causa fuit salus mea. Unica enim, cur Deus mortalitatem indueret, hæc causa fuit, ut homo particeps Deitatis evaderet.

VII. Et sane non ideo solum Deus advenit, ut pœnam solveret, neque solum ut peccatum dimitteret; verum etiam ut nobis ex benignitate sua Divinitatis similitudinem largiretur, atque ita quod male per vanam tantummodo phantasiam excogitatum fuerat, hoc ipsum opere perbelle completum ostenderet.

Nam posteaquam a principio invidus ille, ille impostor, malitiæque et mendacii pater Creatorem ipsum tanquam invidum et mendacem et impostorem traduxit, inquiens[a] : *Quid est quod præcepit vobis Deus de hoc uno ne comederetis?* et illud ad-

[a] *Gen.* III, 1.

μόνου μὴ φαγεῖν; καὶ τό· ἡ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, ἔσεσθε ὡς Θεοί· καὶ οὕτω τὸν δημιουργηθέντα φαντασίᾳ δόξης τῆς παρὰ φύσιν, καὶ τῆς κατὰ χάριν ἐξέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἀνέτρεψεν, ὁ μόνος ἀφθονώτατος καὶ ἀληθέστατος καὶ δυνατώτατος, καὶ φιλανθρωπότατος καὶ σοφώτατος, οἷς τότε μὲν τὸ ξύλον αὐτοὺς ἐθανάτωσε, τὸ μὲν ἀψευδὲς ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ψεῦδος ἐκείνου καὶ τὸν φθόνον ἐξήλεγξεν· οἷς δὲ καὶ νῦν αὐτὸς αὐτοὺς τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ἐθέωσε, τὸ θεοπρεπὲς ἑαυτοῦ καὶ ἀγαθώτατον ἐφανέρωσε· καὶ δι' ὧν μὲν τὸν τρόπον ὑπέδειξε τῆς θεώσεως, τὸ σοφώτατον παρεδήλωσε· δι' ὧν δὲ καὶ τοσοῦτον ἐκενώθη, καὶ οἷς αὐτὸν ἐνεδύθη τὸν ἄνθρωπον, τὸ φιλανθρωπότατον· οἷς δὲ καὶ τὰς φύσεις ἀφύρτως ἐκέρασε, καὶ οἷς ἀῤῥήτως[1] καὶ ἄμφω διέμεινε, τὸ δυνατώτατον·

[1] Coisl. ἀξύκτως : quæ vox si admittatur, ad indissolubilem naturarum nexum spectabit.

---

dens[a] : *In quocumque die comederetis ex eo, eritis sicut dii;* atque ita demum hominem a Deo creatum vanissima specie dignitatis, quæ præter naturam esset, ab ea quoque gloria, quæ est secundum gratiam, dejecit, universumque humanum genus possumdedit; is, qui solus invidia prorsus est vacuus, et veracissimus, et potentissimus, et hominum amantissimus, sapientissimusque, tunc quidem et suam ipsius veracitatem, illius autem fallaciam invidiamque probavit, cum ligni esus eos mortales effecit; nunc vero, dum ipse lignum vitæ effectus, eosdem ad naturæ divinæ participationem evexit, profecto et opus Deo dignum, seseque benignissimum patefecit. Insuper dum naturæ divinæ participandæ rationem ostendit, summam sapientiam suam manifestavit; et dum semetipsum adeo exinanivit, ipsamque hominis naturam induit, maximum suum in homines palam fecit amorem. Denique dum naturas sine mixtione conjunxit, et ineffabili prodigio unus simul et utrumque permansit, infinitam suam aperuit potentiam; dumque haud rapinam arbitratus

[a] *Gen.* III, 5.

οἷς δὲ μηδ' ἁρπαγὴν ἢ μεταβολὴν τῆς δόξης ἐνόμισε, τὸ κατὰ φύσιν βασιλικώτατον.

VIII. Ἔχει μὲν οὕτω ταῦτα καὶ διὰ ταῦτα ἡ θεία σάρκωσις. Ἐπεὶ δὲ κατάλληλα καὶ ταῖς νόσοις ἔδει τεχνᾶσθαι τὰ φάρμακα, κατάλληλα καὶ τεχνάζεται. Καὶ διὰ ταῦτα πέμπεται μὲν ἄγγελος διὰ τὸν ἄγγελον, ὁ τοῦ φωτὸς διὰ τὸν τοῦ σκότους, ὁ ἄρχων διὰ τὸν κοσμοκράτορα, ὁ πτερωτὸς διὰ τὸν ἑρπηστήν[1].

[1] Cod. Coisl. ἑρπυστήν. Nicetæ Catena (pag. 630) hæc addit : Ὁ μὲν οὖν διὰ τὸν σοφιστὴν τῆς κακίας ἀποστέλλεται, ὡς ἀντίθετος : *hic itaque propter versutum malitiæ artificem e diametro oppositus nuntius destinatur.* Quæ quum orationis seriem abrumpant, facilius Nicetæ scholion, quam Geometræ verba merito videntur.

---

est aut injustam gloriæ mutationem[a], nobilissimam regiamque naturæ suæ dignitatem prodidit.

VIII. Et hoc quidem pacto et ista prorsus de causa hæc gesta sunt, et divina incarnatio in opus deducta est. Quoniam vero oportebat, ut consentanea morbis pharmaca pararentur, idcirco omnia ita peracta sunt, ut adamussim pars parti responderet[b]. Et exinde angelus mittitur propter angelum, angelus nempe lucis propter angelum tenebrarum, (cœlestis) princeps propter hujus mundi rectorem[c], aliger propter humi reptantem.

[a] *Phil.* II, 6.

[b] Universorum Patrum, antiquissimorum quoque Justini, Irenæi, Tertulliani, etc., exploratissima doctrina fuit, in divina Verbi incarnatione exsequenda Deum ejusmodi œconomiam servasse, ut non modo humanæ restaurationis opus recapitulatio quædam esset primæ conditionis, verum etiam ut iisdem veluti artibus homo reduceretur ad vitam, quibus in mortem pertractus olim fuerat. Id et Ecclesia in suis precibus commemorat, cum illa Fortunati Venantii carmina canenda proponit : *Hoc opus nostræ salutis ordo deposcerat, multiformis proditoris ars ut artem falleret, et medelam ferret inde hostis unde læserat.* At vix aut ne vix quidem alium reperies, qui tam diserte juxta atque eleganter hanc œconomiam oculis subjiciat, quam hoc loco Joannes, ubi enucleando exponit eamdem hanc sententiam : *omnia ita peracta sunt, ut adamussim pars parti responderet.*

[c] Mundi rectorem Johannes diabolum appellat juxta illud Apostoli (Eph.

Ἐκλέγεται δὲ καὶ διὰ τὴν γυναῖκα γυνή, καὶ διὰ τὴν Εὔαν ζωή, διὰ τὴν φθαρεῖσαν παρθένος, διὰ τὴν πλανηθεῖσαν, ἡ μὴ συναρπαγεῖσα, διὰ τὴν τῆς Ἐδὲμ ἐκπεσοῦσαν ἡ τῷ ναῷ προσαχθεῖσα, διὰ τὴν ἡδονῇ θελεασθεῖσαν ἡ μηδὲ λογισμοῖς ῥυπωθεῖσα[1],

[1] Nicet. εὐπειθεῖσα.

Sed et propter mulierem mulier eligitur, et propter Evam vita[a], et propter corruptam integra virgo[b], et propter deceptam ea quæ cum illa simul direpta non fuerat[c]; propter illam quæ excidit ex Eden, ea quæ ad templum fuit adducta; propter inescatam blandimentis voluptatis, ea quæ ne cogitationibus quidem contaminata est; propter illam quæ male cum dæmone

VI, 12) : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus... mundi rectores* (πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας) *tenebrarum harum.*

[a] Præclare in hanc rem S. Epiphanius (Hæres. LXXVIII, § XVIII) : *Hæc* (*Maria*) *est, quam adumbravit Eva, quæ viventium mater quodam ænigmatis involucro nuncupatur. Siquidem Eva tunc viventium est appellata mater, cum jam illud audiisset :* Terra es et in pulverem reverteris, *post admissum scilicet peccatum. Quod quidem admiratione dignum est, post illam offensionem tam præclarum ei nomen attributum... Quocirca viventium mater adumbrata similitudine Maria dicitur.* Quid porro consequens ex hisce sit, per se patet. Nam si *admissum peccatum* efficit, ut illud nomen minus in Evam quadret, tributumque ipsi eatenus existimari debeat, quo sub ænigmatis involucro Maria adumbraretur, non potest ergo illud peccatum Mariæ quoque censeri commune. Eamdem vero sententiam luculenter exhibent hæc Johannis nostri verba : *propter Evam, vita* Quomodo enim *vita* eligitur, si Maria cum priori Eva simul interiit? Quomodo rejectæ priori Evæ hæc nova subrogaretur, si causa, propter quam prior illa repudiata est, et hanc secundam tenet?

[b] Manifestum est, *corruptam* heic dici Evam, quia peccato se inquinavit, non autem quia corporis integritatem amisit. Postulat ergo contextus ac sententiæ vis, ut ideo Maria appelletur Virgo, quod peccati labem nullam admisit.

[c] Vigilanti verbo Maria dicitur μὴ συναρπαγεῖσα, quod per se exigit, ut Maria secludatur a qualibet ruina, quæ ei cum Eva communis dici queat.

διὰ τὴν κακῶς τῷ διαίμονι ψιθυρίσασαν ἡ διηνεκῶς τῷ Θεῷ προσλαλήσασα καὶ τοῖς θείοις λογίοις ἐμμελετήσασα.

IX. Ἤρα μὲν ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως, ἐπεθύμει δὲ καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ κάλλους ὁ βασιλεύς· ἦν καὶ πρὸς τὸν ὅσον οὔπω μεσίτην καὶ παρθένον λόγον ἡ παρθένος μεσῖτις, καὶ ἡ δούλη θυγά-

---

sermones miscuit, ea quæ continenter Deum alloquebatur, et jugi oraculorum divinorum meditatione mentem exercebat.

IX. Filia porro diligebat regis pulchritudinem, et vicissim rex concupiscebat pulchritudinem filiæ[a]; et Verbi mox mediatoris juxta ac virginis futuri virgo mediatrix fuit[b], et exinde

[a] Nullum dicendi finem facerem, si exscribere hic vellem, quæcumque ad manum habeo testimonia SS. Patrum, affirmantium pulchritudine sua Mariam effecisse, ut Deus veluti attractus in eam descenderet carnem assumpturus. Pauca quædam attuli in notis ad § XVIII *Homil. Isidori Thessal. in Deiparæ Præsentationem* (part. I, pag. 445). Placet porro unum vel alterum addere ex communibus Ecclesiæ Græcæ precibus, quippe quæ constantem et universalem sententiam repræsentant. Sic itaque in Menæis habemus (ad diem XI Febr. Od. α′) : *Cum te totam puram ille invenisset, qui purus est* (ὅλην καθαράν σε εὑρηκὼς ὁ καθαρός), *in sinu tuo defixit sedem, o innocens Virgo mater, et caro factus est sine peccato, ut ab errore nos eriperet.* Tum pulchritudini simul et puritati tribuitur, quod Deus sibi eam et habitaculum et sponsam elegerit. Sic in Paracletice (tom. II, fer. IV, ad mat. Od. α′) : *Te inter mulieres omnes, utpote venustam, utpote totam perpulchram, utpote maculæ expertem* (ὡς ὡραίαν, ὡς περικαλλῆ ὅλην, ὡς ἀμώμητον ἐν γυναιξί) *eligens in sinu tuo immaculato inhabitavit. Quem deprecare, o purissima ab omni labe, ut a criminum labe nos emundet.* Et rursus (*Men.* ad diem 24 Febr. Od. ε′) : *Cum venustissimam animam tuam spirituali pulchritudine exornatam gereres, sponsa Dei facta es, . . . innocentiæ tuæ radiis universum orbem illuminans* (φορεῦσα κάλλος τὸ νοητὸν τῆς ὡραιοτάτης σου ψυχῆς, νύμφη Θεοῦ ἐχρημάτισας, . . . φέγγει τῆς ἀγνείας κόσμον φαιδρύνουσα).

[b] Mediatrix nempe Maria assumpta est ad reparandum hominem, prout mediatricem Evam nactus fuerat dæmon ad hominem perdendum. Et Geometræ quidem sententiam sic et in ecclesiasticis Græcorum officiis expressam habes (*Men.* ad diem 20 Nov. Od. ς′) : *Universorum conditor, et creator, et Dominus ineffabili misericordia sua et sola in homines charitate permotus, cum lapsum eum cerneret, quem propriis ipse manibus plasmave-*

τηρ γίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ νύμφη, καὶ μήτηρ ἡ νύμφη. Δέχεται μὲν τὴν χαρὰν διὰ τὴν ἀρὰν, τὸν λόγον διὰ τὸν δόλον. Οὐχ ἅπτεται μὲν τοῦ φυτοῦ, ἅπτεται δὲ τὸ φυτὸν αὐτῆς, τὸ τῆς ζωῆς διὰ τὸ τῆς γνώσεως.

Ἐπέρχεται[1] μὲν ὁ νυμφίος, ἐφίσταται δὲ ὁ νυμφαγωγὸς, χαίρων ἅμα καὶ φρίττων· τὸ μὲν, ὡς[2] εὐαγγέλια καὶ τηλικαῦτα[3] τῇ τε κόρῃ καὶ τῇ φύσει πάσῃ διακονούμενος· τὸ δὲ, ὡς παρὰ δεσπό-

[1] Nicet. ἔπεισιν.
[2] Nicet. abest ὡς.
[3] Nicet. abest καὶ τηλικαῦτα.

---

ancilla evadit filia, filia vero sponsa, et sponsa fit mater. Et hæc quidem propter illud (Evæ) maledictum accipit gaudium, ac propter veterem illum dolum recepit Verbum. Arborem ipsa sane non tangit; sed eam tangit arbor, arbor nempe vitæ propter illam arborem scientiæ[a].

Adventat sponsus; astat etiam paranymphus, gaudio simul gestiens et tremore perculsus : gaudens sane, utpote qui fausta nuntia, eaque tanti momenti, tum puellæ tum universo hominum generi ceu legatus defert : tremens vero, quippe qui a

rat, misertus est, et utpote natura sua benignus et misericors, diviniori quadam creatione et sua ipsius exinanitione restaurare ipsum decrevit. Propterea Mariam, utpote virginem et innocentem, in mysterii mediatricem assumit. (Διὸ τὴν Μαριὰμ μεσίτιν λαμβάνει, ὡς παρθένον καὶ ἁγνὴν, τοῦ μυστηρίου.)

[a] Quemadmodum Patres ad significandum primævum generis humani reatum affirmare consueverunt, nos omnes interdictum fructum degustasse, sic, uti apud S. Germanum jam vidimus (*Orat. in Præsent.*, § VIII, part. I, pag. 305) dixerunt, ad funestam illam arborem temere nos manum extendisse. Idque plane consonum iis est, quæ serpenti Eva responderat (*Gen.* III, 5) : *De fructu ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, et ne tangeremus illud* (οὐδὲ ἅψησθε αὐτοῦ). Disertissime ergo ab Evæ reatu Virgo pronuntiatur aliena, quum affirmatur, eam haudquaquam scientiæ arborem tetigisse (οὐχ ἅπτεται τοῦ φυτοῦ). Et sic adhuc manifestius elucet, ea conditione Mariam a Deo lapsæ Evæ fuisse subrogatam, ut nihil, quod ad lapsum pertinet, sit inter utramque commune.

του καὶ παρὰ δεσπότιν[1] πεμπόμενος, καὶ ἅμα τὸ φρικτὸν τοῦ πράγματος ἐνδεικνύμενος. Καὶ ὁ μὲν δοῦλος, χαῖρε, κεχαριτωμένη, φησὶν, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ὁ δεσπότης δὲ, τὸν τοῦ δούλου λόγον ὑπελθών, αὐτὸς, ἀληθῶς ὁ λόγος καὶ Θεὸς, εἰσελθὼν ἦν αὐτεπάγγελτος.

X. Ἀλλὰ μικρόν τι τοῖς εὐαγγελίοις τούτοις προσκαρτερήσωμεν[2], καὶ περιστησώμεθα τοὺς θαλάμους, καὶ περιβλεψώμεθα τὴν παστάδα, καὶ ἀναπτύξωμεν τοῦ νυμφίου τὸν πλοῦτον, ἢ καὶ τῆς νύμφης τὸ κάλλος, καὶ ἀκούσωμεν τῆς μυσταγωγίας. Τάχα τι μέγα καὶ αὐτοὶ τῆς ὁμιλίας ταύτης καὶ τῶν ὑμεναίων παρακερδήσομεν[3].

Οἵας μὲν γὰρ ὁ νυμφαγωγὸς, ἢ ὁ νυμφίος ἅμα, καὶ μαρτυρεῖ καὶ ὑπισχνεῖται, καὶ παρέχει τῇ νύμφῃ τὰς δωρεάς; Οἵας δὲ καὶ ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἀφίησι τὰς φωνάς; Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ

[1] Nicet. pag. 630 περὶ δεσπότην.
[2] Vat. schol. ad marg. ἐνδιατρίψωμεν.
[3] Vat. schol. ad marg. παραπελαύσομεν.

Domino mittitur ad Dominam, et quod in re sit maxime tremendum, annuntiat. Atque ille quidem ceu servulus[a], *Ave*, inquit, *gratia plena, Dominus tecum*. At Dominus, servi sui verbo semet subinferens, ipse, qui vere et Verbum est et Deus, progrediens per se rem agebat.

X. Verum hisce nuntiis expendendis tantisper immoremur, ac circa thalamos consistamus; tum conclave ipsum circumspiciamus, et sponsi divitias aut etiam sponsæ pulchritudinem revelemus, ac sacræ illius initiationis sermonem audiamus; magnum fortassis ex hoc colloquio et nuptialibus hymnis nos quoque fructum obiter percipiemus.

Qualia enim paranymphus, vel sponsus simul, et attestatur, promittitque, et offert sponsæ dona? Quales vero etiam sponsa ad ipsum voces profert? *Ave, gratia plena, Dominus tecum*.

[a] *Luc.* I, 28.

Κύριος μετὰ σοῦ. Τούτων τὰ μὲν τῆς νύμφης, τὰ δὲ τοῦ νυμφίου. [Ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄγγελος[1].] τὰ μὲν γὰρ αὐτῇ[2] μαρτυρεῖ[3], τὰ δὲ ὑπισχνεῖται[4]. Τὸ μὲν γάρ, καὶ ἤδη[5] κεχαριτῶσθαι ταύτην ἐκ πνεύματος, καὶ ἀξίαν γεγενῆσθαι τῶνδε τῶν νυμφευμάτων. Ὦ[6] τῆς ὑπὲρ φύσιν ἐκείνης φύσεως, οὐ ψυχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ σώματος[7], ἣ καὶ πλέον τῶν παρ' ἄλλοις ἁγίων ψυχῶν ἔσπασε τοῦ πνεύματος

[1] Ex cat. Nicet. p. 630 : quæ si admittantur, delendum est sequens γάρ.
[2] Nicet. abest αὐτῇ.
[3] Nicet. ἐπαγγέλλεται.
[4] Nicet. μαρτυρεῖ.
[5] Nicet. τὸ μὲν ἤδη.
[6] Nicod. omissa ὦ et præcedenti puncto, τῶν νυμφευμάτων, τῆς ὑπερ φυσιν, κ. τ. λ.
[7] Nicod. σώματος· καὶ πλέον, κ. τ. λ.

Hæc partim quidem ad sponsam, partim vero pertinent ad sponsum. (Utrumque enim angelus præstat, et) alia quidem ipsi sponsæ testatur, alia autem pollicetur. Primum namque est, ipsam per Spiritum Sanctum jam gratia plenam esse, dignamque tam augustis sponsalibus effectam fuisse. O elata illius supra naturam natura", non animæ solum, sed etiam corporis, quam ob rem Spiritus sancti virtutem magis etiam

" Gravissimam perpende sententiam. *Naturæ* enim nomine definitur non illud quidem, quod rei jam exsistenti accesserit, et deinde acquisitum utcumque fuerit, sed quod ab ipsa inest origine ; et ex veterum usu modo pro eo usurpatur, quod rem ipsam constituit, modo pro eo quoque accipitur, quod ex gratuita Dei liberalitate præter rei exigentiam superadditum in ipsa conditione fuerit. Porro licet ultro concedendum sit, Virginem Deiparam etiam in iis, quæ ordine presse naturali continentur, summum excellentiæ nactam fuisse; tamen non eo sensu posse hoc loco *naturam* intelligi vel ex eo patet, quod *natura* ad se Sancti Spiritus dona attraxisse dicatur. Quis enim ignorat, quod fides docet, cœlestis gratiæ dona non nisi gratiæ rependi? *Naturæ* ergo nomine heic intelligitur gratiarum cumulus, qua Deo placere beata Virgo posset. Atqui ejusmodi natura naturis quibuscumque sublimior prædicatur. Sanctissima ergo Deipara ab ipsa sui origine non modo gratiæ nitore refulsit, sed ex tunc tot tantisque ornabatur gratiæ muneribus, ut nulla ei creatura comparari posset.

τὴν ἐνέργειαν. Ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ μόλις καὶ[1] αἱ ψυχαὶ, καὶ αὗται λίαν κεκαθαρμέναι τῷ πνεύματι, μικρὸν ὅσον περιελάμφθησαν· ταύτῃ[2] δὲ καὶ ἡ σὰρξ ὅλου τοῦ πνεύματος οἰκητήριον καὶ ἐργαστήριον τοῦ υἱοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ὕλην αὐτὴν[3] αὐτῷ παρεχομένη, καὶ συγκιρνωμένη[4] διὰ καθάρσεως.

XI. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς νύμφης· [τοῦτο τῇ κόρῃ μαρτυρεῖ[5].] Τὸ δὲ καὶ αὐτὴν[6] αὐτῇ χαρίζεσθαι τὴν χαρὰν [διὰ τὴν πάλαι λύπην, καὶ τὴν λύσιν τῆς ἀποφάσεως, τοῦτο ἡ ἐπαγγελία. Καὶ τὸ μὲν χαῖρε, οἱονεὶ μνήστρον τοῦ νυμφίου καὶ ἀῤῥαβών· τὸ δὲ κεχαριτῶσθαι ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτο τῆς νύμφης ὁ πλοῦτος. Τὸ

[1] Nicod. abest καί.
[2] Nicod. ταύτης.
[3] Coisl. αὐτή.
[4] Nicod. συγκιρναμένη.
[5] Nicet. pag. 630.
[6] Nicet. abest καὶ αὐτήν

---

quam sanctæ ceterorum animæ sibi attraxit! In istis enim vix ipsæ quoque animæ, utcumque spiritu admodum emundatæ, mirum quam exiguo splendore niterent. In hac vero vel ipsa caro plenitudinis Spiritus domicilium fuit, Filiique officina, seu potius ipsam huic materiam præbuit, et puritate temperavit.

XI. Verum ista quidem ad sponsam pertinent; [hæc sunt, de quibus (angelus) Virgini fidem facit]. Quod vero propter dolores olim intentatos[a], [ac propter veterem illam sententiam solvendam, hoc etiam gaudium ipsi jucunde exhibeat, ad pollicitationes id pertinet. Et illud quidem *Ave*, quasi nuptiale sponsi munus est, et arrha; quod autem nitore virtutum ipsa sit *gratia plena*, hæ sunt sponsæ divitiæ. Sed et illud, *Dominus*

[a] *Gen.* III, 16 : *Multiplicabo ærumnas tuas... et in dolore paries filios.*

δὲ καὶ ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, αὐτὸ τῆς ἐπαγγελίας τὸ τέλος, αὐτὸς ὁ νυμφίος εὔλογος, ὡς λόγος διὰ λόγου καὶ σὺν τῷ λόγῳ καὶ ὑπὲρ λόγον τὴν ἕνωσιν ἐργαζόμενος· (τὸ δὲ καὶ μετ' αὐτῆς αὐτὸν γενέσθαι, τοῦτο τὸ δῶρον πᾶν, τοῦτο πᾶς ὁ τοῦ νυμφίου πλοῦτος, τῇ νύμφῃ αὐτὸς ὁ νυμφίος.) Καὶ νυμφίος ὁ αὐτὸς ὁμοῦ καὶ πατὴρ καὶ υἱὸς γινόμενος, ὡς αὐτὸς μὲν σπείρων, αὐτὸς δὲ σπειρόμενος, μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀπὸς γάλα, τὴν ὅλην φύσιν νικῶν, καὶ ἑαυτῷ περιπλάττων. Οἷον δὲ καὶ τὸ ἀκροτελεύτιον, ὡς πληρέστατόν τε ἅμα καὶ συντομώτατον.]

[Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, παρὰ πάσας ὁμοῦ δηλαδὴ τὰς γυναῖκας. Ἀλλὰ καὶ εὐλογημέναι πάντως ἐν σοὶ αἱ γυναῖκες, καθάπερ καὶ οἱ ἄνδρες ἐν τῷ υἱῷ· μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἀμφότεροι. Καθάπερ γὰρ διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς, γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, ἡ ἀρὰ

---

tecum; hoc ipsum potissimum est, quod promittitur, benedictus ipse sponsus, qui tanquam Verbum per verbum et simul cum verbo et supra quam verbis effari liceat, conjunctionem exsequitur : (et quod præterea cum ea ipse permaneat, hoc idem est omne donum, in hoc sunt omnes sponsi divitiæ, ut sponsa sponsum ipsum habeat.) Et ipse quidem sponsus simul et pater evadit et filius, quippe qui et ipse sator est et ipse satus, seu potius, veluti coagulum virtute sua lac constringit, ipse integram sibi subjicit naturam, eamque efformans sibi circumdat. Qualis porro est et rei exitus, quam immensum simul opus est, et maxime compendiosum!]

[Benedicta tu in mulieribus, aperte præ omnibus pariter mulieribus. Sed et benedictæ prorsus in te mulieres, quemadmodum et viri in filio tuo; seu potius benedicti utrique in utroque[a]. Sicuti enim per unam et per unum, mulierem scilicet et virum, maledictio et luctus, sic etiam nunc per unum et per

[a] Palam est, non posse sanctam Virginem recenseri inter maledictos, quorum per ipsam maledictio in benedictionem vertenda erat.

καὶ λύπη, οὕτω καὶ νῦν διὰ μιᾶς καὶ ἑνὸς ἡ εὐλογία τε καὶ χαρὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι διεδόθη[1].]

XII. Ἀλλ' ὅρα, πῶς ἀντίθετα τοῖς πάλαι πάντα[1] τὰ νῦν. Ἐκεῖ, ἐν λύπαις τέξῃ[2] τέκνα· ἐνταῦθα, χαῖρε, καὶ τὴν λύπην ἐκβάλλων, καὶ ἀντεισάγων τὴν ἀγαλλίασιν· ἐκεῖ, λῦπαι μὲν[3] προηγούμεναι τῶν ὠδίνων, ὠδῖνες δὲ τὰς λύπας διαδεχόμεναι· καὶ πάλιν[4] τὰς

[a] Ex Nicetæ catena (pag. 630). Tota hæc paragraphus in vaticano et coisliniano codicibus sic paucis contrahitur : Τὸ δὲ καὶ αὐτὴν αὐτῇ χαρίζεσθαι τὴν χαράν, τοῦτο δὴ τοῦ νυμφίου τὸ μνῆστρον, τοῦτο ὁ ἀρραβών, τὸ δὲ καὶ μετ' αὐτῆς αὐτὸν γενέσθαι, τοῦτο τὸ δῶρον πᾶν, τοῦτο πᾶς ὁ τοῦ νυμφίου πλοῦτος τῇ νύμφῃ αὐτὸς ὁ νυμφίος. Porro quod hæc habenda sint ceu compendium eorum, quæ ex catena Nicetæ attulimus, adeo manifestum mihi videtur, ut id rationibus confirmare supervacaneum ducam. Sed et in Nicetæ fragmento desiderari censui sententiam, quam in codice Vat. reperio, ac propterea inserendam duxi uncis inclusam.

[1] Nicet. abest πάντα.

[2] Nicet. τέξεις.

[3] Nicet. abest μέν.

[4] Nicet. παρά.

---

unam et benedictio et gaudium etiam in reliquos omnes effusum est[a].]

XII. Verum hic observa, quomodo præsentia ista antiquis illis omnia ex adverso se habeant. Illic[b], *In dolore paries filios;* hic, *Ave*, et tristitiam ejiciens, et lætitiam in vicem illius inducens; illic tristitia præit parientis doloribus, dolores vero

[a] Tota hæc paragraphus sic paucis exhibetur in S. Thomæ catena aurea : *Hoc autem est totum legationis complementum. Dei enim Verbum ut sponsus supra rationem unionem efficiens, tamquam ipse germinans idemque germinatus, totam naturam humanam sibi ipsi conformavit. Ultimum vero ponitur tamquam perfectissimum et compendiosum :* Benedicta tu in mulieribus : *una scilicet præ cunctis mulieribus : ut etiam benedicantur in te mulieres, sicut mares in filio, sed magis uterque in utrisque. Velut enim per unam feminam et unum marem peccatum simul et tristitia intravit; sic et nunc per unam et unum benedictio revocata est et lætitia, et ad singulos est profusa.*

[b] *Gen.* III, 16.

ὠδῖνας λῦπαι, καὶ τὰς λύπας ὠδῖνες [καὶ κύκλος συμφορῶν[1]]· ἀεὶ γὰρ ἡ ἀποστροφὴ πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ ἡ σύλληψις, καὶ ἡ ἐπικύησις καὶ τῶν τέκνων ἅμα καὶ τῶν ὠδίνων· ἐνταῦθα χαρὰ μὲν ἡγήτρια τῶν ὠδίνων· τῆς δὲ χαρᾶς ἡ χάρις αὐτὴ μαιεύτρια, καὶ γλυκεῖα μὲν ἡ κυοφορία, γλυκυτέρα δὲ ἡ θεοτοκία, καὶ τῆς κοσμικῆς εὐτοκίας αὐτουργὸς ὁμοῦ καὶ προάγγελος.

XIII. [[2] Ὅρα μοι τῆς παρθένου τὴν καθαρὰν καὶ σοφὴν καὶ ψυχὴν ὁμοῦ καὶ φωνήν. Χαρὰν ἀκούσασα, οὐχ ἥπλωσε τὴν ἀκοήν, ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· καὶ οὔτε φανερῶς ἀντιπίπτει διὰ τὴν ἀπιστίαν, οὔτε παντελῶς εὐθὺς ὑποπίπτει διὰ τὴν εὐκολίαν· ἀλλ'

[1] Ex cat. Nicetæ.

[2] Hoc fragmentum ex eadem Nicetæ catena (pagg. 630, 631) pro ratione materiæ heic inserendum visum est.

---

tristitiam excipiunt; iterumque dolores tristitia excipit, tristitiamque dolores, [ac jugis ærumnarum vicissitudo]; semper enim *ad virum conversio*", et conceptus, et filiorum simul ac dolorum gestatio; heic vero et gaudium puerperio præest, et gaudio ipsa est obstetrix gratia, et tum gestatio suavis, et suavior divinus ille partus, qui totius mundi fœcunditatis effector simul et nuntius exstitit.

XIII. [Sed præterea inspice, quæso, puram prudentemque Virginis mentem pariter ac linguam. Quamvis gaudii vox insonaret, non arrexit aures, sed sermonem diligenter perpendit; tum vero neque incredulitate aperte obnititur, neque statim

" *Gen.* III, 16. Ubi vulgatus legit, *sub viri potestate eris*, LXX habent : πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, *ad virum tuum conversio tua;* et hanc quidem lectionem penes latinos quoque receptam olim fuisse, aperte colligitur ex testimoniis Tertulliani, Cypriani, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Ambrosiastri, etc., quæ simul collecta videri possunt apud Sabatier (*in not.* ad h. l.). Porro orationis contextus palam facit, Johannem Geometram eodem sensu hunc locum intellexisse ac Symmachus, qui pro ἡ ἀποστροφή σου verterat ἡ ὁρμή σου : qua de re Hieronymus (*Quæst. hebr. in Gen.* III, 16) : *Pro conversione Aquila societatem, Symmachus appetitum vel impetum transtulerunt.*

ἐξίσης φεύγουσα καὶ τὴν ἀπαλότητα τῆς Εὔας, καὶ τὴν ἀπείθειαν τοῦ Ζαχαρίου, μέση χωρεῖ διὰ τὴν ἀσφάλειαν· καὶ διαταράττεται μὲν, ὡς εἰκός· οὐ διὰ τὰ ὁρώμενα μᾶλλον· τοσοῦτον αὐτῇ τὸ παράστημα. ἄλλως τε καὶ τούτων οὖσα τῶν θεαμάτων ἤδη συνήθης, ἀλλὰ διὰ τὰ λεγόμενα. Ταῦτά τοι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐ τῇ θεωρίᾳ μᾶλλον· ἀλλὰ τῇ ἐπαγγελίᾳ τὸν τάραχον ἀποδίδωσι. Διεταράχθη γάρ, φησὶ, ἐπὶ τῷ λόγῳ.] .... [Οὐχ ὁ τοκετός· ἔτι γὰρ ἠγνόει τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος. Ἀλλ' ὅμως ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε τὴν θείαν ὁμιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ καθ' αὑτὴν ἠπόρει, ποταπή τις αὕτη καὶ ὅπως· ἆρα πορνική τις καὶ ἄτοπος, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην, ἡ θεία· ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη αὐτῇ σύνεστι, τὸ ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.]

XIV. [Καίτοι τῆς κόρης μηδὲν εἰπούσης, ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ περὶ

---

nimia quadam facilitate omnino cedit; sed ex æquo et ab Evæ mollitie, et ab incredula Zachariæ duritie declinans, in medio caute prudenterque consistit. Et conturbatur illa quidem, prouti res ferebat; non adeo sane ex visis, licet tam tremendum id esset, quod oculis ipsi obversabatur, præsertim cum cernendis ejusmodi quoque visionibus jam foret assueta; sed utique conturbatur ex dictis. Ita profecto et Evangelista, non tam ex visione, sed potius ex audito nuntio incussam esse turbationem tradit. Inquit enim[a]: *turbata est in sermone.*] . . . . . [Itemque non eam in hunc angorem conjecit mentio partus; nondum enim perspectam magni illius mysterii rationem habebat. Verumtamen a divina illa allocutione conversationeque timebat, tremebatque, atque anxiis angebatur dubitationibus, cujusmodi illa foret, quove spectaret; num inhonesta ullo modo ac turpis, quippe quæ viri ad puellam, an vero divina, quoniam in ipso alloquio adjecta fuerat Dei mentio, illud nempe *Dominus tecum.*]

XIV. [Cum itaque Virgo nihil responderet, verum secum ipsa

[a] *Luc.* I, 29.

τοῦ ἀσπασμοῦ διαλογιζομένης, ὁ χαροποιὸς νυμφοστόλος, οἷα νοῦς τὸν νοῦν αὐτῆς ὁρῶν, οὐκ ἐκβάλλει μόνον τὸν φόβον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀντεισάγει χαράν, καὶ μηνύει τὸν ἄφραστον τόκον· μὴ φοβοῦ, φησί[1].]

Τοῦτο[2] διὰ τὸν πρὸ τοῦ[3] τῶν ὠδίνων φόβον. Τέξεις γὰρ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ· οὐχ ὅσον οὐδὲν αὐτὴ, φησὶν, ἐκ τοῦ τόκου πείσῃ δεινὸν ἢ

[1] Ex Nicetæ catena pag. 631 : quod quidem fragmentum per eadem plane verba desinit, ac textus codicis Vat. heic incipit, nisi quod Vatic. codexp aragraphum sic inchoat, Ἀλλὰ μὴ φοβοῦ : ubi particula ἀλλὰ ad qualemcumque orationis nexum adjecta apparet. Ceterum haud levis suspicio est, alia hoc loco desiderari, cum plane inverisimile sit, Geometram prorsus tacitum præteriisse illud Lucæ, *invenisti gratiam* etc.

[2] Cod. Vatic. heic lacunam habet, quasi vox quæpiam desit : at juxta Coisl. co licem et fragmentum a Niceta allatum, nihil reipsa deesse dicendum est.

[3] Nicet. abest τοῦ.

---

de salutatione illa sedulo disquireret, paranymphus gaudii minister, quippe qui mentem illius, utpote mens, pervidebat, non modo timorem dispellit, sed plenum quoque gaudium contra ingerit, et ineffabilem ei partum annuntiat. *Ne timeas*, inquit[a].]

Id enimvero dictum est propter timorem illorum dolorum qui parientibus olim intentati fuerunt. *Paries enim filium, et vocabis nomen ejus Jesum*[b]; *ipse enim salvum faciet populum suum*[c] : nedum, inquit, ipsa existimare possis, acerbum quidpiam aut molestum ex partu tibi impendere, immo vero partus

[a] *Luc.* I, 30.

[b] *Luc.* I, 31.

[c] *Matth.* I, 21. Secundum evangelicam historiam hæc verba non quidem Gabriel protulit, cum Virgini incarnationis mysterium annuntiavit, sed Angelus, qui dein missus est ad Josephi anxietates abigendas. Ne tamen lapsum memoria Geometram putemus, conjicere possumus, persuasum huic fuisse, eamdem illam sententiam a Gabriele quoque usurpatam esse, licet id Lucas diserte non referat.

πικρὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ τόκος ἔσται παντὶ τῷ κόσμῳ σωτήριος· καὶ δῆλον τὸ ἔργον ἐκ τοῦ ὀνόματος.

[Τὸ μέντοι ἰδοὺ τὸ τάχος καὶ τὸ νῦν δηλοῖ· ἵνα καὶ διὰ τούτου τὴν διὰ λόγου καὶ σὺν λόγῳ ἐμφάνῃ σύλληψιν.] . . . . [Ἐπειδὴ δέ ἐστι καὶ ἐν γαστρὶ κατὰ τὸν προφήτην τῇ γε πνευματικῶς νοουμένῃ πνεῦμα συλλαβέσθαι Θεοῦ, καὶ πνεῦμα σωτηρίας ἀποτεκεῖν, ἀλλὰ σὺ, φησὶ, καὶ τέξεις υἱόν[1].]

[Σὺ οὖν, φησὶ, καλέσεις, οὐχ ὁ πατήρ· ἀπάτωρ γὰρ τό γε κατὰ

[1] Ex catena Nicetæ pag. 652. Et hæc quidem id confirmant, quod superius innuimus, nonnulla in præcedentibus desiderari : neque enim additis hisce fragmentis oratio plane cohæret.

---

tuus universo quoque mundo salutem afferet; et hujus quidem operis argumentum in ipso nomine prostat.

[Enimvero illud *Ecce* declarat, nulla interposita mora et impræsentiarum rem actam; ut per id quoque palam faciat, conceptionem per verbum et cum verbo perfectam esse[a].] . . . . . [At vero, quandoquidem juxta Prophetam[b] contingit, ut in utero spirituali sane ratione intellecto, concipiatur etiam Spiritus Dei, ac pariatur Spiritus salutis, sed tu, inquit[c], paries etiam filium.]

[Tu igitur, inquit, *vocabis*, non vero pater; neque enim

[a] Hæc ita in aurea Aquin. catena cum aliquo additamento : *Quod dicitur* ecce, *celeritatem et præsentiam denotat, insinuans cum* ejus verbo celebratam esse conceptionem. *Dicit autem, concipies in utero, ut demonstret, Dominum ab ipso utero virginali et de nostra substantia carnem suscipere.* Aliam periodum addit catena illa, quam omitto, cum nihil Geometram sapiat, et aliena sit a contextu.

[b] Manifestum est, Geometram præ oculis habuisse illud Isaiæ (XXVI, 18) : Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας : ubi Vulgatus in aliam sententiam : *Sic facti sumus a facie tua, Domine. Concepimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum. Salutes non fecimus in terra.*

[c] *Luc.* I, 31.

τὴν κάτω γέννησιν, ὥσπερ ἀμήτωρ κατὰ τὴν ἄνω. Σὺ καλέσεις Ἰησοῦν[1]. Ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὀνομασία, ἀπὸ τῆς χρήσεως ἡ κλῆσις, ἀπὸ τῶν ἔργων ἡ ἐφημία· δι' αὐτοῦ γὰρ ἀνθρώποις ὁ τῆς σωτηρίας ἀνεξάντλητος ἐπιῤῥεύσει πλοῦτος[2].] .... [Ἐπεὶ δὲ κοινὸν αὐτῷ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ τύπον, τὸν στρατηγὸν καὶ δημαγωγὸν καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ὁδηγόν, διὰ τοῦτο δεικνὺς ὁ ἄγγελος, ὡς[3] κατ' ἐκεῖνον ἔσται, ἐπάγει· οὗτος ἔσται μέγας...]

[Δώσει τοίνυν αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαεὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς ἀνθρώπῳ, καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἀρχομένῳ τῆς βασιλείας, διὰ τῶν πιστευόντων, οὓς καὶ οἶκον καὶ θρόνον ὀνομάζει Δαεὶδ τε καὶ Ἰα-

[1] Edita apud Mai. mendose Ἰωάννην.

[2] Ex eadem catena Nicetæ pag. 658, e qua duo alia, quæ sequuntur fragmenta, quæque prorsus ad hunc locum spectant, addidi.

[3] Palam est hinc excidisse particulam negativam.

---

patrem secundum terrenam generationem habet, quemadmodum secundum cœlestem non habet matrem. *Vocabis* eum *Jesum*. Ex beneficentia est nominis nuncupatio, ex tributa gratia compellatio, ex operibus nominis celebritas : nam per ipsum in universos homines indeficientes salutis divitiæ dimanabunt.]....

[Quoniam vero commune hoc ei nomen erat cum illo, qui et typus ejusdem fuit, exercituum duce, et populi judice, atque in terram promissionis ductore[a], idcirco Angelus, ut ostendat haud ei parem hunc fore, subdit[b] : *Hic erit magnus*. . .]

[*Dabit* igitur *illi Dominus sedem David patris ejus*, tanquam homini, et quatenus regnum exinde auspicabitur e credentibus, quos etiam domum Jacob et thronum Davidis appellat. Nullius

[a] Intellige Jesum filium Nave. Brevius autem hæc in catena aurea : *Verum quia hoc nomen commune est sibi cum successore Moysi, idcirco innuens Angelus, quod non erit secundum ejus similitudinem, subjungit :* Hic erit magnus.

[b] *Luc.* I, 32.

κώς. Οὐδενὸς δέ ἐστι τὸ βασιλεύειν εἰς τὸν αἰῶνα, εἰ μὴ Θεοῦ· ὥστε εἰ καὶ λαμβάνειν διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀνθρωπίνως λέγεται τὸν θρόνον Δαεὶδ, ἀλλ' ἔστιν ὁ αὐτὸς καὶ θεϊκῶς βασιλεὺς ἀτελεύτητος, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, οὐ καθὸ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καθὸ καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὡς οὐ κατὰ φύσιν μόνον βασιλεὺς, ἀλλὰ βασιλεύσων καὶ κατὰ γνώμην, καὶ νῦν μὲν πολλῶν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ καὶ πάντων, ἡνίκα καὶ ὑποταγήσεται αὐτῷ τὰ πάντα.|

XV. Ἀλλ'[1] ἴδωμεν λοιπὸν καὶ τῆς νύμφης αὐτῆς καὶ τὴν γλῶτταν ἅμα καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ ὅσον αὕτη σοφή τε καὶ φιλοπάρθενος. Οὔτε τῷ ἀγγέλῳ διαπιστεῖν ἔχει διὰ τὸ ἀξιόπιστον, οὔτε πάλιν τὴν παρθενίαν ἀρκεῖσθαι διὰ τὴν καθαρότητα· ἀλλὰ μέση χωρεῖ τῆς ἀπιστίας τε καὶ τῆς εὐκολίας, καὶ ζητεῖ τὸν τρόπον τῆς

[1] Nicet. p. 638 : φέρε οὖν ἴδωμεν αὐτῆς καὶ τὴν γλῶσσαν κ. τ. λ. Hanc autem periodum postponit sequenti, quæ incipit εὔτε τῷ ἀγγέλῳ, ubi inserit γάρ.

---

autem est regnare in æternum, nisi Dei solius; idcirco, etsi ratione incarnationis thronum Davidis accipere secundum formam hominis dicatur, attamen æternus quoque rex ipse agnoscitur in forma Dei, *et regni ejus non erit finis*[a], non modo quatenus est Deus, verum etiam quatenus homo, neque solum tanquam natura sua rex, sed regnum præterea adeptus ex voluntate primum quidem multorum, prorsus vero omnium ad finem sæculi, quando *et omnia ipsi subjicientur*[b].]

XV. Sed age jam, quod reliquum est videamus, scilicet sponsæ ipsius et verba simul et animum, et quousque sapiens ipsa fuerit ac virginitatis studiosa. Illa neque omnino fidem Angelo, propter multa veritatis indicia, abnuere, neque rursus in tanto puritatis studio a virginitate desciscere animum inducit; sed media diffidentiam inter ac promptum voluntatis obsequium

[a] *Luc.* I, 33.

[b] *I Cor.* XV, 28 : Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα... *Cum autem subecta fuerint illi omnia*, etc.

παραδόξου ταύτης νυμφεύσεως ἡ κυήσεως. Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γιγνώσκω; [Πῶς τοίνυν ἔσται μοι τοῦτο τὸ θεῖον οὕτω καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀπερινόητον, καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνακόλουθον; Τό τε γὰρ ἄνδρα με γνῶναι, καθάπερ Θεῷ καθιερωθεῖσαν, τῶν ἀμηχάνων· καὶ τὸ, χωρὶς ἀνδρὸς καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, τῶν ἀδυνάτων. Τὸ δὲ ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γιγνώσκω, εἶπε πάντως μὲν καὶ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ ἀναφέρουσα, ὡς μέχρι μνηστείας μόνον εἰδυῖα τὸν αὐτοῦ γάμον, καὶ ὡς οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τέλους ἄχραντος ἐγνωκυῖα μένειν ἀνδρὸς, οἷα καὶ θεῖον καὶ ἄψαυστον ἀφιέρωμα. Πάντως δὲ κἀκεῖνον βεβαιοῦσα τὸν λόγον, ὃς ἐκ πατέρων εἰς ἡμᾶς ἥκει, ὅτι μὴ τὴν πεῖραν τοῦ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔφεσιν ἡ παρθένος ἠγνόησεν· Οὐκ ἔγνωκα, φησὶν,

---

manet, modumque hujus præter fidem conceptus et partus exquirit. *Quomodo*, inquit[a], *erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* [Videlicet, quomodo opus ejusmodi, non modo tam divinum et admirandum et captum mentis excedens, verum etiam sibi adeo minus cohærens, in me implebitur? Nam et quod forte virum cognoscere ipsa possim, id contingere omnino nequit, quippe voti religione Deo consecrata sum : quod vero quæpiam concipere ac parere sine viri consortio queat, id ex æquo inter impossibilia reponendum. Porro quod addidit, *quoniam virum non cognosco*, id prorsus etiam ad Josephum referebat, quippe quæ nuptiarum cum ipso jura solum usque ad sponsalia noverat, seque, utpote donarium Deo sacrum ac propterea tangi nefas, a viri consuetudine integram non solum in præsens, sed in perpetuum servare decreverat. Atque ita plane fidem illi quoque traditioni faciebat, quæ ad nos devenit a patribus, Virginem non modo nuptiarum usum, sed ne desiderium quidem ejusdem novisse. Nullum, inquit, viri desiderium

[a] *Luc.* I, 34

ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς, οὐκ ἔχω θέλημα τῆς σαρκός. Ὃ δὲ καὶ κατὰ πάσης αὐτῇ τῆς γυναικείας ἐξαίρετον φύσεως, ὅτι καὶ ὑπὲρ πάσας αὐτῇ καὶ ἐκ γνώμης ὅλως ἀνεπιδέκτου τῆς τοιαύτης κακίας ἡ σωφροσύνη· ὥστε[1]]

Διπλοῦς ὁ λόγος· ἢ γὰρ ὅλως διαπορεῖται περὶ τὴν σύλληψιν, ὡς οὐ δυνατὴν ἄνευ ἀνδρὸς, εἴτε[2] καὶ τὸν τρόπον αὐτὸν ἐπιζητεῖ τῆς συλλήψεως[3], ἐξ οὕτινος ἂν καὶ γένοιτο. Τὸν γὰρ Ἰωσὴφ μνηστῆρα μὲν οἶδα, φησὶν, ἄνδρα δὲ οὐδαμῶς, οὔτ' ἔχουσα, τάχα δὲ οὔθ' ἕξουσα. Οὐ γὰρ δὴ δέδοται καὶ τὸ ψαύειν αὐτῷ τῶν ἀψαύστων, οὐδὲ τὸν ἀποκεκλεισμένον κῆπον ἀποσυλᾶν, οὐδὲ τὸ ἐσφραγισμένον[4] βιβλίον ἀποσφραγίζεσθαι.

[1] Ex catena Nicetæ pag. 639.

[2] Nicet. ἤ.

[3] Nicet. ibid. mere ὡς τὸν Ἰωσὴφ ἄνδρα οὐκ ἔχουσα κ. τ. λ.

[4] Nicet. ibid. brevius prout sequitur : ἀνείγειν βιβλίον ἢ ἀποσυλᾶν τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνάθημα.

---

novi, nulla mihi carnis voluntas est. Quod quidem vel ex omni femineo sexu singulare illi fuit[a], quoniam et præ omnibus, et ex proposito voluntatis hisce inquinamentis inaccessæ, castitas in ea refulsit.]

Exinde duplicem ea verba explicationem habent : vel enim generatim incerta (Virgo) hæret de conceptu ipso, utpote qui sine viri consuetudine haberi nequeat, vel etiam modum conceptus exquirit, undenam scilicet futurus sit. Nam sponsum equidem, inquit, Josephum novi, at virum nullo modo, quem nec habeo, nec utique habitura sum. Non enim ipsi datum est, ut quæ intacta sunt tangat, neque ut hortum conclusum deprædetur, neque ut consignatum librum resignet.

[a] Vide ex Patrum traditione descendere, sanctam Virginem immunem ab ea concupiscentiæ lege exstitisse, quæ primævi peccati infelix est consectarium.

Σύμφωνα ταῦτα τῶν ἐν ἀποκρύφοις ἱστορουμένων· ὅτι τοσοῦτον ἐξελέγη μόνον ὁ Ἰωσὴφ ἐπ' ὀνόματι τῆς μνηστείας τὴν φυλακὴν αὐτῆς[1] ποιεῖσθαι τῆς παρθενίας, οὐ γὰρ δὴ[2] καὶ τὸ κοινωνῆσαι γάμων αὐτῇ ποτε, μὴ καὶ ἱεροσυλίαν κατακριθῶσιν ἄντικρυς[3], ἀποσυλῶντες τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνάθημα.

XVI. Τί οὖν ὁ νυμφαγωγός τε καὶ νυμφοστόλος; [Ὅρα, πῶς τῇ παρθένῳ λύει τὴν ἀπορίαν ὁ ἄγγελος καὶ[4]] πῶς αὐτῇ διερμηνεύει τὸν ἄφθαρτον γάμον, καὶ τὸν ἄφραστον τόκον, [καὶ τὸν ἀκατάληπτον τρόπον[5],] καὶ ἅμα μυσταγωγεῖ τὸ τῆς Τριάδος αὐτῇ μυστήριον· [Οὐ χρεία, φησὶν, ἀνδρός· οὐ γὰρ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις τὰ σὰ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τοῦ υἱοῦ τοῖς υἱοῖς. Οὐ γὰρ ἡ σὴ σύλληψις τῆς παρθενίας ἀφαίρεσις, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον σφραγὶς καὶ συντή-

[1] Cod. uterq. αὐτεῖς.
[2] Coisl. οὐ δὴ γάρ.
[3] Vat. ἄντικρις.
[4] Nicet. pag. 639, omissis præcedentibus, ἀλλ' ὅρα κ. τ. λ.
[5] Ex cat. Nicetæ ibid.

Consona hæc sunt cum iis quæ in apocryphis narrantur; Josephum videlicet in hunc solummodo finem electum fuisse, ut desponsationis nomine virginitatis ipsius custodiam haberet, haud vero sane, ut cum ipsa in connubii quoque consuetudinem aliquando veniret; absit enim ut in donarium Deo devotum manus injicientes continuo vel sacrilegii damnarentur.

XVI. Quid itaque ille sponsæ adductor, nuptiarumque auspex Angelus? [Vide quomodo a Virgine dubitationes abigat, et] quomodo incontaminatas ipsi nuptias, ineffabilemque partum [et incomprehensibilem ejusdem rationem] quasi interpres exponat, ac mysterium simul Trinitatis eam edoceat. [Nihil, inquit, opus est viro; neque enim tua cum aliis mulieribus, sicuti nec quæ sunt filii tui cum aliis filiis, quicquam commune habent. Conceptio tua haud sane virginitatis est funus, sed e converso obsignatio potius et custodia. Tene igitur, o Virgo, quod tibi

ρησις. Δέχου οὖν, ὦ παρθένε, τὸ λεχθέν· μὴ ζήτει τὸ σιγηθέν. Τῷ τόκῳ μαρτυρῶ· τῷ τρόπῳ παραχωρῶ. Ἄγγελος γὰρ, οὐ διδάσκαλός σοι τῆς οἰκονομίας ἐλήλυθα· διάκονος καὶ κήρυξ τῆς δεσποτικῆς ἀπεστάλην ἐπιδημίας, οὐχ ἑρμηνεύς, οὐδ' ἐξηγητὴς τοῦ προστάγματος. Πῶς ἔσται τοῦτο, οἶδεν αὐτὸς ὁ παρών· ὅτι πάρεστιν, ἐπίσταμαι· τὸν δὲ τρόπον λέγειν, οὐ δύναμαι [1].]

Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ (καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι [2]). [Οὐ γὰρ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἁγίου πνεύματος ἡ ἐπέλευσις, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως ἡ ἐπισκίασις [3]. Τὸ μὲν οὖν πνεῦμα, φησὶν, ἐπελεύσεται [4]] προοδοποιοῦν τῷ υἱῷ τὴν εἴσοδον καὶ προενοικοῦν καὶ προκαθαῖρον αὐτῷ τὸν θάλαμον, μᾶλλον δὲ καὶ προσκαλλωπίζον [5], εἰ καὶ προκεκάθαρται καὶ προκεκαλλώπισται.

[1] Ex Nicetæ catena pag. 639.

[2] Supplenda censui hæc Lucæ verba; contextus enim postulare videtur, ut integer Lucæ textus hoc loco proponatur, per partes dein exegesi explanandus.

[3] Ex cat. Nicetæ pag. 639.

[4] Ex eadem catena pag. 640.

[5] Nicet. προκαλλωπίζον.

---

revelatum; quod silentio est obvolutum, ne quæras. De partu fidem facio; de modo dicere mitto. Nuntius enim tibi dispensationis, non magister veni; minister et præco dominici adventus missus sum, non interpres, neque explanator mandati. Quomodo futurum id sit, novit ipse qui adest : nam adesse eum, perspectum habeo; at modum edicere, mihi non suppetit.]

Spiritus sanctus superveniet in te, (*et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[a]). [Non enim viri, sed Spiritus sancti erit adventus, et ipsius virtutis Altissimi obumbratio. Spiritus, ergo inquit, superveniet], qui Filio viam ingressumque præparet, ac prior in te sistat, tum thalamum illi præmundet, seu potius jam antea mundatum et exornatum splendidiori adhuc decore exornet.

[a] *Luc.* I, 35.

Καὶ δύναμις ὑψίστου[1] ἐπισκιάσει σοι[2]· τοῦτο, καὶ ὁ υἱὸς ἅμα καὶ ὁ πατήρ· ὁ μέν, ἡ δύναμις, ὁ υἱός· ὁ δὲ, οὗπερ ἡ δύναμις, ὁ πατήρ. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Καὶ ἐπισκιάσει σοι· σκιάσει μὲν τὸ πνεῦμα, ἐπισκιάσει δὲ υἱὸς, καθάπερ ἐσκιαγραφημένοις τισὶν ἤδη παρὰ τοῦ πνεύματος τοῖς χαρίσμασιν[3] ἐπιβάλλων[4] καὶ αὐτὰ τὰ χρώματα, αὐτὰ[5] δὲ ἑαυτοῦ πάντα τὰ πατρικὰ γνωρίσματα· ἢ καὶ τὴν ἀθέατον αὐτοῦ, φησὶ[6], μορφὴν ἐν σοὶ καὶ σκιωδῶς περιγράψει, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν σοὶ μορφωθήσεται· ἢ καὶ ἡ[7] τοῦ πατρὸς αὐτὴ σφραγὶς[8], τὸ ἀπαύγασμα, τὸ ἀποσκίασμα, κἂν σοὶ διασημανθήσεται, πάσας ὁμοῦ τὰς πατρικὰς ἐνεργείας, εἴτουν σκιὰς καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἐν ἑαυτῷ

[1] Nicet. addit ὁ υἱός.
[2] Nicet. seqq. omittit usque ad verba καθάπερ ἐσκιαγραφημένοις.
[3] Nicet. τύποις.
[4] Nicet. addit δι' ἑαυτοῦ.
[5] Nicet. brevius εἴτουν τὰ πατρικὰ γνωρίσματα.
[6] Nicet. abest φησί.
[7] Nicet. pro ἡ habet αὐτή.
[8] Nicet. mere ἐν σοὶ διασημανθήσεται.

Et virtus Altissimi obumbrabit tibi; id est, et Filius simul et Pater; Filius est enim, qui virtus appellatur; Pater vero, cujus ille virtus dicitur. Nam *Christus Dei virtus est et Dei sapientia*[a].

Et *obumbrabit tibi* : obumbrabit te quidem Spiritus Sanctus, sed obumbrabit et Filius, gratiæ donis jam a Spiritu quodammodo adumbratis etiam suos (per se) adjiciens colores, ipsas utique a Patre acceptas sui ipsius proprietates omnes; seu etiam, inquit, invisibilem suam formam in te quadam velut umbra circumscribet, nostram scilicet formam in te assumet; seu etiam, ipsum Patris signaculum, splendor[b], adumbratio etiam in te manifestabitur, omnes pariter paternas virtutes, seu

[a] *I Cor.* I, 24.
[b] *Hebr.* I, 3.

περιφέρων, [καὶ σὸς υἱὸς, ὁ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸς, γινόμενος καὶ καλούμενος[1].]

XVII. Ἀλλὰ σκόπει μοι τὴν ἀκρίβειαν. Τοῦ μὲν πνεύματος, φησὶν, ἡ ἐπέλευσις, μόνη ἡ κατὰ σχέσιν ἔλλαμψις· ἡ δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐπισκίασις, ἤγουν ἡ κατ' οὐσίαν οἴκησις, ἢ καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ἀνάληψις. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Οὐ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν μόνον ἕνωσιν[2], καὶ διὰ τὴν κατὰ χάριν θέωσιν ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς Θεοῦ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου καὶ ὢν καὶ καλούμενος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀντίπτωσιν[3]· ὡς τοῦ μὲν ἀνθρώπου πολλάκις τὸ τοῦ φύσει Θεοῦ, τοῦ δὲ Θεοῦ τὸ τοῦ φύσει καλουμένου πάλιν[4] ἀνθρώπου διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσίν τε καὶ περιχώρησιν[5].

[1] Ex caten. Nicet. pag. 640.
[2] Nicet. ἕνωσιν μόνον : dein reliqua omittit usque ad καὶ αὐτός.
[3] Nicet. μετάπτωσιν.
[4] Nicet. abest πάλιν.
[5] Περιχώρησιν cum Niceta, nam codd. Coisl. et Vat. ἀντιπεριχώρησιν.

---

umbras atque lineamenta in seipso circumferens, [et filius tuus exsistens et vocatus, qui etiam Dei ac Patris est Filius.]

XVII. Verum inspice, quæso, accuratum sermonem. Sancti Spiritus, inquit, adventus illuminationem tantummodo dicit per habitum; adventus vero Filii est præterea obumbratio, videlicet inhabitatio secundum substantiam, seu ipsa etiam carnis assumptio. *Ideoque et quod nascitur sanctum, vocabitur Filius Dei*[a]. Tum filius Dei tum filius hominis ipse et est et vocatur, non solum propter unionem secundum hypostasim ac per deificationem secundum gratiam, sed etiam propter idiomatum communicationem; adeo ut et homini persæpe tribuantur, quæ natura sua sunt Dei propria, et vicissim Deo, quæ suapte natura sunt propria hominis, videlicet et propter arctissimam unionem et propter circuminsessionem.

[a] *Luc.* I, 35.

XVIII. [Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, τὸ γεννώμενον ὑπὸ σοῦ, ἀλλ' ἁπλῶς, τὸ γεννώμενον; Ὅτι οἶδεν, οὐκ ἀπὸ γυναικὸς, ἀλλ' ἀπὸ ἀνδρὸς κυρίως καὶ πρώτως τὴν γέννησιν. Καὶ γεννᾷ μὲν ὁ πατὴρ, ἡ δὲ μήτηρ διαδεχομένη, τελεσφορεῖ καὶ προάγει τὴν γέννησιν. Ἵν' οὖν μήτε ἀπὸ ταύτης ὅλον, μήτε δὲ καὶ ἀπὸ πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ δείξῃ τὸ γέννημα, καὶ γεννῶν ὁμοῦ καὶ γεννώμενον, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν [1].]

[Πίστις, φησὶ, τῶνδε τῶν εὐαγγελίων, ἕτερα εὐαγγέλια προσεμφερῆ καὶ ὑπερφυῆ, δι' ἐμοῦ καὶ γινωσκόμενα καὶ γινόμενα. Τούτων δέ σοι παρὰ πολλῶν ἀπόδειξις, ἀπὸ [2] τοῦ ὀνόματος, ἀπὸ τῆς συγγενείας, ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θαύματος. Ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, συνέλαβεν ἐν

[1] Ex Nicet. pag. 641.
[2] Nicet. in editis ὑπό.

XVIII. [Curnam vero (Angelus) non dixit, *quod generatur ex te*, sed simpliciter, *quod generatur*[a]? Quia noverat, non mulieris, sed proprie ac primario viri esse generationem. Et sane patris est generare; matris vero, cum receperit, generationem ad finem perducere, atque in lucem edere. Itaque ut ostenderet, prolem illam, generantem simul et genitam, non ipsi (Virgini) ex integro, neque etiam patri cuipiam, sed sibimetipsi deberi ut generaretur, propterea sic locutus est.]

[Fidem, inquit (Angelus), faustis hisce nuntiis alia faciant nuntia, hisce similia et miraculo stupenda, quæ per me et manifestantur et exsecutioni demandantur. Horum autem probationem multiplici ex capite præsto habes, in nomine, in cognatione, in re ipsa, in tempore, in ipso demum prodigio. Ecce enim[b] *Elisabet, cognata tua, concepit in senectute, quæ vocatur*

[a] *Luc.* I, 35. Vulgatus habet : *Quod nascetur ex te;* græcus textus : τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ. Ratio vero cur a Vulgato discedens illud τὸ γεννώμενον reddiderim *quod generatur*, potius quam *quod nascitur*, orationis contextum consideranti facile patebit.

[b] *Luc.* I, 36.

γήρει, ἡ καλουμένη στείρα· τοσοῦτον εἰς ἕξιν ἦκε τῆς ἀπαιδίας, ὥστε καὶ εἰς κλῆσιν αὐτῇ γνώρισμα εἶναι τὸ ἀτύχημα· καὶ δὴ πλέον, ὅτι οὐδὲν ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ [1].]

XIX. [Ὅρα μοι κἀνταῦθα τῆς παρθένου τὸ ἦθος, καὶ ὅσην εἶχεν ἐν νεαρῷ κομιδῇ τῷ σώματι καὶ φρονήματος ὁμοῦ καὶ πνεύματος τελειότητα. Ἕως μὲν γὰρ ἀνδρὸς ὑπόληψις ἦν, τὴν σύλληψιν οὐκ ἐδέχετο. Ἀλλὰ κἂν ἀρχάγγελος ᾖς, φησί, κἂν ὑπερφυῆ μοί τινα καὶ οὐράνια κομίζῃς τὰ εὐαγγέλια, ἀλλ' ἐμὲ καὶ ἀνδρὶ συνελθεῖν καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, ἀμήχανον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν ἐνοίκησιν, τὴν μὲν τοῦ πνεύματος, τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ προσευηγγελίσθη, πείθεται μὲν καὶ πιστεύει· μηδὲν γὰρ ἀδύνατον εἶναι Θεῷ· φυσᾶται δὲ καὶ ἐπαίρεται οὐδὲ οὕτως, ἀλλὰ καταπίπτει μᾶλλον καὶ ὑποστέλλεται· καὶ δούλην μὲν ἑαυτὴν οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὡς εἰκός, ἑτοίμην εἶναι λέγει πρὸς τὸ

[1] Ex Nicet. pag. 641.

---

sterilis (eo usque enim indomitæ sterilitatis devenerat, ut infortunium cederet ei in nomen, quo denotaretur), et, quod etiam majus est, *quia nihil impossibile apud Deum*[a].

XIX. [Et heic quidem perpende, quæso, Virginis mores, et quantam in juvenili admodum corpore et mentis et spiritus perfectionem gereret. Quamdiu enim suberat viri suspicio, in conceptionem nullatenus consensit. Sed licet, inquit, tu sis Archangelus, licet superna quædam mihi et cœlestia nuntia deferas, at enim ut cum viro ipsa congrediar, concipiamque ac pariam, id impossibile. At postquam commonita est tum de Sancti Spiritus adventu, tum de Dei Filio in ipsa inhabitaturo, acquiescit illa quidem et credit; nihil enim Deo impossibile esse; neque tamen inflatur propterea, atque extollitur, sed deprimitur potius, seseque demittit; et non modo ancillam se appellat, verum, ut consentaneum est, paratam quoque se esse ad mi-

[a] *Luc.* I, 37.

ὑπούργημα· ὡς δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ὄν, οὐ δέχεται μᾶλλον ἢ ἐπεύχεται τὸ ἐπάγγελμα[1].]

Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν περὶ ταύτην[2] τὴν μυσταγωγίαν ἐπαινείτω καὶ θαυμαζέτω[3] τῆς κόρης, ὁ μὲν τὴν ἀσφάλειαν, ὁ δὲ τὴν εὐπείθειαν· ὁ μέν, ὅτι μὴ συνηρπάγη λαμπραῖς οὕτω καὶ μεγάλαις καὶ παρὰ[4] λαμπροῦ καὶ μεγάλου τοῦ ἀρχαγγέλου[5] ταῖς ὑποσχέσεσιν· ὁ δ' ὅτι μὴ πέρα τοῦ μετρίου δυσπειθῶς ἐχρήσατο ταῖς ἐναντιώσεσιν[6]· ἀλλ' ἐπίσης ἐξέφυγε καὶ τῆς προγονικῆς ἀπάτης, τῆς Εὔας φημί, τὴν εὐήθειαν, καὶ τῆς συγγενικῆς ἀπιστίας τοῦ Ζαχαρίου πρὸ μικροῦ τὴν ἀπείθειαν.

Ἐμοὶ δὲ καὶ τὸ ὕψος τῆς ταπεινοφροσύνης[7] οὐχ ἧττον δοκεῖ θαυμαστὸν, ἀλλ', εἴπερ τι καὶ τῶν ἄλλων, ἐκπληκτικώτατον[8], δι'

[1] Ex Nicet. pag. 642.
[2] Nicet. pag. 645 abest ταύτην.
[3] Nicet. abest καὶ θαυμαζέτω.
[4] Coisl. περί.
[5] Nicet. abest τοῦ ἀρχαγγέλου.
[6] Nicet. in editis, forte mendo typographico, ἐνατιώσεσιν.
[7] Nicod. addit, τῆς παρθένου.
[8] Nicet. mendose in editis, ἐκπλεκτικώτατον.

---

nisterium affirmat; verumtamen cum propositum munus se ipsa sit altius, non tam illud assumit, quam se ei famulaturam esse pollicetur.]

Alii itaque alia ex iis, quæ ad hoc mysterium pertinent, celebranda assumant, et Virginis demirentur alius quidem prudentiam, alius vero obsequium; alius, quod splendidis adeo ingentibusque fulgentis ac magni Archangeli promissionibus capta non fuerit; alius, quod non plus æquo a fide temperando sese renitentem exhibuerit; sed perinde et a seductæ progenitricis, Evæ inquam, imprudenti simplicitate, et a nupera increduli cognati Zachariæ diffidentia caverit.

At mihi haud miranda minus, imo vero etiam maximo præ reliquis (siquidem in Virgine aliud præ alio mirandum

ἦν τάχα καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὑψώθη, καὶ πρὸς ὑπουργίαν ἀφιερώθη τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι καὶ σώματος[1] καὶ θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Τί γάρ φησιν[2]; Οὕτω[3] τοῦ ἀρχαγγέλου καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων[4] τυχοῦσα, καὶ κεχαριτωμένη καὶ νύμφη ἀκούσασα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς λεγομένοις πιστεύσασα, δούλην ἑαυτὴν ὅμως καλεῖ· καὶ τὴν ἐπαγγελίαν δέχεται μὲν καὶ συγκατατίθεται· ὡς δὲ μὴ κατ' αὐτὴν, ἀλλὰ κρείττονα καὶ προσδοκίας οὖσαν, ἐπεύ-

[1] Nicet. seqq. omittit usque ad voc. κεχαριτωμένη : quæ tamen cum legantur etiam apud Nicodemum, patet exinde, non habenda ceu alterius manus additamenta, si quæ forte apud Nicetam, easdem homiliæ particulas exscribentem, nonnulla desiderentur.

[2] Nicod. abest τί γάρ φησιν.

[3] Nicod. οὕτω γάρ.

[4] Cod. Vat. supra lin. σχήματα... ῥήματα. Nicod. σχήματι... ῥήματι.

---

sit[a]) stupore digna videtur humilitatis profunditas, propter quam et ad sublimem adeo altitudinem facile evecta est, et sacrata divinitus fuit tremendo illius ministerio, qui[b] *humiliavit semetipsum usque ad* (assumendum) corpus, et ad *mortem, mortem autem crucis*. Quid enim ipsa fatur? Archangeli tum adspectu tum alloquio ad hunc modum dignata, et tum gratia plena tum Dei sponsa appellata, pro verissimis insuper illa, quæ dicebantur, plane habens, ancillam tamen semetipsam vocat; et iis, quæ sibi proponuntur, acquiescit illa quidem, et consensum præbet; tamen veluti quæ meritis suis celsiora sint, sed et præter omnem

[a] Sententia sane dignissima est, quam præ oculis nunquam non habeat quisquis de sanctæ Virginis prærogativis absque erroris periculo dijudicare cupit. *Mira omnia fuerunt, quæ ad Mariam pertinent, ac mira adeo, ut jure nescias, quid stupere in ipsa magis debeas.* At vero patiturne hæc sibi perpetuo constans miraculorum series, ut in ipsis ejusdem initiis communi ceterorum misero æque et abjectissimo fato obvoluta divina Virgo appareat? Essetne dubitandi locus, an aliquid sit in Virgine, quod præ aliis prærogativis minus stupendum videri possit?

[b] *Philip.* II, 8.

χεται· ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Ταῦτά[1] τοι κἀκεῖνος[2] ἀπῆλθεν εὐθὺς ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, [οὐ μόνον ἀπαρτίσας ὅπερ ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ ὑπερθαυμάσας τοῦ παρθενικοῦ κάλλους τὴν ὡραιότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μηδὲν ἐπὶ πλέον βασανίσαι θελήσας, ἀλλὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἐκείνης δεξάμενος[3].]

XX. Εὔδρομά μοι τὰ μέχρι τούτων· τὰ δ' ἐντεῦθεν εὔστομα κείσθω, ὡς οὐκ ἄῤῥητα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄληπτα, καὶ χρόνῳ μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τρόπῳ τῆς ἄνω καὶ πρώτης γεννήσεως ἢ μόνης λειπόμενα. Καὶ τάχα ὥσπερ ἀνδρὸς ἄχραντον, οὕτω καὶ λόγων ἀμέθεκτον, ὁ τεχθεὶς λόγος τὴν σύλληψιν διεφύλαξεν, ἄσπορον

[1] Nicod. ταύτῃ.

[2] Nicet. καὶ ἅπεισιν εὐθὺς κ. τ. λ.

[3] Hæc ex catena Nicetæ prorsus iis præferenda duxi, quæ cod. vat. ita habet : ἐκπλαγεὶς τῆς ἀρετῆς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μηδὲν ἐπὶ πλέον βασανίσας τοῦ παρθενικοῦ κάλλους τὴν ὡραιότητα : quæ quidem neque sibi satis cohærentem sententiam exhibere videntur.

---

exspectationem fiant, ad ea mere officium famulæ pollicetur[a] : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Sic ipsa quidem ; et statim discessit ab ea Angelus non solum munere, quod sibi cordi erat, feliciter perfunctus, sed insuper stupore perculsus præ virgineæ pulchritudinis venustate, præque virtutis eminentia, nihilque ulterius habens, quod sciscitaretur, sed jam assensus illius confessionem assecutus.

XX. Plana mihi huc usque omnia ; at quæ dein succedunt, silentio præstat transmittere, quippe quæ non modo verbis nullatenus enarrari, sed ne cogitatione quidem attingi possint, quæque a cœlesti illa ac prima, alioquin singularissima, generatione, etsi ratione temporis deficiant, at non deficiunt ratione modi. Et, ut facile patet, Verbum, nasci dignatus, conceptionem suam quemadmodum a viri opera puram, ita ratiociuationibus

[a] *Luc.* I, 38.

μὲν πιστευθῆναι θελήσας, ἄπορον δὲ ταύτην ἑρμηνευθῆναι διατηρήσας.

Ἐκεῖνο δ' οὐκ ἄπορον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὔπορον καὶ τῆς ἀμερίστου Τριάδος ἀμέριστον[1]· ὡς ὅτι σαρκοῦται μὲν[2], οὐκ ἄλλος τις τῆς Τριάδος, ἀλλ' ὁ υἱός, ἵνα καὶ πάλιν ὡς[3] υἱὸς μείνῃ, μὴ μετατιθεμένης τῆς ἰδιότητος· ἢ καὶ πάλιν δημιουργὸς, καθάπερ κτίσας τὸ πρότερον, οὕτω καὶ ἀνακαινίσας τὸ δεύτερον· ἀλλὰ καὶ υἱοὶ γενώμεθα δι' υἱοῦ, διὰ τοῦ φύσει, θέσει προσοικειούμενοι, καὶ δι' αὐτοῦ[4] τοῦ κληρονόμου πρὸς[5] τὴν συγκληρονομίαν παρακαλούμενοι.

Καὶ[6] ὅτι ἑνοῦται μὲν τῇ σαρκὶ πᾶσα καὶ τελείως ἡ θεότης, οὐσιωδῶς· μόνος δὲ ὁ υἱὸς, ὑποστατικῶς[7]. Εἴπερ καὶ ὁλικῶς μὲν

[1] Nicet. hæc omnia sic paucis : Ἡμῖν δὲ οὐκ ἄπορον καὶ τούτου τὴν αἰτίαν εἰπεῖν.

[2] Nicet. mere σαρκοῦται γάρ.

[3] Nicet. abest ὡς.

[4] Nicet. abest αὐτοῦ.

[5] Nicet. καὶ πρός.

[6] Nicet. πᾶσα μὲν οὖν ἑνοῦται τῇ σαρκὶ καὶ κ. τ. λ.

[7] Nicet. hinc ad verba καὶ οὕτως, sic paucis : εἴπερ ὁλικῶς ἐν τοῖς τρισὶν ἡ θεότης.

---

imperviam custodivit, volens nempe, ut factam sine semine fides eam crederet, et eamdem omni investigationi servans inaccessam.

Illud tamen haud captu difficile, quinimmo facile est et obvium, atque individuæ Trinitati prorsus necessario conveniens, quod non alia quæpiam Trinitatis persona, sed Filius carnem induat, ut et denuo, non mutata personali proprietate, tanquam filius persistat; vel etiam ut naturæ artifex quemadmodum prius creavit, ita nunc opificium suum secundo renovet; quin etiam ut filii per Filium efficiamur, per eum nimirum, qui filius est naturâ, adsciscamur in filios adoptionis, perque eum, qui heres est naturalis, in communionem hereditatis vocemur.

Illud præterea exploratum est, totam quidem divinitatem perfecte ac substantialiter, solum tamen Filium hypostatice.

ἡμῖν ἡ θεότης ἐν τῷ πατρὶ, ὁλικῶς δὲ τῷ υἱῷ, ὁλικῶς δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· καὶ οὕτως ὅλη μὲν ἡ τῆς θεότητος φύσις ὅλῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ κραθεῖσα φύσει, τὸν θεάνθρωπον ἀπετέλεσεν. Οὐ μὴν ὥσπερ ὅλῃ τῇ φύσει τὴν φύσιν ὅλην, οὕτω καὶ τὰς ὑποστάσεις ὅλας ὅλαις ταῖς ἀνθρωπίναις ἑνωθῆναι λέγειν ἐκβιασθησόμεθα· ἄπαγε, οὐδὲ διανοηθησόμεθα[1]. Ἀλλ' ὅλην[2] μὲν ὅλῃ τῇ ἀνθρωπότητι τὴν θεότητα, ὡς πρὸς τὰς φύσεις, μόνον δὲ τὸν υἱὸν μόνῃ τῇ τοῦ υἱοῦ κεκρᾶσθαι σαρκὶ, ὡς πρὸς τὰς ὑποστάσεις ὁμολογήσωμεν[3]. Οὐ μὴν οὐδὲ πάλιν ὥσπερ ὑποστατικῶς ὁ υἱὸς μόνος, οὕτω καὶ ἐνεργητικῶς, ἀλλ' εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ πατρὸς, συνεργίᾳ δὲ τοῦ πνεύματος τὴν πρόσληψιν ἀπεργάζεται, καὶ οὕτω μοι[4] πάλιν ἡ τριὰς ἑνουμένη γνωρίζεται, καὶ ὁ εἷς Θεὸς πρὶν διαιρεθῆναι συνάγεται.

[1] Nicet. abest οὐδὲ διανοηθησόμεθα.
[2] Cod. Vat. ὅλη.
[3] Nicod. ὁμολογήσομεν : sic et Nicetas.
[4] Nicet. omitt. μοι.

---

carni conjungi. Siquidem, ut fide tenemus, divinitas est integra in Patre, integra in Filio, integra et in Spiritu sancto; et sic profecto tota natura divinitatis, toti humanæ conjuncta naturæ, perfectum Deum-hominem constituit. Neque tamen eo adducemur ut temere dicamus, quemadmodum totam naturam naturæ toti, sic etiam personas omnes (divinas) humanis omnibus unitas fuisse. Absit, ac ne leviter quidem id mentem subeat. Sed profiteamur, integram humanitati integræ divinitatem, quoad naturas quidem attinet, unitam esse : quoad hypostases vero, solum Filium soli suimet ipsius carni conjunctum fuisse. At rursus non sicut hypostatice carnem assumit solus Filius, ita etiam in efficienda assumptione agit ipse solus, sed et cum beneplacito Patris, et cooperatione Spiritus; et sic mihi rursus in sua unitate Trinitas dignoscitur, et unus exsistens Deus, non divisim, sed conjunctim operatur.

XXI. Κἀκεῖνο δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων[1] ε ἰδέναι, ὅ τι καὶ τῷ ντῆς οἰκονομίας[2] οἶμαι συνεκτικωτάτων, ὅτι μηδ' ὅσον οὖν πρῶτον σάρξ, μηδὲ ἄνθρωπος, εἶτα Θεοῦ λόγου σὰρξ ἢ καὶ ἄνθρωπος, ἵνα οὕτω προϋποστάσας καὶ ἄμφω τὰς φύσεις ὁμολογήσαντες, εἰς διπλῆν κατενεχθῶμεν ὑπόστασιν ἐκ τῆς διπλῆς καὶ ἰδίᾳ[3] προϋποστάσης ἑκατέρῳ φύσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τῷ λόγῳ ἡ σὰρξ, ἅμα δὲ[4] τῇ σαρκὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ καὶ προῆν, ὡς λόγος τε καὶ Θεός· ὑπόστασις δὲ τὸ προὸν τῷ νῦν, ἡ θεότης τῇ ἀνθρωπότητι. Περὶ γὰρ τὸ ὂν τὸ γινόμενον[5], κινεῖ μὲν γὰρ ὁ λόγος τὴν φύσιν· κινεῖ δὲ δημιουργικῶς, ἀλλ' οὐ σπερμαντικῶς[6], ὥς τις ἔφη καὶ[7] τῶν πρὸ ἡμῶν· συνίσταται δὲ καὶ περὶ τὸν λόγον[8] ἡ

[1] Nicet. ἀναγκαῖον.
[2] Nicet. simplicius καὶ τῆς οἰκονομίας ἐστὶ συνεκτικώτατον.
[3] Nicet. pag. 643 ἰδίᾳ.
[4] Nicet. pro ἅμα δὲ habet καὶ, et dein pro seq. καὶ legit ἅμα δὲ καὶ.
[5] Coisl. κινούμενον.
[6] Ita uterq. cod. Vat. et Coisl. a σπερμαίνω.
[7] Nicet. abest καί.
[8] Nicet. τὸν λόγων : Vat. autem τῶν λόγον.

XXI. Præterea inter ea, quæ scitu maxime necessaria sunt, ac mysterii incarnationis quasi summam constituunt, illud etiam reponendum censeo, ne minimum quidem temporis prius carnem seu hominem exstitisse, postea vero Dei Verbi carnem seu etiam hominem evasisse, adeo ut dum hac ratione præexsistentem utramque pariter naturam profitemur, ex duplici et seorsim præexsistente singulatim natura, ad profitendam duplicem personam prolabamur; sed caro simul exstitit cum Verbo, et simul cum carne Verbum, et Deus cum homine, quamvis tanquam Verbum et Deus præexstiterit; hypostasis enim præexsistit ei, quod nunc fit, divinitas scilicet humanitati. Etenim ut nova hæc exsurgat creatura, ciet profecto Verbum naturam, quanquam non per sationis, sed per plasmationis opus eam cieat, prout inquit etiam quidam eorum, qui ante nos fuerunt; consistit

φύσις, ὅλη πρὸς ὅλον, αἰσθητή τε καὶ λογικὴ, παθητή τε καὶ νοερά· καὶ οὕτω προῆλθεν ὑπόστασις, σύνθετος μὲν, οὐ διπλῆ δέ· καὶ φύσις διπλῆ μὲν, οὐ σύνθετος δέ· ἄφυρτα γὰρ καὶ[1] ἑκάτερα. Τί γὰρ καὶ ἔσται Χριστὸς, εἰ μήτε καθαρῶς ἄνθρωπος ἔσται, μήτε καθαρῶς ἔσται Θεὸς, ἀλλ' ἵν' ἀμφότερα συμπεφυρκὼς ᾖ, καὶ ἀμφοτέρων ἐκτὸς ᾖ; τί δὲ καὶ ὅλως ἐθελήσει καὶ δράσει, μήτ' ἀνθρωπίνως, μήτε θείως, ἀλλ' ἄλλον[2] τινὰ τρόπον σύνθετον ἐθέλων καὶ δρῶν; ἢ ταῦτα μὲν ἔσται τὰ μυθώδη τῶν ζώων, εἴγε κἀκεῖνα ἔσται, καὶ μὴ ἐν ἐπινοίαις μόνον, καθάπερ ἀκούομεν καὶ πιστεύομεν.

XXII. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἑτέρου λόγου τε καὶ καιροῦ, καὶ οὐ τῶν χαριστηρίων μᾶλλον, ἢ ἐναγωνίων. Νυνὶ δὲ βούλομαι μὲν

[1] Nicet. abest καί.
[2] Coisl. ἄλων.

---

autem in Verbo natura, tota toti copulata, et ea quidem sensibilis juxta ac rationalis, passibilis ac spiritualis; atque ita demum persona prodiit composita illa sane sed non duplex, et e converso natura quidem duplex, non autem composita, quippe illarum utraque inconfusa manet. Et sane, quid erit tandem Christus, si omnino neque Deus sit, neque omnino homo, sed quidpiam sit ex utroque commixtum, nihilque cum alterutra natura commune habeat? Insuper ecqua tandem ei voluntas aut operatio[a], si neque humano neque divino, sed alio quodam modo permixto et velit et operetur? Nempe comparanda hæc iis erunt, quæ in fabulis de quibusdam animantibus narrantur, si tamen et ista vera sint, et non mere conficta, quemadmodum audimus et credimus.

XXII. Verum ista et ad alium potius sermonem et ad aliud spectant tempus, non vero ad gratiarum actionis potius quam

[a] Conjici ex his potest, Johannem Geometram post exortam monothelitarum hæresim floruisse. Palam est enim, Eutychiani erroris partem, quæ in monotheliticam desiit hæresim, heic ab eo perstringi.

ἅμα πολλὰ θαυμάζειν, καὶ χαίρειν, καὶ φρίττειν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς χαριστηρίους προσάγειν. Οὐκ ἔχω δ' οὕτινος ἂν καὶ μᾶλλον γένωμαι, τοῦ θαύματος ἢ τῆς φρίκης, τῆς χαρᾶς ἢ τῆς εὐχαριστίας· καὶ τοῦ θαύματος[1] ὁποτέρου μᾶλλον τοῦ μέρους, ὅπως ὁ Θεὸς ἄνθρωπος, ἢ ὅπως ὁ ἄνθρωπος γίνεται Θεός· καὶ ὅπως ὁ Θεὸς ὅλος καὶ ὁ υἱὸς μόνος, ἢ ὅπως καὶ ὅλος ἐν τῷ κόλπῳ τῷ πατρικῷ, καὶ ὅλος[2] ἐν τῇ νηδύϊ τῇ μητρικῇ· καὶ ὅπως ὁ λόγος ἐκ λόγου παχύνεται, ἢ ὅπως τὸ πάχος τῷ λόγῳ συνέρχεται· ἢ ὅπως, ἵνα τὸ τελευταῖον εἴπω, παρθένος γεννᾷ, ἡ παρθένος τὴν σύλληψιν δέχεται, καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν παρθένος διαφυλάττεται.

Πόσα μοι καὶ πηλίκα τούτου τοῦ μυστηρίου τὰ θαύματα, καὶ ὁμοίως ἄφραστα καὶ ὁμοίως ἄγνωστα. Πάντα μὲν γὰρ, ὅσα ἐγὼ, δι' ἐμὲ γίνεται Θεὸς ὕστερον[3]· οὐ μόνον ὁ ἀόρατος, ἀλλὰ καὶ ὁ

[1] Cod. Vat. voces καὶ τοῦ θαύματος jungit cum præcedentibus.
[2] Cod. Vat. ὅλως.
[3] Nicod. pag. 685 abest ὕστερον. Coisl. ὕστερος.

---

certaminis solemnitatem. Hoc mihi nunc propositum est, ut et simul vehementer admirer, et gaudeam, et sancto terrore percellar, atque adeo grati quoque animi oblationem adjiciam. Quamquam plane nescio, cuinam amplius affectui indulgeam, admirationisne an sacri horroris, num gaudii, an gratulationis, ac rursus quamnam (mysterii) partem magis stupeam, an quo pacto Deus evadat homo, an quomodo homo fiat Deus; ac quomodo totus Deus et simul solus Filius naturam humanam induat; vel quomodo Filius et totus in sinu Patris, et totus sit in utero matris; et quomodo Verbum vere dimensionem corpoream acquirat, aut quomodo massa Verbo convenire queat, vel, ut finem faciam, quo pacto virgo gignat, vel virgo conceptionis capax sit, et post conceptum virgo servetur.

Quot et quam sublimia in hoc mysterio mihi elucent miracula, quanta sermonis juxta ac mentis meæ vim superantia! Quidquid enim ipse sum, hoc ipsum Deus novissime propter me nascitur;

ἀπερινόητος ὁρατός· ὁ ἀόριστος ὁριστὸς, ὁ ἀπεριόριστος περιγραπτὸς, ὁ ἄϋλος ὑλικὸς, ὁ ἀναφὴς ἁπτὸς, ὁ ἀπαθὴς παθητὸς, ὁ ὑπερούσιος, ὁ ὑπέρχρονος, ὁ ἀθάνατος, κτιστός, ἐφήμερος καὶ θνητός. Οὕπω δὲ καὶ ὁ ἀνερμήνευτος ἑρμηνευτὸς, οὐδὲ καὶ[1] ὁ ἀκατάληπτος, εἰ καὶ τῇ σαρκὶ ληπτὸς, καταληπτὸς τῷ θαύματι τῆς σαρκώσεως. Ἀλλ', εἰ δεῖ τι καὶ τολμηρότερον εἰπεῖν, ἀκαταληπτότερος, ὅσῳ τῇ πρὸς[2] τῆς φύσεως ἀκαταληψίᾳ καὶ τὴν ἐκ τῆς προσλήψεως προσελάβετο· οὐκ[3] ἀνθρωπότητι μίξας θεότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ μίξας ἀδιαιρέτως, καὶ κεράσας ἀφύρτως· οὐδὲ κεράσας οὕτω τὰς φύσεις, ἢ μίξας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνεργίας καὶ τὰ θελήματα. Ὁ μὲν οὖν οὐχ ὥσπερ ὑπὸ χρόνον, οὕτω καὶ ὑπὸ λόγον εὐδόκησε

[1] Nicod. pro καὶ habet γέ.
[2] Nicod. articulo τῇ præponit πρός.
[3] Nic. abest οὐκ.

---

qui nedum invisibilis oculis, sed ne mente quidem comprehensibilis est, hic fit visibilis; infinitus evadit finitus, incircumscriptus circumscribitur, materiam induit qui nescit materiam, fit palpabilis qui tangi nequit, exsors passionum fit passioni obnoxius, et creatura temporalis ac mortalis apparet qui substantiam omnem et omne tempus prætergreditur, ac natura est immortalis. Neque tamen propter admirandam incarnationem efficitur, ut qui omnem vincebat investigationem, investigationi deinde pateat, neque iterum ut qui incomprehensibilis erat, utut carne comprehensus, comprehendi cogitatione queat. Quin imo, si quid etiam audacius fari licet, longe incomprehensibilior evadit, quatenus incomprehensibilitati, quæ propria est divinæ naturæ, eam, quæ ex assumptæ carnis mysterio proficiscitur, incomprehensibilitatem adjicit : dum videlicet humanitati divinitatem non connectit modo, sed indivisibiliter connectit, et semota quavis confusione permiscet; neque hoc pacto naturas tantummodo permiscet seu connectit, verum etiam operationes et voluntates. Quod itaque non ea ratione ipsi nasci placuerit,

τεχθῆναι, καὶ χάρις αὐτῷ τούτῳ· ὅτι καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἡ χάρις καὶ ὁ τρόπος τῆς χάριτος.

XXIII. Ὁ δὲ λόγος ἤδη καὶ τοῦ περὶ τὴν παρθένον θαύματος ἅψασθαι μὲν ἐᾷ, προσπελάσαι δὲ ἰλιγγιᾷ.

Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μεγάλα καὶ[1] τὰ κατὰ τὴν παλαιὰν θαύματα· θάλασσά τε διϊσταμένη καὶ πάλιν συναπτομένη· καὶ πέτρα[2] πλημμυρουμένη νάμασι· ποταμοὶ ῥηγνύμενοί τε καὶ ἀναχαιτιζόμενοι· ἥλιος μὲν[3] ἐπεχόμενος· νεφέλη δὲ καὶ προτρέχουσα, στύλος[4] προερχόμενός τε καὶ ἐπερχόμενος· πηγὴ πικρὰ[5] μέλι ῥέουσα, καὶ ξηρὰ ῥάβδος ἄνθεσι βρύουσα· καὶ ἔτι πρὸ τούτων καιομένη τε βάτος ἄκαυστα, καὶ δροσιζομένη κάμινος ἄσβεστα· καὶ ὕδωρ

[1] Nicet. pag. 641 abest καί, et paulo post τέ : et ut semel dicamus, absunt plerumque repetitæ ejusmodi conjunctiones.

[2] Nicet. abest καί. Cod. Vat. mendose καὶ πέρα.

[3] Nicet. abest heic μέν : ac paulo post δέ.

[4] Nicet. στύλος πυρός.

[5] Nicet. in edita catena, μικρά, sed mendose, ut videtur.

---

ut quemadmodum tempori obnoxius factus est, ita sermone effabilis evaderet, etiam in hoc ipso revelatur gratia : quoniam tum gratia, tum ratio gratiæ omnem dicendi facultatem superant.

XXIII. Verum sermo jam et illud portentum exoptat delibare, quod in Virgine suspicimus; sed eo accedere dum nititur, quadam veluti vertigine se laborare persentit.

Et sane multa utique ac magna splendent etiam in veteri fœdere prodigia : maris undæ hinc inde recedentes, atque iterum in unum confluentes, latices e petra erumpentes et exundantes : fluminum impetus tum interruptus tum retroactus; sol stare jussus; tum etiam nubes præcurrens, et columna ignis modo præcedens, modo subsequens : fons amarus melle diffluens, et arida virga floribus onusta; ac præterea ante ista rubus ardens et non combustus; tum fornax inexstincta sed rore madens; et aqua aquis incensa, atque, ut plura prætermittam,

ὕδασιν εἰσπυρούμενον, καὶ ἵν' ἐῶ τὰ πολλὰ[1], πλάκες δακτύλῳ Θεοῦ γραφόμεναι, καὶ ὡσεὶ ἄμμος πετεινὰ βρεχόμενα[2]· καὶ τὰ τούτων ἀρχαιότερά τε καὶ ἐμφανέστερα, καὶ νῦν πάλιν νεώτερα· στεῖραι τίκτουσαι, καὶ γηραιαὶ βλαστάνουσαι, παρολόγως μὲν, οὐκ ἀσπόρως δέ.

Ἀλλὰ τί μοι ταῦτα[3], πρὸς τὸ νόμους[4] λυθῆναι λόγου καὶ φύσεως; Ἀλλ' οὐχὶ χρόνου τε καὶ πηρώσεως καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν παρθένον[5]; Οὐκ ἄνθος οὐδὲ καρπὸν, ὡς ἡ ῥάβδος, μόνον, οὐδέ τι ῥευστὸν ἢ[6] καὶ ἄψυχον, ὡς ἡ πέτρα τὸ νᾶμα, ἀλλὰ βροτὸν, μᾶλλον δὲ[7] Θεὸν ὁμοῦ καὶ βροτὸν, λογικόν τε καὶ νοερόν[8]· καὶ οὐχ

[1] Nicet. abest totum hoc incisum.

[2] Nicet. heic addit, μάννα καταφερόμενον: sed reliqua usque ad vocem στεῖραι omittit.

[3] Nicet. addit παρθένε: quæ enim sequuntur, Deiparam compellans effatur.

[4] Nicet. addit ἐν σοί.

[5] Nicet. abest παρθένον.

[6] Nicet. et Coisl. abest ἤ.

[7] Nicet. omittit βροτὸν, μᾶλλον δέ.

[8] Nicet. omittit λογικόν τε καὶ νοερόν.

---

tabulæ Dei digito conscriptæ, et volucres instar arenæ depluentes, et manna cœlitus demissum, aliaque his et antiquiora et præclariora, ac recentiora quoque, quæ nunc iterum evenere, steriles parientes[a], et effœta ætate mulieres inopinate, quanquam non sine suscepto semine, in utero gestantes!

Verum enimvero quid ista mihi, si cum deficientibus (in Virgine) tum ratiocinationis nostræ, tum naturæ legibus conferantur? An vero ætas effœta ac sterilitas (partu mire ditatæ) ullo modo comparari queant cum portentis illius, quæ virgo et conceperit, et pepererit? Quod autem non florem tantummodo fructumve protulerit, uti prisca illa virga, neque fluxum quidpiam atque inanimatum, sicut olim petra laticem, sed hominem, quinimo Deum simul et hominem ratione intelligentiaque præ-

[a] Ad Elisabet Præcursoris matrem hæc spectant.

ἔσον μὴ φλεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ θεωθῆναι [1], μὴ δ' ὑλικῇ, καθάπερ οἱ παῖδες, ἀλλὰ Θεοῦ φλογί· μὴ δ' ἀκαρῇ καὶ ἔξωθεν σχεῖν τὴν φλόγα, καθάπερ ἡ βάτος, ἀλλ' ἔνδον τε καὶ ἐπὶ τοσοῦτον [2]· καὶ μὴ διελθεῖν δοῦναι μόνον, καθὰ καὶ ἡ ἐρυθρὰ πάλαι τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ σάρκα δοῦναι τῷ ἐξ αὐτῆς [3]· μὴ δὲ ἁπλῶς γραφῆναι, καθάπερ αἱ πλάκες Θεοῦ δακτύλῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συνουσιωθῆναι τὸν λόγον, καὶ ὑποστῆναι τὸ πρόσλημμα, τίσι [4] τ αῦτα παραβαλεῖν εἰκός;

XXIV. Τὸ δὲ μὴ μόνον καὶ συλλαβεῖν παρθένον, καὶ συλλαβοῦσαν διατελεῖν, ἀλλὰ καὶ τεκοῦσαν τὴν παρθενίαν διατηρεῖν, πῶς οὐ διπλοῦν μὲν [5] ἡμῖν τὸ κατὰ τὴν παρθένον μόνον [6] ἀναδεί-

[1] Nicet. θεωρηθῆναι.
[2] Coisl. ἐπιτοσοῦτον.
[3] Nicet. ἐκ σοῦ.
[4] Nicett. omit. τίσι ταῦτα παραβαλεῖν εἰκός.
[5] Nicet. abest μέν, ac dein brevius ἡμῖν τὸ κατὰ σὲ θαῦμα.
[6] Nicod. abest μόνον.

---

ditum . quodque non modo combusta non fuerit, imo divina sit effecta, cum tamen non materiali flamma, ut olim tres pueri, sed comburenti Dei ipsius igne corriperetur, neque ad brevem horam et extrinsecus, ut olim rubus, verum intrinsecus et ad tempus tam diuturnum : ac rursus quod non mere transitum dederit, ut olim mare Rubrum Israelitis, sed etiam carnem prodeunti ex ipsa præbuerit; quod insuper non simpliciter, ut quondam legis tabulæ, Dei digito conscripta sit, sed eamdem cum illa substantiam ipsum Verbum habuerit, et quod ex ipsa assumebat, in suam hypostasim adsciverit; hæc, inquam, omnia quibusnam aliis portentis comparari possunt?

XXIV. Quod vero non modo conceperit virgo, et conceptum dein fœtum in lucem ediderit, sed præterea enixa virginitatem servaverit, nonne duplex prodigium vel in ipsa tantum virgine

κνυσι[1] θαῦμα τοῦ μυστηρίου; μεῖζον δὲ, εἴπερ τι μεῖζον εἰπεῖν[2] ἔξεστι[3], καὶ τοῦ προλαβόντος, φαίνεται[4].

Τὸ μὲν γὰρ μήπω παχυνθέντα τὸν λόγον, ἀφράστως μὲν, ἀσείστως δὲ[5] τῶν νυμφικῶν εἰσελθεῖν[6] κλείθρων[7], καὶ σάρκα λαβεῖν[8], θαυμαστὸν μὲν καὶ οὐδὲ[9] καταληπτόν· πῶς γὰρ οὔ[10]; οὔπω δὲ τοσοῦτον, ὅσον μετὰ τοῦ πάχους ὅλου καὶ τοῦ προσλήμματος ἐξελθόντα, τὴν πύλην ἐσφραγισμένην ἀπολιπεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν διελθὼν ἦν.

XXV. Καὶ τί μοι[11] τοῦ θαύματος ἀνιχνεύειν τὸ πέλαγος; Οὕτω

[1] Nicet. δείκνυσι, qua voce claudit periodum, reliqua ad finem usque paragraphi omittens.

[2] Nicod. loco εἰπειν μεῖζον habet ἡμῖν.

[3] Cod. Vat ad margin. τὸ δεύτερον, quod Nicod. omittit.

[4] Nicet. punctum interrogandi.

[5] Nicet. omittit ἀφράστως μὲν, ἀσείστως δέ, sed addit heic præpositionem διά, quæ reddit rationem seqq. τῶν κ. τ. λ.

[6] Nicet. addit heic ἀφράστως.

[7] Nicod. τὰ νυμφικὰ εἰσελθεῖν κλεῖθρα, quam lectionem addit et cod. vat. ad marginem.

[8] Nicet. unica voce σαρκολαβεῖν.

[9] Nicod. οὐ.

[10] Nicet. omittit πῶς γὰρ οὔ.

[11] Nicod. addit δεῖ.

---

mysterium nobis ostendit? Ceterum adhuc majus, (si tamen quodpiam majus dicere licet) priori posterius apparet.

Nam quod Verbum nondum corporea massa circumvestitum ineffabili quidem ratione sed prorsus integris virginalibus claustris ingressus fuerit, carnemque assumpserit, hoc sane mirabile est, et nullatenus comprehendi potest. Quis enim hoc neget? Non adeo tamen admirandum illud est, quemadmodum quod cum assumpto quoque crasso corpore egressus, portam, uti prius, obsignatam reliquerit, velut ac nunquam transiisset.

XXV. Qui porro meum esse possit, prodigii hujus pelagus

γὰρ ἔδοξε καὶ τοῖς πάλαι τοῦτο θαυμαστὸν[1], ὡς ἄνωθεν ἀεὶ τοῦτο[2] καὶ τοὺς προφήτας ἐκπλήττεσθαι, καὶ[3] μὴ μόνον πανταχοῦ περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπογράφειν συμβόλοις γέ[4] τισι καὶ σκιαῖς· εἴ πως, ὥσπερ ἐν ἀμαυροτέροις τισὶ χρώμασι, σκιαγραφήσουσι[5] τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος. Κἀνταῦθα μαθὼν, ἔγνωκα, συγκρίνας ἀνωτέρω τὰ αὐτόθεν ἀσύγκριτα. Ὅσον γὰρ τύπου καὶ ἀληθείας τὸ μέσον, καὶ σώματος καὶ σκιᾶς, καὶ πράγματος καὶ ὀνείρατος, τοσοῦτον κἀκείνων[6] πάντων ὁμοῦ καὶ[7] μόνου τοῦ[8] κατὰ τὴν παρθένον θαύματος.

Πάντα γὰρ ἐκεῖνα ταύτην[9] ἐτύπουν[10], καὶ πάντα ταύτην πάν-

[1] Nicod. θαῦμα.

[2] Nicet. αὐτό, et dein omittit καί.

[3] Nicet. sequentia usque ad vocem ὑπογράφειν omittit, quæ tamen et apud Nicodemum leguntur.

[4] Nicet. pro γε habet τε.

[5] Nicod. σκιαγραφήσωσι.

[6] Nicod. ἐκείνων.

[7] Nicod. abest καί, et sic parenthesim addit (τὸ μέσον δηλ.).

[8] Cod. Vat. heic addit τῆς : sed abs re, uti patet.

[9] Nicet. heic et paulo post σέ : ut enim superius innuimus, hæc ibi quasi Deiparam alloquendo efferuntur.

[10] Nicod. ἐτύπου.

---

investigare? Hoc ipsum enim admirandum adeo veteribus quoque visum est, ut vel prophetæ, a longe illud intuentes, nunquam non stupore percellerentur, et non modo ipsum annuntiarent ubique, sed et symbolis quibusdam umbrisque delinearent, si forte obscurioribus aliquibus veluti coloribus tantæ rei magnitudinem ratione aliqua adumbrare possent. Atque his edoctus, ipse quoque cum prioribus ea comparare novi, quæ prius comparatione carebant. Ad illud enim vel unum virginitatis prodigium sic se habent ea omnia, prout ad veritatem se habet typus, ad corpus umbra, atque ad rem ipsam somnium.

Virginem quippe illa omnia adumbrabant; iisque symbolis

τες νομίζουσί τε καὶ[1] ὀνομάζουσι· θάλασσαν σχιζομένην καὶ πάλιν συνερχομένην· πύλην[2] διαβαινομένην ἅμα καὶ κεκλεισμένην· κάμινον δροσιζομένην ἅμα καὶ φλεγομένην· βάτον καιομένην, ἀλλ' οὐ κατακαιομένην· νεφέλην ἡμέρας ἅμα καὶ εὐθυπορίας ἄγγελον· στύλον πυρὸς, οὐ τὸ θεῖον, οἶμαι, μόνον πῦρ ἐπιφερομένην, ἀλλὰ καὶ τοῦ[3] θείου καὶ νέου λαοῦ τὸν Φαραὼ τὸν νοητὸν ἀποφραγνυμένην[4]· πέτραν μέλι τὸν λόγον ῥέουσαν, ῥάβδον ἄνθος, τὴν εὐωδίαν καὶ δόξαν τοῦ γένους, φέρουσαν· [γῆν μείνασαν οἵα ἐστὶ, καὶ πλήρη τῆς θείας εὑρισκομένην τροφῆς· καὶ μάννα, τὸν ἀγεώργητον ἄρτον, φέρουσαν, ὃν οὔτε ἄροσις οὔτε σπορὰ ἐγέωργησε[5]·] κιβωτὸν ἄψαυστον[6], κῆπον ἄσυλον, λυχνίαν ἄσβεστον, ναὸν ἄβατον, ὄρος

[1] Nicod. omittit νομίζουσί τε καί.
[2] Nicet. in editis manifesto mendo πλήν
[3] Nicet. abest τοῦ.
[4] Nicet. ἀποτειχίζουσαν.
[5] Hæc quoque quæ tum in Vaticano tum in Coisliano exemplari desiderabantur, ex Nicetæ catena supplevimus; eadem porro retinet etiam fragmentum Geometræ, quod in catena PP. in Lucam a Corderio edita (pag. 15) prostat.
[6] Nicet. ἄψαστον.

---

præsignatam esse omnes ipsam existimant, congruisque nominibus appellant, mare divisum iterumque adunatum; portam perviam simul et clausam; fornacem rore madentem simul, atque ardentem; rubum incensum sed non combustum; nubem diei simul et recti itineris nuntiam; columnam ignis, non modo, crediderim, divinum ignem in se ferentem, verum etiam divinum novumque populum contra spiritualem Pharaonem communientem; petram mel, Verbum scilicet, effundentem; virgam progerminantem florem, qui generis humani fragrantia est et gloria; [terram, quæ semper sui similis, ac cœlesti alimento referta inventa est; quæque manna, panem minime cultum, profert, quem scilicet neque aratio neque commissum semen attulit;] nunquam temeratam arcam, hortum inviolabilem, lucernam nunquam non lucentem, templum inac-

ἄτομον, ἀρεταῖς κατάκομον[1], πλάκα θεόγραφον, στάμνον θεοδόχον, τράπεζαν, ἐφ' ᾗ ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος, κλίνην, ἐφ' ἧς[2] ὁ δυνατὸς ἀνεπαύσατο, κλίμακα, δι' ἧς κατέρχεται μὲν Θεὸς[3], ἀνέρχεται δὲ ὁ θνητὸς, ἀρχομένην μὲν τῶν χθονίων, ἁπτομένην δὲ καὶ τῶν οὐρανίων.

XXVI. Τοσαῦτά μοι καὶ ἔτι πλείω περὶ[4] τὴν παρθένον τὰ θαύματα, μᾶλλον δὲ τὰ τοῦ θαύματος εἰκονίσματα· καὶ διὰ ταῦτά μοι τὸ περὶ τὴν συλλαβοῦσαν θαυμάζειν, ἔπεισι μὲν, οὐκ ἔξεστι δὲ, μὴ καὶ καθυβρίσω τὸ θαῦμα τῷ θαύματι· τὸ δὲ καὶ περὶ τὸν συλληφθέντα θαυμάσαι μὲν, ὅσῳ πλέον εὑρεῖν ἀδύνατον[5]· φρίξαι δὲ μᾶλλον, ἢ θαυμάσαι δέον, ἄπορον· κροτῆσαι δὲ μᾶλλον, ἢ φρίξαι καὶ θαυμάσαι πρέπον, ἀσύγκριτον. Οὕτω μοι καὶ πολλὰ καὶ

[1] Nicet. addit καὶ κατάσκιον.
[2] Nicet. ἧς, codd. Vat. et Coisl. ἥν.
[3] Nicet. ὁ Θεός.
[4] Nicet. τὰ περὶ σὲ, ὦ παρθένε, θαύματα.
[5] Cod. Vat. ad marginem : θαυμάσαι μὲν πλέον ἢ ὅσον εὑρεῖν ἀδύνατον.

---

cessum, montem non sectum ac virtutibus frondentem, tabulam a Deo conscriptam; urnam Deum continentem; mensam in qua panis est vitæ; lectulum in quo requievit qui potens est; scalam per quam et descendit Deus, et ascendit homo, terris innixam atque cœlos attingentem.

XXVI. Hæc tam præclara, atque his etiam potiora in Virgine prodigia, seu potius prodigiorum imagines contueor; ac propterea concipientis portentum celebrare mihi quidem subit, sed fas non duco, ne, dum laudare aggredior, miraculi majestatem imminuam : quod vero præterea ad eum spectat, qui conceptus est, eo quidem magis obstupescendum est, quo minus vel excogitari id potuit; quo minus vero pervium illud est, stuporem sanctus horror vincat oportet; plaudere demum plus etiam decet, quam et tremere ac stupere, ideo quod nullam comparationem admittat. Sic mihi et multa et multiplici ex capite et

πολλαχόθεν καὶ ἴσα τῆς ἑορτῆς τὰ μυστήρια· ἀλλὰ τοῦ μὲν θαύματος τοσοῦτον ἐνδειξάμενος μόνον καὶ ἀπολελαυκὼς, ἀφίσταμαι.

XXVII. Φρίττω δὲ, Θεὸν εὑρὼν καὶ λαβὼν τῆς φύσεως κοινωνὸν, καὶ Θεῷ τρεφόμενος, ὡς τρώγων τὸ σῶμα καὶ πίνων τὸ αἷμα· μὴ καὶ καταφλεχθῶ νῦν μᾶλλον, οὐ καθαρὸς τοῦ καθαροῦ προσαπτόμενος, καὶ τῇ κοινωνίᾳ κοινὰ τὰ φρικτὰ λογισάμενος[1], καὶ Θεὸν ἐννοῶν καὶ ὁρῶν δευτέραν μοι καὶ τηλικαύτην εὐεργεσίαν κατατιθέμενον, πολλῷ καὶ τῆς προτέρας τῇ τάξει καὶ τῇ δυνάμει προτέραν, ὅσῳ τότε μὲν τῆς εἰκόνος, νῦν δὲ καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς μετέδωκε, μὴ καὶ περὶ τὴν ἐσχάτην ταύτην καὶ πρώτην εὐεργεσίαν καὶ κοινωνίαν, ἀγνωμονέστερος, ἢ πρὸ τοῦ, γένωμαι· καὶ

[1] Cod. Vat. supra lineam λογιζόμενος.

---

dignitate paria sese objiciunt solemnitatis hujus mysteria; sed ad portenta quod attinet, cum vel hoc unum tam eximium indicaverim et delibaverim, jam absisto.

XXVII. Maximo porro metu percellor, ne postquam Deum naturæ nostræ consortem reperi, et animadverti, postquam etiam Deo enutrior, utpote qui et corpus ejus manducem, et sanguinem bibam", comburendus acerbius igni jam tradi debeam, quoniam purus non exsistens attingere purum audeo, et propter consuetudinem ea, quæ maxime tremenda sunt, veluti communia arbitror; vehementer timeo, ne dum certo scio ac veluti cerno Deum, hoc alterum mihi tamque insigne conferentem beneficium, quod et dignitate et virtute longe etiam primo illo præcellentius est, quanto scilicet imagine sua, quam tunc est elargitus, potior est ipsa substantia, quam nobis nunc participandam præbuit; vereor, inquam, ne adversus hoc quoque postremum atque omnium maximum beneficium magis etiam, quam adversus vetus illud, ingratus evadam, et non imaginem

" Luculentum habes testimonium catholicæ fidei circa augustissimum Eucharistiæ sacramentum. „

καθυβρίσω μὴ τὴν εἰκόνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχέτυπον· εἰ καὶ καθυβρίσω μὲν ἐγὼ, καθυβρίζεται δὲ Θεὸς οὐδαμῶς. Φρίττω καὶ ὅσον οὔπω τὸν ἀκριβέστερον, ἢ πρὸ τοῦ, λογιζόμενος νομοθότην, οὐ νομοθετοῦντα μόνον τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ παραδεικνύντα τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς νομοθετηθεῖσιν ἡμῖν παρεξεταζόμενον.

XXVIII. Χαίρω δὲ καὶ διὰ πάντα μὲν τἄλλα· πῶς γὰρ οὔ; οὐ μόνον τῆς τιμωρίας ἐλευθερούμενος, ἀλλὰ καὶ θεούμενος· οὐ μόνον ἐκ γῆς ἀναγόμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ἐδὲμ εἰσαγόμενος, μᾶλλον δὲ καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς οὐρανοὺς αἰρόμενος· οὐ[1] τοῦ ἐχθροῦ λυόμενος, ἀλλὰ καὶ τῷ βασιλεῖ προσκολλώμενος, ὁμοῦ μὲν πάσης ἀπολυτρούμενος τῆς ἁμαρτίας, ὁμοῦ δὲ καὶ ὅλης τῆς Τριάδος ἀναπιμπλάμενος· οὐχ ὅσον τῆς ἔχθρας ἀπολυόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸν μονογενῆ λόγον ἀντικαταλλασσόμενος· οὐχ ὅσον θῦμα λαμβάνων ἐμοῦ προθυόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ θυόμενόν τε καὶ ἐσθιόμενον.

[1] Subintellige μόνον.

---

modo, sed et ipsum archetypum injuria afficiam, utcumque inferre quidem ipse injuriam possim, præcelsior autem sit Deus, quam ut tangi injuriis meis possit. Sed et summus, si unquam alias, me pavor occupat, dum severiorem quam antea legislatorem recogito, qui vivendi normam non modo verbis proposuit, verum etiam operibus commonstravit, nobisque legi subjectis accenseri voluit.

XXVIII. Lætor vero ob alia omnia. Quî enim aliter? Non modo enim e supplicio liberor, sed etiam divinæ consors naturæ evado; non modo e terra erigor, verum etiam in Eden introducor, seu potius in cœlos ipsos evehor; non solum e manibus inimici eripior, sed insuper Regi associor; simul ab omni peccato redimor, et simul totius Trinitatis templum constituor; nedum divina inimicitia eximor, sed e converso unigenitum Verbum dono recipio, eumque habeo non modo ut victimam coram me immolatam pro me, sed præterea immolatam et ad vescendum mihi propositam.

XXIX. Χαίρω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα καὶ τὰ πλείω τούτων. Χαίρω δὲ οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, διὰ τὴν τούτων αὐτῶν πρόφασιν ἢ ἀσφάλειαν, καὶ ὅτι μοι τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἡ τοῦ ἐμοῦ γένους θυγάτηρ πρόξενος· ἀλλὰ καὶ αὖθις σφαλλομένῳ πάλιν ἡ ἐπάνοδος ἡ αὐτὴ, καὶ πρὸς τὸν οὕτως ἤδη καταλλαγέντα μετὰ δευτέραν ἔχθραν καὶ ἀδιάλλακτον ἑτέρα διαλλακτὶς εὕρηται· καὶ φάρμακον μετὰ δευτέραν καὶ τελείαν ἀπόγνωσιν, καὶ ἀνάκλησις μετὰ τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν ἀπόπτωσιν· καὶ ἀνάπλασις καὶ ἀνάστασις μετὰ δευτέραν συντριβὴν καὶ θάνατον δεύτερον, πολλῷ βαθύτερον καὶ δυσανακλητότερον [1].

XXX. Ἀλλ' εὖ γε ποιῶν ὁ λόγος καὶ ἀναπλάσεως ἐμνήσθη, καὶ ἀναστάσεως. Ἤδη γὰρ προσυπεμνήσθη καὶ τῆς ἡμέρας τὸ χαριέ-

[1] Cod. uterq. δυσανακλιτότερον ? at legendum δυσανακλητότερον, sequens ο μικρόν satis indicat ; nam alia lectio postularet ω μέγα.

XXIX. Gaudeo igitur tum propter ista, tum propter alia his potiora. Nihilo autem minus, imo forte etiam magis, de horum occasione et securitate gaudeo, et quia tot tantorumque bonorum conciliatrix exstiterit generis mei filia; insuper autem quod rursus aberrantem ipsa rursus in viam revocaverit, atque ita ei qui jam reconciliatus fuerat, post secundam inimicitiam, utut acerbissimam, ipsa iterum ostensa sit reconciliatrix, et remedium post secundam eamque omnimodam salutis desperationem et reparatio post tot tantorumque bonorum jacturam, et nova post secundam confractionem plasmatio, et post secundam mortem, eamque multo profundiorem et ad excutiendum difficiliorem, resurrectio exstiterit.

XXX. Opportunissime porro sermo mentionem fecit novæ plasmationis et resurrectionis. Jam enim hæc eadem in mentem nobis revocabant tum jucundissima hujus diei lætitia, tum

στατον καὶ οὐχ ὡς ὁ τρόπος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ καιρὸς ἐν καιρῷ τῆς χάριτος.

Νῦν μὲν γὰρ οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ τὸ σύμπαν τοῦτο μέγεθός τε καὶ κάλλος μετὰ καὶ τῆς ἄλλης εὐρυθμίας τε καὶ σοφίας δημιουργεῖται. Σήμερον δὲ ἄνθρωπος πλάττεται, χειρὶ Θεοῦ καὶ εἰκόνι, καὶ αὖθις σήμερον ἀναπλάττεται σαρκὶ Θεοῦ καὶ οὐσίᾳ, λόγῳ μὲν πατρὸς καὶ βραχίονι, φυσήματι δὲ τῷ πνεύματι· σήμερον καὶ ὁ ἐμὸς Θεὸς καὶ δεσπότης καὶ ἄνθρωπος τοῦ μνήματος ἐξανίσταται, συνανίσταται δὲ καὶ ὁ Ἀδὰμ ἅμα τοῦ μνήματος καὶ τὸ γένος ὅλον τοῦ πτώματος, καὶ κενοῦται μὲν ὁ ᾅδης τοῦ πάλαι πλούτου καὶ κλείεται· ἀνοίγεται δὲ οὐρανὸς, καὶ γεμίζεται τοῦ φυράματος· καὶ ἵνα τὸ τελευταῖον εἴπω καὶ χαριέστατον ὁμοῦ καὶ φρικτότατον καὶ δι' ὃ πάντα οἰκονομεῖται καὶ βεβαιοῦται πᾶσι καὶ τοῖς ἐχθροῖς τὰ

---

collatæ gratiæ non modus tantum, sed et tempus prorsus consentaneum.

Nunc etenim cœlum et terra, et hujusce rerum universitatis tum magnitudo tum splendor nova et concinnitate et sapientia conditur. Hodie manu Dei, et ad Dei imaginem homo plasmatur[a]; ac rursus hodie novo opere refingitur Dei carne et substantia, Patris quidem Verbo et brachio, halitu autem, Spiritu scilicet; hodie insuper Deus meus et Dominus et homo de monumento resurgit, ac simul Adam de sepulchro, atque universum genus humanum resurgit a lapsu, et præda antiqua infernus spoliatur, et clauditur; aperiuntur e converso, et massa nostra implentur cœli; et insuper (ut postremum illud addam jucundissimum juxta ac tremendissimum, et cujus gratia omnia nostra disponuntur, firmaque vel adversus omnes inimicos con-

[a] Auctor, uti patet etiam ex seq. § XXXIII, existimavit, vernum tempus, quinimo eumdem hunc diem XXV mensis martii anniversarium habendum esse plasmationis primi hominis, et eadem plane die, ut in sequentibus tradit, Dei filium non modo carnem humanam assumpsisse, sed etiam e sepulchro dein surrexisse.

ἡμέτερα, καθὰ καὶ παλαιὸς καὶ σοφὸς εἰς ἡμᾶς ἥκει λόγος, καὶ ὁ λόγος στοχάζεται, σήμερον καὶ ὁ κοινὸς καὶ φρικτὸς ὁμοῦ βασιλεὺς καὶ Θεὸς καὶ κριτὴς ἐλεύσεται, καὶ τὸ πλάσμα πᾶν ἀπελεύσεται ἢ θεούμενον ἢ πυρούμενον, καὶ κόσμος οἱ κόσμοι, καὶ ἡ βασιλεία μία, καὶ ἡ τυραννὶς ἐκποδὼν, καὶ ἡ βασίλισσα τοῦ βασιλέως ἐκ δεξιῶν, τῷ κάλλει λάμπουσα καὶ περιεβλημένη τὴν προῖκα, τῆς Τριάδος ὅλας ὁμοῦ τὰς χάριτας, καὶ πεποικιλμένη τῷ διαφόρῳ τῶν δι' αὐτῆς σωθέντων κλήρῳ καὶ ἀξιώματι

---

sistunt, sicut antiqua ac præstans ad nos usque fert traditio ratioque confirmat) eadem hac die communis omnium terribilisque rex simul et Deus et judex venturus est[a], et omnis creatura inde discedet vel divinitatis particeps vel igni destinata, et mundi unus erunt mundus[b], atque unum erit regnum[c], et auferetur e medio tyrannis, et regina ad regis dexteram assidebit[d] pulchritudine refulgens, et dotalibus muneribus, nimirum simul omnibus Trinitatis gratiis, circumvestita[e]; et decorata eorum, qui per ipsam nacti sunt salutem, varia multitudine ac dignitate,

[a] Habes igitur vestigium traditionis per Geometræ ætatem vigentis, Christum Dominum ad judicandos omnes homines eadem vigesima quinta die mensis martii esse venturum.

[b] Spectare hæc videntur ad illud Petri (II Petr. III, 12-13) : *per quem cæli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent : novos cœlos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus;* tum ad illud Johannis (Apoc. XXI, 1) : *Et vidi cœlum novum et terram novam. Primum enim cœlum et prima terra abiit.*

[c] *Apoc.* XI, 15 : *Factum est regnum hujus mundi Domini nostri et Christi ejus.*

[d] *Ps.* XLIV, 10.

[e] Vide, an luculentius quid dici possit, quo gratiæ in Mariam collatæ ubertas significetur. Porro si omnia gratiæ munera, quæ proficisci a SS. Triadis munificentia possunt, in Mariam concurrisse dicenda sunt, quid dubitandum fuit, quis disputandi locus erat, an præservationis quoque a peccati originalis miseria beneficium Mariæ tributum putaretur?

καὶ ἀνηρτημένη τὴν ὅλην κρίσιν τῇ νέᾳ καινουργηθεῖσαν χάριτι.

XXXI. Οὕτως οὐκ ἀλόγως ὁ λόγος ἄρα τὴν ἑορτὴν ἐν ἀρχῇ καὶ ἀρχὴν εἶπε τῆς χαρᾶς καὶ μέσην καὶ τελευτήν· καὶ οὕτω τῶν ἑορτῶν οὐ θαυμασιωτάτη μόνον αὕτη καὶ μεγαλοδωροτάτη, ἀλλὰ δὴ καὶ χαριεστάτη κατ' αὐτὸ καὶ φρικωδεστάτη· τοῦτο διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ μυστηρίου τε καὶ τοῦ θαύματος· ἐκεῖνο διὰ τὴν πανταχόθεν αἴγλην τε καὶ λαμπρότητα, καὶ ἵνα τὸ παραδοξότερον εἴπω, καὶ ἀρχαιοτάτη μόνη τῶν ἄλλων ἅμα καὶ ἀϊδιωτάτη, σύνδρομος μὲν τῇ δημιουργίᾳ, συναίδιος δὲ τῇ παλιγγενεσίᾳ· μηδὲ γὰρ ἔχειν πέρας ἐντεῦθεν ἤδη, τῆς ἐκεῖθεν ἀρξαμένης

---

creaturas omnes nova gratia reparatas sibi beneficiis obstrictas ostendet [a].

XXXI. Sic itaque non temere in ipso sermonis exordio hanc solemnitatem et principium gaudii et medium et finem diximus; sic ipsa rursus non modo præ ceteris festivitatibus stupendissima apparet atque magnificentissima, sed sane et jucundissima simul et maxima veneratione digna : istud quidem propter miram et mysterii et miraculi præstantiam; illud vero propter fulgorem lucis undequaque emicantem; et ut quidpiam adhuc majori admiratione dignum eloquar, ipsa sola ceteras omnes tum antiquitate præcedit, tum duratione prætergreditur, quippe quæ simul cum prima rerum creatione ortum habuit, et cum universi hujus regeneratione conveniet; neque sane jam inde finem a die tunc incipiente habitura est, sed, ut fides docet,

[a] Quemadmodum in humano genere restaurando operis sociam sibi Christus sanctam Virginem adjunxit; ita et reparati mundi gloriam cum ipsa communem habere voluit. Proinde cum Dei genitricis dignitas postulabat, ut Maria (quod Auctor § XXX innuit) ad Regis dexteram tanquam Regina assideret, tum vero corredemptricis munus effecit, ut homines e morte ereptos ceu spolia inferno prædoni detracta ostentans una cum filio suo gloriari de victoria posset.

ἡμέρας, καὶ τοῖς αἰωνίοις αἰωνίαν εἶναί τε καὶ συνεῖναι πιστευομένην.

XXXII. Ἐπεὶ δὲ τῆς ἑορτῆς ὀλίγα καὶ πρὸς ὀλίγον ὁ λόγος ὑπέγραψεν, ὃ καὶ μόνον ἐστὶ τὸ λεῖπον, ἐπιζητήσωμεν· τίνας καὶ τοὺς χαριστηρίους τούτων ἁπάντων, ἢ τίνι πρῶτον προσοίσομεν, τῷ πατρὶ καὶ νυμφίῳ καὶ υἱῷ καὶ Θεῷ; ἢ τῇ δούλῃ τε καὶ νύμφῃ καὶ θυγατρὶ καὶ μητρί; Ἐπειδὴ καὶ τὴν φύσιν ὁρῶ καὶ τὴν κτίσιν ὅλην φιλοτιμουμένην τὰ χαριστήρια, καὶ οὕτω προῆλθεν ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων ἡ ἑορτὴ καὶ ὡραιοτάτη καὶ ἡδυτάτη. Νῦν μὲν γὰρ ἡ κτίσις ὁμοίᾳ καὶ παστάδι καινῇ τῇ καινῇ νύμφῃ λαμπρύνεται, καὶ κοινὸν καταχεῖ κάλλος τῶν ὁρωμένων ἁπάντων, καὶ καινουργεῖται κόσμος.

XXXIII. Ἐπεὶ καὶ δι' ὃν ὁ κόσμος, ἄνω μὲν οὐρανός, οἷα χιτῶνα πένθιμον, τὸ χειμέριον[1] νέφος ἀποβαλών, εἰς καινὸν δέ τι

[1] Coisl. χειμερινόν.

---

sempiterne viventibus ipsa pariter coæterna, perpetuoque sociata erit.

XXXII. Quandoquidem vero pauca ista atque ea quidem parce circa solemnitatem sermo prosequutus est, jam et quod reliquum est, exquiramus; quosnam grati animi hymnos pro hisce omnibus, vel cuinam primum offeramus? Patrine, ac sponso et Filio et Deo? An vero ancillæ et sponsæ et filiæ ac matri? Maxime vero postquam et naturam omnem, et creaturas universas gratulandi studio veluti certantes video, atque adeo venustissima nobis atque inter alias suavissima hæc solemnitas eluxit. Nunc enim rerum universitas ad instar novi thalami se ornatam novæ sponsæ exhibet, novamque in visibilia omnia pulchritudinem effundit, et totus renovatur mundus.

XXXIII. Nam et cœlum desuper, e quo mundi ornatus, hyemalem caliginem ceu lugubrem vestem abjecit, et colorem suum

χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ κρᾶμα[1] τὸ χρῶμα μεταβαλών· καὶ αἰθὴρ ἀπειλῶν φρικτὸν μὲν οὐ, καλὸν δὲ λάμπων λίαν, καὶ ἀπαστράπτων ἡδύ· καὶ σελήνη μὲν ἐγκαινιζομένη, καὶ τὸ νέον σέλας αὐτῇ τε τοῦ καλοῦ δεχομένου νυμφίου λαμπρότερόν τε καὶ ἀφθονώτερον, καὶ ὑπὸ μείζονι καὶ φαιδροτέρᾳ λαμπάδι τὴν νύκτα προπέμπουσα[2], καὶ τῇ κτίσει πάσῃ πυρσεύουσα[3]· ἄστρα δὲ, τὰ[4] τέως συγκαλυπτόμενα, καὶ πλείονα καὶ μείζονα καὶ ἡδύτερα καὶ φανότερα· φωσφόρος δὲ, τὸ μὲν μέγεθος μείζων[5], τὸ δὲ κάλλος καλλίων, ὑψηλότερος δὲ τὸ ὕψος, καὶ ἰδεῖν ἡδύτερος καὶ προσβαλεῖν ἀλυπότερος. Νῦν καὶ τῷ φωτὶ μὲν ἡμέρα πλεονεκτεῖ, καὶ χορηγεῖ τῇ τικτούσῃ τὸν ἥλιον· παραχωρεῖ δὲ τῇ δεσποίνῃ ἡ νὺξ, τὸ πρῶτον ἐγκυμονούσῃ καὶ δημιουργικὸν καὶ καλὸν φῶς. Νῦν καὶ ἀὴρ πραότερος ἅμα καὶ διαυγέστερος, καὶ θάλασσα γαλήνης ὅλη καὶ ἡδονῆς πέλαγος,

[1] Coisl. κράμμα.
[2] Cod. uterq. προπέμπουσαν. Lin. 3 fort. αὐγῇ pro αὐτῇ.
[3] Coisl. πυρσεύουσαν.
[4] Coisl. abest τά.
[5] Cod. uterq. μεῖζον.

---

in novum quid auro et purpura commixtum immutavit; et æther non tremendas minitatur procellas, sed pervenuste nitet, et suavi luce coruscat; renovatur etiam luna, cumque lumen, quod in ipsam redundat, pulcher ejusdem sponsus novum, fulgidiusque et copiosius acquirat, ipsa quoque ampliori splendidiorique face noctem comitatur, et universis creatis lucem affundit; astra vero, quæ hucusque fere latitabant, et plura et majora et suaviora et micantiora cernuntur; lucifer autem et mole major, et specie pulchrior, et altitudine sublimior, et visu dulcior, et accessu jucundior evasit. Nunc et dies quidem luce abundat, chorumque adornat illi, quæ solem parit; nox vero recedit ante dominam, quæ primam illam et creatricem et venustam lucem in utero gestat. Nunc et aer mitior simul ac limpidior, et mare, qua late protenditur, tranquillitatis est delicia-

καὶ κόσμος ὅλος, ἡ χέρσος ἄνθεσι βρύουσα, πόαις θάλλουσα πάντοθεν, καὶ πάντα τέρπουσα, λειμώνων ὀδμαῖς, ὀρνέων φωναῖς, φυτῶν κόμαις, ἀψύχων κάλλεσιν, ἐμψύχων ἅλμασι. Νῦν καὶ ὡρῶν κράσεις καὶ μίξις στοιχείων εὔκρατοι, καὶ ἀνέμων σπονδαὶ καὶ μαλακαὶ ζεφύρων φοραὶ, καὶ ῥοαὶ ποταμῶν πραεῖαι, καὶ πηγαὶ ψυχραί τε καὶ καθαραὶ, καὶ ἦχοι ῥευμάτων ἥμεροι. Νῦν καὶ φύσις ὅλη τὸν τόκον ὡς δῶρον τῇ νύμφῃ δίδωσι, καὶ πᾶσα μὲν πτηνὴ, πᾶσα δὲ νηκτὴ, πᾶσα δὲ καὶ πεζὴ γένεσις, ἡ μὲν προέρχεται, ἡ δὲ ἐπαγγέλλεται, ἡ δὲ τρέφεται, ἡ δ' ἄρτι καὶ κεκρυμμένη φαίνεται· τὰ μὲν ὡς ἐκ θαλάμων ἐπιφαίνεται τῶν ὀρῶν· τὰ δὲ ὡς ἐκ τάφων τῶν ὀπῶν ἀναφαίνεται· τὰ μὲν τῷ γάμῳ, τὰ δὲ τῷ τόκῳ τέρπεται, κοινῇ δὲ πάντα πάντως κοινὴν ἑορτὴν ἄγουσι καὶ ᾄδουσιν, οὐ τὴν δημιουργίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον τῆς κτίσεως, ὅτι

---

rumque pelagus, et totus orbis, terra nempe pridem deserta, nunc florum venustatur copia, herbisque undique virescit, et modis omnibus. pratorum fragrantia, avium cantu, frondeis plantarum comis, inanimantium rerum jucundo aspectu, et animantium tripudiis oblectat. Nunc et pacata tempestas, et elementa apte temperata, et venti molliter lambentes, et zephyri suaviter spirantes, et flumina placide decurrentia, et fontes frigidum limpidumque laticem manantes, et rivi leniter sonantes. Nunc natura universa sobolem suam ceu donum sponsæ profert; nunc omnis volatilium, omnis natantium, omnis terrestrium procreatio, et alia quidem proles in lucem prodit, alia promittitur, alia nutritur, alia, paulo ante adhuc abscondita, se manifestat : hinc veluti e thalamis super montes apparent, inde a foraminibus veluti a sepulchris erumpunt, illinc nuptiis, vel partu gaudent, et prorsus omnia communem simul agunt solemnitatem, et canora voce concelebrant non quidem, ut mihi videtur, rerum omnium tantummodo crea-

καὶ κατὰ τόνδε τὸν καιρὸν ὑπέστη τὸ πᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν καινουργίαν[1] τῆς ἡμετέρας φύσεως.

XXXIV. Ἀλλ' οὕτω μὲν φύσις ὅλη καὶ κτίσις ὅλη καὶ προσφωνεῖ τὴν προσφωνηθεῖσαν ἄνωθεν· καὶ συνεισφέρει τῇ φερούσῃ τὸν πάντα φέροντα. Τί δ' ἡμεῖς ἀσυντελεῖς ὀφθῶμεν μόνοι καὶ ἀκοινώνητοι καὶ ἀχάριστοι; ἢ τί καὶ προσφθεγξόμεθα καὶ συνεισοίσομεν, καὶ χαρισθῶμεν μᾶλλον ἢ χαρισόμεθα; Καὶ προσφθεγξόμεθα δηλαδὴ καὶ συνεισοίσομεν· τί δὲ πλέον, ἢ τὸν λόγον, ὃν καὶ ἤδη συνεισηνέγκαμεν, μᾶλλον δὲ, ὃν καὶ ἤδη τοῦ τῆς μητρὸς λόγου προαπηνέγκαμεν; ἐπεὶ καὶ οὗτος ἡμῖν ἐκ ταύτης μετά γε τῶν ἄλλων, ὧν τε νῦν ἔχομεν ἀγαθῶν, καὶ ὧν ἔξομεν· ὀλίγα δὴ τελευτῶντες καὶ προσφθεγξόμεθα καὶ ψυχὴν ἅμα καὶ φωνὴν καὶ στόμα καὶ λόγον ἐκ τῆς μνήμης ἁγιαζόμενοι.

[1] Cod. Vat. supra lineam δημιουργίαν.

---

tionem (nam et hoc anni tempore omnia creata sunt), sed hanc quoque naturæ nostræ renovationem.

XXXIV. Ita sane omnis natura, ac res omnes creatæ et salutant eam, quæ cœlitus salutata est, et laudis tributum illi persolvunt, quæ omnia portantem portat. Quid vero nos? num vero soli in hoc tributo solvendo pigri, segreges, et ingrati apparebimus? Seu etiam, quamnam demum gratulationem ac munus ipsi afferemus, quanquam gratiis potius sic locupletemur, quam quidpiam illi tribuamus? Et gratulabimur profecto, et offeremus; sed quid amplius, quam hunc ipsum sermonem, quem et jam obtulimus, seu potius quem in antecessum a verbo matris jam retulimus? Nam hunc quoque acceptum illi referimus simul cum aliis bonis, tum quæ ab ipsa jam habemus, tum quæ habituri sumus. Finem igitur dicendi facientes pura mente simul et voce et ore et sermone pauca, prout succurrunt animo, acclamantes addamus.

XXXV. Χαῖρε, κόρη, τὸ μέγα θαῦμα, τοῦ λόγου μῆτερ, πρότερον μὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς, ὕστερον δὲ καὶ τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς. Οὐδὲν γὰρ τὸ φανὲν, ὅ τι σοῦ τῷ λόγῳ καὶ πρὸ τοῦ λόγου σοφώτερον, ἔνθεν οὐδ' οἰκειότερον· καὶ οὕτω προὴλθες Εὔας τὸ φάρμακον, τῆς ἀφελεστάτης ἡ σοφωτάτη. Καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ μὲν καὶ ὁ κρίνας καὶ ἐνοικήσας[1] σοὶ λόγος· μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ σὸς πρὸ τοῦ τόκου τρόπος, οὔτε συναρπαγεὶς ἀρχαγγελικῆς καὶ ταῦτα τοῖς ῥήμασιν, οὔτε φυσηθεὶς ἀῤῥήτοις οὕτω καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἐπίσης φανεὶς καὶ πρὸ τῆς συλλήψεως ἀσφαλὴς καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν.

Τί δὲ καὶ ἡ τῆς ἡδονῆς γνῶσις, ἣν ἡ παρθένος οὐκ ἔσχηκας, ἢ τάχα οὐχ ἡ πεῖρα μόνον, ἀλλ' οὐδ' ἡ ἔφεσις; οὕτω σου τῶν λογισμῶν τὸ κριτήριον ἐῤῥώτο ἐν ἀπαλῷ καὶ καλῷ καὶ νεαρῷ καὶ ταῦτα τῷ σώματι.

[1] Vat. ἐνοικίσας.

XXXV. Ave, puella, mater Verbi, ac primo quidem illius verbi, quod conditionis est humanæ, illius deinde, quod naturæ nostræ supereminet. Et sane nihil exstitit unquam, quod præ te, sive dum proferres verbum sive antequam proferres, sapientius haberi queat, et exinde nihil accommodatum magis: atque ita Evæ remedium evasisti, sapientissima nempe imprudentissimæ. Id porro et Verbum testatur, qui te, in qua inhabitaret, elegit; testatur et tua ante partum agendi ratio, præsertim vero quod neque angelicis verbis te abripi passa fueris, neque ob tam sublimia deinde mysteria intumueris, verum æque prudentem te et antequam conciperes et postquam concepisti, ostenderis.

Quid vero voluptatis præterea cognitionem commemorem, quam virgo persensisti nunquam, seu potius quam non modo experta nunquam es, sed cujus ne levissimo quidem desiderio sollicitata fuisti? Adeo nempe tuum mentis judicium etiam in te tenello pulchro et juvenili corpore invicte prævalebat[a].

[a] Testem habes Johannem doctrinæ in Ecclesia tunc obtinentis, sanctam

XXXVI. Χαῖρε, τῶν ἀκεράστων καὶ ἀμίκτων ἡ κρᾶσις ἅμα καὶ μίξις, καὶ ἀμφοτέρων ἀμφότερα, ἀμόρφου τύπος, ἀχρόνου μέτρον, ἀπείρου κόλπος, ἀστέκτου θρόνος.

Ἀνώτερε θρόνων, σοφώτερε Χερουβίμ, φλογώτερε Σεραφίμ· ἐκείνων, ὧν[1] μὲν ὦμοις ὁ φέρων τὰ πάντα φέρεται, οἷς δὲ τὴν γνῶσιν ὀλίγην χαρίζεται, οἷς[2] δὲ τὴν φλόγα συγκεκαλυμμένην καὶ οὐδὲν ἴλην παρέχεται· σοὶ δὲ καὶ σπλάγχνοις, καὶ γόνασι, καὶ τὴν

[1] Vat. abest ὧν.
[2] Cod. Vatic. supra lineam ὧν.

XXXVI. Ave, quæ disjunctis et impermixtis unitio et commixtio, utrumque scilicet utrisque, evasisti, et forma illi qui forma caret, et mensura ei qui nullam temporis mensuram novit, et sinus ei qui immensus est, ac sedes illi fuisti qui nulla sede excipitur.

Ave, o sublimior Thronis", Cherubim sapientior, et Seraphim flammantior; e quibus, aliorum quidem gestatur humeris qui portat omnia, exiguam aliquam largitur aliis scientiam, aliis autem absconditum ignem, non vero plenum tribuit; tibi vero servat, ut totum radium illum primogenitum, totum nempe Verbum tum corde, dum visceribus tuis adhuc inclusum eum

Deiparam ab omni inordinatæ concupiscentiæ motu, quæ consectarium est originalis peccati, immunem exstitisse. Et probe fac advertas, ejusmodi immunitatem non naturæ stupiditati tribui, nam e converso maxime vigentem corporis habitum Virgini auctor adscribit, sed mentis virtuti sibi reliquas animæ vires subjicientis, adeo ut expressum heic habeas donum illud justitiæ originalis, vi cujus quemadmodum voluntas humana Deo, ita voluntati humanæ ceteræ hominis facultates obsequentes parebant.

" Frequenter in sacris Orientalium precibus, præsertim apud Syros et Armenos, occurrit, ut Deipara *terrestris Angeli vel terrestris Cherubini aut Seraphini* appellatione antonomastice indigitetur. Consonam porro sententiam habes in Geometræ verbis. Dum enim Deiparam compellans inquit, ἀνώτερε Θρόνων, σοφώτερε Χερουβίμ, φλογώτερε Σεραφίμ, perinde est ac si dicat : *o Throne Thronis sublimior, o Cherubim Cherubinis sapientior*, etc.

ἀκτῖνα, πρώτην καὶ ὅλην, καὶ τὸν λόγον ὅλον, καὶ τῇ καρδίᾳ κυούσῃ καὶ τοῖς χείλεσι τικτούσῃ δίδωσι κατασπάζεσθαι.

Χαῖρε φρικτοτέρα Ἐξουσιῶν, δυνατωτέρα Δυνάμεων, κυριωτέρα Κυριοτήτων, Ἀρχῶν ἀρχικωτέρα, Ἀρχαγγέλων εὐδρομωτέρα, τῶν Ἀγγέλων ὅλων ὁμοῦ πολυαρκεστέρα, πάσας ἐνεργείας ὁμοῦ καὶ ἀρετὰς ὅλας, ὅλων ὁμοῦ τῶν ἄνω τάξεων μόνη καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἔχουσα καὶ τὸ μεῖζον.

Χαῖρε, δέσποινα παντὸς τάγματος καὶ ὀνόματος, οὐ νῦν ὀνομαζομένου μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα· πείθομαι γάρ, καί

---

gestas, tum labiis, dum post partum genibus insidentem tenes, deosculeris.

Ave, terribilior Potestatibus, potentior Virtutibus, dominantior Dominationibus, principans Principatibus, Archangelis velocior, omnibus simul Angelis ditior ac beatior, utpote quæ vim agendi quamlibet, atque omnes simul virtutes, quibus universi simul superni ordines exornati sunt, tu sola et cum magno quidem excessu, atque iis etiam potiora possides[a].

Ave, Domina ordinis omnis ac nominis, non modo quod nunc nominatur, sed quod et in posterum nominabitur[b]; arbi-

[a] Hinc quoque discere licet, quantopere ii hallucinentur, qui putant, novis scholarum opinionibus accensendum esse effatum, quo statuitur, ampliorem in sola Deipara gratiæ copiam cumulatam fuisse, quam quæ universos simul cœlestes Spiritus exornavit. Ceterum si beatam Deiparam exornant prærogativæ omnes, sive quæ supernis spiritibus sunt communes, sive quæ singulis eorum ordinibus singulares alios præ aliis ratione præstantiæ extollunt; immo vero si Deipara non modo prærogativas eorum omnium simul omnes possidet, sed immenso intervallo potioribus ornamentis nobilitata est, quis suspicari unquam posset, an gratia illa universis spiritibus supernis communis, vi cujus se nullo non tempore Dei amicos fuisse gloriantur, in Deipara desideretur?

[b] Vide communem Mariæ factam eam filii sui gloriam, quæ ex Apostoli sententia (*Eph.* I, 20, 21) Christum constituit *supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.*

τινας ἄλλας, ἀφράστους τέως καὶ ἀγνώστους ἡμῖν, ἐκεῖσε τυγχάνειν δυνάμεις, καὶ πείθομαι τῷ ἀπορρήτως τε ἁρπαγέντι, καὶ ἀπορρητοτέρων ἀκούσαντι.

XXXVII. Χαῖρε μείζων καὶ τῶν ἀΰλων νόων καὶ λόγων ἔπαινος· θαῦμα οὐχ ὑμνητὸν ὅλον τοῖς Σεραφίμ, οὐδὲ θεατὸν ὅλον τοῖς Χερουβίμ, οὐδὲ κατάληπτον ὅλον ταῖς ὅλαις ὑψηλοτέραις ἢ ταπεινοτέραις τάξεσι. Χαῖρε, χαρᾷ μὲν συλληφθεῖσα, χαρᾷ δὲ κυηθεῖσα, χαρᾷ δὲ καὶ[1] τεχθεῖσα· χαρᾷ δὲ αὖθις καὶ συλλαβοῦσα, καὶ κυή-

[1] Nicod. abest καί.

---

tror enim quasdam alias præterea, nondum nomine quoquam compellatas nobisque ignotas, illic esse Virtutes, et fidem illi habeo, qui et ineffabili modo (in cœlum) raptus est, et[a] arcana audivit, quæ non licet homini loqui.

XXXVII. Ave, cujus laudes ne ipsi quidem cœlites aut cogitatione assequi aut sermone efferre valent. Ave, prodigium quod neque Seraphim pro merito celebrare, neque Cherubim ex omni parte cernere, neque acies ulla ordinum cœlestium sive sublimiorum sive inferiorum penitus pervidere potest. Ave, quæ et in gaudio concepta fuisti[b], et in gaudio gestata in utero, et in gaudio etiam in lucem edita; atque iterum quæ in gaudio et

[a] II *Cor.* XII, 4.

[b] Utut maxime dissimilis conceptionis utriusque, Christi Domini scilicet et Deiparæ, ratio fuerit, utraque tamen simillima exhibetur ratione gaudii, quod comes utrique fuit. Et cujusmodi quidem sit hoc gaudium, cum ex multis aliis capitibus, tum ex eo præsertim dimetiri licet, quod notissima causa sit, cur reliquorum omnium Adæ natorum seu conceptio seu nativitas infausto paternæ hereditatis jure, doloris sane justissimi argumentum secum afferat. At ne quis forte hæreret anceps, ipse per se Auctor præmiserat, quale intelligendum, sit gaudium quo B. Virgo concepit, atque adeo quo concepta est; gaudium scilicet illud est, quod divina gratia pariatur. Ita enim ille (sup. § XII) : *Heic vero et gaudium puerperio præest, et gaudio ipsa est obstetrix gratia :* ac rursus gaudium illud, quod (sup. § I) veteri maledictioni illi opponitur, quæ in genus universum mortalium per unam mulierem inducta fuerat.

σασα, καὶ γεννήσασα[1] χαρὰν τὴν πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερέχουσαν, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, χαρὰ[2] τῶν ἐπιγείων ὅλων καὶ οὐρανίων ὅλων, τοῦ γένους καύχημα, τῶν οὐρανῶν καλλώπισμα, τῶν ἀμφοτέρων κόσμων κατάκοσμε.

XXXVIII. Χαῖρε τῆς λύπης ἡ λύσις, τῆς ἔχθρας κατάλυσις,

[1] Cod. uterq. γεννήσασαν.
[2] Nicod. χαράν.

---

concepisti, et gestasti in utero, et peperisti gaudium quod omnem pariter sermonem cogitationemque transcendit; quæque, ut omnia complectar, gaudium exstitisti terrestrium omnium, omniumque cœlestium, generis nostri gloriatio, cœlorum decus, utriusque mundi ornamentum.

XXXVIII. Ave[a], doloris solutio, destructio inimicitiæ, capti-

[a] Quoad istam congeriem salutationum, quibus plura beatæ Deiparæ encomia accumulantur, illud non penitus negligendum videtur, hinc forte aliquid conjectari posse de ætate, qua sermo conscriptus fuerit. Nam et in concinnandis sermonibus illud fere obtinet, quod et in reliquis humanis rebus usuvenit, ut suos quæque ætas mores habeat. Porro plures ejusmodi salutationes in homiliis congerendi morem maxime invaluisse cernimus per S. Theodori Studitæ tempora, cujus sermo *in Virginis Natale* (hunc autem alias diximus a Lequinio editum sub S. Johannis Damasceni nomine) non minus quam sexaginta, quod et in ejusdem sermonis inscriptione diserte notatur, salutationes continet. Illud insuper et quidem diligentius animadvertendum, in pluribus hisce præconiis non singulares privatasque Oratoris sententias nobis proponi, sed quas communiter Ecclesiæ profitebantur. Fac enim, quæso, inspicias hymnum, qui ἀκάθιστος a Græcis dici consuevit, propterea quod in sabbato præcedente quintam Quadragesimæ dominicam *stando* recitabatur, quique ex sententia Petri Francisci Foggimii et Josephi Mariæ Quercii (vid. *Monit. ad h. hymn. in Append. Corp. histor. Byzant.* Rom., 1777, p. 68), a Georgio Pisida conscriptus fuit ad gratias Deiparæ agendas pro urbe regia ab Abarum obsidione sub Heraclio Augusto liberata; ibi non hasce modo, sed multo plures Deiparæ laudes salutationis more oblatas invenies. Quin et in Menæis passim hæc encomia modo plura modo pauciora congesta videre est. Sit instar exempli illud, ut Græci vocant, θεοτοκίον, quod in vesperis diei XXVII mensis Novembris legimus, et in quo ex singulis laudum argumentis, quæ

τῆς αἰχμαλωσίας ἡ λύτρωσις, ἡ τῶν θνητῶν θέωσις, ἡ τοῦ Θεοῦ σάρκωσις.

Χαῖρε, τῶν θεινῶν ἡ ἀπαλλαγή, τῶν ἁμαρτωλῶν ἡ καταλλαγή, τῶν ἑστώτων ἀσφάλεια, τῶν πιπτόντων ἀνάκλησις, τῶν σπουδα-

---

vitatis redemptio, mortalium ad Deum evectio, et Dei cum carne conjunctio.

Ave, ærumnarum depulsio, peccatorum reconciliatio, stantium securitas, lapsorum restitutio, strenue agentium ardens

plura in capita heic Geometra distribuit, nonnullas salutationes decerptas et accumulatas habes : χαίροις, ἡ καλλονὴ Ἰακὼβ, ἣν ἐξελέξατο Θεὸς, ἣν ἠγάπησεν· ἡ θύρα τῶν σωζομένων· ἡ φλογοφόρος λαβίς· τῆς ἀρᾶς ἡ λύσις παντευλόγητε· γαστὴρ θεοχώρητε· πεπτωκότων ἀνόρθωσις· ἁγιωτέρα Χερουβὶμ, καὶ τῆς κτίσεως ὑπερέχουσα· δυσθεώρητον ὅραμα· ἄκουσμα τὸ καινότατον· ἀνέκφραστον λάλημα· ἄρμα τοῦ Λόγου· νεφέλη, ἐξ ἧς ἀνέτειλεν ἥλιος, Χριστὸς καταυγάζων τοὺς ἐν σκότει, καὶ παρέχων τὸ μέγα ἔλεος. *Ave, o species Jacob, quam Deus elegit, quam Deus adamavit : janua eorum, qui ad salutem perveniunt; forceps ignitum carbonem ferens; maledictionis solutio undequaque benedicta; sinus Deum comprehendens; lapsorum reparatio; sanctior Cherubinis, super universas creaturas eminens; visum oculis impervium; auditum prorsus inauditum; effatum ineffabile; Dei Verbi currus; nubes, e qua sol refulsit, Christus scilicet, qui degentes in tenebris illuminat* E quibus velim brevem illam sententiam perpendas, qua Virgo Deipara *maledictionis solutio undequaque benedicta* compellatur. Nonne enim hæc tibi Virginem a veteri maledicto exemptam ostendit? Sane si *maledictionis abolitio* nihil aliud demum est aut intelligi potest, præterquam opus illud plane mirandum, quo a veteris maledictionis jugo erepti sumus, quotquot maledicti in damnatione jacebamus; quis desipiat adeo, aut quis adeo pugnantia loquatur, ut maledictione constrictam inter maledictos ipsam quoque *maledictionis solutionem* suspicari vel affirmare possit? An vero statuendum erit, maledictam e maledictione semet cum aliis eripere potuisse? Quod vero vis sententiæ per se exigit, id etiam expressius apparet ex eo, quod ibidem Virgo ceu *benedicta*, neque benedicta modo, sed *undequaque et omni ex parte benedicta* exhibetur : dum enim hominibus universis sub Adæ maledictione gementibus opponitur Virgo non modo eos solvens a maledictione, sed insuper quoad se *omni ex parte benedicta*, plane indicatur, Virginis conditionem a conditione ceterorum tantundem distare, quantum a maledictione distat plenissima benedictio.

ζόντων ἐπίτασις, τῶν ῥαθυμούντων διέγερσις, τῶν εὐεκτούντων ἰσχύς, τῶν καμνόντων ἴασις.

Χαῖρε, τῶν ἀρετῶν πηγή τε ἅμα καὶ ὁδηγέ, παρθενίας ἄνθος ὁμοῦ καὶ ῥίζα, τὸ μὲν φανεῖσα, τὸ δὲ τεκοῦσα· καὶ νῦν διὰ σέ τε καὶ διὰ σοῦ τὰ ταύτης φυτὰ πανταχοῦ κομᾷ· καρτερία τοῖς ἀσκηταῖς, ἀνδρία τοῖς ἀθληταῖς, εὐσπλαγχνία τοῖς ἔχουσιν, εὐψυχία τοῖς πένησι, ταπεινοφροσύνη τοῖς ὑψηλοῖς, μεγαλοφροσύνη τοῖς ταπεινοῖς, ὀδυνωμένοις παράκλησις, εὐφραινομένοις ἐγκράτεια· οὐχ οὕτω παιδαγωγούσης μόνον ἀλλὰ καὶ προτυπούσης ἀμφότερα· τὸ μέν, ὅτε σου τὴν ψυχὴν ῥομφαία διήρχετο, τὸ δ' ὅτε σου τὴν φωνὴν ὁ λόγος τὴν χαροποιὸν προσεφθέγγετο.

XXXIX. Χαῖρε, θείων χαρίτων οἶκος, βασιλικὸς τῆς Τριάδος θάλαμος, ἐν ᾧ τῶν ἀγαθῶν οἱ θησαυροὶ πάντων, σοφίας πλοῦτος,

---

studium, torpentium incitamentum, bene valentium firmitas, ægrotantium salus.

Ave, virtutum scatebra simul et semita, virginitatis flos simul et radix, illud quidem pro eo quod ipsa apparuisti, istud vero pro eo quod in lucem edidisti; quamquam nunc etiam propter te et per te hujusmodi plantæ ubique frondibus virescunt : ascetarum abstinentia, certantium robur, divitum misericordia, pauperum patientia, grandium humilitas, et humilium magnanimitas, mœrentium solamen, et tripudiantium temperantia; utriusque enim virtutis non magistra modo, sed et exemplum exsistis, alterius quidem quando tuam ipsius animam doloris gladius pertransivit[a], alterius vero quando vocem illam lætitia plenam sermo tuus protulit[b].

XXXIX. Ave, divinarum gratiarum domus, regius Trinitatis thalamus, in quo reconditi sunt omnium bonorum thesauri,

[a] *Luc.* II, 35.

[b] Cum scilicet angelo incarnationem annuntianti consensit : qua in re egregium temperantiæ ac modestiæ specimen a Deipara exhibitum superius (§ XIX) auctor celebraverat.

ἀνδρίας[1] ὄγκος, εὐβουλία, σύνεσις, δωρεαὶ λόγων, ἀρχαὶ σκήπτρων, παροχαὶ πλούτων, ἀξιωμάτων ὑπεροχαὶ, εὐτεχνίαι[2] καὶ εὐγαμίαι καὶ εὐτεκνίαι, εὐφωνία καὶ εὐταξία καὶ εὐεξία, κάλλος, ἰσχύς· καὶ ὅπως ἐν μέσῳ παροπτέα[3] μοι τὰ μικρὰ καὶ σωματικὰ μόνα, λέγω δὲ[4] τὰ τοῦ πνεύματος· ἰαμάτων πηγαὶ, ῥοαὶ δακρύων, εὐχαὶ καθαραὶ, καὶ Θεοῦ πλησίον, γνῶσις λογίων, διδασκαλίας ῥεύματα, προοράσεις καὶ διοράσεις, διακρίσεις πνευμάτων τε καὶ πραγμάτων, καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, χαῖρε δέσποινα τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ ἀμφοτέρων διακόσμων δέσποινα, ἡ πάντα πᾶσιν, οἷς καὶ ὅτε καὶ ὅσα καὶ οἷα θέλεις, παρεχομένη.

XL. Ταῦτά σοι ὁ μικρὸς ἐγὼ καὶ πᾶς μὲν, διὰ τὸν λόγον καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν καὶ χάριν καὶ ἐλπίδα, σὸς, οὐ πᾶς δὲ διὰ τὸν

[1] Coisl. ἀνδρείας.
[2] Coisl. εὐτεκνίαι, quam dein vocem repetit.
[3] Vat. ad margin. περιπεμπτέα μοι.
[4] Vat. super lin. δή.

---

divitiæ sapientiæ, virtutis eminentia, consilium, intellectus, dona sermonum, sceptrorum dominatio, opum dispensatio, honorum sublimitas, scientia omnigena, felicia connubia, ac læta soboles, claritas vocis, apta membrorum dispositio, sanitas, pulchritudo, robur virium: et quoniam leviora ista et mere corporalia utpote minoris momenti posthabenda sunt, et ea sane, quæ sunt spiritus, adjiciam; remediorum scaturigines, imbres lacrymarum, mundæ preces, familiaris cum Deo consuetudo, sacrarum litterarum scientia, doctrinæ fluenta, prospicientia et perspicientia, et in spiritibus internoscendis juxta ac rebus gerendis discretio, et ut paucis omnia contraham, ave, domina bonorum omnium, et ordinis utriusque domina, quæ omnibus omnia, quibus et quando et quanta et qualia vis, dispensas.

XL. Hæc in laudem tuam ego misellus, et totus sane cum propter Verbum tum propter aliam omnem et gratiam et spem tuus, sed non totus tuus per vitæ rationem, hæc, inquam, pauca

τρόπον, ὀλίγα τῶν σῶν, ὧν ἐχαρίσω, πόλυν μὲν διὰ τὸν πόλυν φόβον ἐπεχόμενα χρόνον, ἄρτι δὲ ἐκραγέντα διὰ τὸν πόθον, καὶ νικηθέντα τῷ πλείονί τε καὶ κρείττονι, εἰς δόξαν τοῦ σοῦ υἱοῦ, τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναχράντῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

---

ex iis, quæ mihi largita es, diu ob ingentem formidinem silentio compressa, derepente autem impetu amoris expressa, utcumque magnalium tuorum et multitudini et magnitudini longe imparia, offero; in gloriam Filii tui, magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium cum sanctissimo ipsius Patre et vivificante ac sancto Spiritu, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

IN THEODORI MONEREMITÆ

SERMONEM

PRÆFATIO.

Manuscripti homiliæ codices, § I. — Auctoris nomen, § II. — Quisnam Theodorus homiliam scripserit, § III.

I. Brevem hanc homiliam sua ipse manu, græce exscripsit Lucas Holstenius ex codice olim Regio DCCXLIII, nunc vero in eadem parisiensi bibliotheca inter græcos n. MMDCCLI; pertinuerat autem idem codex ad celeberrimam Cardinalis *Imperiali* bibliothecam, in cujus catalogo, jam typis impresso, n. MMDCCLI notatur. At Holstenianum codicem, quo tum hæc tum aliæ SS. Patrum homiliæ, omnes præclari ejusdem viri manu exaratæ continentur, servat ceu cimelium pretiosum insignis romana bibliotheca Barberiniana; et benevolentissimis curis egregii viri, Sanctis Pieralisii, ejusdem bibliothecæ Custodis, prorsus debeo, quod ejusdem codicis pro lubito pervolvendi eximiumque hoc opusculum inde exscribendi atque in lucem

edendi facilis mihi venia facta fuerit, quemadmodum pro humanitate sua proque singulari in Virginem Deiparam pietate lubentissimo animo codices, in quibus et Antipatri Bostrensis et Johannis Eubœensis homiliæ continebantur, suppeditavit, et insuper si quid aliud in codicibus mss. forte lateret, quod in Deiparæ honorem cedere posset, studiosissime mecum exquirere nihil cunctatus est. Quibus sane beneficiis egregiaque optimi viri voluntate eidem me devinctissimum gratissimumque profiteor.

II. Quod ad auctorem homiliæ attinet, si ratio habeatur tantummodo inscriptionis, quam parisiensis codex præfert, ambigendum sane foret, num inter Theodoros, an inter Theodotos numerandus esset[1]. Hæc enim in eo, mendosa certe lectione, exstat inscriptio : Θεοδώτου ἐλαχίστου μονεμήτου λόγος κ. τ. λ., adeo ut nescias, utrum in quinta littera vitium cubet, legendumque sit Θεοδότου, an potius in sexta, ut Θεοδώρου sit legendum. At dubitationem depulit in primis Holstenius; qui licet ob eam legem, quam in exscribendis codicibus statuisse sibi videtur, ne quidquam in illis, utut mendosum, mutaret, Θεοδώτου et ipse scripserit; nihilominus in ipso initio notulam apposuit, unde vera lectio dignosceretur, hisce verbis : *Fuit inter libros repertos Caffæ, ubi Theodorus vocatus.* Undenam vero hoc ille hauserit, aut quo in loco nomen hoc Θεόδωρος legerit, fateor obscurum mihi esse. Quum enim, meo rogatu, vir peritissimus in ipsa parisiensi bibliotheca diligenter de hac re inquisiverit, neque profecto in ejusdem bibliothecæ indicibus, neque in peculiari hujus codicis elencho, ubi n. XIV homilia ista notatur, neque alibi aliud nomen præter quam Θεοδώτου aut latine Theodoti scriptum reperit. Alicubi tamen *Theodori* nomen Holstenium legisse, dubitare non possumus;

[1] Non semel et apud veteres Theodori nomen cum nomine Theodoti permutatum reperimus. Memorat id et Ἄνθιμος Γαζῆ ὁ Μηλιώτης *in sua bibliotheca Hellenica* (vol. II, pag. 154, Venet. 1807), ubi de celebri Ancyrano Theodoto scribit : Θεόδοτος (οὐχὶ, ὡς παρὰ τῷ Γενναδίῳ, Θεόδωρος) ἦτον ἐπίσκοπος τῆς ἐν Γαλατίᾳ Ἀγκύρας κ. τ. λ.

neque viro doctissimo, hæc tam obscure innuenti, succensere quispiam jure potest, siquidem non alieno sed suomet ipsius commodo ista adnotaverat. Ceterum hoc verum esse Auctoris nomen, alius testis accedit Nicodemus Monachus, qui in notis ad Proœmium Commentarii ad Canonem τοῦ εὐαγγελισμοῦ, complures veterum Scriptorum recensens homilias de hoc argumento habitas, inter alias et hanc nostram cum Auctoris nomine sic commemorat[1] Θεόδωρος ὁ καλούμενος Μονερημίτης, οὗ ἡ ἀρχή· Ὅταν ἡ χειμέριος τῆς εἰδωλολατρείας. . . *Theodorus, vocatus moneremita, cujus est initium*, etc. Manifestum est autem, Nicodemum Monachum hæc ex aliis codicibus mutuatum fuisse.

III. At quis iste sit Theodorus, longe ad cognoscendum difficillimum esse reor. Una mihi affulgebat suspicio, an forte in eam incidissem S. *Theodori Studitæ de Deiparæ Annuntiatione* homiliam, quam Gerardus Vossius[2] olim a se in codice Card. Sirleti visam testatur, et Card. Maius[3] adhuc quærendam dicit; quandoquidem præter *Theodori* nomen conveniebat aliqua etiam similitudo cum altera, quam alias diximus ex Vaticanis codicibus Theodori Studitæ vindicandam, licet a Lequinio sub Damasceni nomine vulgata fuerit[4]. Verum dimittenda hæc conjectatio fuit. Ut enim ex § VIII satis aperte colligitur, hæc oratio ad montem Sinai habita est; et quamvis S. Theodorus Studita, diro impiorum odio impetitus, plus semel hac illac vagari coactus fuerit, apud montem Sina tamen diversatum aliquando eum fuisse, nemo memoriæ prodidit[5]. Accedit, in mss. codicibus nuspiam alias (quod et sæpius laudatus vir doctissimus Angelus Maius, cum ea de re ipsum interrogarem, confirmavit) Theodori Studitæ nomen cum addito τοῦ μονερημίτου notari,

[1] Ἑορτοδρόμιον et cet, pag. 208.

[2] *In not. ad Serm. I. Gregorii Neocæs.* Paris., 1622, pag. 109.

[3] *In not. ad Leonis Allatii diatriben de Theodoris: Nova PP. Biblioth.* vol. VI, part. II, pag. 162.

[4] Conf. Card. *Maii Nova Biblioth. PP.* vol. V, part. II, pag. 54, *in not.*

[5] Conf. a Maio edita *Vita S. Theodori Studitæ a Michaele Monacho* conscripta § 16, 27, 37. *Nova Bibl. PP.* vol. VI, part. III.

sed aliis constanter titulis exornari. Denique addiderim, si a Vossio memorata homilia forte eadem sit atque illa, quæ in codice sermonum Theodori Studitæ *in Annuntiationem secunda* notatur[1], tunc enimvero statui certo posse, ab ea hanc nostram prorsus differre : illa enim inscribitur, *de Virginitate* (περὶ τῆς παρθενίας), *in Annuntiationem secunda;* nostra vero nihil *de Virginitate* tractat.

At si Studitæ tribui hæc homilia non potest, simul fateamur oportet, ex tot Theodoris, quos enumerant tum Fabricius in Græca Bibliotheca, tum Leo Allatius *in Diatribe de Theodoris*, per Eminentissimum Maium vulgata[2], nullum reapse apparere qui cum aliqua veri specie homiliæ hujus auctor haberi possit; nisi forte suspicari quis vellet, adscribi eam posse Theodoro, qui a monasterio τῆς Ῥαίθου cognomen *Raithensis* retulit : nam hic et monachum egit, et ad montem Sina, ubi situm fuit monasterium τῆς Ῥαίθου, versatus est. At, præterquam quod ab hujus sermonis stylo plurimum abesse videntur nota Rhaithensis Theodori opuscula, illud recurrit, quod de Studita advertimus, nuspiam Rhaithensis Theodori opusculis titulum τοῦ μονερημίτου præfigi. Idcirco, dum aliquid certius alicunde proferatur, præstat judicium sequi doctissimi Maii, qui postquam homiliæ exemplar e Barberiniano codice a me exscriptum inspexit, arrepto sexto, quod ipse ediderat, Novæ suæ Bibliothecæ Patrum volumine, ubi et Allatiana jacet de Theodoris diatribe, me præsente ad oram libri simul cum homiliæ argumento ac primis verbis, *Theodori Moneremitæ* nomen, tanquam ab Allatio omissi et aliis Theodoris adjungendi, adnotavit. Hinc et quando scriptus sermo fuerit, nobis incertum; nam quod nonnullos affirmantes audivi, styli ac græcitatis indolem eam esse, quæ ad ætatem sat vetustam, v. gr. ad VII vel etiam VI seculum commode referri queat, id sapientiorum judicio plane permittam. Hoc tamen

[1] Juxta ordinem Livineii est sermo LXV, juxta ordinem autem mss. græci codicis, quem Fabricius edidit, LXVIII. Vid. *Fabricii Bibl. Græc.* vol. X, pag. 458, edit. Harl.

[2] *Nova Biblioth. PP.* vol. VI, part. II, a pag. 73.

affirmare non dubitaverim, opusculum haud plane inelegans dici posse, ac sua quadam in mysterio Annuntiationis pertractando novitate placere : tum gravitatem dignitatemque (quod scriptorem prodit judicio præstantem) in iis quoque servare, quæ in se spectata facile a gravitate excidunt; ac demum sic in Deiparæ laudibus versari, ut *immaculatæ ejusdem* Conceptioni luculenta et non communia testimonia suppeditet.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ[1]

ΕΛΑΧΙΣΤΟΥ ΜΟΝΕΡΗΜΙΤΟΥ[2]

ΛΟΓΟΣ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

1. Ὅταν ἡ χειμέριος τῆς εἰδωλολατρείας καὶ ζοφερὰ παρῆλθεν περίοδος, τότε τὸ φαεινὸν τῆς θεοπτασίας ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἀνατέταλκεν ἔαρ. Ὅταν τὴν ἀρχὴν τῆς δωδεκαζώδου σφαίρας ὁ τρισσοφεγγὴς[3] κατ' ἀποκατάστασιν σημείων πρὸς σημεῖον

[1] Cod. Θεεδώτου : quoties mere *cod.* notatur, barberinianum intellige.
[2] Cod. Reg. μονερημήτου.
[3] Cod. τρισσοφεγγεῖς.

THEODORI MINIMI MONEREMITÆ

IN ANNUNTIATIONEM DEIPARÆ

SERMO

LAUDATORIUS.

1. Quum idololatriæ squalor hyemalis, densæque tenebræ late quaquaversus permeassent; tunc vernantes splendores hominum mentibus Deus apparens adduxit. Quando ter fulgidus sol per singula signa regrediendo initium sphæræ Zodiaci jam

ἀπεκληρώσατο ἥλιος, τότε τὸ πρῶτον ὁ πανυπέρτατος τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων Θεὸς δι' ἀγγέλου εὐαγγελίζεται καὶ μέγα τὸ μυστήριον· καὶ ὥσπερ σήμερον ὁ ἥλιος τῇ κατὰ περίοδον τοῦ πόλου περιφορᾷ εἰς ἀρχὴν τοῦ περιέχοντος αὐτὸν κυκλοφορικοῦ σώματος τὸ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ εἰσοικισθείς, ἥτις καλεῖται ὕψωμα ἡλίου, τῆς γῆς τοὺς καρποὺς διὰ τῆς οἱάσδε τροπῆς τρέφει καὶ αὔξει, πεπαίνει καὶ τελεσφορεῖ· οὕτως καὶ ὁ Θεὸς σήμερον, τῇ τῶν πολλῶν γενεῶν διεκδρομῇ, τὴν ἐσχάτην μὲν αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς, πρώτην δὲ ἐν αὐτῷ, δι' ἡμᾶς βουληθεὶς ἀναπληρῶσαι οἰκονομικὴν δημιουργίαν, εἰς παρθένου μήτραν δι' ἀγγέλου εὐαγγελισθεὶς ἐνοι-

---

attigerat; tunc primum qui est super omnia, *Deus salutis*[a] *hominum*, magnumque mysterium per Angelum annuntiatur. Et quemadmodum sol diebus hodiernis sua per poli circulum circumactione ad principium concludentis ipsum zodiaci, ubi sese contingunt ultimus recessus primusque regressus (quæ et solis elevatio vocari solet), inductus, per ejusmodi[b] conversionem[c] terræ fructibus et alimentum tribuit et incrementum, eosque ad maturitatem ac perfectionem adducit; sic etiam Deus hodierna die, post multarum generationum decursum, suum illud salvificæ dispensationis opus, postremum quidem quoad nos, in ejus vero consiliis primum, perficere propter nos volens, adventus sui nuntio per Angelum præmisso, in sinu Virginis sedem suam

[a] Plus semel in sacris litteris Deus *salus nostra* appellatur, vel *Deus salutis nostræ*. Sic Ps. LXXXVII : Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, *Domine Deus salutis meæ*.

[b] Hoc addi poterit raris veterum exemplis, ubi οἱόσδε usurpatur pro τοιόσδε seu pro τοιοῦτος.

[c] Etsi solis *conversio* (τροπή) proprie illa penes græcos dicatur, qua sol iter suum convertit post solstitium, unde alia *æstiva* (θερινή) alia *hyemalis* (χειμερινή) dici consuevit; auctori tamen placuit, eam vocem de itinere solis post expletum anni circulum resumpto usurpare : notum est autem anni initia ab hac ipsa incarnationis dominicæ festivitate computari apud Græcos consuevisse.

κεῖ, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἀναπλάττει καὶ σώζει, οἰκτείρει[1] καὶ ζωοποιεῖ.

II. Οὐκοῦν ἡμέρα σήμερον ὑπάρχει εὐφροσύνης, καὶ πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως· ἡμέρα πανηγύρεως, καὶ Δαβιτικῆς ὀρχήσεως· ἡμέρα ἀναπλάσεως, καὶ παραδρομικῆς ἀνασκιρτήσεως· ἡμέρα χαρμοσύνης, καὶ ἀναβιώσεως· ἡμέρα[2], ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, σαρκώσεως, καὶ θεώσεως· ἡμέρα, προφητικῶς[3] εἰπεῖν, ἐκδικήσεως καὶ κατακρίσεως, ἀνθρωπείας[4], φημὶ, καὶ δαιμονίας πληθύος.

[1] Cod. εἰκτείρη.

[2] Cod. ἡμέραν, sed syntaxeos conformitas postulare videtur, ut legatur ἡμέρα, prout exigit et locus biblicus, unde hæc sententia desumpta est.

[3] Cod. προφητικῆς, et manu ipsius Holstenii ad oram paginæ προφητικῶς : cum tamen Holstenius alia menda non notaverit, suspicor, adnotatum hoc ab eo fuisse, quod hoc idem in regio codice emendatum reperit.

[4] Cod. ἀνθρωπίας.

---

collocat, et animas hominum refingit atque ad salutem perducit, miserationibus prosequitur, ac vivificat.

II. Hodierna itaque dies alacritatis dies est et spiritualis lætitiæ; dies solemnis pompæ, et davidicæ choreæ; dies novæ formationis et concomitantis exsultationis; dies gaudii, et revocationis ad vitam; dies, *quam fecit Dominus*[a], incarnationis et assumptionis carnis in Deum; *dies*, ut propheticis verbis utar[b], *ultionis* et damnationis, multitudinis, inquam, hominum ac dæmonum.

[a] *Ps.* CXVII, 24.

[b] Verba ἡμέρα ἐκδικήσεως occurrunt apud Jeremiam (cap. XLVI, v. 10), ubi Vulgatus legit : *Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis;* at vox κατακρίσεως neque in hoc Jeremiæ, neque in alio sacrorum bibliorum loco, qui hujusmodi præferat sententiam, occurrit. Referre hæc mallem ad Isaiæ cap. XXXIV, 10 : Ἡμέρα γὰρ κρίσεως Κυρίου, καὶ ἐνιαυτὸς ἀνταποδόσεως κρίσεως Σιὼν πάρεστιν. *Quia dies ultionis Domini, annus retributionis judicii Sion* (*venit*); seu forte melius

Καὶ τί πλεῖστα περὶ ταύτης τῆς σωτηριώδους λέγοιμι ἡμέρας, ἡνίκα διὰ βραχέων ταύτης δυνάμεθα τὸ μέγεθος παριστᾶν; Αὐτή, καθὰ ὁ σοφὸς προωρίσατο[1], ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ κόσμου συστάσει εἰς ἡμῶν ἀνάπλασιν εἰκῶς φανεῖς[2]. Πόθεν δῆλον τοῦτο; Αὐτός σε ὁ Δαβὶδ, ἀνακρούων τὴν θεόφθογγον αὐτοῦ λύραν, ἐκπαιδευσάτω[3], ὡδὶ[4] λέξας, ὧδὶ καταντήσας· Κύριε, καταφυγὴ ἐγεννήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ, πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι[5] καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν

[1] Cod. προορήσατο.

[2] εἰκῶς φανεῖς : ita plane, lectione certe mendosa, codex. At quænam probabilis emendatio? An quidpiam excidit? Num τὸ φανεῖς habebitur corruptum iotacismi vitio, adeo ut putari queat postrema pars alicujus e tot nominibus inde compositis, v. gr. ἐμφανὴς, aut pars alicujus verbi ex τοῦ φαίνω compositi, velut ἐξεφάνη aut ἀπεφάνη? An legendum, εἰκὸς φανεῖσα? An potius legemus φαίης, hanc vocem cum sequenti sententia jungentes? Viderint ea de re sapientiores : nonnulla enim utcumque sermonis seriei congrua ideo tantum supplevi, ne oratio in versione hisceret.

[3] Cod. ἐκπαιδεύσατο, et supra lin. ἐκπαιδευσάτω.

[4] Cod. tum heic tum mox habet ὥδὴ : substituendum censui ὧδὶ more attico potius quam ὧδε, tum quia iotacismi vitium suadet elementum η potius τῷ ι quam τῷ ε subrogatum fuisse; tum quia ratio accentus in ὥδὴ cum ὧδὶ potius quam cum ὧδε congruit.

[5] Cod. γενεσθῆναι : pro quo et γεννηθῆναι substitui potest; sed versio LXX hic habet γενηθῆναι.

Quanquam quid plura ego de salutari hac die eloquar, quando præstantiam ejus eximiam paucis commendare nobis licet? Ipsa, quemadmodum sapiens ante definivit, in prima mundi constitutione ad nostram reparationem conspicua apparuit. (Dices fortasse) : unde hoc constat? Ipse te David, lyram suam divina resonantem pulsans, edoceat, dum ita inquit, atque ita occurrit[a] : *Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione, priusquam montes fierent, aut formaretur terra*

ad ejusdem cap. XXXV, v. 4, sec. LXX : Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει, αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς· ubi Vulgatus habet : *Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis, ipse veniet et salvabit nos.*

[a] *Ps.* LXXXIX, 1, 2.

καὶ τὴν οἰκουμένην. Καὶ οἶμαι, μηδὲν ἄλλο τι ἐνσημήνασθαι τὸν προφήτην, ἢ ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς διὰ τῆς πρὸς τὴν ἀμώμητον παρθένον φρικτῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἀνθρώπων γεγένηται καταφύγιον. Τοῦτο δὲ καὶ ἄλλος ἐδιδάξατο προφήτης, οὕτως φήσας· Μεγάλη ἡ ἡμέρα Κυρίου καὶ ἐπιφανής· ὅταν αὐτὸς ἀτρέπτως καὶ ἀσπόρως εἰς μήτραν μορφούμενος ἄνθρωπος, εἷς καθ' ὑπόστασιν τίθεται, διπλοῦς δὲ κατὰ φύσιν συνάπτεται Χριστὸς, οὐδαμῶς ὃ ἦν ἀποσταθείς.

III. Τοιγαροῦν ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς ἀρχαίας λυτρούμενοι κατακρίσεως. Ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς ἡμῶν ἀναστοιχειώσεως τὰ προαύλια· ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς θείας συγκαταβάσεως τὰ σύμβολα· ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς παρθενικῆς συλλήψεως νυμφεύματα· ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς θεανδρικῆς συμπλοκῆς τὰ ἄλυτα

---

et orbis. Nihil enim aliud autumo prophetam significasse, præterquam diem istam, qua Deus per tremendam suam in immaculata Virgine incarnationem factus est hominum refugium. Verum et alius id propheta edixit, cum sic locutus est[a] : *Magnus dies Domini et manifestus;* quando scilicet ipse sine ulla (sui) mutatione et sine humano semine formam hominis in utero (Virginis) induens, unus Christus secundum naturam consurgit, nihil ab eo, quod erat, recedens.

III. Quicumque igitur a veteri condemnatione redempti fuimus, solemne hodierna die festum agamus. Celebremus hodie regenerationis nostræ præludia; celebremus hodie divinæ [illegible]rham pietatis; celebremus hodie virginei conceptus connubia; celebremus hodie theandricæ conjunctionis indissolubilem tex-

[a] *Joel.* II, 31, sec. LXX : πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, *antequam veniat dies Domini magnus et manifestus.* Quo in loco Vulgatus pro *et manifestus* legit *et terribilis* secundum hebraicum textum, ubi legimus וְהַנּוֹרָא, at S. Lucas in Actis apostolorum (cap. II, v. 20) hunc Joelis locum allegavit, prout in LXX versione jacet.

ἐξυφάσματα· ἑορτάσωμεν σήμερον τῆς ἄκρας Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν, χωρὶς φυσικῆς περιχωρήσεως τῶν μερῶν, μεταβολῆς τε καὶ συνέσεως τὰ συναλλάγματα.

IV. Ὑμνήσωμεν πάντες τὴν θεοφώτιστον παστάδα, δι' ἧς μὲν ἡμῖν ἡ θέωσις, Θεῷ δὲ ἡ σάρκωσις πεπραγμάτευται· ὑμνήσωμεν τὴν θεοχώρητον ἀμνάδα, ἐξ ἧς τὸ εἰς σφαγὴν πρόβατον ἀσυνουσιάστως καὶ ἀφράστως τέτεκται· ὑμνήσωμεν τὴν καθέδραν τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ, ἐν ᾗ ἡμῖν ἡ ἀκρόπολις τῆς σωτηρίας τεθεμελίωται· ὑμνήσωμεν τὴν ἔμψυχον τοῦ Θεοῦ καὶ ὅλην ἁγίαν κιβωτὸν,

---

turam : celebremus hodie intimæ Dei ad homines, et hominum ad Deum tum translationis tum conjunctionis commercia, semota tamen naturali partium confusione[a].

IV. Quotquot sumus, celebremus hymnis thalamum divina luce splendentem[b], per quem nobis quidem deificatio[c], Deo autem incarnatio obvenit. Celebremus agnam Dei capacem, e qua sine virili congressu et ineffabili modo in lucem edita est ovis mactationi destinata. Celebremus thronum gloriæ Dei Israel, in quo nobis arx salutis fundata est. Celebremus viventem et

[a] Locum habes paulo obscuriorem. Sane cum ex SS. Patrum doctrina nefas sit in incarnationis mysterio omnem denegare perichoresim, dicendum est, heic nomine περιχωρήσεως quamlibet confusionem removeri, vel certe removeri tantummodo perichoresim carnis in divinitatem. Melius omnia habebunt, si voces περιχωρήσεως et μεταβολῆς transponantur : hæc enim sententia prorsus congrua exsurget : *Celebremus hodie intimæ Dei cum hominibus, et hominum cum Deo perichoreseos et conjunctionis commercia sine naturali partium immutatione.* Ceterum tam luculenta in Orationis ejusdem decursu habentur, quæ Auctorem ab eutychiano errore prorsus alienum evincunt, ut huic quoque periodo catholicum sensum tribuere plane necesse sit.

[b] Sanctam Virginem intellige, ad quam translata a SS. Patribus illa Psaltis verba reperimus (Ps. XVIII, 6) : *Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.*

[c] *Per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit : ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* II *Petr.* I, 4.

τὴν χωρήσασαν τὸ ἱλαστήριον ἡμῶν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὰς πλάκας τῆς διαθήκης, τὴν ἀφθαρσίαν, φημὶ, καὶ ἀθανασίαν· ὑμνήσωμεν τὸν λογικὸν τοῦ Θεοῦ παράδεισον, ἐν ᾧ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἡμῖν ἀποτίστως ἐξελάστησεν· ὑμνήσωμεν ἄνθρωποι τὸ ἄλλον τοῦ ἄλλου ἡμέτερον ἄνθρωπον, τὸν ἀσκίως ἡμῖν τὸ τῆς ἀνάρχου πατρότητος φῶς ἐκπυρσεύσαντα· ὑμνήσωμεν τὸν ἁγιώτερον καὶ σεβασμιώτερον τῶν Χερουβεὶμ θρόνον, τὸν βαστάσαντα ἐν ἑαυτῷ, καὶ

---

totam sanctam[a] Dei arcam, quæ in se propitiatorium continet peccatorum nostrorum, et tabulas Testamenti, incorruptionem scilicet et immortalitatem. Celebremus rationalem Dei paradisum[b], in quo sine irrigatione lignum vitæ nobis effloruit. Celebremus invicem homines nostrum hominem, novum hoc a reliquis longe distans portentum, qui[c] paternitatis principio carentis lucem sine umbra nobis conspiciendam præbuit. Celebremus thronum, Cherubim sanctiorem, potiorique honore

[a] Si ex eo quod vivens hæc Dei arca dicitur *tota sancta*, recte infertur, nuspiam illam proprio semet piaculo temerasse; pari jure infertur, neque hereditaria labe eam pollutam fuisse : perinde enim omnimodæ huic sanctitati utrumque labis genus opponitur. Sed manifestius ex integra id elucet sententia. Nam in censu peccatorum, quorum Christus propitiatorium fuit, potissimum locum habet originale peccatum. At nonne palam est, ex indole sententiæ hoc peccato adhuc obstrictos censeri quotquot illud contraxerunt, dum arca, e qua prodeuntem salutem et propitiationem miseri illi exspectant, sancta exhibetur, quinimo *tota sancta* prædicatur?

[b] En habes ad Mariam ea translata, quæ ad primævam illam conditionem cujuslibet corruptionis expertem pertinent; quæ tamen nobiliori prorsus ratione in nova rerum conditione per redemptionis opus impleta sunt. Vid. quæ adnotavimus ad § XVII *Orat. Johannis Eubœensis*, part. I, pag. 85, 86.

[c] Nemo alius hoc loco designatur homo, quam Deipara, quæ nobis protulit veram lucem, Christum nempe, quem profitemur *lumen de lumine*. Fateor, obscurum superesse, quid vere sibi velint ea verba τὸ ἄλλον τοῦ ἄλλου, quæ tamen itidem in Regio codice sic leguntur; id enim mihi certo constat ex collatione *Claudii* viri clarissimi Bibliothecæ Parisiensi addicti, cui multas habeo gratias. Si quis probabiliorem proferat interpretationem, discere paratissimus sum. [Fortasse τὸ ἄλλεν παλαιοῦ ἡμέτερον ἄνθρωπον, omisso, ut solet, εἶναι.]

γαλουχήσαντα τὸν τοὺς αἰῶνας[1] θελήσει ἀκόπως καταρτήσαντα· ὑμνήσωμεν ἀληθινὴν καὶ νοερὰν ἡμῶν βάτον, ἣν ὁ Θεὸς, ὁ πῦρ καταναλίσκον, οἰκήσας, οὐκ ἔφλεξεν, ἀλλ' ἐφαίδρυνεν· ὑμνήσωμεν τὴν ὄντως ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἀκρότομον πέτραν, τὴν ἐπομβρίσασαν ἡμῖν τῆς ζωηφόρου πηγῆς τὸ ὕδωρ· ὑμνήσωμεν τὴν ὡραιότητα ἡμῶν τῆς φύσεως, δι' ἧς οἱ κακόμορφοι τῇ παρακοῇ θείας

[1] Cod. ἀλῶνας.

---

dignum, quippe qui in se gestat, et lacte illum nutrit, qui nullo labore et solo voluntatis suæ nutu *sæcula aptavit*[a]. Celebremus hymnis verum atque intelligibilem nostrum rubum, quem Deus, *qui ignis consumens est*[b], inhabitans non combussit, sed luce sua exornavit. Celebremus nostram vere sacrosanctam ac sublimissimam petram, quæ nos undis fontis vitam afferentis irroravit. Celebremus naturæ nostræ pulchritudinem, per quam nos, jam deformes propter inobedientiam effecti[c], digni facti

[a] *Hebr.* XI, 3.

[b] *Deut.* IV, 24.

[c] Ambigere non licet, heic innui deformitatem e peccato originis in omnes inductam, tum quia locutio per se ad id maxime est idonea, tum quia solemne id est in ecclesiastico loquendi usu, præeunte Apostolo, ubi ait (*Rom.* V, 19) : *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi* (ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί); et ideirco Magnus Sophronius (ut hunc saltem nunc memorem) enarrans nostrum in Adamo lapsum (τὴν ἐν Ἀδὰμ ἡμῶν ἔκπτωσιν), ejusque pœnam, non alio quam *nostræ inobedientiæ* nomine illum designat (*Orat. in laud. S. Johan. Bapt.* n. 4, græce edit. ab Em. A. Maio, *Spicil. Rom.* tom. IV, pag. 5) : *Hæc enim in genus nostrum propter nostram inobedientiam lata damnationis sententia erat* (τοῦτο γὰρ τῆς ἡμῶν ἐτύγχανε φύσεως ὑπὲρ τῆς ἡμῶν παρακοῆς τὸ κατάκριμα); tum denique quia orator, uti ex toto contextu patet, ex persona omnium mortalium loquitur, nec aliud inobedientiæ piaculum est præter originale, quod universos reipsa homines inficiat. At vero potestne etiam Maria heic iis adnumerari, qui ex adamitica inobedientia deformitatem contraxerunt? Tantum enimvero id abest, ut prae istis illa ceu *venustas ipsa* exhibeatur. Ac rursus id tantum abest, ut hæc

ἠξιώθημεν γενέσθαι κοινωνοὶ φύσεως· ὑμνήσωμεν οἱ γηγενεῖς, ὡς συγγενεῖς, τὸ μέγα ἡμῶν πρὸς Θεὸν καύχημα, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἁμαρτωλοῦ ἡμῶν ἀναβλαστῆσαν πάσης τῆς κτίσεως πολυπόθητον σέβασμα.

L. Ἁρπάσωμεν τὰς τοῦ Ἀγγέλου φωνάς· ἡμῖν γὰρ μᾶλλόν πως οἰκειότεραι τυγχάνουσιν. Εἰ αὐτὸς ἔφησεν πρὸς αὐτὴν τό, χαῖρε, κεχαριτωμένη· ἡμεῖς φράσωμεν τὸ, ὁ Κύριος ἐκ σοῦ, καὶ μετὰ σοῦ. Ἔλεξεν αὐτός· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· μὴ κατασιγήσωμεν, ὡς μηδὲν μετὰ τοῦ ἀγ-

---

sumus, ut divinæ naturæ participes essemus. Celebremus nos terrigenæ, utpote ejusdem cum illa progeniei, præcelsam nostram apud Deum gloriam, et summe exoptatum creaturarum omnium decus e peccatrice nostra natura exortum.

V. Usurpemus Angeli voces; quodammodo enim potiori nobis jure, quam illi conveniunt. Si ipse ad eam dixit[a] illud, *Ave, gratia plena;* nos illud dicamus, *Dominus* ex te, ac *tecum*[b]. Ipse dixit[c]: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* ne muti hæreamus, quasi vero nihil Angeli

Mariæ venustas efferatur ceu medium, quo quicumque deformitate illa turpabantur, eamdem exuere potuerint.

Neque penitus illud vacat, quod Maria *pulchritudo naturæ* vocatur. Jam enim alias innuimus (vid. not. (*a*) ad § X *Orat. Petri Argivi*, part I, p. 137), id etiam eo spectare, ut de hoc, tamquam unico suavi ac specioso fructu a semet edito, natura gloriari queat, cum reliquos omnes amaros corruptosque proferat. Atque eodem pertinet, quod paulo post Orator terrigenas provocet ad plaudendum Mariæ, tamquam *eximio decori, quod a natura peccatrice exortum sit;* argumentum nempe laudis desumens ex dissimilitudine inter radicem vitiatam et germen vitii expers. Quæ quidem Theodori testimonia pro Deiparæ originali innocentia eo pluris facienda sunt, quo magis, cum sponte et incidenter ex ore ei profluant, insitam eam doctrinam tum ipsi tum fidelibus, ad quos erat sermo, ostendunt.

[a] *Luc.* I, 28.

[b] Frequens est Patribus, ut angelicis verbis, *Dominus tecum*, addant, *ex te*, aut etiam *in te*. Vid. § XXI *Orat. S. Sophronii*, sup. pag. 67.

[c] *Luc.* I, 35.

γέλου εἰσφέροντες· ἡμέτερον γὰρ πλείω, ἢ ἐκείνου, τὸ τῆς παρθενίας καύχημα. Ἐὰν κατακαυχώμενος εἶπε· μεμήνυκα ὑμῖν ἀντὶ λύπης χαράν, καὶ ἀντὶ κατακρίσεως ἀνάκλησιν· εὖγε, φήσομεν· ἀλλ' ἐξ ἡμῶν τὸ δοχεῖον τῆς χαρᾶς, καὶ ὁ τόμος τῆς ἀνακλήσεως ἐξέφυσεν. Ἡμῖν διάκονος[1] ὑπῆρξε ζωῆς· ἀλλ' ἡμέτερος ὁ τὴν ζωὴν ὑποδεχόμενος θεοστόλιστος νυμφών. Εὐηγγελίσατο ἡμῖν ἱερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς; Τί δέ; καὶ ἡμεῖς οὐκ εὐτρεπίσαμεν[2] ναὸν ἅγιον ὑψηλότερον[3] τῶν οὐρανῶν;

VI. Προσεφώνησας[4] ἡμῖν βασιλέως παρουσίαν; ἡτοιμάσαμεν καὶ ἡμεῖς παλάτιον ἀξιοκατοίκητον βασιλέως. Θεὸν ἐπὶ γῆς φέρων μηνύεις; καὶ ἡμεῖς Θεομήτορα ἐν οὐρανοῖς ἔχοντες πτερούμεθα.

[1] Cod. δίακος.
[2] Cod. εὐτρεπήσαμεν.
[3] Cod. ὑψηλώτερον.
[4] Cod. προσεφώνας.

---

verbis adjungendum habeamus; nostra enim magis, quam illius, est virginitatis gloriatio. Si gloriabundus ille inquit : ego vobis pro dolore gaudium, et pro damnatione reparationem annuntiavi; euge, reponamus; sed e nobis enata est, quæ gaudium ipsum recipiat; e nobis est liber, in quo reparatio consignetur. Exstitit ille nobis vitæ ministrator; sed noster est thalamus divinitus apparatus, qui vitam in se excipiat[a]. Annuntiavit ille nobis *pontificem magnum, qui penetravit cœlos*[b]? Quid igitur? Nonne et nos sacrum templum, cœlis sublimius, instruximus?

VI. Indixisti nobis adventum Regis? At nos quoque palatium præparavimus, atque illud dignum, in quo Rex sedem defigat. Deum denuntias et adducis in terram? Nos vero Dei Matrem

[a] Videsis thalamum jam divinitus apparatum, in quo vita exciperetur. At sententiarum series exigit, ut vita annuntiaretur et adventaret pro iis, qui morte detinebantur; eadem ergo usque recurrit imago, nempe sanctæ Virginis a massa damnata penitus secretæ.

[b] *Hebr.* IV, 14.

Τὸν ἄνω, κάτω διὰ φιλανθρωπίαν λέγεις παραγενέσθαι; ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, τὴν ὑπεράνω ἐκ τῶν κάτω ὁδηγὸν κρατοῦντες, τῷ ἐλθόντι καὶ ἐρχομένῳ ὑπαντούμεθα. Ἔχεις σὺ δόξαν, ὅτι οὐράνιον χαρὰν φέρῃς[1]; ἔχομεν καὶ ἡμεῖς καύχημα, ὅτι καταφυγῆς τιμιώτατον ἐργαστήριον προσαλλώμεθα. Αὐτὸς τοῦ Θεοῦ τὴν παρουσίαν παραγγέλλεις[2]; καὶ ἡμεῖς τοῦ τὴν κατοικίαν ἐπιφερώμεθα[3]. Αὐτὸς λόγον Θεοῦ ἐμπεπίστευσαι; καὶ ἡμεῖς ναὸν Θεοῦ ἐβλαστήσαμεν. Ἐκ τῶν ἄνω φέρεις ἡμῖν τὸν εὐαγγελισμόν; ἐκ δὲ ἡμῶν τῶν κάτω ἐκλέλεκται τοῦ εὐαγγελισμοῦ ναός. Αἱ τάξεις σὺν σοὶ εὐαγγελίζονται; ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι σὺν αὐτῇ δι' αὐτῆς θεούμεθα. Καταπλήττει[4]

[1] Cod. φέρῃς.

[2] Cod. παραγγέλλει : postulat orationis contextus, ut hæc quoque per secundam personam efferantur; ideo autem scripsi παραγγέλλεις, quia cum minus usitatum reperiamus *medium* παραγγέλλομαι, existimare non licuit, παραγγέλλει heic attice pro παραγγέλλῃ positum fuisse.

[3] Haud semel Auctor *conjunctivo modo* utitur, etiam cum ratio syntaxeos non solum patitur, sed exigere secundum communes grammaticæ leges *indicativum modum* videtur.

[4] Positum attice pro καταπλήττῃ.

---

habentes ad cœlos avolamus. Dicis eum, qui in supernis sedem habet, ad hæc infima propter suam in homines charitatem descendere? Atqui nos quoque, cœlis eminentiorem ex his infimis viæ ducem nacti, adventanti et accedenti obviam occurrimus. Habes gloriam, quod cœleste gaudium afferas? Gloriam etiam nos habemus, quod honorificentissimam refugii arcem exhibeamus. Ipse Deum jam præsentem denuntias? Sed et nos Dei habitaculum afferimus. Concreditum tibi habes Dei verbum? Verum nos Dei templum protulimus. Bonum nobis nuntium tu e supernis affers? At e nobis terrigenis templum, ad quod annuntiatio spectat, delectum est. Faustum nuntium cœlestes tecum exercitus deferunt? Atqui nos homines cum ipsa (Virgine) ad deitatem per ipsam provehimur. Habes ipse quod stupeas

τὴν ἄναρχον λοχείαν; καὶ ἡμεῖς τὴν ἄσυλον παρθενίαν. Ἐξίστασαι τὴν ἄσπορον σύλληψιν; ὡσαύτως καὶ ἡμεῖς τὴν ἄφθορον κύησιν.

VII. Ξένα σοι τὰ τελούμενα πράγματα· ἡμῶν ἀναπλασμὸς ὁ σὸς πρὸς τὴν παρθένον εὐαγγελισμός. Σὺ οὖν ὁ μὴ συγγενὴς[1] ἀγερωχεῖς· καὶ ἡμεῖς οἱ ὁμοφυεῖς μὴ σκιρτήσωμεν; Μετ' εὐφροσύνης αὐτῇ βοᾷς χαῖρε κεχαριτωμένη· πόθεν ἡμῖν ξένος ξένοις παραγέγονας, ἐξαλλόμενος ἐξ οὐρανίων περιβόλων, καὶ θέλεις[2] ἡμῶν τὴν φωτοφόρον κρυπτῶς ἀδελφὴν καὶ σωτηρίαν μνηστεύσασθαι; Οὐκ οἶσθας, ὅτι μόνην αὐτὴν τὸ γένος ἀντιστήριγμα τῆς κατα-

[1] Cod. συγγενεῖς.
[2] Cod. θέλης.

---

sempiternam generationem[a]? At nos virginitatem nunquam temeratam. Obstupescis conceptionem sine semine? Sed neque minus nos quoque partum a corruptione immunem demiramur.

VII. Ceterum quæ nunc geruntur, minus ad te pertinent[b]; ad conditionem nostram restaurandam prorsus fausta tua ad Virginem legatio spectat. Si itaque tu, quamvis alterius naturæ, lætabundus tamen gloriaris; numquid nos, quibus commune cum illa genus est, non exsultabimus? Tu ad illam cum lætitia clamas[c] : *Ave, gratia plena;* at quomodo extraneus ad nos extraneos, e cœlestibus castris delapsus, accedis, et sororis nostræ, quæ lux nobis est et salus, clam nobis sponsalia moliris? Num ignoras, genus nostrum ipsam solam habere ruinæ suæ

[a] Etsi litterarum forma, ut in codice visuntur, non penitus vetent, ne legamus ἄναρχου pro ἄναρχον, at litem dirimit ratio accentus. Proinde voces τὴν ἄναρχον λοχείαν non ad temporalem ex Virgine, sed ad sempiternam ex Patre generationem referendæ sunt.

[b] Possent hæc etiam sic per interrogationem efferri : Ξένα σοι τὰ τελούμενα πράγματα; ἡμῶν ἀναπλασμὸς κ. τ. λ. *Num tibi novum, quæ res agatur? sane pro generis nostri reparatione ista tibi legatio mandata est.*

[c] *Luc.* I, 28.

πτώσεως ἐκτήσατο; Μὴ γὰρ ἔχομεν οἱ ἐν σκότει τῶν πταισμάτων περιεχόμενοι ἄλλον φαίνοντα ὀφθαλμὸν, δι' οὗ τὸ ἀνέσπερον φῶς

---

fulcimentum[a]? Neque enim, utpote tenebris peccatorum obvoluti, alium oculum lucidum, præter ipsam solam[b], habemus, per quem illam inocciduam lucem, nobis exoptatam, intueri

[a] Vim sententiæ fac sedulo perpendas. Sermo est de communi totius humani generis ruina, id est de funesto stirpis humanæ lapsu in protoparentibus; cumque de ejusmodi lapsu reparando agatur, palam est, hoc loco humanum genus adhuc in ea ruina jacens censeri. Porro in hoc rerum statu Virgo gloriosa, et quidem *sola* Virgo (αὐτὴν μόνην), adeo lapsa cum aliis non censetur, ut ex adverso lapsis sit instar fulcimenti. Sancta igitur Virgo immunis a communi omnium lapsu evidentissime exhibetur.

[b] Ecce tibi idem sanctæ Virginis privilegium etiam vividioribus coloribus propositum. Per figuram e sacris litteris petitam et SS. Patribus familiarissimam, lapsum in protoparente humanum genus ceu sedens in tenebris describitur. At ecce tibi ex adverso Maria, et quidem *sola* Maria a communi omnium cæcitate immunis : *sola* Maria, tenebris Adæ filios universos obvolventibus, inocciduo Deitatis lumine perfruitur. Quid luculentius dici potuit, quo intelligeremus, a propria totius generis calamitate *solam* Mariam singulari beneficio servatam fuisse?

Ceterum nihil prorsus ambigo, Theodorum nostrum pulcherrimam hanc imaginem a celeberrimo S. Ephræmo Syro mutuatum fuisse; neque enim alibi ejusmodi sententiam reperire datum mihi fuit præterquam apud S. Ephræmum, qui hæc habet præter alia (*In selecta Scripturæ loca serm. IV exeget.* Opp. Syr. Lat. tom. II, p. 329) : *Manifestum est Mariam fuisse ejus sideris* (Salvatoris) *januam, cujus præsentia spes nostra revixit, quando per illam mundus, ejusque habitatores revisit lux, quam expulerat Eva omnium origo malorum. Et si mysterium utriusque nosse cupis, cogita corpus geminis præditum oculis, quorum alter casu occæcatus lumen amisit; mira nitet alter luce, quam rebus omnibus etiam communicat. Mundum jam respicito ; duos hic oculos nactus est : Eva fuit oculus sinister plane cæcus, dexter ex adverso nitidissimus Maria. Ut lævo oculo lux occidit, simul universo orbi incubuit nox. Cum ergo homines cæco errore* etc. Vide sententiarum utriusque conformitatem : S. Ephræm 1. *solam Mariam* eximit a nocte, quæ per Evam toti orbi incubuit, et 2. Mariam appellat oculum, qui lucem aliis communicet. Eadem habes et apud Theodorum, qui tum *solam* Mariam a tenebris universos occupantibus immunem

ὀρεγόμεθα θεωρῆσαι, ἢ μόνην αὐτήν; Οὐδαμῶς· μὴ οὖν τυραννήσεις ἡμᾶς τοὺς κάτω ὁ ἐκ τῶν ἄνω, καὶ μόνος αὐτὴν νυμφεύσεις[1] τῷ βασιλεῖ σου.

VIII. Δῶμεν αὐτῇ καὶ ἡμεῖς δουλίδας προῖκα τὰς ἡμετέρας ψυχάς, ἵνα τῶν ψιχίων τῆς τραπέζης ἀξιωθῶμεν· γνώτωσαν πατριάρχαι, ἐξ ὧν ἐβλάστησεν[2]· ἀκουσάτωσαν προφητῶν αἱ τάξεις, ὑφ' ὧν κηρύττεται· ἐλθέτω Μωσῆς, τὸ τοῦ νόμου κήρυγμα, καὶ θεασάτω, πῶς νυμφεύεται· προεώρακεν[3] γὰρ μυστικῶς ἐν τῷ Σιναίῳ τούτῳ ὄρει· αἰσθῆται ὁ ἐλεεινὸς προπάτωρ ἡμῶν Ἀδάμ, καὶ ἡ μέχρι τοῦ ὧδε κατακεκριμένη μήτηρ ἡμῶν Εὖα.

Οὐκ ἄρῃς ἡμῶν μόνος[4] τὸ πρὸς Θεὸν καταφύγιον· οὐ μὴ ἡμῶν

[1] Cod. νυμφεύσει.

[2] Cod. ἐβλάστησαν.

[3] Cod. προεάρκεν.

[4] Cod. μόνος : dubitari tamen merito potest, an non legendum μόνην, cum superius Maria *unicus* oculus, et *unicum* præsidium pari modo dicatur.

---

possimus? Nequaquam (ita fiet). Noli itaque, propterea quod unus sis, e cœlestibus vim nobis terrigenis inferre, atque illam regi tuo solus desponsare.

VIII. Liceat et nobis donum illi nuptiale, animas nostras ceu ancillas offerre, ut saltem micis mensæ illius digni habeamur. Sciant hæc patriarchæ, e quibus progerminavit; innotescat id prophetarum choris, quorum etiam præconiis prænuntiatur; adsit heic Moyses ille legis promulgator, et quo pacto nuptiæ ejus celebrantur, testis sit : eam quippe in hoc monte Sina[a] per symbola ipse prægnovit. Audiat hæc infelix progenitor noster Adam, et cum ea progenitrix nostra Eva, ad hanc usque diem damnationis vinculis constricta.

Ne, quæso, clam nobis auferas nostrum apud Deum refugium :

exhibet, tum ipsam *lucidum oculum* dicit, quo reliqui divinam lucem conspicere queant.

[a] Lucas Holstenius manu ipse sua ad oram paginæ heic addidit : *N. B. sinaita fuit.*

ἁρπάσῃς κρυπτῶς τὴν λαμπρότητα τοῦ γένους. Μὴ γὰρ ἡμεῖς πρὸς τὴν μνηστείαν ἀντιστατοῦμεν· ἄπαγε τῆς ἀνοίας· μάλα γάρ, οἶσθα, ἐπιστάμεθα, ὅτι διὰ τῆς ἡμετέρας νύμφης καὶ τοῦ σοῦ νυμφίου τὴν ὡραιότητα πλουτήσωμεν. Ἀλλ' ἀκουσάτω πᾶσα ἡ συγγένεια, ἣν ἀντίλυτρον αὐτὴ Θεῷ προορίσει τῶν πταισμάτων[1]. Οὐ χαίρεις σὺ

[1] Cod. πταιμάτων.

---

ne clanculum subripias generis nostri splendorem[a]. Neque enim nos sponsalibus hisce obsistimus : absit hæc dementia! Nam scimus optime, ut nosti, imo per nostram sponsam pulchritudinem quoque sponsi tui nos esse adepturos[b]. Sed æquum est, ut cognatio universa noverit quamnam Deo ceu redemptionis pretium pro peccatis ipsa præstitura sit[c]. Nonne ipse gaudio

[a] Postquam superius (§ IV) vidimus, Mariam ceu generis humani venustatem decoremque celebrari per oppositionem ad eam, qua reliqui omnes squalent, deformitatem ; jam patet, quis sensus subsit sententiis, queis eadem Deipara ceu *generis nostri splendor, pulchritudo, venustas, decus, nobilitas*, etc., effertur.

[b] Nobis cessit per incarnationis mysterium sponsi pulchritudo, tum quia in decus universi generis redundat honor illius, qui factus est unus ex nobis, tum quia ideo Filius Dei factus est homo, ut bonorum suorum nos participes efficeret.

[c] Haud necesse est, heic modo immoremur huic sententiæ, qua Deipara peccatorum generis humani ἀντίλυτρον (*pretium redemptionis*) dicitur, a calumniis vindicandæ. Satis nunc sit advertisse, eam in communi quoque Græcorum acoluthia legi, et quidem in canone, qui S. Confessorem Theodorum Studitam habet auctorem. Sic enim in Triodio (κυριακὴ τῆς ἀποκρέω, *Dominic. abstinentiæ* Ode γ') : *Conditorem rerum omnium, et Deum ac creatorem tuum, o innocens ab omni labe purissima, per divinum Spiritum in utero tuo continuisti, et salva integritate peperisti : quem glorificantes, te, o Virgo, tanquam palatium regis gloriæ, et pretium redemptionis mundi hymnis collaudamus.* (Τὸν πάντων ποιητὴν, καὶ Θεόν σου καὶ κτίστην, πανάμωμε Ἁγνὴ, διὰ Πνεύματος θείου ἐν μήτρᾳ σου ἐχώρησας, καὶ φθορᾶς δίχα τέτοκας· ὃν δεξάζοντες, σὲ ἀνυμνεῦμεν, Παρθένε, ὡς παλάτιον τοῦ βασιλέως τῆς δόξης, καὶ κόσμου ἀντίλυτρον.)

Quod in rem nostram facit, illud est, in hac sententia tanquam certum sup-

μνηστευόμενος τὸν ὡραῖον κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων; Χαίρωμεν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῇ νυμφεύσει τῆς καλῆς ἡμῶν ἀδελφῆς, καὶ γλυκείας περιστερᾶς· ἵν' οὕτως γένηται διὰ τῆς τοῦ συναλλάγματος μυστικῆς ἐμπορίας τῶν ἀμφοτέρων ταγμάτων θεοκρότητος χορεία· ἔστω ἐπίκοινον τὸ τελούμενον μυστήριον οὐρανίων καὶ ἐπιγείων ταγμάτων.

IX. Τί μόνος κατέδραμες[1] προαρπάσαι ἡμῶν θέλων τοῦ γένους θεοκατοικητήριον; Εὐπορῶμεν τοῦ συναλλάγματος μεσίτας. Καὶ εἰ θέλῃς παράδοξον ἀκοῦσαι, αὐτός ἐστιν πρῶτος ὁ ὑπὸ σοῦ νυμφοστολούμενος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐνσωμάτωσιν καὶ μεσίτης.

Λιτεῖς με τούτου καὶ ἀποδείξεις παρασχεῖν; Ἑτοίμως. Τὴν κατὰ

[1] Cod. κατέδραμε : at ratio contextus secundam personam exigere videtur.

---

gestis, dum nuptias *speciosi forma præ filiis hominum*[a] concilias? Liceat et nobis lætari in desponsatione pulchræ sororis, ac dulcis columbæ nostræ; ut sic per mysticum mutuæ hujus communicationis commercium ad divinitus plaudendum atque exsultandum pars utraque concurrat : commune utrique et cœlestium et terrestrium ordini sit, quod perficitur, mysterium.

IX. Ut quid tumultuarie huc adiisti, et hanc aulam Deo dignissimam, quæ ad genus nostrum pertinet, præripere, nemine advocato, moliris? Adhibeamus contractus mediatores. Et quidem, si rem præter opinionem audire cupis, idem ille, qui a te ceu sponsus proponitur, primus incarnationis suæ est etiam mediator.

An a me postulas, ut id etiam probationibus confirmem? In

poni, sanctam Deiparam omnis prorsus peccati expertem exstitisse, maxime vero illius, quod ad universam ejus cognationem spectat, et pro quo redimendo ipsa tanquam pretium exhibetur. Peccatum autem, quo universa cognatio constricta tenetur, est vitium a primis parentibus in filios propagatum. Rursus ergo se prodit Ecclesiæ sententia, sanctam Virginem a vitio communi intactam exstitisse.

[a] *Ps.* XLIV, 3.

τοῦ ὄφεως ἀπόφασιν ἔφη οὕτως ἐκτιθέμενος· ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ [καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου], καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς. Εἰ οὖν αὐτὸς αὐτῆς ἄνευ ἀνδρὸς σπέρμα τυγχάνει, ὡς οἶδεν αὐτὸς, οὐχὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ μεσίτης καὶ νυμφοστόλος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἄφθεγκτον ὑπῆρξεν σάρκωσιν, πάντως καὶ συμφυείς;

X. Ἀλλὰ καὶ ἄλλος προφήτης, ὑπ' αὐτοῦ ἐμπνευσθεὶς, περὶ αὐτῆς ἔφη[1]· Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ

[1] Cod. φησὶν ἔφη : Holstenius quoque lineola subducta innuit, alterutram vocem redundare.

---

promptu habeo. Ipse cum sententiam adversus serpentem statueret, hæc dixit[a] : *Inimicitiam ponam inter te (et mulierem et semen tuum) et semen illius.* Si ipse igitur illius, sine viro, semen est, ut ipse novit[b], nonne idem ad ineffabilem sui ipsius incarnationem sibimet mediator, et sponsalium conciliator est, ac prorsus ipsi cohærens?

X. Sed et alius propheta, ab ipso inspiratus, de illa pronuntiavit[c] : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere*

[a] Gen. III, 15. Quæ in textu uncis includuntur, absunt e codice græco, et supplenda ex libro Geneseos censui. Ambigi enim vix potest, e græco textu ea verba excidisse, cum nexus sententiarum postulet omnino, ne verba omittantur, quæ ad *mulierem* spectant. Neque omissionis obscura est causa. Integrum enim Geneseos testimonium ita se habet : Καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς : ubi brevi intervallo vides repetitas voces σοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον : porro ubi ejusmodi repetitiones intercurrunt, ibi sæpissime labi librarios consuevisse, notissimum est.

Interim novum hinc nobis suppetit testimonium, mulierem illam, cujus mentio fit in hoc loco Geneseos, sanctam Deiparam intelligendam esse.

[b] Frequentissimum est SS. Patribus, ut de Christi Domini generatione ex *sola* Virgine disserentes, stupendæ generationis mysterium innuant per hæc verba, *sicut ipse novit.* Vid. et Orat. Joh. Eubœensis § XVIII, part. I, p. 90, et Orat. Jacob. Monachi in Præsent. § IX, ibid. pag. 390.

[c] *Ps.* XLIV, 11, 12.

ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει[1] ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ναὶ μὴν καὶ ἕτερος περὶ αὐτῆς τοιῶσδε ἀνεφώνει[2]· Δεῦρο, νύμφη, ἀπὸ Λιβάνου, δεῦρο, καλή μου, γλυκεῖα περιστερά· ὁ χειμὼν παρῆλθεν, τῆς εἰδωλολατρείας ἡ χαλεπὴ σκοτοζοφία· τὰ ἄνθη ὤφθησαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, αἱ νομικαὶ καὶ προφητικαὶ ἐν τῇ ἀνθρωπείᾳ[3] φύσει μυσταγωγίαι· ὧν, εἰ βούλει, τὰς μαρτυρίας σοι προσοίσωμεν· πλὴν ἱκανούσθωσαν καὶ οὗτοι διὰ τὸν κόρον τοῦ λόγου. Ἔφη γάρ που τὸ ἱερὸν λόγιον· ἐνώπιον δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πᾶν ῥῆμα σταθήσεται.

Τοσούτων τοίνυν ὄντων τῶν ἐξ ἡμῶν μεσιτευσάντων, καὶ κατ' αὐτὴν προφητικῷ ὀφθαλμῷ κατανοησάντων τὴν φοβερὰν συναλλαγήν,

[1] Cod. ἐπιθυμήσει.
[2] Cod. ἀνεφώνη.
[3] Cod. ἀνθρωπία.

---

populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex pulchritudinem tuam. Ita quidem et alter de ipsa hisce vocibus exclamabat[a] : *Veni, sponsa, de Libano, veni, pulchra mea, dulcis columba; hyems transiit,* idololatriæ sævissima illa obtenebratio : *flores apparuerunt in terra nostra,* mysteriorum nempe in humana natura initiationes tum in lege tum in propheticis oraculis præsignatæ; e quibus testimonia tibi, si cupis, promere facile nobis foret; quanquam ne plus æquo sermo excurrat, testes jam sufficiant, quos produximus. Ut enim alicubi sacrum inquit oraculum[b], *in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.*

Cum itaque tales tantosque habeas inter nos, qui mediatores intercesserunt, ac tremendum quoad ipsam contractum propheticis oculis perspexerunt; quid est, quod deliciis, quæ com-

[a] *Cant.* IV, 8; II, 10-12.
[b] II *Cor.* XIII, 1 ex *Deut.* XIX, 15.

τί μόνος ἔλθῃς[1] ἀπολαῦσαι τοῦ κοινοῦ ἐντρυφήματος; Οὐ καταδεχόμεθά σε τὴν ἡμῶν χαιρετίζειν, καὶ ἡμᾶς μὴ συνεορτάζειν· ἢ λάβοις[2] ἡμᾶς κοινωνοὺς τῆς νυμφεύσεώς σου, ἢ δὸς ἡμῖν μετὰ τῆς νύμφης ἡμῶν καὶ ὃν νυμφεύει, καὶ παλινδρόμει μετ' εὐφροσύνης εἰς τὴν ταξιαρχίαν σου.

XI. Καὶ ταῦτα μὲν παρεκβατικώτερον, ἀδελφοί, πρὸς τὸν ἄγγελον ἔφημεν, οὐκ ἀντιῤῥητικῶς, ἀλλὰ καλλογνωμικῶς. Ἃ δὲ πρὸς τὴν[3] ἐξ ἡμῶν καθ' ἡμᾶς βλαστήσασαν, καὶ γενομένην ἡμῶν μὲν σωτηρίαν, Θεοῦ δὲ ἀληθῶς κατοικίαν λεχθήσονται, ταῦτά ἐστιν.

Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Χαῖρε κεχαριτωμένη, δι' ἧς πᾶσα φύσις καὶ κτίσις χαρᾶς πεπλήρωται. Χαῖρε κεχαριτωμένη, θεομνήστευτε κόρη, ἡ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ γένους ἡμῶν ἐν τῇ μήτρᾳ σου βυθίσασα καὶ τὴν ἀφθαρσίαν τῷ κόσμῳ ἐκ τῶν παρθε-

[1] Cod. ἔλθης.
[2] Cod. λάβεις.
[3] Loco πρὸς τὴν cod. τὴν πρό.

---

munes esse debent, solus frui properas? Non patimur eam, cum nostra sit, a te salutari, nos autem huic tecum lætitiæ minime communicare; aut desponsationis a te peragendæ in partem nos voca, aut simul cum sponsa nostra etiam cum, cui desponsatur, nobis relinque, et in tuum cœlestis hierarchiæ principatum cum gaudio revertere.

XI. Et hæc quidem, fratres, per longiusculam digressionem ad Angelum diximus, non sane ad contradicendum, sed ad piam quandam exornationem. Quæ autem dicamus ad eam, quæ e nobis exorta est similis nobis, et salus nostra ac vere Dei habitatio facta est, ista habeo.

Ave, gratia plena; Dominus tecum. Ave, gratia plena, per quam universum genus humanum et omnis creatura gaudio repleta est. *Ave, gratia plena*, puella Deo desponsata; quæ generis nostri peccatum[a] in utero tuo demersisti, et incorruptio-

[a] Peccatum generis humani est peccatum, ut patet, quod generatione con-

νικῶν λαγόνων σου ἐπομβρίσασα. Χαῖρε, ἀλόχευτε μῆτερ, ἡ τὴν φύσιν ἀναχαλκεύσασα ἄνευ ἀνδρικῆς συνουσίας.

XII. Χαῖρε, πόλις τοῦ Θεοῦ δεδοξασμένη· ἐν ᾗ ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων[1] οἰκήσας, ἐχειρώσατο τὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν πολέμιον ἐχθρόν· χαῖρε, ἡ πύλη τοῦ Θεοῦ, ἣν μόνος ὁ ὕψιστος διοδεύσας ἐσφραγισμένην κατέλειπε· χαῖρε, τράπεζα ζωῆς, ἡ ὑπὸ τεσσάρων ἀνηπταμένη εὐαγγελίων, ἡ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα πᾶσιν γενικῶς προθεμένη.

[1] Cod. ἀλώνων.

---

nem mundo e virgineis tuis visceribus profudisti. Salve, mater intemerata, quæ, integra e virili consuetudine manens, naturam refinxisti[a].

XII. Ave, *civitas Dei*[b] glorificata, in qua *rex sæculorum*[c] cum sedem suam defixisset, infestum vitæ nostræ hostem subegit. Ave, Dei porta[d], quam solus Altissimus, cum pertransisset, obsignatam reliquit. Ave, mensa vitæ, quatuor Evangeliis subnixa, quæ *panem de cœlo descendentem*[e] omnibus in commune proposuisti.

trahitur. At patiturne rei natura, patiturne contextus orationis, ut peccato, quod in sinu Virginis demergendum seu perimendum erat, ipsa Virgo, dum in sponsam eligeretur, obstricta putetur? Rursus itaque hinc evincitur, eam sanctæ Virginis notionem SS. Patrum mentibus obversatam fuisse, quæ nullum originis communi vitio locum reliquum faciebat.

[a] Ecce alia sententia, quæ componi nullo modo potest cum opinione sanctam Deiparam corruptis Adæ filiis accensente. Quænam etenim natura est, quam Deipara *refinxisse* heic dicitur, nisi natura per Adæ peccatum labefactata? Si hanc itaque naturam Maria refabricavit, alterutrum dicendum superest, aut sanctam Virginem semetipsam primitus labefactatam refabricasse, quod plane multiplici ex capite absurdum apparet, aut ab ea naturæ corruptione immunem eamdem fuisse.

[b] *Ps.* LXXXIV, 2.

[c] *Apoc.* XV, 3.

[d] *Ezech.* XLIV, 2.

[e] *Joh.* VI, 50.

Χαῖρε σύνοδος καὶ ἱλαστήριον, ἐν ᾧ συνδρομὴ τῶν ἀνομοίων φύσεων ἀμεταβλήτως τε καὶ ἀφύρτως πρὸς τὴν καθ' ὑπόστασιν[1] μίαν καὶ ἄτμητον συνῆπται υἱότητα. Χαῖρε, θυγάτηρ καὶ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ· τὸ μὲν τῆς θεότητος δημιουργία, τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἡ ἀνάκλησις. Χαῖρε σεμνὴ παναγία, ἡ σαρκικῶς Θεὸν χωρήσασα, καὶ νοητῶς πάντας πιστοὺς σκέπουσα.

XIII. Χαῖρε, ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν, ὥσπερ μέλι καὶ γάλα, πᾶσιν ἀνθρώποις πηγάσασα. Χαῖρε, νεφέλη θεοφώτιστε, ἡ τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ τῶν πταισμάτων καθεζομένους ὁδηγοῦσα πρὸς τὸ ἀπόσιτον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ σου φῶς. Χαῖρε, στύλε θεόπυρσε, ἡ τὴν κακόπιστον καὶ

[1] Cod. κατ' ὑπόστασιν.

Ave unitionis et propitiationis sacrarium, in quo dissimilium naturarum concursus sine immutatione æque ac sine mixtione in unam secundum hypostasim atque indivisibilem filiationem coaptatus est. Ave, filia et mater Jesu; illinc quidem Dei opificium[a], hinc vero humanitatis reparatio. Ave, augusta sanctissima, quæ et Deum corporaliter comprehendisti, et fideles omnes spiritualiter circumtexisti.

XIII. Ave, terra promissionis, quæ incorruptionem et immortalitatem, sicut mel et lac, omnibus hominibus effudisti. Ave, nubes divino splendore refulgens, quæ[b] sedentes in tenebris et umbra peccatorum ad inaccessibilem lucem scientiæ Domini ac Dei tui manu ducis. Ave, columna divino igne lu-

[a] In notis ad Chartam Ugonis de Summo (part. I, pag. 23-24) innuimus, appellationem *filiæ Dei*, quæ Virgini Mariæ tribui solet, ad prærogativam quoque referri, quæ originem ejus afficiat. Luculentum ejus rei argumentum heic habes, ubi vides, Mariam propterea celebrari ut *Dei opificium*. Quod quidem cujusmodi sit, discere licet ex Johannis Eubœensis oratione (§ XXIII, part. I, pag. 103-104), in qua Virgo Deipara a Dei Verbo cum Patris beneplacito et vivificantis Spiritus cooperatione ædificata dicitur.

[b] *Matth.* IV, 16.

ἀφεγγῆ τῶν εἰδώλων λατρείαν ἀπελάσασα, καὶ τὴν τῆς τριαδικῆς πίστεως πολυπόθητον ἀκτῖνα ὑποδείξασα πᾶσιν.

Χαῖρε, ὁ φοβερὸς οἶκος τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ χερουβεικαὶ τάξεις κραυγάζουσιν. Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς. Χαῖρε, στάμνος μυστικὴ, ὅλην τὴν παρθενίαν ἔνδοθεν καὶ ἔξοθεν κεχρυσωμένη. Χαῖρε, ῥάβδος Ἀαρὼν, ἥτις ἄνευ ὕδατος, φημὶ σπερματικῆς καταβολῆς, καρπὸν θεανδρικὸν ἐκφύσασα. Χαῖρε, τόμος προφητικὸς, ἐν ᾧ ἀφθέγκτως ἐγγραφεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ συνάναρχος Λόγος τὸ κατὰ τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν σχέδος διέῤῥηξεν. Χαῖρε, κλίμαξ Ἰακὼβ, ἡ Θεὸν ἐπὶ γῆς φέρουσα, καὶ ἄνθρωπον ἐν οὐρανοῖς ἀνάγουσα.

XIV. Χαῖρε, μόνη τῶν ὅλων σωτηρία, καὶ πρὸς Θεὸν ἐλπίς. Ὦ τῆς τελετῆς τῶν καινῶν μυστηρίων. Ὦ τῆς θείας νυμφεύσεως.

---

cens, quæ perfidam et cæcam idolorum superstitionem dispulisti, et mysterii Trinitatis radium desideratissimum omnibus ostendisti.

Ave, terribilis domus magnificentiæ Dei, in qua exercitus cherubici clamant[a] : *Benedicta gloria Domini de loco suo*. Ave, urna mystica, integerrima intus et foris virginitate deaurata. Ave, virga Aaron, quæ sine aquæ irrigatione, seminali, inquam, generatione, fructum divinum simul et humanum protulisti. Ave, liber prophetis visus, in quo cœternus Dei Verbum ineffabiliter conscriptus peccati nostri chirographum disrupit[b]. Ave, scala Jacob, quæ Deum in terras defert, hominem vero reducit in cœlos.

XIV. Ave, sola omnium salus, et spes apud Deum. O novorum mysteriorum initiationem! O divinam desponsationem!

[a] *Ezech.* III, 12. Ut sanctæ Virgini Theodorus ista accommodaret, pro eo quod habet propheticum oraculum ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, posuit ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς.

[b] Vide quæso, an fingi possit, huic ipsi libro peccatum inscriptum fuisse, cujus chirographum deinde per Filium Dei eidem libro inscriptum dirumpendum erat.

Ω τῆς ἀνθρωπίνης ἀναβιώσεως. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ σὺν ἡμῖν σήμερον, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· χαρίσονται[1] τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ῥηξάτωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην, ὅτι προσπέπλεκται ὁ Θεὸς τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. Ταύτην ἐκ παρθένου φορέσας, ἐπεσκέψατο τὴν γῆν, ἥνπερ ἐπλαστούργησεν φύσιν, καὶ ἐμέθυσεν αὐτὴν τῆς ἰδίας ἐπιγνώσεως τὴν εὐφροσύνην.

Ποῦ τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος ἡ κατὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐν παραδείσῳ ψυχορρόφος ἐπίνοια; Οἴχεται μετ' αὐτοῦ εἰς παντελῆ ἀπώλειαν. Ποῦ τῆς παραβάσεως ἡ κατάκρισις; Ποῦ τῆς ἀπηγορευμένης γεύσεως ἡ εἰς γῆν ἀπόφασις; Πάντα ἐκεῖνα διὰ σοῦ, μητροπάρθενε κόρη, εἰς εὐλογίαν μετεπέρφθησαν κατὰ τὸ ψαλμικῶς ᾀδόμενον· Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί· διέῤῥηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην.

[1] Versio tamen LXX habet χαρήσεται.

O humanæ naturæ reditum ad vitam! Hodierna die nobiscum[a] *lætentur cœli, et exsultet terra, gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt, erumpant montes lætitiam*[b]; quoniam Deus naturæ hominum conjunctus est. Istam e Virgine assumens, terram, naturam scilicet quam formaverat, invisit, eamque agnitionis propriæ lætitia inebriavit.

Ubinam dæmonis, totius malitiæ auctoris, ad mortem usque animæ adversus hominem in paradiso consilia? Cum ipso simul in omnimodam perditionem abierunt. Ubinam sententia in transgressionem illam lata? Ubinam terræ propter interdictum esum damnatio? Omnia illa per te, o puella mater virgo, in benedictionem conversa sunt, secundum illud, quod in psalmis canitur[c]: *Convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.*

[a] *Ps.* XCV, 11, 12.

[b] *Is.* XLIX, 13, sec. LXX; nam Vulgatus pressius hebraico textui adhærens habet: *jubilate montes laudem.*

[c] *Ps.* XXIX, 12.

XV. Τίνα σε οὖν προσαγορεύσωμεν; παρθένον, ἢ μητέρα; Νύμφην, ἢ λοχεύτριαν; Παστάδα, ἢ ἀμνάδα; Ναὸν ἅγιον, ἢ θυσιαστήριον; Θρόνον χερουβικὸν, ἢ καθέδραν βασιλικήν; Κῆπον ἀνεπιβούλευτον ἀνδρικῇ ἡδονῇ, ἢ παράδεισον ἀνεπίβατον ἀνθρωπίνης συμπλοκῆς; Ὄρος ἀνίχνευτον, ἢ βυθὸν ἀνεξερεύνητον; Ὕψος ἀθεώρητον, ἢ βάθος ἀκατάληπτον; Πηγὴν ἀφθαρσίας, ἢ πέλαγος ἀθανασίας; Λιμένα σωτηρίας, ἢ κόλπον ἀχειμασίας; Κιβωτὸν ἀκατακλυσίας, ἢ ὁλκάδα φιλανθρωπίας;

Τί σε προσείποιμεν; Θεομήτορα, ἢ θεοδέγμονα; Θεοσύλληπτον, ἢ θεονύμφευτον; Θεοστόλιστον, ἢ θεοκαλλώπιστον; Θεοβάστακτον, ἢ θεοχώρητον; Θεοδόξαστον[1], ἢ θεομακάριστον;

[1] Cod. θεοδέξαστον.

XV. Quo igitur te nomine compellabimus? Virginem dicemus, an matrem? Sponsam, an puerperam? Thalamum, an agnam? Templum sanctum, an altare? Thronum cherubicum, an sedem regiam? Hortum munitum contra carnalis voluptatis insidias, an paradisum virili consuetudini impervium? Montem inascensum, an profunditatem imperscrutabilem? Altitudinem aciem oculorum fugientem, an abyssum incomprehensibilem? Fontem incorruptionis, an pelagus immortalitatis? Portum salutis, an sinum plenæ tranquillitatis? Arcam submergi diluvio nesciam[a], an navem charitatis erga homines divitias ferentem?

Quomodo te vocabimus? Dei matremne, an Dei capacem? Deo fœtam, an Deo nuptam? Deo amictam, an Deo exornatam? Gestantem Deum, aut Deum in se ipsa continentem? Deo glorificatam, aut Deo beatificatam?

[a] Alia heic nobis Deiparæ imago ob oculos proponitur, vi cujus a peccato sane omni, sed potissimum a peccato originali exempta ostenditur. Diluvium enim spiritali sensu acceptum, cum ruinam totius humani generis per Adam peccantem submersi significet; ab eadem igitur mersione ac ruina evidenter declaratur immunis Virgo, quæ sub arcæ noticæ, sane a diluvio servatæ, symbolo designatur.

Τίνα σε προσλέξοιμεν, παρθένε ἔγκαρπε, καὶ μῆτερ ἄνανδρε; Τί οὖν; θῶμεν τῇ ἀπειρίᾳ τὴν ἀμηχανίαν, καὶ φήσοιμεν περὶ σοῦ παντελῶς οὐδέν; Οὐ δεῖ ταῦτα. Διότι εἰ καὶ πᾶσα μετὰ τῆς ᾠδίας[1], ἀσθενεῖ διανοίας γλῶσσα πρὸς τὸ σὸν ἐμβατεῦσαι θεῖον τῶν ἐγκωμίων μυστήριον, ἀλλ' ὅμως τὸ πάντη κατασιγῆσαι, καὶ μὴ κατὰ δύναμίν σοι προσοῖσαι δόξαν λογικὴν καὶ αἶνον καθαρὸν τῇ δοξασάσῃ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, πάνυ μοι κατεγνωσμένης φαίνεται λογικῆς ψυχῆς.

XVI. Οὐκοῦν σε καὶ πάλιν κατὰ δύναμιν θεοκαθάρτοις χείλεσιν ὑμνήσωμεν, τὰ ὑπὲρ δύναμιν πόθῳ τῷ πρὸς σὲ διαπύρῳ, στοργῇ θεοπυρσεύτῳ παραπέμψαντες.

Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ φοβερὰ τῶν ἀποστόλων πρὸς Θεὸν παῤῥησία. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ σεμνὴ τῶν προφητῶν ἀγγελία. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ ἀκατάπαυστος τῶν μαρτύρων ὑμνῳδία. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ φωτο-

[1] Cod. ὠδίας.

Qualem te prædicabimus, o Virgo fœcunda et mater viri nescia? Quid igitur? Num propter rei difficultatem cedemus imperitiæ nostræ, et de laudibus tuis prorsus silebimus? Nequaquam id decet. Quapropter etsi lingua omnis, cum divinum encomiorum tuorum mysterium celebrandum aggreditur, a proposito sibi scopo una cum canticis suis longe deficiat; siluisse tamen omnimode, neque ullam tibi, quæ adeo genus nostrum gloria cumulasti, spiritalem gloriam ac puram laudem pro viribus obtulisse, id enimvero, mea quidem sententia, animæ (siquidem compos sui sit) in reprobis recensendæ fuerit.

XVI. Te igitur etiam iterum, prout possumus, labiis divinitus purificatis celebrabimus, ea quæ vires nostras excedunt, affectui erga te ardentissimo, et accensissimæ charitati dimittentes.

Salve, Deipara, augusta apud Deum apostolorum fiducia. Salve, Deipara, sacra prophetarum annuntiatio. Salve, Deipara, incessabile martyrum canticum. Salve, Deipara, splendidissimum

φανὴς τῶν πατριαρχῶν εὐπρέπεια. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ πολυπόθητος τῶν διδασκάλων μυσταγωγία. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ πάντων ἀνθρώπων ἀληθὴς σωτηρία. Χαῖρε, Θεοτόκε, ἡ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, Θεοῦ Λόγου, καθαρὰ κατοικία.

Ἀλλ' ἐπειδὴ, παρθενελόχευτε, κατὰ παντὸς λόγου εἵλκυσε τὰ νικητήρια τὰ σὰ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐγκώμια· ἐῶ γὰρ λέγειν ἀνθρωπίνως, καὶ οὐδὲ χερουβικὸς λόγος ἐπαξίως φράζειν περὶ σοῦ δυνατός τι ἐγκωμιαστικὸν εἰπεῖν τῆς ὄντως θεομήτορος· φέρε, ἡμῶν ὧδε τὸν ἐγκωμιαστικὸν περατώσωμεν λόγον, τῷ Υἱῷ σου, ὡς Θεῷ ἡμῶν καὶ Λόγῳ, διὰ σοῦ δόξαν ἀναπέμποντες, σὺν τῷ ἀχράντῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἀθανάτῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

---

patriarcharum decus. Salve, Deipara, maxime concupita discipulorum informatio. Salve, Deipara, vera omnium hominum salus. Salve, Deipara, unius e sancta Trinitate, Verbi Dei, munda habitatio.

Sed quoniam laudes tuæ, o Virgo puerpera, humana quælibet prætergredientes, sermonem omnem vincunt; mitto enim sermonem humanum, sed neque cherubicus sermo par foret ad encomium aliquod te, vera Dei Genitrice, condignum proferendum; age jam nostræ huic orationi atque laudationi finem imponamus, Filio tuo, tanquam Deo nostro et Verbo gloriam per te deferentes una cum purissimo ejus Patre, atque immortali ac vivificante ipsius Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN JACOBI MONACHI

SERMONEM

MONITUM.

Hippolytus Marraccius, qui, ut alias jam innuimus[a], sermones omnes Jacobi latine edendos sibi proposuerat, ægre admodum ferebat[b], quod in eo Angelus Virginem primo alloquens inducatur non in Josephi conjugis domuncula, sed ad fontem, cum illuc aquam haustura sese Virgo contulisset[c]. Verum qui hujusce scriptoris orationes omnes perlegerat, adeoque mentem indolemque ejus perspexisse debuit, minus profecto habuit, cur hæc et miraretur et tam acerbe doleret. Etenim manifestum est, Jacobum in hisce scribendis tenacissime iis omnibus inhæsisse, quæ tum in *Protevangelio Jacobi*, tum in *historia Nativitatis Deiparæ* legebantur, et non modo singula quæque etiam minima persequi, sed et singulorum rei adjunctorum rationes investigare in deliciis habuisse. Porro in Protevangelio de sancta Virgine scribitur[d] : *Et accepta hydria exiit haurire aquam; et*

[a] *In Præf. ad Orat. Jacobi in Conception. Deiparæ*, Part. I, pag. 157.

[b] Hoc patet ex nota quæ in mss. Marraccii codice huic orationi præmittitur.

[c] Vide Orat. §§ VIII, IX.

[d] Cap. XI.

ecce vox dicens illi : Ave, gratia plena . . . . Circumspiciebat autem Maria in dextra et sinistra, ut sciret, undenam ista vox facta esset. Et tremefacta intravit in domum suam. Et in *historia* Nativitatis[a] : *Altera autem die dum staret juxta fontem, apparuit ei Angelus Domini dicens : Beata es, Maria, quoniam in mentem tuam habitaculum Domino præparasti. Ecce veniet lux de cœlo, ut habitet in te, et per te universum mundum resplendeat.*

Præterea faciliori venia condonandum id Jacobo fuerat, propterea quod satis jam constet, per ejus ætatem opinionem ejusmodi vulgo receptam fuisse, immo in Palæstina indicari tunc consuevisse locum, in quo hæc evenisse ferebantur. Testis est sæculo ipso XII Johannes Phocas, Monachus Cretensis, qui in *sacrorum locorum descriptione*[b] ea enarrans, quæ suis ipse oculis usurpaverat, hæc scribebat[c] : *Tum inter varios colles, in medio imæ, quæ eos interjacet, vallis urbs Nazaret locum habet; in qua magnum Deiparæ Virgini mysterium per Gabrielem Archangelum annuntiatum est. Statim atque primam hujusce ingentis oppidi portam ingressus fueris, Archangeli Gabrielis templum se tibi offert; et ad lævam altaris ipsius templi parva cernitur spelunca, in qua fons est prælucidas aquas effundens, ad quem immaculatissima Dei parens, postquam a sacerdotibus justo Josepho tradita est, et apud ipsum servabatur, quotidie adveniens, aquam hauriebat; verum cum sexto post Præcursoris conceptionem mense ad aquam hauriendam de more venisset, primam a Gabriele salutationem accepit, ac turbata et tota contremiscens in ædes Josephi se recipit, ubi illud,* Ave,

[a] Cap. IX.

[b] Titulus opusculi est : *Johannis Phocæ compendiaria descriptio castrorum et urbium ab urbe Antiochia usque Hierosolymam nec non Syriæ ac Phæniciæ et in Palæstina sacrorum locorum;* et græce ac latine ipsum edidit Leo Allatius in *Symmictis*. Porro in ipso initio, ea se referre quæ suis oculis viderat, sic Auctor testatur : *Nos ipsi, qui sacrosanctis spectaculis animum explevimus, locaque oculis usurpavimus, in quibus Deus olim versatus est*, etc.

[c] Ibid. § X

gratia plena, *audivit*, etc. Quin imo eamdem historiam et in oratione legimus, quæ sub Germani nomine vulgata est a Combefisio, quæque Deiparam sic loquentem inducit[a] : *Cum hydriam accepissem, ut irem ad fontem haurire aquam ad potum, ingressa est vox silentio in aures meas dicens : Ave, gratia plena*, etc. Quæ quidem non ea ratione a me dicta sunt, ut aliquod opinioni huic pondus addatur, sed ne plus æquo Auctori nostro succensendum quispiam existimet, præsertim cum ipse, non secus ac in Protevangelio legimus, id cum evangelica Lucæ historia conciliare studeat, neque ceterum aut hic aut alii ejusmodi nævi efficiant, ut ea quæ alioqui egregie disserit, minus commendanda videri possint.

[a] *Auctar.* tom. I, p. 1439.

ΙΑΚΩΒΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΕΚΛΕΓΕΙΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΦΩΝ.

I. Χαίρω σήμερον, τὴν ἐμὴν πανηγυρίζων χαράν· χαίρω, τὴν ἐμὴν ἑορτάζων εὐφροσύνην· χαίρω, τὴν παγκόσμιον περιπτυσσόμενος δόξαν· χαίρω, τὴν κοινὴν ἀσπαζόμενος ἀγαλλίασιν· χαίρω, τῆς ἀρᾶς τὴν ἀπόθεσιν κομιζόμενος· χαίρω, τῆς χαρᾶς τὴν ἀμφίεσιν καινιζόμενος· χαίρω, τὴν φθορὰν ἐκμειουμένην συνορῶν· χαίρω,

---

JACOBI MONACHI

IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM

SERMO

E SACRIS SCRIPTURIS DESUMPTA.

I. Gaudeo hodierna die, quia gaudium meum per solemnem conventum celebro; gaudeo, quod ago festum lætitiæ meæ; gaudeo, quia totius mundi gloriam ulnis amplector; gaudeo, quia communem omnium exsultationem saluto; gaudeo, quod mihi contingat maledictionem exuere; gaudeo, quod novo lætitiæ indumento vestior; gaudeo, quia corruptionem conspicio

τὴν ἀφθαρσίαν βραβευομένην κατανοῶν· χαίρω, τοῦ προγονικοῦ ἀπολυόμενος χρέους· χαίρω, τῆς πνευματικῆς μεταλαμβάνων ἐλευθερίας· χαίρω, τῆς δεσποτικῆς ἀπολαύων υἱοθεσίας· χαίρω, τῆς χαρᾶς συνευωχούμενος τῇ αἰτίᾳ, ἧς καὶ πρὸ προσώπου μυστικώτερον χορεύων, χαριστηρίους αὐτῇ τοὺς ὕμνους ἐπάδω, ἐπιθαλάμιον τὴν εὐφροσύνην κροτῶ, νυμφικὴν τὴν εὐφημίαν πλέκω.

II. Σήμερον γὰρ ἡ νοητὴ καὶ πολυτίμητος αὕτη παστὰς, τοῦ μυστικοῦ καὶ ἀπορρήτου συναλλάγματος τὸ μήνυμα δεξαμένη, σὺν αὐτῷ τὸν νυμφίον ὑπὲρ ἔννοιαν δέχεται, καὶ κυοφόρος ἡ ἄφθορος τοῦ ἐνοικήσαντος γίνεται. Σήμερον τὸ μυστικὸν παλάτιον, ἀφάτῳ

---

deficientem; gaudeo, quia proponi incorruptionis præmia considero; gaudeo, quia hereditario relevor protoparentis debito; gaudeo, quia spiritualem consequor libertatem; gaudeo, quia adoptione filiorum Dei perfruor; gaudeo, quia una cum gaudii auctrice epulor, in cujus etiam conspectu sacratiores ducens choreas, eucharisticos ipsi hymnos decanto, nuptiali lætitiæ plaudo, ac verbis boni ominis nuptiale sertum texo.

II. Etenim hodierna die intelligibilis hic et summo honore prosequendus thalamus, nuntium mystici atque ineffabilis connubii accipiens, simul cum ipso sponsum ratione mentibus impervia excipit; et incorrupta inhabitante (Verbo) fœta evadit. Hodie palatium mysticum, inenarrabili puritate exornatum[a],

[a] Vide singulare *puritatis* Mariæ encomium. Nam quum prærogativæ, quæ Virginem ceu par ad æternum regem recipiendum palatium exornabant, et plurimæ essent ac nobilissimæ ex æquo omnes; sola tamen puritas commemoratur, quasi hæc aut sola aut certe præ aliis dignum Deo habitaculum illam effecerit. Atqui absonum prorsus, ut, reliquis prætermissis, sola puritas celebretur, nisi hæc ipsa aliarum virtutum splendorem luce sua aut vincat aut saltem exæquet: nedum autem vincere, sed ne exæquare quidem reliquarum virtutum jubar puritas posset, cui olim turpissima peccati labes offusa foret. Puritas ergo, quæ dignam Deo sedem Virginem paravit, puritas fuit cujusvis labis nescia.

καθαρότητι κεκοσμημένον, τὸν βασιλέα τοῦ παντὸς καὶ συνοχέα τῆς κτίσεως παραδόξως εἰσδέχεται. Σήμερον ὁ ὑπέρτατος καὶ ἔμψυχος οὐρανός, τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν[1], καὶ ὡς σκηνὴν αὐτὸν περιαγαγόντα, σαρκούμενον ἀπορρήτως συνέχει. Σήμερον ἡ ὁλόφωτος νεφέλη, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐγκολπωσαμένη, φαιδρὰς τῷ κόσμῳ τὰς μαρμαρυγὰς ἐξέπλωσε. Σήμερον ἡ ἀληθινὴ σκηνὴ, οὐ διὰ συμβόλων καὶ τύπων τὸν νομοδότην, ἀλλὰ, ὡς αὐτὸς ηὐδόκησεν, οὐσιωδῶς εἰσδέχεται, καὶ πᾶσι τὸν τοῦ πνεύματος διαγορεύει νόμον. Σήμερον ἡ τῇ χάριτι κεχρυσωμένη στάμνος, τὸ οὐράνιον ταμιευομένη μάννα, τοῖς πιστοῖς τὴν ἀκήρατον προτίθησι τροφήν. Ὢ καινοῦ πράγματος. Ὢ ξένης συνδρομῆς. Δύο κατὰ ταὐτὸν, ἀπεναντίως ἀλλήλοις ἔχοντα, εἰς τὸ

[1] Cod. δέριν.

---

eum, qui universis dominatur, et creaturas omnes continet, mirabiliter intus recipit. Hodie cœlum omnium sublimissimum atque animatum ratione nullis sermonibus assequenda in se incarnatum illum continet, qui[a] *cœlum extendit sicut pellem*, ipsumque ad extremos circumquaque terminos sicut tentorium deducit. Hodie tota lucida illa nubes, justitiæ solem sinu suo gerens, nitentissimos terrarum orbi radios expandit. Hodie verum illud tabernaculum legislatorem non per symbola et figuras, sed, prout huic complacuit, substantialiter hospitio excipit, et universis legem Spiritus enuntiat. Hodie urna illa, ex auro gratiæ fabrefacta[b], cœleste in se manna recondens, immaculatum fidelibus alimentum proponit. O rem novam! O peregrinam conventionem! Bina sibi invicem adversantia nunc

[a] *Ps.* CIII, 2.

[b] Pulchre gratia comparatur auro, rei nempe pretiosissimæ, atque nobilissimo cujusvis rei ornamento. At non minus pulchre in rem nostram ex ejusmodi auro fabrefacta Maria dicitur. Nam si ex gratiæ auro fabrefacta est, ergo non prius esse cœpit, quam gratia exornaretur, atque, ut ita dicam, ex gratia constaret.

παρὸν συνῆλθε, χαρὰ καὶ δέος· χαρὰ μέν, ὡς τὴν κοινὴν ἀγαλλίασιν ἔχοντα διηγουμένην· δέος δὲ, ὡς ὑπὲρ λόγον ὄντα καὶ πᾶσαν νόησιν ὑπερέχοντα· οὐκ ἔστι τινὰ διαλαβεῖν τὸν ταύτης δυνάμενον ἐξικέσθαι.

III. Ἤδη μὲν οὖν τῆς ἀμιάντου παρθένου τὴν ἱερὰν ἐργωμένης ἱστουργίαν, καὶ πάσης συνήθους ἀλλοτριουμένης ὁμιλίας, ἀσφαλεστάτῃ τε φυλακῇ, τῇ ἀσύλῳ τειχιζομένης σωφροσύνῃ, πρὸς πέρας ὑπὸ Θεοῦ τὸ κεκρυμμένον ἀποκρύφως αὐτοῦ μυστήριον ἦχθη. Διὸ τὸν τούτου λειτουργὸν ἐκ πασῶν νοερῶν δυνάμεων προκρίνας, εἰς τὴν αὐτοῦ λειτουργίαν ἔστελλε.

Καὶ σκόπει τὴν εὐαγγελικὴν συμφωνίαν τῇ ἱστορίᾳ συμφθεγγομένην, καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος κἀκείνην εἶναι διαβεβαιοῦσαν. Ἐκείνη μὲν γὰρ τῆς σιωπῆς Ζαχαρίου μνησθεῖσα, μετὰ ταῦτα τὰ

---

simul concurrunt, gaudium, terrorque; gaudium sane, quippe communem omnium exsultationem commemorant; sed et terror, quoniam vim sermonis excedunt, immo et intelligentiam omnem transcendunt; neque fieri potest ut quispiam terroris vacuus ad hoc gaudium percipiendum perveniat.

III. Dum itaque immaculata Virgo sacro conficiendo velo jam operam daret[a], et a consuetis quibusvis conversationibus aliena viveret, severissima se modestia, ceu custodia tutissima, communiens; in opus deductum est a Deo mysterium, quod occultissime absconditum servatum fuerat. Quamobrem quum ex omnibus intellectualibus Virtutibus ministrum ad id elegisset, ad illud exsequendum eum legavit.

Et vide quomodo ad amussim cum historia consentiat evangelica narratio, atque adeo fidem faciat, illam quoque ejusdem esse spiritus. Illa enim, facta silentii Zachariæ mentione, deinde

[a] In Protevangelio Jacobi (capp. X, XI), aliisque ejusmodi libris narratur, Mariam simul cum aliis Virginibus sacrum velum ad usum templi conficiendum sumpsisse : ipsi autem parandæ ad id purpuræ partes obtigisse.

τῆς χαρᾶς διηγεῖται παράδοξα. Καὶ αὕτη δὲ, τὰ περὶ αὐτῆς ἀσφαλῶς διαθεμένη, σὺν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ταύτην διαγορεύει. Διὸ φησίν· ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρέτ.

IV. Διὰ τί μὴ ἔνδον τούτου, δίκαιον ἀπορῆσαι, τρίτῳ ἢ τετάρτῳ, εἰπεῖν, ἢ τῷ ἑφεξῆς, πρὸς τὴν παρθένον γέγονεν ἡ τοῦ ἀγγέλου ἀποστολή, ἀλλὰ τῷ ἕκτῳ; Σοφὴ μὲν γὰρ ἦν ἡ παρθένος, εἴπερ τις ἄλλος τῶν ἐν γενέσει, καὶ συνέσει διαφέρουσα, καὶ τοῖς διδομένοις ἄνωθεν χρησμοῖς ἐντεῦθεν εὐπειθὴς ἐτύγχανεν, εἴκουσα τούτοις ἀεί, καὶ μὴ ἀντιλέγουσα, καὶ πάσης ἀμφιβολίας καταρεύουσα.

Οὐ βούλεται δὲ ταύτην διὰ μόνου τοῦ εὐαγγελισμοῦ πρὸς τὸ ἀκμάζον ἔτι τοῦ μυστηρίου ἐνάγειν, ἀλλ' ἤδη καὶ διὰ πραγμάτων. Καὶ γὰρ καινόν τι καὶ πάντη τῶν τῆς φύσεως ἰδίων ἀλλότριον, ὃ

---

admiranda illa, quæ ad gaudium pertinent, prosequitur. Atqui et ista cum de eodem silentio diligenter dixisset, mox et de gaudio et de tempore simul enarrat. Quare inquit[a]: *In mense autem sexto missus est Archangelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazaret.*

IV. Quæri merito potest, qua de causa Archangeli ad Virginem legatio non infra hoc spatium temporis jussa fuerit, verbi gratia tertio vel quarto mense vel insequente, sed sexto. Nam si quis alius inter filios hominum, certe Virgo sapiens erat, et intelligentia præ aliis pollebat; et exinde oraculis cœlitus transmissis morigeram se præbebat, his obsequens semper, ac nihil objicens, et cujusvis hæsitationis nescia.

Verum (Archangelus) sibi proponit, ut non solum faustæ legationis verbis, verum etiam factis jam ad exitum deductis illud, quod adhuc est mysterii summum, ipsi suadeat. Quippe rem

[a] *Luc.* I, 26. Forte codex, quo usus est Jacobus, *Archangelus* pro *Angelus* habuit.

πάλαι γεγενημένον οὐκ ὠνομάσθη, ταύτῃ καταμηνύειν ἤμελλε. Διὸ φανερώτερα τὰ προοίμια κατασκευάζει, καὶ τὴν τῶν ῥημάτων ἀμφιβολίαν διὰ τῶν πραγμάτων βεβαιοῖ· ἐπειδὴ γὰρ τῷ χρόνῳ τούτῳ τελεσφορούμενον τὸ ἔμβρυον οἰδαίνειν μὲν τοὺς μητρῴους παρασκευάζει κόλπους, ἔξω δὲ τοῖς θεωμένοις ὑποφαίνειν τὸν ὄγκον· ἁπλανῆ μάρτυρα τὴν ὄψιν ἀγόμενος ὁ παραδόξως τὸ ἀπόῤῥητον οἰκονομῶν δεσπότης τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς τοῦ προδρόμου συλλήψεως πρὸς τὸν Γαβριὴλ φησιν·

V. Ἄγε δή, ὦ δορυφόρε τῆς ἐμῆς ἐξουσίας, τῷ πατρικῷ βουλήματι καθυπούργησον. Ἄγε, τὴν ἐμὴν συγκατάβασιν μήνυσον· ἴθι, τὴν τοῦ πνεύματος ἐν ἀνθρώποις ἐπέλευσιν κήρυξον, ὁμοτίμου θελήματος τὰς εὐεργεσίας εὐαγγελίζου· ἐγὼ σὺν τῷ πατρὶ καὶ πνεύματι τὴν τοῦ παντὸς ἐτεκτηνάμην ὕπαρξιν· ἐγὼ τὸν διπλοῦν ἠμφίασα κόσμον· ἐμῇ προστάξει πᾶσα παρῆκται τῶν νοερῶν στρατευμάτων ἡ φύσις· ἐμῷ κελεύσματι ὁ οὐρανὸς τοῖς ἄστροις καταποικίλλεται·

---

novam et a naturæ ordine prorsus alienam, et post hominum memoriam plane inauditam denuntiaturus ei erat. Idcirco proœmia componit evidentissima, et minus certo verborum testimonio firmam per facta fidem conciliat. Cum enim eo tempore fœtus ad perfectionem accedens efficiat, ut et sinus maternus tumescat, ac pondus in aspicientium oculos exterius incurrat; Dominus, qui mira providentia ineffabile hoc mysterium administrat, ut certissimum oculorum testimonium adhibeat, sexto mense conceptionis Præcursoris sic Gabrielem alloquitur :

V. Agedum, voluntatis meæ administer, consilio paterno famulare. Age, descensum meum significa : perge, prædica Sancti Spiritus in homines adventum, annuntia beneficia voluntatis communem habentis honorem; ego cum Patre simul et Spiritu universam hanc rerum molem condidi; ego utrique mundo sua tribui ornamenta; imperio meo universi intellectualium exercituum ordines creati sunt; jussu meo cœlum vario astrorum nitet ornatu; providentia mea tellus floribus redimitur;

ἐμῇ προνοίᾳ τοῖς ἄνθεσιν ἡ γῆ καταστέφεται· ἐν ἐμοὶ πᾶσα τῶν ζώντων ζωὴ τεταμίευται· ἐγὼ χερσὶν οἰκείαις τὸν ἄνθρωπον κατ' ἐμὴν εἰκόνα ποιήσας, δεσπότην καὶ βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς ἀνεκήρυξα. Τοῦτον ἐκπολεμήσας ὁ τύραννος, τῆς βασιλείας ἀπέῤῥηξε· τοῦτον τῆς ἀρχῆς καθεῖλε· τούτου ἐγκαυχᾶται τῇ νίκῃ. Βούλομαι τοίνυν διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας, πρὸς τὴν ἰδίαν τοῦτον ἐπανάγειν ἀξίαν· ταύτην μου τὴν οἰκονομίαν πάλαι διὰ προφητῶν ἐπηγγειλάμην· ταύτην τοῖς ἐμοῖς οἰκτιρμοῖς πληροῦν κατεπείγομαι. Θέλω κοινωνοὺς ὑμῖν ἀνθρώπους ἀποτελέσαι· μίαν σύμφωνον δοξολογίαν δεῖ με πρὸς πάντων εἰσδέχεσθαι. Οὐ φθονῶ τῇ ἑνώσει· καὶ ὑμᾶς γὰρ ἀφθόνους ἐποίησα· χαίρω τῇ ἀναβάσει· συγχάρητε καὶ αὐτοὶ τῷ θελήματι. Αὕτη, ὦ Γαβριὴλ, ἡ πρὸς ἐκείνους σου κάθοδος, τὴν αὐτῶν πρὸς ὑμᾶς σημαίνει ἀνάβασιν.

Σὺ μὲν ἀπίης, διακονήσων τῷ μυστηρίῳ· ἐκεῖνοι δὲ κατέχουσιν, ἣν ἐπιζητεῖ πρὸς ἐκπλήρωσιν, ἣν εἰς τοῦτο προκατεσκεύασα,

---

ex me est omnis animantium vita; ego, meis ipse manibus cum ad imaginem meam hominem plasmassem, omnium, quæ super terram sunt, dominum regemque illum proclamavi. Hunc tyrannus quum expugnasset, e regno deturbavit; hunc dejecit e principatu; parta de ipso victoria gloriatur. Propterea suæ eum dignitati mea ipsemet præsentia decrevi restituere; dispensationem hanc meam jam pridem pollicitus sum per prophetas; hanc ut in opus deducam, meus me urget misericors amor. In animo mihi est, homines vobis socios adjungere; par est, ut unus simul ab omnibus concors gloriæ hymnus mihi offeratur. Nulla mihi hujus unionis invidia; et vos enim invidia vacuos creavi; gaudeo de (eorum) exaltatione; et ipsi de voluntate mea congaudete. Tua hæc, o Gabriel, ad illos descensio, eorum ad vos ascensionis signum est.

Tu itaque vade, mysterio famulaturus; illi autem penes se eam habent, quam ad sui implementum mysterium postulat, quam

τὸ ἐμὸν καθαρώτατον ἐνδιαίτημα, τὸ ἀμόλυντον οἰκητήριον, τὸ ἄσπιλον καταγώγιον, τὸ πάσης ἐμοὶ τῆς κτίσεως προτιμηθὲν θησαύρισμα. Εὗρον, ὦ Γαβριὴλ, ἣν εἰς τοῦτο πρὸ πασῶν γενεῶν ἐξελεξάμην, ἣν τῷ τῆς οἰκονομίας λόγῳ προώρισα. Ταύτην ὁ χορὸς τῶν προφητῶν μου μεγαλοφώνως ἐκήρυξε· διὰ ταύτης τὴν τῆς ἰδίας βασιλείας ἀνάῤῥησιν ἡ ἀνθρωπεία πάλιν ἐλπίζει φύσις. Ταύτῃ ἐγὼ ἐπαγάλλομαι, τῇ ταύτης καθαρότητι ἐπιτέρπομαι· ταύτην με δεῖ οἰκῆσαι, καὶ μητέρα μου δεῖξαι, καὶ τῆς ὑμῶν φύσεως προτιμῆσαι. Ἴθι τοίνυν, λειτουργήσων τῷ παραδόξῳ· ἴθι, τὴν ἐμὴν ἐπο-

---

in antecessum ad hunc finem præparavi, purissimum meum diversorium, impollutum domicilium, immaculatum hospitium, thesaurum mihi universis creaturis pretiosiorem". Require illam, o Gabriel, quam ante generationes omnes ad hoc mihi selegi, quam dispensationis hujus causa prædestinavi. Hanc prophetarum meorum chorus magnis vocibus prænuntiavit : per hanc mortalium genus denuo regnum proprium restituendum sperat. In illa ipse glorior; illius ego puritate delector; plane par est, ut hanc ego inhabitem, meamque efficiam matrem", ac præ vestra natura honore augeam. Vade igitur, et

" Ecce inducitur Dei Verbum sanctam Virginem ceu thesaurum pretiosissimum commendans; neque tamen ullas illius divitias expresse commendat, præterquam singularissimam puritatem. Atqui, quod paulo ante præmisimus, suapte res postulat, ut, si qua dos, ceteris tacitis, ad summam cujuspiam laudem prædicetur, hæc reliquis omnibus superemineat. Ergo, siquidem ex perpetua omnium sententia, ab aliis Deiparæ sanctæ dotibus ac virtutibus nævus quilibet aut defectus abfuit, hoc ipsum de puritate ipsius pariter, imo a fortiori profitendum necessario est. Nullus ergo ex Patrum doctrina locus relinquitur nævo cuipiam, qui virgineæ animæ candorem unquam vel levissime offuscaverit.

" Habes sententiam apud Patres tritissimam, singularem Mariæ puritatem Deum permovisse, ut eam sibi in matrem eligeret. Confirmatur exinde, quod superius innuimus, inter omnes Virginis prærogativas nobilissimam hanc visam Patribus fuisse, ac propterea olim peccato obnubilatam existimari ex Patrum sententia non posse.

ψόμενος παστάδα, τὴν περιστερὰν τὴν ἄκακον, τὴ νλογικὴν ἀμνάδα, τὴν τοῦ ἁγιάσματός μου κιβωτόν· ἴδε τὸ ταύτης ἀκατανόητον ὑμῖν κάλλος· θαύμασον τὸ τῆς ἁγνείας αὐτῆς ἀσύγκριτον· θαύμασον τὸ τῆς καθαρότητος ἀπόῤῥητον· ἐκπλάγηθι τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν τῆς ἀρετῆς παράδοξα, καὶ ἐκπλαγεὶς τὴν ἐμὴν αὐτῇ παρουσίαν βεβαίωσον.

VI. Ἔφριξεν ὁ ἀρχάγγελος τὸ τοῦ δεσπότου συνιεὶς πρόσταγμα· ἔπτηξε τὸ πρᾶγμα κατανοήσας, καὶ πρὸς μὲν τοῦτο ἀμηχανῶν διηπόρει· τῇ δὲ κελεύσει ἀντιλέγειν οὐκ ἔχων, τὴν διακονίαν ἐξεπλήρου.

Διὸ τῷ τῆς φύσεως ἐπιτηδείῳ τάχει πρὸς τῇ Γαλιλαίᾳ τὴν πτῆσιν ἐνεργεῖ· εἰκὸς τῇ καινότητι τοῦ μυστηρίου πολιορκούμενος,

---

admirandi hujus operis esto minister; perge, et inspice thalamum meum, columbam omnis expertem malitiæ[a], rationalem agnam, arcam sanctificationis meæ; intuere illius pulchritudinem vestro ipsorum intellectui incomprehensibilem; demirare incomparabilem innocentiam ejus; demirare ineffabilem[b] puritatem; obstupesce portentum virtutis omni cogitatione majoris, et stupore defixus meum illi certum adventum annuntia.

VI. Ubi hoc novit Domini sui mandatum, terrore correptus est Archangelus; perpensa re, expavit, atque ad ejusmodi negotium hærebat consilii inops. Verumtamen cum non posset mandato repugnare, impositum exsequi ministerium aggreditur.

Pro naturæ ergo suæ agilitate celerrimum Galilæam versus volatum dirigit; ac simul totus, ut res ferebat, novitate mysterii

[a] Quemadmodum ex hac sententia colligitur, de sancta Deipara accipi ea consuevisse, quæ in Canticis Canticorum de sponsa leguntur; ita quod appellatione τῆς ἀκάκου, *expertis malitiæ*, exornatur, palam facit, hoc maxime privilegium sanctos Patres in Virgine suspexisse, quod omni peccati macula caruerit.

[b] Quo, quæso, pacto incomparabilis esset innocentia, quæ olim ab anima Mariæ penitus abfuisset? Quomodo vel ipsis Angelis ineffabilis diceretur puritas, si olim a communi labe anima Virginis sordida apparuisset?

ὅμως τῇ προδιδαχθείσῃ Ναζαρὲτ προσέβαλε· καὶ ἐν τῷ τοῦ Ἰωσὴφ οἰκήματι, ἔτι ἀσχηματίστως, εἰσδύσας, ἐλάνθανε τὴν αἴσθησιν.

Διὸ τῷ ἀσωμάτῳ τῆς φύσεως τοὺς τῆς παρθένου ὑπεκφεύγων ὀφθαλμοὺς, τὰ κατ' αὐτὴν διεσκόπει. Ἑώρα γὰρ ἄφατόν τινα τὸν τῆς ἐν αὐτῇ ἁγνείας πλοῦτον κρυπτόμενον, καὶ ἀσυγκρίτως πάσῃ γεννητῇ φύσει κατανοούμενον· τό τε ἦθος ἀνάλωτον, καὶ τὴν διάνοιαν ἀδιασπάστως πρὸς Θεὸν ἠρτημένην, καὶ ἐξεπλήττετο, τῷ βλεπομένῳ προσέχων θαύματι· κατάλληλον τῷ τοῦ ἀποστείλαντος λόγῳ τὸν ταύτης κατενόει τρόπον.

VII. Ὅθεν εἰλικρινῶς τοῦτον καταμανθάνων, ἐν ἑαυτῷ τοιαῦτα πρὸς τὴν παρθένον ἐναπετείνετο·

Ὦ τῶν χαρίτων σου· ὢ τῆς τοῦ γένους εὐκληρίας· ὢ οἵας τῆς

---

occupatus, designatam tenet urbem Nazaret; et Josephi domum, nulla adhuc assumpta forma, ingressus, ibi cujusvis sensibus latens versabatur.

Oculos ergo Virginis, utpote natura incorporeus, subterfugiens, omnia quæque attente in Virgine contemplabatur. Cernebat quippe ineffabiles quasdam innocentiæ divitias, quæ in ea latebant, ac perspicue nullam cum universa creata natura[a] comparationem admittere cernebantur; tum invictam mirabatur animi virtutem, ac mentem inseparabiliter ad Deum sursum elevatam, ac præsenti miraculo intentus in stuporem rapiebatur, ac mores habitumque ejus ad unguem verbis illius, qui ipsum miserat, respondere animadvertebat.

VII. Quocirca cum hæc per se clare perspiceret, hujusmodi sensa, veluti Virginem alloquens, animo suo volvebat :

O quantæ gratiæ tuæ! O generis tui sors fortunata! O quali

[a] Si in rebus creatis nihil est quod cum Maria ratione innocentiæ comparari queat; ergo vel cœlestium Spirituum innocentia innocentiæ Mariæ immenso intervallo cedit. Atqui id plane falsum foret, si Maria communi omnium crimine aliquando obligata fuisset.

δόξης ἠξίωνται. Οἷόν σε τὸν στέφανον περιέθεντο· οἷόν σε τὸ διάδημα ἀνεδήσαντο· οἵαν σε τὴν χαρὰν περιεβάλλοντο. Τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω, ἐν ἀπορρήτῳ περιπεσὼν θαύματι; Τίσιν ἐπινοίαις ἐφευρὼν κλήσεις, ἀμυθρῶς καθάψομαι τῶν προσηκόντων ἐπαίνων σοι; Τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἀμήχανόν μοι τυγχάνειν· ὑπερέβη πᾶν ἐγκωμιαστικὸν ὄνομα ἡ θεοκαλλώπιστός σου κλῆσις, ἄνωθεν ἔχει τὰς εὐφημίας, ἐκ τοῦ δεσπότου τὸν ἄξιον ἔπαινον δέχεται, οὐ σεμνύεται τοῖς τῶν γεννητῶν ἐγκωμίοις. Ὦ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, οἷον ἐθησαύρισας τὸν μαργαρίτην· οἷον ἐναπέθου τὸν πλοῦτον· οἷον δὲ νῦν διὰ τούτου εἰσδέξῃ. Ὦ τοῦ φρικτοῦ μυστηρίου· ὦ τῆς ἀνεκλαλήτου μητρός.

---

gloria effecti sunt digni! Quali serto, te coronam habentes, caput cinxerunt! Quali diademate, diadema te habentes, redimiti apparent! Quali gaudio, te gaudium habentes, potiuntur! Quid dicam, aut quibus utar verbis, nactus portentum[a] verbis inenarrabile? Quasnam appellationes invenire excogitando possim, ut laudis tibi congruæ quidpiam vel leviter attingam? Nam ut id pro dignitate præstem, vires nullo modo suppetunt; quamlibet encomiasticam appellationem transcendit nomen tuum divino nitens splendore, a cœlo suum habet præconium, a Domino accipit condignam laudem, non effertur creaturarum encomiis. O Nazaret Galilææ, qualem in thesauro tuo recondis margaritam! Quales divitias cumulasti! Sed quales insuper harum ope mox acquires! O tremendum mysterium! O matrem ineffabilem!

[a] Quod Virgo Maria velut portentum quoddam habenda sit, passim apud Patres occurrit; atque, ut liquet ex præsenti Jacobi loco, non modo ad miram Dei genitricis dignitatem, neque modo ad virginis matris prodigium, sed ad benedictissimam Mariam in se spectatam id pertinet. Ergo minus consulto ad Mariam transferuntur quæ ad communem reliquorum hominum conditionem pertinent, non secus ac inconsulto miracula ad naturæ leges exigerentur. Inani igitur timore capti ii fuerunt, qui a profitenda Deiparæ a communi ori-

VIII. Οὕτω τοίνυν διαπορῶν ὁ ἀρχιστράτηγος, ἔχαιρε μὲν ὡς ἀληθῶς τὰ ὑπὲρ νόησιν θαυμάζων τῆς παρθένου παράδοξα· ἐσκόπει δὲ, ὅπως ἂν πραεῖαν τὴν χαρὰν ἐνηχήσας, μὴ σφοδροτάτην αὐτῇ τὴν κατάπληξιν ἐμποιήσῃ. Καὶ γὰρ ἦν ἡ πανάμωμος πάσης ἀλλοτρίας ἀπηλλαγμένη ὁμιλίας, καὶ παντὸς κολακευτικοῦ καθαρεύουσα ῥήματος. Διὸ σοφωτάτως ὁ λειτουργὸς καιρὸν σύμφορον καὶ τόπον συνοίσοντα τῷ πράγματι διεσκόπτει.

Ὅθεν μοι σαφῶς δοκεῖ, περὶ τούτων τὴν ἱστορίαν διαλελέχθαι, πρὸς τοῖς ἐκτὸς τοῦ οἴκου τὰ τῆς χαρᾶς προοίμια ὑποτιθεμένην. Εἰ γὰρ καὶ μόνης ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς τῆς ἐν τῷ οἴκῳ διαλέξεως τοῦ ἀρχαγγέλου τοὺς λόγους ὑπέγραψεν, ἀλλὰ βραχυλογίας,

---

VIII. Sic igitur cœlestis ille militiæ princeps præ stupore hærens, hinc quidem portenta Virginis, quæ vim mentis excederent, demirans, summopere jucundabatur; inde vero modum exquirebat, quo non vehementissimum forte terrorem illi inculeret, dum eam suavis gaudii vocem emitteret. Vivebat enim immaculatissima illa[a] a quovis extraneorum consortio prorsus remota, et a quibusvis assentatoriis verbis abhorrebat. Quocirca prudentissime minister ille cœlestis opportunum tempus, et locum rei idoneum explorabat.

Et exinde merito, mea quidem sententia, præferenda visa est horum gestorum historia illa, quæ prima gaudii nuntia iis connumerat, quæ extra Virginis domum (contigerunt). Etsi enim divinitus afflatus Evangelista illius tantummodo colloquii, quod intra domum Archangelus habuit, verba scriptis consignaverit;

ginis peccato immunitate deterreri se aiebant, ne forte ea doctrinæ capita, quæ de misero lapsi humani generis statu Ecclesia catholica servavit semper ac servat, in discrimen vocarentur.

[a] Videsis Deiparam antonomastice *undequaque immaculatæ*, τῆς πανα μώμου, nomine compellatam.

οἶμαι, καὶ συντομίας χάριν τὰ πλεῖστα παρέδραμεν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἐστὶ μαθεῖν.

Ὡς γὰρ ἔνδον ἡμεῖς ἐν οἰκίᾳ τινὶ καθειργθέντες, καὶ ἡσυχίαν βαθεῖαν ἐκ πάντων ἄγοντες, τοῦ ἀθρόον γενομένου ψόφου, ἢ φωνῆς τρανῶς ἐνεχθείσης, εἰώθαμεν ὀξέως ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ σφοδροτάτῳ δείματι συνεχόμενοι, περιδονεῖσθαι πανταχόθεν· πολλάκις δὲ καὶ ὑπὸ ἀγωνίας πολιορκούμενοι, πρὸς τὰ ἐκτὸς θέειν τὸ συμβὰν ἐκκλίνειν πειρώμενοι· ὁπηνίκα δὲ τοῖς ἔξωθεν συναναστρεφομένοις ἐπισυμβῇ τι τοιοῦτον ἡμῖν, κἂν σφοδρὸν τύχῃ καὶ ἐξαπίνης συνενεχθείη, μετριωτέρως τὴν κατάπληξιν φέρομεν, τῆς αἰσθήσεως ἐντεῦθεν εἰς πλείω μεριζομένης, καὶ μὴ χαλεπῶς τὰς θροήσεις δεχομένης· οὕτω καὶ τὰ κατὰ τὸν εὐαγγελισμὸν ᾠκονομήθη τῆς ἀμιάντου παρθένου. Εἰ μὲν γὰρ ἔνδον ὁ Γαβριὴλ ταύτῃ προσεῖπεν, ἀνάγκη πρὸς τὰ ἐκτὸς συνελάσαι αὐτὸν ὑπῆρχεν. Ἐπειδὴ δὲ ἔξω που τῆς οἰκίας ὑπερφανείς, τὸν ἀσπασμὸν προσεκήρυξεν, ἔνδον αὐ-

---

at alia plurima brevitatis et compendii causa, ut puto, prætermisit, prouti etiam quoad alia advertere licet.

Sane quemadmodum, dum in cujuspiam domus interioribus inclusi manemus, et, cunctis circa nos tacitis, omnimoda quies obtinet, si magnus repente fragor excitetur, aut vehemens percellat vox aures, graviter affici solemus, et vehementissimo correpti timore huc illuc propelli; multoties vero trepidatione occupati, etiam foras ad casum declinandum aufugere nitimur; quando vero foris versamur, si quidpiam ejusmodi nobis contingat, utut grave illud sit ac repente invadat, moderatius nos terror commovet, quippe tunc sensus in plura distrahuntur, nec moleste vel ingentes fragores excipiunt; eumdem in modum illa quoque provide sunt disposita, quæ ad Virginis immaculatæ annuntiationem spectabant. Etenim si intus allocutus eam esset Gabriel, periculum impendebat, ne (perturbatione) foras eam compelleret. At postquam alicubi extra domum apparens salutando eam affatus est, jam intus eam compulit, et ibi ipsam ad

τὴν συνώθησε, καὶ ἀσφαλῶς πρὸς τὰ λεχθησόμενα ἐπήρεισεν, οὐκ ἔχουσαν ὅποι τῇ ἀγωνίᾳ παρεκκλίνοι.

IX. Ἐπεὶ οὖν προμηθείᾳ τοῦ τὸ μυστήριον ἐνεργοῦντος, ὑπεξῆλθε τοῦ δωματίου, κατὰ τὴν ἱστορίαν, ὑδρεύσασθαι, καὶ τὴν πηγὴν κατείληφεν, ἥτις σύμβολον ἦν τοῦ μυστηρίου, τὸ ἀθάνατον ὕδωρ ἐξεικονίζουσα, τὴν μὲν φωνὴν ὁ ἀρχάγγελος ἀφίησιν, ἔτι μὴ ἐκφανὴς ὤν.

Ἡ δὲ τῷ ξένῳ ταύτης καταπλαγεῖσα, σὺν τρόμῳ καὶ ταραχῇ πρὸς τοῖς ἔνδον ἐχώρει. Καὶ ἐπεὶ τοῦ ἔργου εἴχετο, ἤδη τῆς καρδίας κραδαινομένης καὶ συνεχῶς παρασσούσης, τῆς τε ὠχρότητος τὰς παρειὰς ὑπογραφούσης, καὶ πάντων τῶν μελῶν ἐναγωνίως παλλόντων· ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον σχηματίσας ὁ ἀρχιστράτηγος εἶδος, ἐνωπίως ἀπὸ θύρας αὐτῇ προφαίνεται· καὶ τότε τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἐνήχησε φωνήν· τότε τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν ἐμήνυσε χαράν· τότε τῇ εὐλογημένῃ τὴν εὐλογίαν ἐκήρυξεν. Ἡ δὲ τῶν ῥημάτων

---

ea quæ dicenda erant, secure continuit, quippe quæ non haberet quo forte ob turbationem declinaret.

IX. Postquam igitur, providentia illius qui mysterium opere complebat, e domuncula parumper egressa est (Virgo) ad aquam, prout historia narrat, hauriendam, et pervenit ad fontem (qui quidem symbolum erat mysterii, et aquam immortalem adumbrabat), tunc Archangelus, nondum videndum se præbens, voces effudit.

Illa autem ad vocis hujus novitatem perterrita, formidine occupata et pavore, in interiora domus se recepit. Postquam vero, corde etiamnum palpitante crebrisque motibus pulsante, ac genis pallore suffusis, cunctisque artubus vehementer contremiscentibus, operi intenta erat; supernæ militiæ ductor in humanam sese speciem configurans e janua in conspectum illi se manifeste exhibet; et tunc beatam illam vocem protulit; tunc gaudium, quod omnem superat intellectum, enuntiavit; tunc benedictæ indixit benedictionem. Verba autem tantæ

εὐφροσύνη τοῦτον ἔχει τὸν λόγον· χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

X. Ὢ φωνῆς τῆς τοῦ γένους ἀναπλάσεως ἐμφαινούσης τὸν τρόπον. Ποῖαι νοεραὶ φύσεις τοιαύτην ἀπεκληρώσαντο δόξαν; ποῖαι Χερουβικαί τε καὶ Σεραφικαὶ δυνάμεις τῇ καταλλήλῳ ἐδοξάσθησαν τιμῇ; τίνες Θρόνοι καὶ Κυριότητες τοιαύτης μετέλαχον τῆς ἀξίας: τίνων παλυομμάτων λαμπρότητες τοιοῦτον ἀπολάμπουσι φῶς; ποίων Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν μεγαλειότητες εἰς τοσοῦτον ὕψος ἐπήρθησαν. εἰς ὅσον αὐτὴ ἀνεβιβάσθης μόνη, αὐτὸν ἐκεῖνον σαρκὶ τὸν δημιουργὸν ἁπάντων καὶ Κύριον ἀποκυήσασα; Ὢ τῶν σῶν μεγαλείων· ὢ τῶν ὑπὲρ ἔννοιάν σου δωρημάτων! Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Πῶς μὴ φρίξῃ προσβαλὼν ὁ νοῦς τῷ θαύματι; Πῶς μὴ ταὺς οἰκείους ὅρους ἐκβῇ, καὶ τῆς ἐνεργείας ἁπάντων ἀποπαυθῇ; Ἀσώματος ἐξηχεῖτο φωνὴ, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ ἀσχημάτιστος υἱὸς τὴν

---

lætitiæ plena, ejusmodi fuerunt[c] : *Ave, gratia plena : Dominus tecum.*

X. O vox indolem reparationis humani generis clare manifestans! Quænam ex intelligibilibus naturis tantam gloriam sortitæ sunt? Quænam sive cherubicæ sive seraphicæ Virtutes simili honore sunt condecoratæ? Quinam Throni seu Dominationes tantæ dignitatis participes effecti sunt? Quinam multoculorum (Angelorum) splendores tanta luce emicant? Quorum sive Principatuum sive Potestatum magnificentia ad tantum celsitudinis evecta est, ad quantam ipsa sola exaltata es, quæ eumdem illum universorum conditorem ac Dominum carne indutum in utero gestasti? O magnalia tua! O munera super omnem captum tibi collata! *Ave, gratia plena : Dominus tecum.* Qui portentum considerans animus non exhorrescat? Quomodo non extra se rapiatur, viribusque penitus deficiat? Insonabat vox incorporea, et corpoream naturam Dei Filius, omnis per

[c] *Luc.* I, 28.

σωματικὴν ὑπεδύετο φύσιν· λόγος ψιλὸς προήρχετο τὴν χαρὰν προσρθεγγόμενος, καὶ ὁ ὑπερούσιος λόγος τὴν τῆς σαρκὸς ἐμορφοῦτο παχύτητα.

XI. Καὶ ἔρα, ἀγαπητὲ, τὸ ἐν τοῖς τύποις σεβάσμιον. Ἀνωθεν προκατεβάλλοντο τοῦ μυστηρίου τὰ σύμβολα, καὶ φρικώδη ταῦτα σκιαγραφούμενα καθίστατο· οὐ μόνον τοῖς μυσταγωγουμένοις προφήταις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀγγέλοις, ἀλλὰ τοῖς τὴν ἀνωτάτω τάξιν λαχοῦσι Σεραφίμ· καὶ αὐτοῖς γὰρ φοβερὸς ὁ τύπος, καὶ ἀκατάληπτος ἡ σκιαγραφία προσῆν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ, αὐτὰ τὰ προφητικὰ διερμηνεύσειε λόγια. Λέγει γάρ· καὶ ἀπεστάλη, φησὶ, πρὸς μὲ ἓν τῶν Σεραφίμ· καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα πυρὸς[1], ὃν ἐν[2] τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ

[1] πυρός, cum Cod. Alex.
[2] Abest ἐν a vulg. edit. LXX.

---

se figuræ exsors, subibat; vacuum præibat verbum, gaudium denuntians, et Verbum supersubstantiale materialem carnis formam assumebat.

XI. Et vide, o dilectissime, quam augusta vel in ipsis figuris ista apparent. Cœlitus ostensa in antecessum sunt mysterii hujus symbola; ac licet umbris quibusdam tantummodo delinearentur, tremenda tamen hæc visa sunt non modo prophetis divinorum arcanorum conscriis, verum et ipsis sanctis Angelis; imo non Angelis tantummodo, sed etiam Seraphim, omnium celsissimum ordinem obtinentibus; nam et hisce terrore plenus exsistebat typus, et incomprehensibilis erat adumbratio. Quomodo, quave ratione, ipsa prophetica explanent oracula. Inquiunt enim[a] : *Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat carbonem ignis, quem forcipe tulerat de altari; et*

[a] *Is.* VI, 6, sec. LXX. Vulgatus paulo aliter : *Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari : et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur.*

θυσιαστηρίου· καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου[1], καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἥψατο[2] τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου καὶ ἁμαρτίας[3] περικαθαριεῖ.

Τίνος χάριν οὐ γυμνῇ τῇ σχηματισθείσῃ χειρὶ τοῦ ἄνθρακος τὸ Σεραφεὶμ περιδράσσεται, ἀλλὰ τῇ λαβίδι χρώμενον, ὥσπερ τινὸς ἀναλωτικοῦ πυρὸς τὸ καυτικὸν διωθεῖται; Ὅτι οὐ μόνον τὴν τοῦ μυστηρίου κατανόησιν ἀμηχανοῦσιν αἱ νοεραὶ δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτοῦ διακονίαν ἐγχειριζόμεναι, οὐκ ἂν ἐξαρκέσειαν πρὸς λειτουργίαν, μὴ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου συνεφαπτομένου ταύταις. Τοῦτο γὰρ διὰ τῆς λαβίδος δηλοῦται, τὸ οἷον χειρί τινι συνεπαμύνειν αὐταῖς τὸ θεῖον, καὶ τὸ ἄστεκτον, φορητὸν τῇ οἰκείᾳ ποιεῖν συγκαταβάσει. Ὃ καὶ καταπλήττει τὴν διάνοιαν, καὶ τὸν λογισμὸν ἐξίστησιν, εἰς τὸ πέρας εἰσβάλλοντα τοῦ μυστηρίου, πῶς ἐκεῖ μὲν τυπούμενον φλογερὸν μὲν ἦν τοῖς Σεραφὶμ, ἐνταῦθα δὲ περατού-

[1] Cod. pro μου habet αὐτου.
[2] Abest a cod. τουτο, quod et apud LXX legimus.
[3] Abest a cod. σου, quod præfert et Versio LXX.

---

tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata mundabit.

Qua de causa Seraphim non nuda illa symbolica manu carbonem prehendit, sed veluti qui consumentis cujuspiam ignis ardorem caveat, forcipe utitur? Quia nempe intellectuales illæ Virtutes non modo ad mysterii intelligentiam pertingere non valent, sed præterea ne ad famulatum quidem, dum ministerium suscipiunt, pares forent, nisi opem suam eis Dominus ipse conferret. Hoc enim per forcipem significatur, divinam virtutem quadam veluti manu præsto illis esse, ac bonitate sua efficere, ut ab iis ferri illud possit, quod ferri per se nequit. Quocirca et percellitur mens stupore, et hæret deficiens ratiocinatio, quæ ad exitum mysterii progrediens perpendat, quo pacto ibi quidem mere per typum adumbratum ardore suo ipsos terreret Sera-

μενον ἐν τῇ παρθένῳ, ἀκατάφλεκτον ταύτην ἐφύλαξεν· ἐκεῖ ὁ τύπος ὁποῖος τοῖς ἀσωμάτοις ἐδείκνυτο, ἐνταῦθα ἡ ἀλήθεια οὐσιωδῶς ἐνσκηνώσασα· ἐξ αὐτῆς μὲν τὸ ἡμέτερον περιεβάλετο φύραμα, ἀλώβητον δὲ ταύτην ὑπὲρ φύσιν ἐτήρησεν· ἐκεῖ ἡ φλογερὰ φύσις τῇ λαβίδι τὸν ἄνθρακα ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἔλαβεν, αὕτη δὲ τὸ πῦρ τῆς θεότητος ἐν ἑαυτῇ δεξαμένη, οὐ κατεφλέχθη, ἀλλ' ἐδοξάσθη, οὐκ ἐχωνεύθη, ἀλλ' ἐμεγαλύνθη ἡ τῶν Σεραφὶμ τιμιωτέρα, ἡ ἁγιωτέρα τῶν Χερουβὶμ, ὁ πύρινος τῆς ἀστέκτου φύσεως θρόνος, φλογερὸν καὶ πολύφωτον ὄχημα, ὁ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἀνατείλας ἡμῖν οὐρανός, ἡ λαβὶς ἡ τὸν καθαρτήριον καὶ φωτιστικὸν κομίσασα ἄνθρακα, δι' ἧς τὸ δαπανητικὸν τῆς ἁμαρτίας ἀνήφθη

---

plum; hic vero opere in Virgine impletum hanc incombustam servaverit; quomodo ibi terribilis substantiis incorporeis appareret figura; hic autem substantialiter sedem habuerit ipsa veritas; et nostram quidem massam ex ea (assumptam) induerit, ipsam tamen miro supra naturam modo intactam custodiverit; quomodo ibi natura ignita carbonem de altari forcipe sumpserit; hæc vero divinitatis ignem in se excipiens, non combusta sed glorificata sit, neque liquefacta sed magnificata fuerit (Virgo) illa ipsis Seraphim gloriosior, sanctior Cherubim, igneus thronus naturæ illius quæ ferri nequit, currus ille flammeus ac lucidissimus, cœlum illud quod justitiæ solem nobis præbuit, forceps quæ purificantem atque illuminantem carbonem apprehendit, per quam ille accensus est ignis, qui destruit peccata", per quam

" Postulat rei natura, ut heic non aliqua hominum quorumdam, sed totius mundi peccata intelligantur : est enim sermo de generis humani redemptione. Maria vero exhibetur ceu forceps ignem illum apprehendens, quo peccata absumantur, et simul ea nitens nobilitate, quæ gloriam Seraphim et Cherubim sanctitatem vincat, atque sublimissimorum Spirituum captum transcendat. Atqui hæc e diametro repugnant hypothesi quæ fingat peccata, igne illo exurenda, Virgini communia cum aliis fuisse. Rursus ergo se prodit sponte doctrina, nullam unquam Virgini inhæsisse peccati maculam.

πῦρ, οἱ' ἧς ἐν μεθέξει γενόμενοι τούτου, τῆς τε μοχθηρίας ἀπεσμήχθημεν, καὶ πρὸς τὴν θείαν φύσιν μετεσκευάσθημεν.

XII. Ἀλλ' ἐνταῦθα προσήκει πρῶτον διαπορῆσαι, πῶς εἴπερ ἐν ἔθει ἦν ἡ πανάμωμος ἀγγελικῆς συνομιλίας τῆς πρώην ἐν τῷ ναῷ γεγενημένης, φοβερῶς ἤνεγκε τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου θέαν· οὗ τὴν λύσιν ἀνθυποφέροντα ποιεῖσθαι ἄξιον. Διὰ τί καταπλαττομένης ταύτης καὶ ταραττομένης, καὶ διαπορούσης πρὸς τὸν ὀφθέντα; Ὅτι οὔτε τὸ τοῦ πέμψαντος ἀπαραίτητον αὐτὸς, οὔτε τὸ οἰκεῖον ἐδίδαξεν ὄνομα σὺν τῇ ἀξίᾳ. Καὶ γὰρ αὐτὸς πυνθανομένῳ τῷ Ζαχαρίᾳ προέφησεν· ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ, ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ Μιχαὴλ πρὸς τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ· ἐγώ εἰμι ὁ ἀρχιστάτηγος δυνάμεως Κυρίου. Καὶ αὐτὸς δημιουργὸς πρὸς τὸν Μωυσέα· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν.

Τίνος οὖν χάριν τὴν τοιαύτην οὐ παρήγαγε κἀνταῦθα ὁ Γαβριὴλ

---

hujus ignis participes effecti et emundati sumus a nequitia, et in divinam naturam transformati.

XII. Verum, antequam progrediamur, par est, ut hoc loco inquiramus, quomodo ex Archangeli aspectu immaculatissima illa tantum ceperit formidinis, cum tamen familiari uti Angelorum consuetudine in templo antea soleret; cujus quidem dubitationis æquum est ut aliquam afferam solutionem. Cur itaque perterrita ipsa est ac perturbata, cur ad Angeli aspectum anceps fluctuavit? Quia ipse scilicet neque mandatum illius, a quo missus fuerat, neque nomen suum dignitatemque propriam indicavit. Et sane ipse, antequam a Zacharia interrogaretur, præoccupans dixit[a] : *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum.* Et Michael ad Jesum filium Nave[b] . *Ego sum princeps exercitus Domini.* Et Creator ipse ad Moysen[c] : *Ego sum qui sum.*

Cur igitur (dices), Gabriel nihil tale hoc præmonuit? Plane

[a] *Luc.* I, 19.
[b] *Judic.* V, 14.
[c] *Exod.* III, 14.

διδασκαλίαν; Εὔδηλον, ὡς συνεγνωκυῖα διαλεγόμενος. Καὶ γὰρ συνεὶς τὸ ἐξύτατον τῆς ὑπερσόφου· καὶ ὅτι τὸ προδιδαχθὲν εὐστόχως ἐχαρακτήρισε σχῆμα, παρῆκεν εἰκότως τὸ πρὸς τοῦτο διευθύνειν.

Ἀλλὰ διὰ τί, φησὶν, ἐθορυβεῖτο καὶ ἐκπεπληγμένως πρὸς τὸν ὀφθέντα διέκειτο; Ὅτι ξένην ἑώρα ἐν οἰκίᾳ πενιχρᾷ μορφὴν αὐτῇ συνεισελθοῦσαν, ἐν ᾗ τῆς τῶν ὁμοειδῶν ἀνθρώπων συνομιλίας ἐστερεῖτο. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ ναῷ ἦν ἔτι, συνελογίσατο ἂν ἔκ τε τοῦ τόπου καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας, μὴ ξένον εἶναι τὸ συμβαῖνον. Ἐπειδὴ δὲ ἐν εὐτελεῖ δωματίῳ θαυμαστὸν ἔβλεπεν εἶδος, καινὰ καὶ παράδοξα μηνύον, ἐν ᾧ τὴν τῶν ὁμορύλων συνδιατριβὴν ἀπεστρέφετο, εἰκότως ταραττομένη τὴν κατ' ἀρχὰς διάλεξιν ἐποιεῖτο πρὸς τὸν ὀφθέντα. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν παιδικὴν ἐν τῷ ναῷ ἡλικίαν ἀγούσῃ, οὐ φοβερῶς τὰ μεγάλα συνέβαινεν, οὕτω τῆς

---

quia alloquebatur eam, quæ omnia probe noverat. Neque enim cum latebat, perspicacissimum Virgini sapientissimæ ingenium inesse; et quoniam assumpta forma apte per se ea, quæ antea dicta sunt, præmonstrabat, non abs re verba de his facere prætermisit.

At, inquit quispiam, cur, eo viso, turbata est, et pavore perculsa? Quia nempe in paupere tecto, ubi a consortio cujusvis, qui speciem hominis referret, abstinebat, peregrinam ad se formam accessisse videbat. Nam si adhuc degisset in templo, sane tum ex loco tum ex congrua adjunctorum ratione judicasset, haud mirum esse, quod contingebat. Sed cum mirandam hanc speciem inusitata ac peregrina loquentem, in humili cerneret domuncula, ubi vel cognatorum familiarem devitabat consuetudinem, merito ad illius aspectum, ut ab initio diximus, turbabatur. Et quidem cum puerilem ætatem in templo ageret, nullo enimvero cum terrore mica illi contingebant, cum generatim per eam ætatem ita ferat hominum natura; atque insuper

φύσεως ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ διακειμένης καθόλου· καὶ πάλιν εἰκὸς μὲν ὑφειμένῳ σχήματι παρὰ τὸν νῦν φανέντα, ὁ πρώην ὀπτανόμενος αὐτῇ συνωμίλει· αὐτὸς δὲ ἐπειδὴ τὴν τοῦ δεσπότου κατεμήνυε παρουσίαν, καὶ τῆς βασιλικῆς προέτρεχεν ἐπιδημίας, βασιλικώτερον σχῆμα καὶ θαυμαστότερον ἐπεδείκνυτο, πᾶσαν ἱκανὸν ἐκπλῆξαι διάνοιαν.

XIII. Λύτὴ δὲ οὐ διὰ τοῦτο, διὰ δὲ τὸ καινὸν τῶν λεγομένων τὴν κατάπληξιν ἐνεποίει. Διὸ καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος κατὰ βραχὺ τὸ ἀπόῤῥητον ἀπογυμνοῖ, καί φησι πρὸς αὐτήν· ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος

---

congruum erat, ut humiliori, ac nunc appareat, specie tunc cerneretur, quando familiariter cum ipsa versabatur; angustiorem vero ac mirabiliorem, aptioremque ad animos quoque percellendos formam ipse assumeret, cum dominicum prænuntiabat adventum, et regi jam adventanti viam præcurrens parabat[a].

XIII. Verum ipsa non adeo ob eam causam, quam propter novitatem eorum, quæ dicebantur, animo angebatur. Quocirca et cœlestis ille exercitus ductor ineffabile mysterium paucis revelat, et sic eam affatur[b] : *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur; et dabit illi Dominus Deus sedem David*

[a] Majestatem, quam Gabriel mysterium incarnandi Verbi nuntiaturus induit, et quemdam inde sanctæ Virgini pavorem incussum sic innuit et Romanæ Ecclesiæ Officium in secundo Responsorio dominicæ I Adventus : *Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et exavescit Virgo de lumine.* Etiam S. Ambrosius sensit, Virginem ob ea perturbatam, quæ vidit, ac S. Lucæ verba ita recitat (*In Luc.* lib. I, n. 8) : *Ipsa autem, ut vidit eum, mota est in introitu ejus.* Aliam tamen pavoris causam assignat, subdens : *Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere.*

[b] *Luc.* I, 31.

ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαεὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· τὸ κατὰ σάρκα λέγων. Ἄρχεται ἐντεῦθεν ἤδη παραγυμνοῦν τὰ τῆς προφητείας, εἰς μνήμην ἐνάγων τῶν περὶ τούτου προκηρυξάντων· ποιεῖται δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ γνωριμωτέρου μᾶλλον καὶ οἰκειοτέρου καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἀξιόπιστον ἔχοντος τοῦ Δαεὶδ, οὗ καὶ υἱὸν τὸν τεχθησόμενον εἰπὼν, τῆς συγγενείας ὑπέμνησε, καὶ τῆς τοῦ προπάτορος προφητείας τὸ ἀδιάψευστον ἐμήνυσεν.

XIV. Οὕτω τοίνυν ἡ πανακήρατος μεγαλοψύχως μὲν ὑπεῖκε τῷ πράγματι, καὶ οὐκ ἠπίστει τῷ λέγοντι· τὴν ὑπόνοιαν δὲ τῆς πρὸς ἄνδρα κοινωνίας διεκρούετο, σχεδὸν διὰ τῆς ἀντιλογίας οὕτω φθεγγομένη· Τίς ἐκ τοῦ τοιούτου μοι τόκου περιγενήσεται δόξα; Τί συνοίσει κέρδος; Κἂν ἁπάσης περιδράξηται τῆς γῆς ὁ ἐξ ἐμοῦ τικτόμενος, ἐγὼ δὲ τοὺς τῆς ἁγνείας θησαυροὺς ἀποσυληθῶ; Τίς ἡ ὄνησις, εἰ μήτηρ μὲν βασιλέως κληθείην, τὴν δὲ προσηγορίαν τῆς

---

patris ejus; et hæc quidem id, quod ad carnem spectat, enarrans. Incipit exinde jam ea revelare, quæ ad vaticinia pertinent, in memoriam illos revocans, qui hujusce rei præcones exstiterant; initium autem ducit potius a magis noto, magisque proprio, atque adeo plane fide digno, a Davide scilicet, cujus etiam cum filium dixisset eum, qui nasciturus erat, et cognationis mentionem fecit, et prophetiæ progenitoris veritatem declaravit.

XIV. Tum demum itaque illibatissima illa[a] rei suscipiendæ parata erat, neque Angeli verbis detrectabat fidem; verum a consuetudine, quam futuram suspicabatur, viri penitus abhorrens, ex adverso hæc ferme reponebat : Quænam mihi post ejusmodi partum reliqua erit gloria? Quid lucri hic conferet, quando, utut universum orbem is obtineat qui ex me nascitur, ego tamen castitatis thesauri jacturam patiar? Quæ utilitas, si mater quidem audiam regis, at virginis nomen amittam? Vanum

[a] Audis, Mariam *illibatissimæ*, τῆς παναχράτου, appellatione antonomastice nuncupari.

παρθένου ζημιωθῶ; Κενόν μοι τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. Οὐδὲν γάρ μοι τῶν ὄντων τιμιωτέρων[1] ἐκρίθη καὶ ἠγαπήθη, ὡς τὸ τῆς καθαρότητος ἀξίωμα· οὐ βασιλείας διάδημα, οὐ δυναστείας κράτος, οὐ σεμνότης πλούτου, οὐ δόξης περιφάνεια, οὐχ ὁ περίγειος οὗτος κόσμος, οὐδὲ ὁ περικαλλὴς αὐτὸς οὐρανὸς συνεισενεγκεῖν τι δυνήσεται, μὴ ταῖς αὐτῆς ἐγκαλλωπιζομένῃ λαμπρότησι. Μίαν βασιλείαν ἀσπάζομαι, τὴν τῆς σωφροσύνης ἀξίαν· ἕνα περίκειμαι στέφανον, τὸ περίβλεπτον τῆς παρθενίας διάδημα· ἕνα κέκτημαι πλοῦτον, τὸν ἐν ἁγνείᾳ θησαυρισθέντα· εἰς οὐρανός μοι τετίμηται, ἡ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἀκτῖσι φαιδρυνομένη διάνοια· τούτου καταλαμπρύνομαι ταῖς αἴγλαις, τούτου συνεπαίρομαι τῷ ὕψει, τούτου τὰ κάλλη ποθῶ· οὗτος καὶ πρὸς τὸν ὁρώμενον ἀνάγει, καὶ ὑπὲρ τὸν ὁρώμενον ἀναφέρει. Σὺ δὲ εἴτε εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀνάγειν εὐαγγελίζῃ, εἴτε ὑπὲρ τὴν φύσιν τὰς εὐλογίας κομίζεις, τὴν ἅπαξ

[1] Forte τιμιώτερον

---

quid mihi dignitas est regia. Neque enim quidpiam ex omnibus exstantibus pretiosius mihi ducitur, aut quidpiam magis diligitur, quam honos puritatis; non regale diadema, non potestas imperii, non splendidus divitiarum apparatus, non celebritas nominis, non terrenus hic mundus, neque ipsum cœlum pulcherrimum prodesse mihi quidpiam poterit, si puritatis splendoribus non reniteam. Regnum unum in deliciis est mihi, pudicitiæ dignitas; uno redimior serto, conspicuo virginitatis diademate; unas habeo divitias, quæ in puritatis thesauro sunt repositæ; unum mihi cœlum in pretio est, animus virtutum radiis refulgens; hujus splendoribus nobilitor, hujus celsitudine efferor, hujus pulchritudo mihi cordi est, hic et ad visibile me cœlum evehit, quin et super istud visibile me extollit. Tu autem, sive ad ipsos cœlos ascensuram me fauste annunties, sive benedictiones afferas naturæ ordinem excedentes, mentem meam,

Θεῷ καθιερωθεῖσάν μου γνώμην λόγοις θωπευτικοῖς οὐ μεταβάλῃς, οὐ ταῖς μείζοσαις σου δελεάσεσιν ὑποσχέσεσιν, οὐ τῷ ἡδίστῳ τῆς φωνῆς σου τὸν λογισμὸν καταθέλξεις· οὐ τῷ ξένῳ τῶν ἐπαγγελιῶν καταπραγματεύσῃ μου τὴν διάνοιαν. Ἀμεταθέτως γὰρ ἵδρυται· ἀσαλεύτους τοὺς τῆς σωφροσύνης κατέβαλε θεμελίους· πέπηγεν ἐπὶ στερεᾶς πέτρας, ἥτις ἀμετακίνητος εἰς αἰῶνας διαμένει.

XV. Ταῦτα, δι' ὧν ἐθυσχέραινεν, ἡ πανάσπιλος διεβεβαίου. Ἐπεὶ δὲ τούτοις αὐτὴν πολιορκουμένην ὁρῶν τοῖς λογισμοῖς ὁ ἀρχιστράτηγος ἦν, ἀκολούθως ἐπάγει τὸν λόγον πάλιν, καὶ λύει τὸν φόβον τῇ ἀποφάσει, λέγων· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Μὴ δείσῃς, φησὶ, τὸ ξένον τῆς θέας μου, μηδὲ τῇ καινότητι τῶν λεγομένων θροηθῇς· μηδὲν ἀπατηλὸν ἐν τούτοις ὑποπτεύσῃς· καθαρὸς πάσης πλάνης ὁ ἐμός ἐστι

---

in holocaustum Deo semel oblatam, non dimovebis assentatoriis verbis, non amplissimis tuis promissis inescabis, non demulcebis animum mira vocis tuæ suavitate, non expugnabis inauditis pollicitationibus voluntatem meam. Nescit enim mutari; inconcussa jecit pudicitiæ fundamenta; defixa est supra firmam petram, quæ in sæcula manet immota.

XV. Sic purissima illa[a], qua angeretur cura, haud ambigue edisserebat. Supernæ porro dux militiæ ubi eam suspicionibus hisce commotam animadvertit, rursus sermonem accommodata ratione instituit, et responsione metum dissolvit, inquiens[b] : *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum.* Ne timeas, inquit, ad insuetam aspectus mei speciem, neque eorum, quæ dicuntur, novitate turberis; ne quid doli in his

[a] Ecce tibi sanctam Virginem alia voce puritatis summum significantis, τῆς πανασπίλου nomine, per antonomasiam compellatam.

[b] *Luc.* I, 30.

λόγος. Χαρὰν ἐλήλυθα μηνύσων· χάριν, ἣν μόνη ὑπὲρ ἁπάσας γενεὰς εὗρες· ἣν οὐ μισθῶν ἀμοιβήν, ἀλλὰ τῆς παγκοσμίου δωρεὰς ὡς αἰτία, λαμβάνεις. Μηδὲν οὖν ἄξιον ὑποτοπήσῃς ἀπάτης· οὐδὲ γὰρ ἐμφαίνει τὸ πρᾶγμα· οὐ τοιαύτην ἐγὼ περίκειμαι μόρφωσιν, οὐδὲ τεκμήριον θωπείας οἱ ἐμοὶ προχαράττουσι λόγοι. Χαρὰν ἥκω κηρῦξαι, μὴ γὰρ κολακείαν συμπλέξαι· εὐλογίαν προξενῆσαι, μὴ γὰρ πλάνην δημιουργῆσαι· θαυμαστὸν περίκειμαι σχῆμα, μὴ γὰρ φοβερὸν ἐπιφέρομαι εἶδος· ἀγγελικὸν τὸ ὁρώμενον, τὸν Κύριον εἰσηγοῦμαι, μὴ γὰρ τὰ τῶν ἀνθρώπων μυοῦμαι. Τί τοίνυν θορυβῇ καὶ καταπλήττῃ; Τί τῇ ἀγωνίᾳ συνεχομένη διαμφιβάλλεις πρὸς τὰ λεγόμενα; Τί δέδοικας; Τὰ τοῦ φόβου, κατάλυσιν προθήλοῖ τῆς ἀρᾶς. Καλὴ μὲν ἀκριβὴς ἀσφάλεια τοῦ τρόπου σου· καὶ χαίρω καὶ τέρπομαι τῷ ὑπὲρ φύσιν τετηρημένῳ σου φρονήματι. Καιρὸς δὲ τῶν ἀμφιβόλων ἄπεστι· καὶ δεῖ σε τοῖς ἐμοῖς ὑπείκουσαν λόγοις.

---

suspiceris : ab omni fraude immunis est sermo meus. Veni, ut gaudium annuntiarem : (veni, ut nuntiarem) gratiam, quam præ omnibus generationibus sola invenisti; quam accipis non debitæ retributionis nomine, sed utpote auctrix doni universo mundo impertiendi exsistens. Nihil igitur subesse putes, quod fallax haberi queat : neque enim res ipsa dolum præfert; non ejusmodi speciem ipse fero, neque assentationis indicium sermones mei exhibent. Gaudii præco venio, non sane adulationis concinnator; ad benedictionem conciliandam venio, non vero ad dolum struendum; admiranda forma induor, non utique terrificum aspectum præfero; angelicum est quod cernis, de Domino res mihi est, non enim de humanis pertracto. Quid itaque turbaris et expavescis? Cur angore pressa ad ea, quæ dicuntur, addubitas? Quid times? Maledictionis immo solutionem ea prænuntiant, quæ plena tibi timoris videntur. Probanda sane exquisita tua in agendo cautela est; atque ipsa tua illa, qua uteris, supra naturam prudentia gaudeo atque oblector. Ast omnis abest ambigendi locus; et par est omnino, ut dictis

προσηνῶς εἰσδέξασθαι τὴν χάριν. Αὕτη δὲ τοιαύτη ἐστίν· Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν.

XVI. Εἶπε δὲ Μαριάμ· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Μέγα παρεγγυώμενος, τῶν ἀπειρημένων μοι τὸ φοβερώτατον συγκατέμιξας. Συλλήψεσθαι λέγεις, καὶ τέξεσθαι υἱόν. Τοῦτό μοι παραίτιον τῆς ἀγωνίας· τοῦτο τοῦ φόβου ὑπέκκαυμα· ὑπ' οὐδενὸς τῶν ὄντων φρικτῶν, οὕτω κατεπτόημαι. Τὸ μὲν σχῆμά σου, φησὶ, λαμπρότατον, καὶ ἡ φωνή σου παράδοξος, καὶ οἱ λόγοι σου γλυκεῖς, καὶ αἱ ὑποσχέσεις μεγάλαι, καὶ ἀπιστίας ἀλλότριαι. Τὸ δὲ συγκατιέναι με εἰς ἀνδρὸς κοινωνίαν, καὶ τὴν ἀνακειμένην Θεῷ σάρκα τῇ συναφείᾳ καταδουλῶσαι, τῶν ἀπηγορευμένων μοι πάντη καθέστηκεν. Ὅθεν εἰ καὶ φαιδρότατος εἶ τὸ φαινόμενον, καὶ κρείττονας ἢ κατὰ χάριν τὰς εὐλογίας κομίζεις, εἰ καὶ ἡδυτέραν ἐπᾴδεις τὴν χαράν· ὅμως ἐμοὶ δεινὸν τοῦτο καὶ παρανομίας μᾶλ-

---

meis acquiescas, ac mente placida gratiam excipias. Hæc porro hujusmodi est : *Ecce concipies in utero, et paries filium.*

XVI. Dixit autem Maria[a] : *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Dum magna offers, illud una subintulisti, quod ex omnibus, quæ mihi interdixi, maxime horrendum est. Concepturam me, inquis, ac parituram filium. Hæc mihi angoris est causa : hoc caput formidinis ; non ulla re alia e cunctis, quæ terrori sunt, sic sum perterrita. Splendidissimus sane aspectus tuus est, et vox tua stupenda, et dulces sermones tui, ac promissiones tuæ amplæ, et dolo vacuæ. At vero quod in viri consuetudinem consentiam, quodque carnem Deo devotam connubio permittam, id prorsus mihi nefas. Quamobrem licet faustissimus visu cerneris, et benedictiones quavis gratia potiores tecum afferas, licet suavis gaudii melos promas ; horrendum tamen id mihi sonat, et flagitium magis quam benedictionem adducere

[a] *Luc.* I, 34.

λον ἡ εὐλογίας πρόξενον ὑπονοεῖται. Εἰ μὲν οὖν καινῷ τινι τρόπῳ τὸ τοιοῦτο καταγγέλλεις συμβήσεσθαι, εἰκὸς ὑπεῖξαί με τῷ λόγῳ, καὶ τῇ καινοτομίᾳ προσχεῖν ἀνάγκη. Εἰ δὲ νόμῳ συζυγίας ἡ συναρείας προμηνύεις ἔσεσθαι τὸν τόκον, ἄπαγε τῆς παρανομίας· παῦσαι τῆς ἀτοπίας· μὴ φθέγξῃ περὶ τούτου· μὴ προσθῇς ἔτι κακῶσαι τὴν ἀπείρατον κακίας ψυχήν. Τί τῇ χαρᾷ περιέχρωσας τὴν ἀράν; Τί τῇ εὐλογίᾳ τὴν ἀδικίαν συνεσκίασας; Τί τῷ περιχαρεῖ λόγῳ τὸν δόλον εὐμόρφωσας; Τί τῷ εὐπρεπεῖ σου σχήματι τὸ ἀπρεπὲς περικρύπτεις τεχνούργημα; Ὑποχώρει παρενοχλῶν· οὐκ εὐλογίαν προξενεῖς, ἀλλὰ παρανομίαν εἰσηγῇ. Οὐ τοιαύτας ἐγὼ τῷ δεσπότῃ καθυπεσχόμην συνθήκας· οὐδὲ ταύτας ἐκεῖνος ἀντὶ τούτων προσίεται· καθαρὰν ἑαυτὴν τῷ καθαρῷ ἀναθεμένη, σῶαν τὴν

---

videtur. Si itaque novo quodam modo tale quid eventurum significares, congruum sane foret, ut verbis tuis acquiescerem, rationemque haberem novi operis, oporteret. At si consueto conjugii ordine futurum indicis partum, apage nequitiam; cessa ab ejusmodi facinore : ne verbum ea de re facias; ne pergas animæ mali experti[a] malum propinare. Quid gaudii coloribus maledictionem fucasti? Quid iniquitatem obtexisti benedictionis velo? Quid blandam dolo speciem per jucundos sermones affinxisti? Quid indecoras decoro aspectu tuo insidias abscondis? Ne ultra molestus sis : non benedictionem profers, sed scelus inducis. Non ista ego cum Domino pacta vovens inivi; neque ipse vicissim præ pactis ista admittit. Immaculatam Immaculato[b] me ipsam obtuli; et oblationem Domino meo usque ad finem

[a] Pulchre conditio animæ sanctæ Virginis exhibetur, ut peccati labis nescia fuerit, ἀπείρατος κακίας ψυχή. Verissime enim teterrimum hoc malum illa non est experta, quæ vel hereditarium malum singulari Dei beneficio devitavit.

[b] Aptissime *immaculata* Maria cum *immaculato* Domino juxta confertur; quo innuitur, alteri ex gratiæ privilegio id tributum fuisse, quod alteri competit naturæ conditione, omnis scilicet peccati absentiam omnimodam.

ἀριέρωσιν τῷ δεσπότῃ μου τηρεῖν εἰς πέρας ἐθέσπισα. Σὺ, Κύριε, ὁ τῆς ἐμῆς καθαρότητος ἔφορος, ἐν τῷ παρόντι μεσίτευσον. Σὺ γὰρ εἶ ὁ ἀπλανέστατος μάρτυς τῆς ἐν ἐμοὶ κρυπτομένης ἀγνείας· σὺ εἷ μόνος ὁ τὴν ἀνόθευτόν μου καθορῶν διάθεσιν, ᾗ ἐφάπαξ ταύτην ἀναθεμένη, ἀνεπίβατον εἰσέτι λόγοις θωπευτικοῖς διετήρησα, οὐ μόνον τούτων ἀλλοτριουμένη, ἀλλὰ καὶ πάντη τῶν τοιούτων ἐνθυμήσεων καθαρεύουσα. Μὴ δῶς οὖν, ἀπατηλὸν εἰσδῦναι λόγον ἐν τῇ καθιερωθείσῃ σοι διανοίᾳ· μηδὲ ἀηθέσιν ἐνηχηθῆναι ῥήμασιν ἐάσῃς τὴν ἀνατιθεμένην σοι ἀκοήν· μὴ δίοδον ἐπιβουλῆς τῇ ἀθιγεῖ καὶ ἀκράτῳ σωφροσύνῃ παραχωρήσῃς. Φάνηθι ἐπαμύνων, ὁ πάντα κατοπτεύων· ἀγὼν γὰρ ἑκατέρωθεν πρόκειται· καὶ τὸ πιστεύειν ἐπίφοβον, καὶ τὸ διαπιστεῖν ἐπικίνδυνον. Ἀμφότερα γοῦν ἐν τῷ παρόντι καθορᾶται. Τὸ γὰρ δὴ μέγεθος τῶν λεγομένων ἀμφιβάλλειν παρασκευάζει· καὶ τὸ τοῦ λέγοντος μὴ διστάζειν παρακελεύεται σχῆμα· πάσης γὰρ τοῦτο καθαρὸν φαίνεται πλάνης, μηδὲν σημεῖον ἀπάτης ἐπιφερόμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ξένον τοῦ

---

vitæ intactam me servaturam religiose spopondi. Tu, Domine, inspector puritatis meæ, tu modo huc intercede. Reconditæ enim in me innocentiæ tu testis es falli nescius : animum meum incorruptum tu solus es qui intuearis, cui semel eum consecrans, inaccessum huc usque verbis assentatoriis custodivi, non modo ab hisce abhorrens, verum etiam ab ejusmodi cogitationibus prorsus munda. Ne permittas igitur, ut ad mentem tibi dicatam dolosus sermo aditum inveniat; neque sinas, ut ad aures tibi sacras insolentium verborum sonus deferatur; ne patiaris, ut ad intactam illibatamque pudicitiam accessus ullus insidiis pateat. Veni in auxilium, tu qui omnia vides; utrinque enim me angustiæ tenent; et res est plena formidinis credere, non credere autem plena periculi. In præsens certe utrumque cernitur. Nam ad ambigendum hinc inducit eorum gravitas, quæ dicuntur; inde vero dubitare non sinit loquentis species; omnis enim doli hæc expers videtur, nec ullum fallaciæ præbet indicium.

ἀνθρωπείου πέφυκεν εἴδους· ἀγγελικὸν προβαλλόμενον τὸν χαρακτῆρα, ἔοικε τοῖς πολλάκις μοι φανεῖσιν ἐν τῷ ναῷ σου· εἰ καὶ παραδοξότερον περίκειται κάλλος, εἰ καὶ λαμπροτέραν ἐπιδείκνυται θέαν, ὁ γλυκὺς οὗτος τῇ ὥρᾳ καὶ τοῖς προσφθέγμασιν ἡδίων.

XVII. Ταῦτα οὖν τῆς ἀκηράτου παρθένου διαλογιζομένης συνιεὶς ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ μηνυτὴς τῆς σωτηρίας, ὁ τῆς χαρᾶς ἡμῶν πρόξενος, ὁ ποικίλος τοῦ μυστικοῦ θαλάμου κοσμήτωρ, ὁ τῆς ἀσπίλου περιστερᾶς νυμφοστόλος, μικρὸν ἐνδοὺς πρότερον, ἀκολούθως ἐπάγει τὸν λόγον, καὶ λύει τὸν φόβον τῇ ἀποφάσει, λέγων· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Ἐκ πνεύματος ἁγίου, φησὶ, καὶ ἐκ σοῦ σαρκωθήσεται ὁ ἀπορρήτως ἐν σοὶ κατασκηνῶν, μηδενὸς ἑτέρου πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς

Sed et quidpiam plane in eo elucet ab hominis forma alienum; angelicam objicit speciem, et similis iis videtur, qui sæpe mihi in templo tuo apparere solebant; nisi quod mirabiliori hic refulget pulchritudine, et venustate jucundus, et suavior eloquiis splendidiorem aspectum præsefert.

XVII. Cum itaque intemeratam Virginem secum hæc disserentem perspiceret ille veritatis præco, nuntius salutis, gaudii nostri minister, industrius mystici thalami adornator, immaculatæ columbæ[a] paranymphus, postquam paulisper prius cessit, accommodato sermone eam affatur, ac verbis suis timorem dispellit, inquiens[b] : *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

Ex Sancto Spiritu, inquit, et ex te, nemine alio ad carnis ejus efformationem interveniente, is incarnabitur, qui ineffabili

[a] Habes sententiam illam sacrorum Canticorum (V, 2), *Columba mea, immaculata mea,* de Maria dictam.

[b] *Luc.* I, 35.

αὐτοῦ παραλαμβανομένου σύστασιν. Οὐδὲν, φησὶ, τῶν ἀπηγορευμένων σοι καταμηνύω· οὐδὲ πτοῆσαι, μᾶλλον δὲ χαροποιῆσαι ἐλήλυθα. Οὐκ ἀνθρωπίνῳ ὁρῳ, θείῳ δὲ καὶ ἀπορρήτῳ βουλήματι ἐνεργεῖσθαι τὸν τόκον εὐαγγελίζομαι· καινὸς ὁ τῆς συλλήψεως τρόπος, ξένη τῆς λοχείας ἡ ὠδὶς, καὶ τῶν ἐπιφόβων σοι ἀπηλλαγμένη. Καὶ θέα μοι τὸ προσηνὲς τοῦ λειτουργοῦ, πῶς τὸ φοβερὸν ἀπωθεῖ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον διανιστᾷ.

Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει[1] αὐτῆς. Τῆς τοῦ μηνυθέντος, φησὶν, ἐκβάσεως ἀναμφίβολον δέχου σημεῖον τὴν Ἐλισάβετ κυοφορίαν. Οὐ γὰρ δὴ μόνος ἐγὼ, ὁ πλεῖστον τῆς κατὰ σὲ διεστηκὼς φύσεως, τὸ ξένον τοῦτο καταγγέλλω, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῆς δέξῃ, ἄνωθεν ἐμπνευμένης, τὴν τῶν εὐαγγελίων βεβαίωσιν, καὶ ἐκ τοῦ ξένου τόκου τῆς γηραιᾶς, ἧς οὐδὲ εἰς ἔννοιαν λόγος ἦλθε παιδοποιΐας.

[1] Scilic. pro γήρᾳ : et eam quidem lectionem retinendam esse ex mss. codd. fide censuerunt etiam Fridericus de Matthæi, et David Schulz.

---

modo in te inhabitat. Nihil, inquit, ad ea, quæ nefas sint tibi, spectat sermo meus; neque ad incutiendum metum, sed ad conferendum gaudium veni. Partum denuntio non humana ratione, sed divino et ineffabili consilio ad opus deducendum; nova erit conceptionis ratio, novum et ab iis, quæ formidas, liberum puerperii genus. Meus vero aspectus eam administrantis exhibet serenitatem, quæ et quemlibet depellat terrorem, et ad opus futurum animum erigat.

Et ecce, subdit, *Elisabet cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua*". Exitus eorum, inquit, quæ significata sunt tibi, indubium argumentum habe Elisabetæ conceptum. Neque enim novum hoc prodigium solus ipse contestor, qui a naturæ tuæ conditione maxime disto, sed fausti nuntii confirmationem etiam ab illa superno spiritu afflata, et a senescentis, quæ ne in cogitationem quidem suscipiendæ prolis venerat, insueto partu accipies.

" *Luc.* I, 36.

XVIII. Οὕτω τοίνυν ὁ ἀρχιστράτηγος τὴν ὁλοφαῆ τῆς παρθένου διάνοιαν μετεωρίσας, ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἵστησι· διὸ σὺν ἀπορρήτῳ χαρᾷ τῷ μυστηρίῳ παρεσκεύασεν ὑπείκειν, οὐδὲ πρώην τοῦτο παραιτουμένην, ἀλλὰ τὸν τρόπον πυνθανομένην. Οὐ γὰρ τοῖς λεγομένοις ἠπίστει, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν ἐπολυπραγμόνει· καὶ οὐ τὸν τόκον παρῃτεῖτο, τὸν δὲ τρόπον διεπυνθάνετο. Ὅθεν τὸ φοβερὸν αὐτῇ καὶ ἠορημένον, πλείονος ὕλη χαρᾶς τῷ χαριτοφόρῳ συνέβαινε λειτουργῷ· καὶ ὅσην τὴν ἀγωνίαν αὐτῆς διὰ τοῦτο κατενόει, μᾶλλον τὴν καθαρότητα ἐνενόει.

Ὅθεν τήν τε γνώμην εὐαγγελιστὴς τοῖς ῥήμασι, καὶ αὐτά, ὡς ἐρρήθησαν, ἐδήλωσε, φήσας· Εἶπε δὲ Μαριὰμ, ἡ θεόθετος κλῆσις, ἡ φερώνυμος προσηγορία, ἡ πολυώνυμος χαρά, ἡ πολυύμνητος δοξολογία, ἡ θεοκίνητος γλῶσσα, τὸ ἀδιάψευστον στόμα, τὰ τὴν θεολογίαν κυπρίζοντα χείλη, ὁ τῆς σοφίας πλοῦτος, ὁ θησαυρὸς

XVIII. Sic igitur dux supernus lucidissimum Virginis animum erigit, et super cœlos sublime constituit; quamobrem et eam parat ad obsequendum mysterio cum ineffabili gaudio: non quasi prius ipsa abnueret, sed quia de rei modo inquirebat. Non ergo fidem iis, quæ dicebantur, negabat, sed causam investigabat diligenter; neque detrectabat partum, sed rationem (partus) sciscitabatur. Exinde quod illi trepidandi atque ambigendi causa exstiterat, majoris argumentum gaudii nuntio, gratiæ administro, fiebat; nam quo graviori illam angore ea de causa pressam fuisse noverat, eo manifestius puritatem illius perspiciebat.

Quocirca Evangelista et sententiam verbis, immo verba ipsa, prouti prolata sunt, expressit, inquiens[a]: *Dixit autem Maria*; illud videlicet nomen a Deo nominatum, compellatio veritati respondens, gaudium perinsigne, summis laudibus celebranda gloria, lingua divinitus mota, os veracissimum, labia Dei scientiam manantia, ditissima sapientiæ copia, sermonum thesaurus,

[a] *Luc.* I, 38.

τῶν λόγων, τὸ ταμεῖον τῶν χαρισμάτων, ἡ πολύφωτος γνῶσις, τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως, τὸ ἀκατανόητον τοῦ γένους ὕψος, τὸ σεμνολόγημα τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὸ ὑπέρτιμον τῆς κτίσεως ἀνάθημα, ἡ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπολογία, τί εἶπε; Τίνα μακάριον ἐξηρεύξατο λόγον τὸ πολυθαύμαστον τῶν ἀγγέλων διήγημα; Ἰδοὺ, φησὶν, ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

XIX. Ἐσκίρτησαν πᾶσαι νοεραὶ δυνάμεις ταύτην ἐνωτισθεῖσαι τὴν φωνήν· ἠγαλλιάσατο ἄνωθεν ὁ οὐρανὸς, καὶ αἱ νεφέλαι ταύτην ὡς εὐφροσύνης ὑπεδέξαντο δρόσον· ἡγιάσθη τῇ ἐνηχήσει ταύτης ὁ ἀὴρ, καὶ ὁ σύμπας κατελλάμφθη κόσμος· ὡς ἀστραπῆς αὐτῆς δια-

---

charismatum promptuarium, cognitio lucidissima, naturæ magnificentia, incomprehensibilis humani generis altitudo, sanctorum Angelorum gloriatio, nobilissima creaturarum omnium oblatio[a], totius humanæ familiæ apologia[b], quid dixit? Quænam beata verba effudit stupendissimum illud Angelorum encomium? *Ecce*, inquit, *ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.*

XIX. Gaudio exsultaverunt Potestates intellectuales omnes, ubi vox ista ad aures illis delata est; lætati sunt cœli desuper, et nubes hunc veluti lætitiæ rorem susceperunt; vocis hujus sonitu sanctificatus est aer, et totus nova luce mundus refulsit; ea ad

[a] Si Mariæ conditio ejusmodi est, ut creaturarum universitas nihil in se dignius invenerit, quod Deo ceu donum ac sacrificium offerret, nulla ergo illi vel minima labecula inhæsisse dicenda est. Cum enim puritas immaculata sit potissima conditio, qua acceptæ Deo hostiæ esse possint, quispiam potius e supernis Spiritibus nulla sane unquam labe fœdatus, quam Adæ filia, paterna fœditate olim turpis, Deo offerendus visus esset.

[b] Causa, quæ vere totius humanæ familiæ sit propria, nulla est præterquam primi parentis lapsus, vi cujus omnes ad unum ejus posteri reatu obstricti tenentur. Atqui suapte natura res postulat, ut qui *apologiæ* pro aliis munus obit, exsors sit eorum reatus : quocirca paulo infra idem Jacobus humanum genus e criminis sui pudore taciturnum describit. Non potuerunt igitur hæ partes beatissimæ Virgini attribui, nisi si ab eo crimine prorsus aliena ipsa haberetur.

δραμούσης τὰ πέρατα, τηλαυγεστέρας τὰς ῥοδοειδεῖς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος ἀπέδωκε· καὶ ὁ χορὸς τῶν ἀστέρων διαυγέστερον τὸ κάλλος ὑπέδειξε. Διηνοίχθη τὰ ὦτα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ ἡ τῆς παραβάσεως ἀφωνία εἰς εὐφημίαν μετεποιήθη τότε.

Τίς τῶν δικαίων, εἰς μείζονα τῆς οἰκείας καλούμενος ἀξίας, τοιοῦτον ἐπαφῆκε λόγον; Ποία πεπληροφορημένως διάνοια περὶ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν διατεθεῖσα, συντετριμμένως οὕτω τὴν αὐτῶν ἐπίταξιν ἤλπισεν; Ὁ ἀρχιστράτηγος ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ταύτην ἀνήγαγεν· ἡ δὲ τὴν γηΐνην διάπλασιν προθεμένη, τὴν εὐχαριστίαν ἀνέτεινεν. Ἐκεῖνος ταῖς ἐπαγγελίαις τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, Θρόνων τε καὶ Κυριοτήτων, ταύτην ὑπεράνεθηκεν· ἡ δὲ, τῆς οἰκείας οὐκ ἐπιλησθεῖσα φύσεως, τὴν δεσποτείαν ἐκήρυττε, καὶ τὴν δουλείαν διωμολόγει. Ἐκεῖνος ἐκλελεγμένην αὐτὴν εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου προεπιστώσατο λειτουργίαν· ἡ δὲ εὐχῇ τὸ πέρας ἐπιζητεῖ, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τοῦ μέλλοντος σὺν ἱκε-

---

extremos usque fines instar fulguris decurrente, roseos radios suos sol reddidit micantiores, et nitidiorem pulchritudinem corona siderum explicavit. Aures apertæ sunt humani generis, et muta ejus e prævaricatione taciturnitas tunc in faustam acclamationem versa est.

Quis unquam e justis, ad honores vocatus meritis propriis potiores, in ejusmodi sententiam prorupisset? Quis animus, de futuris bonis certior factus, tam modeste assecutionem eorum exspectasset? Agminum supernorum ductor supra cœlos eam extulerat; ipsa vero, terrenam præ oculis habens conditionem, in gratiarum actiones effunditur. Supra Cherubim ac Seraphim, supra Thronos ac Dominationes promissorum ratione ille eam evexerat; at ipsa, propriæ haud oblita naturæ, (divinum) proclamabat dominium, suamque servitutem profitebatur. Data ille fide declaraverat, electam ipsam ad ministrandum mysterio fuisse; hæc vero effectum rogabunda poscit, et simul cum pre-

σίᾳ προσάλλεται· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

XX. Ὦ ἱερᾶς φωνῆς αὐτόθεν τὸ μεγαλοφυὲς τῆς γνώμης δηλούσης. Ὦ ταπεινώσεως ὑπερβολή, ἐν τοσούτῳ θεωρουμένης ὕψει. Ὅρα τὴν ἀκατανόητόν τε καὶ ὑπερθαύμαστον ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις ἀρετήν. Οὐκ ἐδίστασε πρὸς τὸ παράδοξον τοῦ λόγου· οὐκ ἀπεκρούσατο τῇ ἀμφιβολίᾳ τὴν ἐπαγγελίαν· οὐκ ἀπέφυγε τὸ τοῦ καινοφανῶς ὀρθέντος καταπληκτικὸν εἶδος· οὐ πρὸς τὸ ἀπόῤῥητον ἀπιθοῦσα τοῦ μυστηρίου, ὡς ἀμήχανα κατεπαγγελλομένῳ, ἀντικατέστη τῷ κήρυκι· οὐ προέτεινε τὰ τῆς μικροψυχίας ῥήματα· ἀλλὰ τοὺς λόγους, ὡς ἔργον καὶ ὡς ὑπὸ Κυρίου λεχθέντας μεγαλοψύχως θεᾳμένη, τὸ ξένον τῆς ἀνθρωπίνης ταπεινότητος ἀνῳκισμένη προαιρέσει παρέδειξεν ἐν ἑαυτῇ. Ἡ γὰρ δοκοῦσα διαπόρησις, οὐκ ἀντιλογίας ἦν, ἀλλὰ πυνθανομένης τὸν τρόπον, καὶ τῆς ἁγνείας ὑπερμαχούσης. Διὰ δὴ τοῦτο τὸν ἀνέκφραστον τόκον ἀκού-

---

cibus gratum de eventuris animum testatur: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

XX. O vocem augustam, quæ mentis nobilitatem sponte manifestat! O humilitatis in tanta celsitudine emicantis excessum! Vide virtutem, quam neque Angeli neque homines aut mente assequi aut pro merito mirari queant! Non nutavit ad sermonis insolentiam; non eam impulit dubitatio ad recusanda promissa; non formidandum ejus, qui nova specie apparuit, aspectum aufugit; non, quod ineffabile in mysterio esset, respiciens, præconi quasi impossibilia nuntianti restitit; non pusillanimitatis verba prætendit; sed magnanimiter sermones æque certos habens, ac si in opus deducti essent, et tanquam a Domino prolatos excipiens, per inauditam illam electionem prodigium humilitatis humanæ in se ipsa demonstravit. Nam quæ videri posset hæsitatio, non ad contradicendum, sed ad modum sciscitandum, atque ad tuendam puritatem spectabat. Quare cum certior de ineffabili ratione partus facta esset, nil sane dis-

σασα, οὐδὲν περαιτέρω διηνέχθη· ἀλλ' ἡπίως τὸν λόγον δεξαμένη, πίστει βεβαίᾳ τὴν πίστιν συνεισῳκίσατο, καίτοι τότε μᾶλλον ἦν ἀκόλουθον ἐπαπορεῖν τῷ καταγγέλλοντι τοιῶσδε, καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ξένην τὴν σύλληψιν βεβαιουμένῳ· Τί τοῦτο μηνύεις, ὁ προσδιαλεγόμενος; ἀλλότριον τῆς φύσεως εἰσηγῇ τὸν τόκον, ξένα πάσης ἀκοῆς προτείνεις τὰ ῥήματα· ἀναλαβόμενος ἑαυτὸν, τὰ τῆς ἀκολουθίας κατάγγελλε· ἔμβλεψον εἰς προτέρας γενεὰς, ἐννόησον, εἴ τι τοιοῦτον ἐν ταύταις ἐνηργήθη· σύνες ἀσφαλῶς, εἰ μέχρι κἂν ψιλῶν ῥημάτων ὁ οὕτως ἔχων ὠνόμασται τόκος· κατάμαθε τοίνυν διερευνώμενος· καὶ εἰ μὲν τοιοῦτον ἐκ παραδειγμάτων ἐφεύροις γεγενημένον, εἰπὲ, καὶ ὁ λόγος ἀποδεκτέος, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ἀμφίβολον· εἰ δὲ τὸ ἴσον οὐκ ἔχεις ἐπιδεῖξαι, οὐδὲ γὰρ ὤφθη ποτὲ, τί μάτην κενοφωνεῖς; Τί τὰ ἀσύμβατα καταγγέλλεις; Εἰπὲ τοῦ ἀποβησομένου τεκμήρια· δὸς σημείου παραπλήσια. Κατὰ τί

---

tulit ulterius; sed mansuete aures sermoni præbens, firma fide quæ dicebantur, ceu vera excipit, quanquam nuntio ejusmodi loquente, et conceptionem ex Spiritu Sancto novamque fore affirmante, magis tunc pronum esset addubitando hæc ferme respondere : Quidnam istud est, quod inter loquendum memoras? In medium adducis partum a naturæ ordine alienum; verba cujusvis auribus insueta profers; fac animum advertas, et narres, quæ consentanea videantur : converte oculos ad præteritas generationes, cogita, an per earum decursum quidpiam simile factum fuerit; fac recte scias, an saltem verbo tenus hujuscemodi partus hactenus nominatus fuerit; fac porro sciscitando addiscas : et siquidem allatis exemplis tale aliquid factum inveneris, dicito, et dignus qui admittatur, sermo erit, neque de re erit ambigendum; si vero quid simile indicare non vales (neque enim id unquam visum est), quid frustra vanas effundis voces? Quid invicem discrepantia loqueris? Profer certa futuri eventus argumenta; præbe indicia rei apte respondentia. Unde-

γνώσομαι, ὅτι μηνυτὴς ἀληθείας ἐλήλυθας; Μέγα τὸ διὰ σοῦ κηρυττόμενον· οὐκοῦν καὶ μεγάλων δεῖται τῶν τεκμηρίων, καταλλήλων τῶν παραδειγμάτων. Οὐ χρὴ τὴν ἀκοὴν εἰκῇ φενακίσαντα, ἀκινδύνως ἐν ταύτῃ τοὺς τοιούτους ἐγκαταθέσθαι λόγους· δεῖ τινὰ πρὸς βεβαίωσιν τοῦ λόγου παραγαγεῖν, ἵνα τὰ τῆς πίστεως τὸ ἀσφαλὲς ἔξει.

Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον ἡ πανακήρατος προέτεινεν. Ἀφάτῳ γὰρ τὸ μηνυθὲν δεξαμένη πίστει, ὡς ἤδη πεπληρωμένον τοῦτο κατέσχε· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· σὺ μὲν, φησὶ, τὴν τοῦ μυστηρίου διακονίαν ἐτέλεσας· ἐγὼ δὲ παρασκευασμένη γνώμῃ καὶ συντεταμένῃ ψυχῇ ὑπείκειν τούτῳ ἑτοιμοτέρα.

XXI. Ἐπειδὴ δὲ τὴν τοῦ μυστηρίου διακονίαν ὁ ἀρχιστράτηγος ἐτέλεσε, καὶ τὴν μυστικὴν κατήρτισε παστάδα, πρὸς τὰς οὐρα-

---

nam certo noverim, te nuntium veritatis advenisse? Magna sunt, quæ proclamas; et validis igitur argumentis, et consentaneis exemplis opus habent. Non decet temere auribus illudere, ejusmodi sermones iis citra controversiam imponendo : ut sine periculo sermo fidem inveniat, oportet ut ad eum confirmandum quidpiam adjungatur.

Verum nihil ejusmodi illibatissima illa objecit. Nam fide ineffabili id, quod sibi annuntiabatur, admittens, non secus ac si jam opere completum esset, pro certo habuit; ac propterea respondit : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum;* ac si diceret : tu quidem ministerium tuum ad exsequendum mysterium explevisti; ego autem prompta voluntate atque animo obsequente ipsi deservire sum paratissima.

XXI. Postquam autem suo circa mysterium munere supernæ militiæ ductor perfunctus est, mysticumque concinne alamum præparavit, ad cœlestes choros reversus est. Propter-

νίους ἔστο χορείας. Διό φησιν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστής· Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος.

Τίνος δὲ χάριν εἴσοδον τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου προσεῖπεν ἐμφάνειαν; εἰσελθὼν γάρ, φησὶ, πρὸς αὐτὴν, εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἄφιξιν, τῷ ἀπῆλθε διεσήμανε ῥήματι; Ἀκόλουθον γὰρ ἦν τὸν εἴσοδον εἰρηκότα, καὶ ἔξόδου μεμνῆσθαι. Διὰ τί οὖν ἐρρέθη τὸ ἀπῆλθε; συμβαίνοντας τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους ὁ σοφώτατος διετύπωσε Λουκᾶς. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν εἰσιόντα πρότερον ὁ ἀρχιστράτηγος ἐσχημάτισεν, ὡς ἂν παραπλησίαν ποιούμενος ἀνθρώποις τὴν εἴσοδον, μὴ σφοδροτέραν ἐμποιήσῃ τὴν ἀγωνίαν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ πᾶν ἀπηρτισμένον κατεῖδε, καὶ τὴν τῆς παρθένου διάνοιαν ὑψηλοτέραν τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας γεγενημένην, τὴν οἰκείαν καὶ κατάλληλον αὐτῷ παρεγύμνωσεν ἐνέργειαν. Διὸ ἐκ τῶν ταύτης ἀποπτὰς ὀφθαλμῶν, τῷ μετεωροπόρῳ τῆς φύσεως εἰς οὐρανοὺς

---

ea divinitus afflatus evangelista inquit[a] : *Et discessit ab ea Angelus.*

At vero qua de causa Archangeli ad eam ingressum significantius expressit; dicit enim[b] : *Ingressus Angelus ad eam, dixit:* heic vero recessum solo verbo, *discessit*, indicavit? Consentaneum enim erat, ut cum *ingressum* narrasset, *egressus* quoque mentionem faceret. Cur igitur dictum est, *discessit?* Sapientissimus nempe Lucas verba rei accommodata voluit adhibere. Nam princeps militiæ, cum primum introivit, ita semetipsum composuit, ut ingrediendi modum, qui consuetus est hominibus, imitaretur, ne vehementiorem scilicet trepidationem incuteret. Ubi vero omnia ad finem perducta, animumque Virginis sublimius, quam naturalis conditio ferat, elevatum conspexit, propriam sibique consentaneam virtutem aperte exseruit. Proinde, avolans ab illius oculis, in aera pro natura sua se extulit, et in cœlos reversus est,

[a] *Luc.* I, 38.
[b] *Luc.* I, 28.

ἀνεθραμε, τούτῳ μὲν τὸ ἴδιον δεικνὺς, βεβαιοτέραν δὲ καθιστῶν τὴν ἱδρυμένην ἀμεταθέτως.

XXII. Ὦ Γαβριὴλ, οἷον ἡμῖν, Γαβριὴλ, οἷον ἡμῖν ἥκεις κομίζων τὸν εὐαγγέλιον. Οἵας ἤλυθας τὰς εὐεργεσίας ἐπαγγελλόμενος. Ὅσην τὴν χαράν, ἡλίκην τὴν εὐφροσύνην. Ἄπιθι καλῶς, ὁ τῆς ἡμῶν χαρᾶς φαιδρότατος λαμπαδοῦχος, ὁ χαρμονικώτατος τοῦ μυστηρίου κήρυξ, ὁ τῆς κοινῆς εὐφροσύνης διάκονος, ὁ μύστης τῶν ἀπορρήτων, ὁ τῆς οἰκονομίας λειτουργός. Ἴθι, τοῖς οὐρανίοις ἀπάγγειλον τὴν τοῦ ἡμετέρου οὐρανοῦ δόξαν· ἴθι, τὰ τῆς εὐρυχωροτέρας καὶ τιμιωτέρας αὐτῶν διήγησαι σκηνῆς παράδοξα· εἰπὲ ταῖς ἄνω στρατιαῖς, ὅνπερ ἐν αὐτῇ κατεῖδες πλοῦτον· λάλησον Θρόνοις καὶ Κυριότησι τὸ τῆς βασιλικῆς καθέδρας ὑπέρτιμον, τὸ πύρινον τῆς τοῦ λόγου σαρκώσεως ὄχημα, τὴν πολυόμματον τοῦ μυστηρίου διόπτραν, τὴν πολύφωτον παστάδα, ἣν ἐνυμφοστόλισας, ἣν κατεποίκιλας τῷ κηρύγματι, ἧς τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐθαύμασας καλά· μήνυσον αὐτοῖς τὴν ἀνερμήνευτον τοῦ κτίστου μητέρα, τὴν τὰς αὐτῶν ὑπερ-

---

eo ipso, qualis ipse foret, demonstrans, et illi, quæ consistebat immota, firmiorem constantiam addens.

XXII. O Gabriel! quam bonum nobis, o Gabriel, quam bonum nuntium tuo adventu affers! Quam eximia beneficia denuntiare venisti! Quantum gaudium, qualem lætitiam! Abi feliciter, splendidissimus gaudii nostri auspex, lætissimus mysterii præco, communis legatus lætitiæ, arcanorum initiator, dispensationis minister. Abi, annuntia cœlis cœli nostri gloriam; abi, enarra tabernaculi amplioris ipsis ac pretiosioris portenta; quas in ipso divitias suspexeris, dicito supernis exercitibus; revela, explica Thronis et Dominationibus celsissimos regii throni honores, ignitum incarnationis Verbi currum, multoculum mysterii speculum, thalamum nitentissimum, quem ad sponsum suscipiendum præparasti, quem præconio tuo exornasti, cujus prætergredientes naturam prærogativas obstupuisti: narra illis de ineffabili Creatoris matre, quæ intelligentias eorum exsuperat.

καίνουσαν νοήσεις, τὴν καταπλήττουσαν αὐτοὺς ἐν τῷ τόκῳ· τρά-
νωσον τὰ ταύτης μεγαλεῖα, κήρυξον τὴν ἡμῶν δι' αὐτῆς ἀνάκλη-
σιν, τὴν ξένην καταλλαγήν, τὴν σύμφωνον αὐτοῖς προτεθησομένην
χορείαν· εἰπὲ, ποθεινὲ καὶ τῆς ἡμῶν χαρᾶς κοινωνὲ, ἐν τίσιν αὐτοὺς
πλεονεκτοῦμεν, ἐν τίνι τὴν πρὸς αὐτοὺς παῤῥησίαν ἐσχήκαμεν, ἐν
τίνι σεμνυνόμενοι, ἐγκαλλωπιζόμεθα· κήρυξον, ὁποῖον ἠνθοφόρησεν
ἡ ἀνθρωπεία φύσις καρπὸν, οἷον τὸν πλοῦτον ἀπέθηκεν, οἷον τὸν
θησαυρὸν ἐταμιεύσατο. Οὕτω κηρύττων, συνευφραίνου τῇ ἡμῶν
σωτηρίᾳ· κοινὸν ἡγοῦ τὸ τῆς χαρᾶς ἀναφαίρετον. Καὶ γὰρ τῆς
ταύτης μόνος κεκοινώνηκας λειτουργίας· συγχαίρεις μὲν, οἴδαμεν,
ταῖς ἄνω στρατιαῖς διὰ τοῦτο· ἀλλ' ἐξαίρετον ἡμεῖς τὴν χαρὰν
ἐπιζητοῦμεν, ἣν διακονῶν ἐπεδείξω, ἣν ἐβεβαίωσας τοῖς πράγμασι·

---

que partu suo et ipsos stupore percellit; declara hujus magnalia, proclama nostram, ipsa mediatrice, reparationem, insperatamque reconciliationem, et choream consono cum ipsis plausu instaurandam : eloquere, o dilecte ac nostri gaudii consors, quibusnam eos titulis nos vincamus, cujus gratia cum illis agamus fidenter, qua de causa gloriemur, ac superbiamus : enuntia, qualem fructum humana natura[a] progerminaverit, quantas sibi congesserit divitias, quam immensum sibi servet thesaurum reconditum. Dum ista prædicas, nobiscum de nostra salute collætare; securam hujus gaudii possessionem ceu communem existima. Etenim tu solus hoc ministerium sortitus es; hac de causa, novimus, cum cœlestibus exercitibus congaudes; sed singulare illud gaudium, quod ceu legatus indixisti, cujus fidem factis confirmasti, nobis est in desiderio; ut hoc integrum

[a] Jam alias advertimus (*in not. ad* § X *Orat. Petri Argivi*, Part. I, pag. 137), bonum fructum tunc vero quodam sensu tribui naturæ posse, cum bonus a sua origine fructus exstiterit : secus enim effectus quidem deinde bonus dici posset; at quod ad naturam producentem spectat, malus ab ipsa prodiisse diceretur. Quod ergo eximium fructum natura dicitur progerminasse, id exigit, ut Maria a sua ipsius origine eximius fructus prædicari queat.

ταύτην ἀμείωτον αἰτοῦμεν διατηρεῖσθαι, ἵνα τὰ τῆς πρὸς σὲ παῤῥησίας ἡμῶν μὴ ἀποκλείηται γνωρίσματα, ἵνα τὸ θαῤῥεῖν ἔχοντες διὰ τοῦτο, κοινὸν ἐξιλαστήν σε πρός τε τὸν δεσπότην καὶ πρὸς αὐτὴν ἡμῶν τὴν χαρὰν προβαλλοίμεθα.

XXIII. Ἀλλ' ὦ κοινὸν ἀγαλλίαμα, ὦ παῤῥησία τοῦ γένους, τὸν τοιοῦτον προσιεμένη πόθον, ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις ἀμείβου. Ἡμεῖς τοίνυν οἱ πρὸς τοσοῦτον ἀναθραμόντες ὕψος, καὶ διὰ σοῦ τὴν τῶν ἀγαθῶν καταπλουτήσαντες ἀφθονίαν, μηδὲν ἔχοντες εἰς ἀμοιβὴν προβαλέσθαι τούτων, ὅμως τοιαύτας σοι τὰς εὐψημίας διαπλέκομεν.

Χαῖρε, τῆς καταπτώσεως ἡμῶν ἡ ἐπανόρθωσις· χαῖρε, δι' ἧς πρὸς τὸ τῆς γνώσεως ἀνήχθημεν ὕψος· χαῖρε, ὑπερκείμενε οὐρανὲ, δι' οὗ τῶν οὐρανίων κατατρυφῶμεν θησαυρῶν· χαῖρε, βασίλισσα, δι' ἧς ἡμῖν ἡ ἀκήρατος ἠνοίγη βασιλεία· χαῖρε, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ εὐφορία· χαῖρε, τῆς τῶν ἀγαθῶν μεθέξεως ἡ ἀφθονία·

---

nobis servetur, deposcimus, ne nostræ in te fiduciæ argumenta præcludantur; ut propterea fidenter accedentes, communem te propitiatorem apud Dominum et apud illud ipsum gaudium nostrum proferre possimus.

XXIII. Tu vero, o communis omnium exsultatio, o generis humani fiducia, hujusmodi affectum gratum habens fac ipsum beneficiis tuis vicissim cumules. Ad tantam itaque evecti celsitudinem, ac bonorum copia per te locupletati, cum nihil præsto nobis sit, quo parem pro his gratiam rependamus, hasce nihilominus tibi laudis coronas teximus.

Ave, ruinæ nostræ reparatio[a]: ave, per quam ad sapientiæ sublimitatem reducti sumus; ave, cœlum cœlis præcelsius, per quod cœlestibus thesauris perfruimur; ave, o regina, per quam regnum corruptione liberum nobis apertum est; ave, o naturæ humanæ ubertas; ave, o abundans bonorum participatio; ave,

[a] Atqui ruinæ reparatio, uti patet, in eadem ruina jacens nullo modo censeri potest. Quæ autem hic est ruina nostra, nisi lapsus in Adamo?

χαῖρε, ὁ θησαυρὸς ὁ ἀσύλητος· χαῖρε, ὁ πλοῦτος ὁ ἀναφαίρετος· χαῖρε, τροφὴ ἀδαπάνητε· χαῖρε, τρυφὴ ἀνεκλάλητε· χαῖρε, βρῶσις ἀείζωε· χαῖρε, πόμα νηφάλιον· ἡ διψωμένη ἔφεσις, ἡ ἐπιθυμητὴ μέθεξις, τὸ ταμεῖον τῶν ἀγαθῶν, τὸ διαιωνίζον ἐντρύφημα, ἡ ἀτελεύτητος εὐφροσύνη, τὸ διηνεκὲς χριστιανῶν ἀγαλλίαμα, ἡ πολυπόθητος τῶν σε ποθούντων χαρά. Ταύτας σου τὰς εὐεργεσίας ἀμειώτους εὐδόκησον συντηρηθῆναι. Δεῖξον δὴ καὶ ἐν τούτῳ τὰ τῆς ἀφθόνου σου χάριτος πλεονεκτήματα· ἴσον γάρ ἐστιν, εἰς ἀντίληψιν τὸ διὰ σοῦ παραγενέσθαι ταύτας, καὶ παραγενομένας ἀκεραίας διαφυλάττεσθαι, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

---

thesaurus inviolatus; ave, divitiarum opulentia direptionis nescia; ave, alimentum indeficiens; ave, delicium inenarrabile: ave, cibus semper vivens; ave, potus sobrietatis parens; ave, vehemens omnium desiderium, concupita participatio, bonorum promptuarium, oblectamentum nunquam elanguens, lætitia nullum habens finem, jugis christianorum exsultatio, desideratissimum te desiderantium gaudium. Tua hæc beneficia, fac benevole, ut nihil imminuta conserventur. In hoc quoque amplissimæ gratiæ tuæ prærogativam ostende; perinde enim est, beneficia per te nobis ad defensionem nostram conferri, et jam collata intacta custodiri, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

DE GERMANI HOMILIIS

IN DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM

PRÆFATIO.

Duarum homiliarum *in Annuntiationem* prior Germano seniori vindicatur, § I, II. — An intrinseca suppetant argumenta, quibus alterutri Germano secunda adscribi queat, § III. — Extrinsecis indiciis junioris Germani fœtus proditur, § IV. — De hujus homiliæ pretio, § V — De codice olim Augustano nunc Monachiensi, unde homilia exscripta est, § VI.

I. Binæ in Annuntiationem Deiparæ feruntur homiliæ Germani nomine inscriptæ, quarum alteram græce ac latine Combefisius edidit in primo Auctarii volumine[1], alteram vero latine tantum Hippolytus Marraccius in aureo *S. Germani Mariali*. Porro fides, quam alias dedi[2], a me postulat, ut de his quoque propositam tunc quæstionem evolvam, seniorine Germano, an cuipiam juniori adscribendæ sint.

II. Et ad primam quod attinet, putat Franciscus Combefisius quæstionem solvi, dum affirmat[3], eam *stylo congruere cum alia*

[1] A column. 1423.

[2] Vid. *disquisit. critic. de Homiliis Germano inscriptis*, § XIX, Syllog. hujus Part. I, pag. 277.

[3] *In notis ad Orat. in S. Mariæ Annuntiationem*, Auctar. vol. I, col. 1464.

jam edita sub nomine S. Germani. Atqui quam infirma sit ratio a styli similitudine petita, luculentissime hac eadem in re Combefisius ipse suadet. Et sane is junioris Germani mavult[1] illam esse in *Præsentationem* homiliam, quam tamen indubiis argumentis seniori vindicari jam vidimus[2]; et e converso, postquam e *stylo*, ut inquit, *et non mediocri rerum divinarum scientia* decrevit[3], *homiliam in Deiparæ dormitionem ceu opus egregio confessore Germano plane dignum* habendam esse, ipse deinde cum Gretsero consentit[4], *junioris* plane fœtum esse aliam orationem, quam rursum laudat velut *certe cultam ac rhetoricis perornatam flosculis, seu magis theologicis illustratam gemmis, ut disertissimi æque ac eruditissimi christiani oratoris monumentum videri possit.* Cum ergo hinc quidem S. Confessoris Germani stylum parum adeo perspectum Combefisius habeat, ut certa ejus opuscula ab ipso abjudicare non dubitaverit; inde vero in junioris Germani scriptis eas laudet dotes, quas alibi ceu notas opusculorum senioris proprias promit, quo tandem jure fidem sibi exiget affirmanti, habita styli ratione hunc seniori, illum juniori sermonem adjudicandum?

Unicum itaque superest argumentum, quod a Codicibus mss petitur. Nam licet in manuscriptis Bibliothecæ Coislinianæ[5], prouti etiam Albertus Fabricius monet[6], hic sermo tribuatur Leontio Byzantino; addat vero Harlesius[7], in codice Nanniano LXIII eumdem asseri Chrysostomo; plures tamen alii codices, quos ab hisce ipsis enumeratos videre est[8], auctorem designant Germanum. Vetustiorem autem intelligendum esse, fidem facit codex Cæsareus, in quo hic titulus orationi præfi-

[1] *Recens. Auctor. Biblioth. Conc.* vol. I, pag. 14.

[2] *Hujus Syllog.* Part. I, pag. 273.

[3] *In not. ad Orat. I in Deiparæ Dormitionem, Auct.* vol. I, col. 1465.

[4] *In not. ad Orat. Germani Patriarchæ in Dominici corporis sepulturam, Auct.* vol. I, col. 1523.

[5] Edit. Montfaucon. pag. 196.

[6] *Bibl. Græc.* vol. X, pag. 281 edit. Harl.

[7] *Addit. ad Fabr. Bibl. Græc.*, l. c.

[8] *Bibl. Græc.* vol. XI, pag. 161.

gitur[1] : Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ ὁμολογητοῦ, λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμόν : *Sancti Patris nostri Germani Archiepiscopi Constantinopolitani Confessoris, sermo in Annuntiationem*. Titulus enim *Confessoris* aperte seniorem indicat.

III. De altera jam dicendum, quam Combefisius ideo etiam juniori vindicandam dicit[2], quia *prolixa* est. At novum plane dixeris hunc criticæ canonem, eumque eo magis stupeas a Combefisio produci, postquam adverteris, eruditum virum illud alibi[3] non diffiteri, quod ex Vaticano Codice nosmetipsi confirmavimus[4], binas S. Germani, quas ipse edidit, orationes *in Dormitionem Deiparæ*, unicam plane esse in duas partes dein dissectam; et contra, junioris Germani perspectas eidem fuisse homilias duas a Gretsero[5] editas, quæ profecto censeri inter prolixas non possunt. Non erat ergo orationis brevitas vel prolixitas ejusmodi tessera, qua alterutrius Germani homiliæ certo internosci possent.

His itaque dimissis, illud in primis præmittendum, argumenta intrinseca, et diacriticos illos characteres sive historicos sive chronologicos, quorum præsidio de aliis S. Germani homiliis decernere in nostra disquisitione licuit, ab hac oratione plane abesse, aut certe ita esse ancipites, ut utrique Germano convenire possint. Ita, ut nonnulla innuam, notam aliquam habes temporis, ubi Auctor[6] aperte prodit, per eum annum orationem dictam fuisse, quo Festum Annuntiatæ Deiparæ in

[1] Vid. Lambecius lib. V, Cod. CCXX, n. 28, vol. V, pag. 26.

[2] *Præf. ad Orat. S. Germani in Præsent. Deip. Bibl. Conc.* vol. VIII, pag. 486.

[3] *In not. ad Orat. I in Dormit. Deiparæ, Auct.* vol. I, col. 1465.

[4] *Hujus Syllog.* Part. I, pag. 279.

[5] Opp. vol. II, pag. 112 et 437.

[6] Vid. § V, ubi hæc habes : Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ταύτην ἡμέραν τὸ τῆς νηστείας ἀνύομεν τεσσαρακονθήμερον, κ. τ. λ. *Etsi enim nos quoque præsenti hac die quadraginta dierum jejunium absolvamus*. Quam quidem verborum formulam ad sanctum magnæ hebdomadæ sabbatum indicandum pertinere, manifestum fit, ut reliqua omittam, ex festalibus epistolis

Sabbatum sanctum incidebat; quod ne absonum cuipiam videatur propter consuetudinem Ecclesiæ Latinæ, quæ in hisce adjunctis quæcumque alia festa in sequentem aliquam diem differt, sciendum est, penes Græcam Ecclesiam Annuntiationis solemnitatem nunquam in aliam diem transferri[1], quia hanc habent ut omnium solemnitatum initium et caput[2]. At annum, quo Pascha in diem XXVI mensis Martii inciderit, habemus tum 1228, quo episcopatum gerebat Germanus junior, tum 696, quo senior Germanus sin minus Constantinopolitanam, at Cyzicenam Ecclesiam regere potuit. Nulla ergo hinc nota exsurgit, quæ alterutri sermonem abjudicet.

Pari modo indicium aliquod historicum in iis elucet, quibus Auctor[3] Virginis opem implorat adversus eos, qui illum *ab alto oppugnabant et sagittis petebant*. Vix enim alia excogitari potest insectatio, quæ *ab alto* in Constantinopolitanum Episcopum parari posset, quam quæ a Principibus proficisceretur. Hæc porro perbelle in seniorem Germanum quadrarent, qui tam dirum certamen tamque acerbas ærumnas pro fide catholica tuenda ab Isauro Leone passus est. At obstat nota temporis, quam superius indicavimus; nam annus 696, cui soli consignari oratio posset, triginta annorum spatio præcedit impium bellum adversus SS. Imagines excitatum. Alia vero gesta sive senioris

tum S. Athanasii tum Theophili Alexandrini. Conf. *Nov. Biblioth. PP. Emi Maii* vol. VI, part, I, Epist. I, n. 10, pag. 29, Epist. II, n. 8, pag. 58, Epist. III, n. 6, pag. 47, etc., et *Biblioth. PP. Lugdun.* vol. V, pagg. 849, 854, 858.

[1] Ea de re apud Nicodemum Monachum hæc leguntur (*in not. ad Proleg. in Canon. Annuntiationis*, Ἑορτοδρ., pag. 208) : Ἡ ἑορτὴ τοῦ εὐαγγελισμοῦ οὐδέποτε μετατίθεται εἰς ἄλλην ἡμέραν· ἀλλὰ εἰς ὁποίαν ἡμέραν τύχῃ, εἰς ἐκείνην καὶ ἑορτάζεται, καθὼς ἅπαντα τὰ τυπικὰ συμφώνως περὶ τούτου διορίζουσι, καὶ ὁ ἀνωτέρω Κανὼν τοῦ Νικηφόρου, καὶ οἱ λόγοι τῶν διδασκάλων παλαιῶν τε καὶ νεωτέρων : *Annuntiationis festum nunquam in aliam diem transfertur; sed in quamcumque diem inciderit, in ipsa et celebratur, quemadmodum de hoc concorditer typica omnia, et superius memoratus Canon Nicephori, et doctorum tum vetcrum tum recentiorum verba definiunt.*

[2] Nicod. Monachus ibidem : ἡ ἀρχὴ οὖσα καὶ κεφαλὴ τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν.

[3] Vid. § XLIX.

Germani sive junioris, quibus apte ea verba homiliæ respondeant, incomperta nobis sunt; atque adeo nihil exinde pro alterutro concludere fas est.

Unum, licet levioris momenti, occurrit, quod pro seniore potius quam pro recentiore facere videtur, quod Auctor videlicet tum inchoans tum absolvens disputationem, quam adversus Judæos instituit, similitudine minus communi utatur[1] a causidicis et a contentionibus forensibus petita potius, quam alia quapiam ex magis tritis et usitatis. Notum enim est illud, *Navita de ventis, de tauris narrat arator* etc.; et (quod norunt omnes) in quibus versatus quisque fuerit, sæpe inter loquendum sponte prodit vel incogitans. At vero sanctum Confessorem Germanum jurisprudentiæ studiis excelluisse testatur vetus monumentum a Combefisio editum[2]; quod idem de juniore, professione antea monacho, nemo tradidit.

IV. Verum non adeo firmum, uti patet, est hujus indicii robur, ut causam definiat; imo omnis ei vis deperit, si extrinseca adhibeantur argumenta. Et sane extrinseca pro seniore momenta nulla reipsa suppetunt. Quod enim, perlectis iis quæ de vetustate cujusdam codicis mss. hanc homiliam continentis scripsit Hippolytus Marraccius[3], suspicari potui, codicem forte illum junioris Germani ævo antiquiorem esse, id plane aliter se habere comperi, postquam didici, codicem illum Augustanum, a Marraccio laudatum, non alium ab eo esse, quem index Manuscriptorum Bibliothecæ Augustanæ ab Antonio Reisero editus an. 1675, notat sub n. 20 secundi Plutei Græcorum Mss. Codicum[4]. Cum enim in eo legantur aliæ homiliæ, quæ juniorem Germanum sine ulla controversia auctorem habent, cujusmodi

[1] Vid. §§ XV, XXXI.

[2] *Auctar.* vol. I, pag. 1462.

[3] *In Mariali S. Germani* (*not. ad Orat. in Annuntiat.* pag. 204, 205), codicem Marraccius describit velut *antiquissimum, in quo propter temporis antiquitatem atramentum quibusdam in locis ita impalluerat, verbaque sic abbreviata erant, ut difficulter legi possent, et de lectione ipsius codicis etiam peritissimi græcæ linguæ desperarent.*

[4] Pag. 8.

v. gr. est sermo *in Exaltationem S. Crucis et contra Bogomilos*, palam profecto est, frustra in eodem codice eam requiri vetustatem, vi cujus homiliæ Germani nomine inibi inscriptæ nulli præter seniorem tribui queant.

Contra vero tum idem Augustanus codex, tum Anglicus alter ab Harlesio[1] memoratus homiliam hanc *in Deiparæ Annuntiationem* juniori per se plane vindicant. Nam Anglicus quidem continuo eam subjicit quatuor aliis, quæ procul dubio ad recentiorem pertinent; Augustanus vero ipsi secundum locum tribuit inter septem, quas non abrupta serie continet Germani nomine prænotatas, et e quibus tum quæ præcedit, tum quæ sequuntur omnes itidem certissime sunt junioris. Quæ cum ita sint, profecto sine gravi causa suspicari nullo modo licet, non ad eumdem auctorem hanc quoque pertinere. Hujusmodi autem causa, prouti vidimus, nulla adest.

Præterea in codicis Augustani elencho sermo iste indicatur verbis, τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν κ. τ. λ., affirmatur scilicet secundum sermonem *ejusdem* esse Germani, ac præcedentem. Porro præcedens sine controversia ad recentiorem spectat. Ergo si quæ forte superesset dubitatio, scriptor codicis hanc penitus dissolvit. Neque vero parvifaciendum id est. Nam codice diligenter inspecto (quod pro summa humanitate sua a me rogatus præstitit vir præclarissimus et tum omnigena eruditione tum græcarum litterarum ac rei palæographicæ peritia nobilissimus, Georgius Krabingerus, Monachiensis Bibliothecæ Sub-Præfectus), statui certo potest, hæc aut ipsius Germani II ævo, aut paulo post, quando scilicet periculum aberat, ne alter cum altero confunderetur Germano, descripta fuisse.

His testimonium accedit, quod apud Nicodemum monachum prostat[2]. Ubi enim hic enumerat sermones de Annuntiatæ Virginis mysterio, etiam hunc nostrum ita commemorat : Γερμανὸς

[1] *Addit. ad Fabric. Græc. Biblioth.* vol. XI, pag. 165. Codicem autem Harlesius hisce notis indicat : *Thomæ Gale* cod. XLVI s. n. 5880 Cat. mss. Angl. vol. II.

[2] Ἑορτοδρόμ. *Prolog. in Can. Annunt.* in not. p. 208.

ὁ νέος Πατριάρχης ἐν τῇ τῆς Νικαίας μητροπόλει, οὗ ἡ ἀρχή· Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι : *Germanus junior Patriarcha in Nicææ metropoli*[1], *cujus* (*sermonis*) *initium est* : Ἐπ' ὄρους etc. Patet ergo alios non deesse græcos codices, qui cum Augustano consentiant. Et quidem vigilanter hæc Nicodemum scripsisse, illud ostendit, quod alium ejusdem argumenti sermonem paulo ante seniori Germano sic tribuerat[2] : Γερμανοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ παλαιοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς : *Senioris Germani, Constantinopoleos Patriarchæ*, etc.

Neque vero ab hac sententia deterret accurata homiliæ inspectio; quin etiam in eam optime conspirat. Fac enim legas v. gr. ejusdem Auctoris sermonem a Combefisio editum[3] *in Dominici Corporis Sepulturam;* et nihil sane hæsitans affirmabis, eosdem in illo colores, ac in hoc nostro, eamdem prorsus indolem conspici, atque adeo eadem utrumque manu exaratum esse; fac iterum legas binos *de S. Cruce* sermones a Gretsero vulgatos[4], et in illis pariter ac in hoc nostro subinde invenies illiberale quoddam dicendi genus, quod hominem e vulgo potius, quam episcopum deceat. Quid, quod quædam ita plane gemina recurrunt, ut idem prorsus utrobique scribentis ingenium aperte postulent? Habes v. gr. auctorem hujus homiliæ hac ratione dubitantem, quid cum Judæis agendum sit[5] : *Quid ergo faciemus? Sinemusne ut suis ipsi latratibus disrumpantur . . . .? An vero lapillos aliquos in impudens eorum os jaciemus?* Atqui agrestem hanc sententiæ rationem cernes et in homilia *de S. Crucis Exaltatione*[6], ubi sic adversus Bogomilos auctor loquitur : *Adeste igitur, lignumque* (*S. Crucis*) *in blasphema eorum ora injiciamus.*

[1] Alias diximus, occupata tunc a Latinis regia urbe Constantinopoli, Byzantinum episcopum Nicææ residere consuevisse.

[2] Loc. cit.

[3] *Auct.* vol. I, a col. 1470.

[4] Opp. tom. II, p. 112, 457.

[5] Vid. § XIV.

[6] Apud Gretserum vol. II, p. 115.

Pari modo quædam[1] Italis auctor imprecaturus, illud Psalmistæ arripit[2], *inimici ejus terram lingant;* eamdem autem imprecationem, ut sui ipsius inimici *pulverem lingant* (quæ sane in deliciis scriptori fuisse videtur), in homilia itidem, quam edimus, iisdem verbis adhibitam[3] reperimus.

V. At enim, inquies, si juniori Germano adjudicanda est ista *in Annuntiationem* homilia, numquid operæ pretium erat eam in lucem producere? Numquid non abest ratio, quæ Eminentissimum virum Angelum Maium, cujus quidem exemplis excitos nos alias diximus[4], ad S. Germani scripta tanto studio perquirenda et edenda permovit[5]? Respondeo, ultro me fateri, junioris Germani scripta non eodem loco habenda esse, ac quæ senioris sunt, idque non una ex causa. Non idcirco tamen sua hic sermo utilitate suoque pretio, præsertim in rem nostram, carere dicendus est. Nam cum luculentissimum testimonium præbeat illi doctrinæ, quæ beatissimam Virginem a primo exsistendi initio Deo dilectam et divina gratia exornatam profitetur[6], hujus traditionis in græca Ecclesia seriem non perficit modo, sed mire illustrat et confirmat. Exinde vero novum validumque nobis suppetit argumentum adversus eos e Græcis recentiori-

[1] Ibid. pag. 121.

[2] *Ps.* LXXI, 9.

[3] Vid. § XLIX.

[4] *In Præfat. ad Homil. S. Sophronii,* sup. pag. 27.

[5] Conf. *Præf.* vol. X. *Spicileg. Rom.* pag. VI, *et Monitum ad Epistolam Græcorum pro decretis Conc. Chalced. ad Armenios* (vol. II *Nov. Bibl.* PP., pagg. 586, 587). Postremo hoc loco Vir doctissimus satis aperte illud edicit, quod et coram ex ejus ore accepi, quæcumque nempe de Sancta Virgine feruntur sub Germani nomine homiliæ, eas posteriori esse addicendas : quocirca et eam, quam in prima parte hujus Sylloges edidi, in Vaticano codice prostantem, utut lucubrationum prioris Germani cupidissimus amator, ipse neglexit. Nil mirum, quod tot tantisque laboribus occupatus, hac de re, levis sane præ aliis suis momenti, maluerit aliorum judicio inniti, quam operosius inquirere : sic aliorum et maxime Harlesii auctoritate abreptum eum dixerim ad incusandum (ibid.) hac de causa Labbeum. Vid. quæ diximus part. I, pag. 253, not. 14.

[6] Vid. § XLIV.

bus[1], qui in oppositam sententiam quasi orientalium Ecclesiarum propriam abierunt. Sed neque facile dederim, hinc prorsus abesse rationes, quæ cum ad Patriarcharum universim, tum inter eos ad Germani senioris scripta conquirenda impellere Maium potuerunt. Undenam enim majori hæc digna pretio habentur, nisi quod patriarchales sedes veluti quædam centra censentur, in quibus omnium subjectarum Ecclesiarum fidem cernere liceat? Atqui potiori quodam jure id in Germano posteriori valere debet; quandoquidem novimus, potestatem illam auctoritatemque, quam sibi in reliquas Orientis Ecclesias byzantini præsules paulatim usurparunt, temporum decursu magis semper magisque accrevisse. Quinimo conditio junioris Germani, quicum incassum ceciderunt Gregorii IX curæ ad Græcos unicæ veræ Ecclesiæ reconciliandos impensæ, adhuc majus ejusdem testimonio robur addit. Nam cum utrique dissidentium parti communem eam doctrinam comperiamus, neque ulla ea de re quæstio mota sit in collationibus inter Gregorii IX legatos et græcos episcopos Germano duce coactos institutis, plane conficitur, ejusmodi doctrinam græco ipso schismate antiquiorem esse, eoque etiam oborto pacifice utrobique obtinuisse. Denique, licet non abnuerim, ea subinde in hujus Germani scriptis recurrere, quæ merito ansam Lequinio[2] præbuerint ejusmodi opuscula *inficeta* appellandi; nihilominus audivimus superius Combefisium de quodam illius sermone affirmantem, *floribus eum rhetoricis* imo et *theologicis margaritis* exornari; et ne plura heic congeram[3], notum est, multos emunctæ sane naris viros, qui ceterum certa ejusdem opuscula non ignorabant, existimasse, tribui eidem posse nonnullas etiam Germani senioris homilias, quas profecto insulsas nemo dixerit. Verum quî, inquies, ista concilientur? Haud

[1] Vid. quæ diximus in *Præf. ad orationem Isidori Thessalonicensis in Deip. Nativitatem*, part. I, a pag. 200.

[2] Vid. nostram *disquisitionem de Germani homiliis*, part. I, p. 255.

[3] Præter alios Harlesius hunc Germanum *pium* dicit et *eruditum* (*Bibl. Græc.* vol. XI, pag. 162). Num singularem *pietatis* laudem ab Harlesio extorsit infensus Germani animus in Catholicam Ecclesiam?

ægre id assequeris, si duo reputes. Primo enim indocta plane et inepta (quod oppugnantibus veritatem usuvenit) reperies, quæ in Latinos scripsit : hinc Alb. Fabricius[1] opusculum *de Azymis* appellare non dubitat *inficetum prorsus et inscitiæ plenum*. Deinde vero qui sedulo lucubrationes ejus inspexerit, hominem deprehendet ingenio quidem pollentem, non spernenda doctrinæ supellectile instructum, et quadam etiam facundia et eloquentia non plane destitutum, at simul qui indolem hauserit a natura rusticam, moresque ex humilibus natalibus minus urbanos; quo factum sit, ut non raro persensisse satis non videatur, quid in dicendo gravitas decusque sibi postulent. Hinc sane illa contraria, quod nempe de divinis mysteriis sæpe illum reperias graviter, docte sublimiterque disserentem; tum repente in aliqua offendas, quæ ab eodem calamo profecta esse vix credas, maxime cum sermonem leporibus adspergere, argutiisque oblectare auditorum aures studet, ac præsertim si quando insectari quempiam et inter insectandum per jocos carpere aggreditur. Hoc tamen vitio eam, quam edimus, orationem minus scatere, æquus bonusque lector persentiet. Eam enim partem si demas, qua cum Judæis pugnat, quæque et nimium prolixa merito videri potest, et insulsas quoque semel aut iterum facetias præsefert[2], opusculum habes non indignum iis laudibus, quas aliis ejusdem scriptis tributa diximus.

VI. Hanc orationem, ut dixi, Hippolytus Marraccius vulgaverat ex versione Bernardini Boghil Soc. Jesu Theologi, sed latine tantum et nonnullis locis hiantem, propterea quod, ut ex eodem Marraccio superius audivimus, codex ad legendum maxime difficilis videretur; cui sane vitio græci exemplaris ad Boghilum transmissi tribuendum puto, quod alias a genuina Auctoris sententia versio plus minusve discedat. Mihi vere feliciter contigit, ut græcum exemplar et integrum et emendatissime descriptum haberem, idque tum egregio sacerdoti Andreæ Steinhuber, Germani Ungarici in Urbe Collegii paucos ante annos alumno,

[1] *Bibl. Græc.* vol. XI, pag. 163.
[2] Vid. § XIV.

tum doctissimo viro, quem superius laudavi, Georgio Krabinger, plane debeo. Et ille quidem, pro summa sua in me benevolentia, non modo curam inquirendi codicis Augustani, quem Marraccius indicabat, sed eo demum invento in Bibliotheca Monachiensi[1], homiliæ quoque sua ipse manu exscribendæ laborem ultro in se suscepit, codicisque difficultates pro solertia sua ac græcarum litterarum peritia felicissime pervicit. Hic vero pro singularissima humanitate non modo solvendis dubiis præsto fuit, sed scholiis eruditione sua dignis descriptum exemplar exornavit, eamque codicis descriptionem tum palæographicam tum historicam addidit, ut plane nihil desiderandum relinqueret.

Juverit porro nonnulla ad historiam ejusdem codicis spectantia, ab eodem præclarissimo viro adnotata, hic subjicere : *Fuit quondam* Johannis Birgotis[2] *et postero tempore* Antonii Eparchi, episcopi Corcyrensis, *cujus pretiosissimam codicum Mss. (in primis Græcorum Patrum) supellectilem Reipublicæ Augustanæ Senatus, procurante* Philippo Waltero, *Venetiis anno* 1544 *vel* 1545 *octingentis aureis coemit; commemoratur enim ab* Hieronymo Wolfio, *qui primus egregium illum codicum antiquissimorum thesaurum breviter descripsit in libello hodie rarissimo, cui titulus erat :* Catalogus Græcorum librorum manuscriptorum Augustanæ Bibliothecæ[3]; *item a* Daniele Hœschelio, *Wolfii discipulo et ejusdem bibliothecæ Præfecto, qui istos libros accuratius recensuit in* Catalogo Græcorum Codicum, qui sunt in Bibliotheca Reipublicæ Augustanæ Vindelicæ[4].

Addidit Martinus Crusius, ad quem missus erat hic liber : Διέγνων ἐγὼ Μαρτῖνος ὁ Κρούσιος ὅλον τὸ τεῦχος τόδε ἐν Τυβίγγῃ ἀφοή παλαιὸν ὄν.

[1] Translatus fuerat simul cum aliis Monachium, et in magnificentissima regia Bibliotheca nunc n. 393 notatur.

[2] Fol. 263 legitur nomen possessoris *Johannis Birgotis.*

[3] *August. Vind. ex officina Michaelis Mangeri* MDLXXV.

[4] *August. Vindel. ad insigne pinus Anno* MDXCV.

ΓΕΡΜΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΝΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ.

Δέσποτα, εὐλόγησον.

I. Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἰερουσαλήμ. Ἐκ τῆς

GERMANI

SANCTISSIMI CONSTANTINOPOLEOS NOVÆ ROMÆ ARCHIEPISCOPI
ET OECUMENICI PATRIARCHÆ

SERMO

IN DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM

Benedic, Pater.

I. *Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem*[a].

[a] *Is.* XL, 9. Cum græca ss. Bibliorum exemplaria constanter heic legant, ἐπὶ ὄρος ὑψηλὸν ....., patet, mendoso codice usum esse Nicodemum monachum, qui (*Heortodrom.* pag. 208) initium hujus homiliæ refert hisce verbis : Ἐπὶ ὄρος ὑψηλοῦ .....

κατηνθρακωμένης τοῦ Ἡσαΐου γλώττης τῷ τοῦ θείου ἄνθρακος γεύματι δανειστέον τὸ προοίμιον, ὥσπερ ἀπὸ γείτονος γείτων μεταλαμβάνει πυρός. Ἀρχιθυροῦσι γὰρ τὰ τῆς νέας χάριτος τοῖς παλαιοῖς, καὶ φῶς ἓν ἐξ ἀμφοτέρων ἀνάπτεται· καὶ λύχνος γίνεται τοῖς ποσὶ τῶν τρεχόντων εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἀνεύρεσιν.

Ἀνωφορείσθω τοίνυν ὁ λόγος οὕτω πεπυρωμένος πρὸς τὸ τῆς ἡμέρας ὕψος μετάρσιον· καὶ συνιπτάσθω Γαβριὴλ τῷ πυριμόρφῳ ἀγγέλῳ. Τοῦτον γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος πρὸς τὰ τῆς πανυπεράγνου παρθένου εὐαγγέλια συντονώτερον κατεπείγει· τὴν δὲ εἰς

Ab Isaiæ lingua e divini carbonis tactu ignita[a] dicendi proœmium mutuandum fuit, non secus ac vicinus a vicino petere ignem solet. Et proxima sane veteribus illis sunt quæ spectant ad novam gratiam, et utraque ad accendendam conspirant unam facem, quæ lucerna fit[b] pedibus eorum, qui ad inveniendam veritatem properant.

Hoc itaque incensa igne ad excelsam hujus diei sublimitatem sese attollat oratio; et cum Angelo Gabriele, adinstar flammæ rutilante[c], simul advolet. Hunc enim ad nuntium felix Virgini illi supra captum purissimæ[d] deferendum propheticus sermo vehementius provocat; cam vero in Hierusalem et Sion a longe

[a] *Is.* VI, 6-7. *Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari : et tetigit os meum.*

[b] *Ps.* CXVIII, 105.

[c] Adeo non Græcis modo, sed et Syris, Coptis, Armenis consuetum fuit cœlestibus Spiritibus quamdam veluti formam igneam tribuere, ut ad eos indicandos non raro absoluta voce *ignei* seu *flammei* utantur. Neque admodum repugnandum, si quis hunc morem contendat deductum esse ex Psaltis verbis (Ps. CIII, 4) : *Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem,* seu ut Græci legunt πῦρ φλέγον seu πυρὸς φλόγα, seu πῦρ λάβρον, seu πυρίνην φλόγα, vel φλογερὸν πῦρ. Conf. Joan. Lorinum in h. l.

[d] Vide singulare studium exquisitissima usurpandi vocabula ad singularem Deiparæ puritatem dotandam : alias autem innuimus (*in not. ad* § VI *Orat. Isidori Thessal.*, part. I, pag. 433), vix aliam vocem proferri posse, qua puritas et intensive et extensive summa significetur.

Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν ἡ προφητικὴ διόπτρα προέβλεψε, τὸ μὲν ὡς πόλιν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, περὶ ἧς κυρίως δεδοξασμένα λελάληται· τὸ δ' ὅτι πρὸς κατοικίαν ἑαυτοῦ τὴν ὑψηλὴν ταύτην Σιὼν ᾑρετίσατο.

II. Τὸ δὲ συναγόμενον ὡς ὑπερφυές. Τῷ οὐρανοβάμονι γὰρ τούτῳ τῷ τοῦ Θεοῦ πρωταγγέλῳ προδήλως ὁ λόγος διακελεύεται, ὡς ἀπὸ πεδινοῦ τινος ἥκοντι καὶ ἀγχωμάλου, ἀνατρέχειν εἰς ὕψος, καὶ τὴν φωνὴν ἰσχυρῶς ἀνυψοῦν.

Ἔστι γάρ, ἔστιν ὡς ἀληθῶς ἡ παρθένος τῶν οὐρανίων ἀψίδων ὑψηλοτέρα, καὶ τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων θεοειδεστέρα· κἂν περί που βαδίζῃ τῆς Γαλιλαίας, εἰς κατακυλιστὴν δὲ ἡ Γαλιλαία μεταγλωττίζεται, καὶ τὴν τοῦ βίου κοιλάδα πατῇ ἀνθρωποπρεπῶς,

---

prophetica dioptra prospiciebat, sive tanquam civitatem magni Regis, de qua[a] proprie *gloriosa dicta sunt*, sive tanquam excelsam hanc Sion, quam *in suam* ipsius *habitationem Deus elegit*[b].

II. Quod vero conficitur, quam sublime supra naturæ fines eminet! Illi enim inter Angelos Dei principi, qui per cœlos graditur, quasi ex humili atque ima regione proficiscatur, (propheticus) sermo manifeste indicit, ut in altum ascendat, ac vocem vehementer attollat.

Est enim Virgo, est omnino cœlorum verticibus sublimior, ac præ Angelis divina forma præstantibus, Deo longe similior[c], etsi in angulo quodam Galilææ versetur (Galilæa autem, vi vocis spectata, humilem locum significat), atque, ut humana fert con-

[a] *Ps.* LXXXIII, 3.

[b] *Ps.* CXXXI, 13.

[c] Postulat contextus, ut sanctæ Virginis eminentia atque expressissima cum Deo similitudo non ad divinæ maternitatis honorem, sed ad prærogativas animæ insitas referatur. Iis ergo anima ejus splendoribus, etiam antequam ab Angelo salutaretur, enitebat, ut Angelis eminentior, sanctior, purior, pulchrior prædicanda foret.

κἂν ἐπὶ τῆς Ναζαρὲτ τῷ πενιχρῷ τοῦ τέκτονος συγκλείηται οἰκήματι.

III. Ἐν ᾧ δὴ καὶ τὸ μέγα μυστήριον ἐνθαλαμεύεται· καὶ ἀφ' ἑστίας ὁ μάρτυς, ὃ δήπου καὶ λέγεται. Ὁ γὰρ οἰκοδεσπότης καὶ τὸ τούτου τεχνούργημα, τὸ πᾶν ἐν ὀλίγῳ διαγράφει μυστήριον. Τῷ λόγῳ μὲν οὖν κυρίου ἐστερεῶσθαι τοὺς οὐρανούς, καὶ ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ μαρτυρεῖ· ὁ δὲ λόγος ἐνούσιος καὶ ὑπερούσιος· καὶ οὐ τὸν ὄροφον τοῦτον ἐστερέωσε μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν ἐντὸς τῆς παντοστεγοῦς σφαίρας ἐμπεριειλημμένην σύστασίν τε καὶ σύγ-

---

ditio, vitæ hujus vallem perambulet; etsi paupere fabri tecto in Nazaret se contineat.

III. Qua quidem in re magnum præterea latet mysterium; et, quod utique etiam in proverbio est, e domo præsto est testimonium[a]. Nam paterfamilias, et ars fabrilis, quam ipse exercet, compendiario totum oculis mysterium subjiciunt. Et sane vel ipse rex David testatur[b], *verbo Domini cœlos firmatos esse;* Verbum porro subsistens[c] intellige, et supersubstantiale, qui non modo hæc cœli convexa, sed et universas, quæ hoc omnia circumcingente ambitu continentur, creaturas earumque ordi-

[a] Haud eodem plane sensu, uti patet, Auctor usurpat adagium, ἀφ' ἑστίας ὁ μάρτυς, ac veteres Græci dicere consueverunt, οἴκοθεν ὁ μάρτυς. Hoc enim postremum in testem quadrat, cui, tanquam suspecto, vix ulla fides haberi possit : id autem prorsus alienum est a scopo Germani. Putaverim itaque, *testem domesticum* heic appellari Davidem, e cujus progenie sancta Virgo exorta est. Testatur autem David, in fabrili arte Josephi prostare mysterii typum, quatenus Dei Verbum exhibet veluti hujus universi artificem, qui dein ad collapsum tabernaculum restaurandum manum admovet.

[b] *Ps.* XXXII, 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt.*

[c] Ἐνούσιος, cui opponitur λόγος προφορικὸς et ἀνούσιος. Ea de re Cyrillus (lib. V *in Johan.*, cap. V, v. 29) : Οὐκ ἔστιν ἀνυπόστατος, ὥσπερ ἀνθρώπινος λόγος, ἀλλ' ἐνούσιός τε καὶ ζῶν, ὡς ἰδίαν ἔχων ἐν Πατρὶ καὶ μετὰ Πατρὸς τὴν ὕπαρξιν : *Non caret subsistentia, ut humanum verbum; subsistens est ac vivens, ut qui propriam in Patre et cum Patre exsistentiam habet.*

κρισιν. Ἥκει δὲ νῦν τὴν πεπτωκυῖαν τοῦ Δαυὶδ σκηνὴν ἀναστήσων, καὶ ἀνανεώσων ἐπιτερπέστερον. Ἐκλελοίπασιν οἱ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἄρχοντες· συνδιαλέλυται καὶ ἡ βασιλεία Δαυὶδ, καὶ ἡ τούτου σκηνὴ κατηρείπωται. Ἐγείρεται δὲ κέρας σωτηρίας σήμερον ἐν οἴκῳ Δαυὶδ, εἴτουν τοῦ ἐκ φυλῆς Δαυὶδ γενεαλογουμένου Ἰωσήφ. Κέρας δὲ σωτηρίας ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ ἠγαπημένος ὢν υἱὸς τοῦ πατρὸς, υἱὸς μονοκερώτων ὠνόμασται, καὶ ὁ ἠγαπημένος, ἄδοντος τοῦ ψαλμοῦ, ὡς υἱὸς μονοκερώτων. Καὶ ἄνω γὰρ μονογενῶς ἐκ μόνου προεξήνυγασε τοῦ πατρὸς, καὶ κάτω προσφάτως ὁ αὐτὸς ἐκ μόνης μητρὸς ἀνατέταλκεν· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ προσδοκία ἐθνῶν προηγόρευται. Ἀνοικοδομεῖ τοίνυν τὴν σκηνὴν ταύτην, οἷόν τινα βάσιν καὶ θέμεθλον ἀρραγῆ τὴν ἑαυτοῦ ἀΐδιον ὑποστήσας θεότητα· καὶ ταύτῃ ἐποικοδομήσας καὶ ἐπιστηρίξας

---

nem firmavit. Nunc autem hic advenit ad collapsum Davidis tabernaculum rursus erigendum, ac jucundius[a] restaurandum. Defecerant jam principes e tribu Juda; Davidis quoque regnum dissolutum erat, et simul tabernaculum ejus corruerat. Ast hodie *in domo David cornu salutis erigitur*[b]; siquidem e familia David suam Josephus ducit originem. Cornu autem nostræ salutis est Christus, qui cum et *Patris dilectus sit filius*[c], filius unicornium appellatus est, canente Psalmista[d]; *et dilectus quemadmodum filius unicornium*. Nam ipse et in cœlis ut unigenitus ex solo Patre natus effulsit, et in terris ex sola matre ortus est in tempore, ipse, inquam, qui et *exspectatio gentium*[e] vocatus fuit. Hoc itaque tabernaculum rursus ædificat, æternam suam ipsius deitatem quandam veluti basim ac fundamentum inconcussum

[a] Nisi forte pro ἐπιτερπέστερον (*jucundius*), legendum sit ἐπιπρεπέστερον (magnificentius), prout res malle videtur.

[b] *Luc.* I, 69.

[c] *Luc.* III, 22.

[d] *Ps.* XXVIII, 6.

[e] *Gen.* XLIX, 10.

τὸ πρόσλημμα τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ τοῦ πνεύματος. Καὶ[1] οὕτως ἀποθανατίζει τὴν βασιλείαν· τῆς γὰρ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

IV. Ταῦτα καὶ διὰ τῶν προφητῶν προλελάληται. Καὶ ὁ ἐπαγγειλάμενος ἀψευδής· Μετὰ ταῦτα γάρ, φησὶν, ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ὡς ἀκρογωνιαῖος λίθος Ἰουδαίους συνάπτει τοῖς ἔθνεσι, καὶ τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγὺς ἐπαγγέλλεται εἰρήνην εὐαγγελίζεσθαι· καὶ οὐ μόνον ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατὰ σάρκα

[1] Cod. particulam καὶ bis repetit.

---

supponens, et super hanc illud exstruens ac firmans, quod (Sancto) Spiritu operante assumpsit. Et hac quidem ratione regnum statuit sempiternum; nam[a] *regni ejus non erit finis.*

IV. Hæc et per prophetas prædicta sunt. Cum enim ista et ille polliceretur, qui fallere nescius est: *Post hæc*, inquit[b], *revertar, et reædificabo tabernaculum David, quod decidit, et diruta ejus reædificabo, et erigam illud, ut requirant ceteri hominum Dominum, et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum super eos.* Hic porro et tanquam *lapis angularis*[c] Judæos cum gentibus conjungit; *ac pacem se annuntiare profitetur tum iis qui longe, tum iis qui prope sunt*[d]; neque solum[e] *sedet in throno David patris ejus* secundum carnem; sed etiam

[a] *Luc.* I, 33.
[b] *Act.* XV, 15, 16 ex *Amos* IX, 11, 12.
[c] *Is.* XXVIII, 16 : *Eph.* II, 20 : I *Petr.* II, 6.
[d] *Is.* LVII, 19.
[e] *Ps.* CXXXI, 11 : *Is.* IX, 7 : *Jerem.* XXXVI, 30.

ἐνιδρύεται, ἀλλὰ καὶ βασιλεύει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. Πότε δὲ, τὸ ἐπαγόμενον τῆς προφητείας δηλοῖ. Εἰπὼν γάρ· ὁ Θεὸς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὰ ἔθνη, ἐπήγαγεν· ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ὅδε ἐστὶν ἡ παρθένος, καθ' ἣν ἐνθρονισθεὶς διὰ τῆς ἐξ αὐτῆς σαρκώσεως, τῆς τῶν ἐθνῶν βεβασίλευκε πανσπερμίας, ὑπήκοα ταῦτα παραστησάμενος ἑαυτῷ.

Οὕτω μὲν οὖν νομισθεὶς πατὴρ τοῦ ἐπὶ γῆς ὀφθέντος Θεοῦ, τὴν βουλὴν προεσχημάτισε τῷ σφετέρῳ ἐπιτηδεύματι τῆς κοινῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀναπλάσεως. Καὶ ἡ παρθένος δὲ, ἀξιόχρεως διάκονος εἰς τὴν ταύτης ἀνοικοδόμησιν, οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῆς χορηγοῦσα τὰς πανάγνους ὕλας καὶ τῷ ἀΰλῳ ἐπιτηδείας, ἐξ ὧν ἡ ζῶσα σοφία τοῦ Θεοῦ τὸν οἶκον ἑαυτῆς ᾠκοδόμησεν, ἑπτὰ ἐστύλοις

---

regnat Deus super gentes[a]. Quando autem (hæc futura sint), declarat, quod in ipso vaticinio additur. Cum enim dixisset[b] : *Regnavit Deus super gentes;* protinus subdidit[c] : *Deus sedet super sedem sanctam suam.* Hæc autem sedes est Virgo, in qua per carnem ex ipsa assumptam veluti in throno sedens, cum variarum gentium universitatem sibi obsequentem effecisset, super omnes regnavit.

Sic igitur ille, qui Dei in terra apparentis pater putabatur[d], ejusdem de universo nostro genere restaurando consilium arte sua fabrili in antecessum adumbravit. Virgo autem dignissima insuper hujus reædificationis cooperatrix fuit, non aliunde, sed ex semetipsa plane immaculatam ac (Deo) materiæ experti congruentem materiam suppeditans, e qua vivens *Dei sapientia ædificavit sibi domum, columnis septem innixam*[e]; totidem enim

[a] *Ps.* XLVI, 9.

[b] *Ibid.* sec. LXX, qui legunt ἐβασίλευσεν (*regnavit*), ubi Vulgatus habet *regnabit.*

[c] *Ibid.*

[d] *Luc.* III, 23. *Putabatur filius Joseph.*

[e] *Prov.* IX, 1. Quod dicitur *vivens sapientia* (σοφία ζῶσα), palam facit,

ἑπτά· τοσαυτάριθμα γὰρ τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα· ἐκ πνεύματος δὲ ἁγίου καὶ ἡ σύμπηξις τοῦ προσλήμματος [1].

V. Ἀλλὰ πῶς ἂν ὁ ἐμὸς λόγος, χαμερπὴς ὢν καὶ διανοίας ἄγγελος χαμαιζήλου, ἐπὶ τηλικοῦτον ὕψος ἐπιτολμήσειε, ὡς θεοειδεῖ συμπτερύξασθαι πρωταγγέλῳ, καὶ πρὸς ὄρος τοῦτο φθάσαι τὸ θεοβάδιστον, ὡς πρὶν Μωϋσῆς ἐπὶ τὸ Σινά; Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ταύτην ἡμέραν τὸ τῆς νηστείας ἀνύομεν τεσσαρακονθήμερον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἐκείνου φέρομεν κάθαρσιν· ὅτι μηδὲ κατ' ἐκεῖνον ἡμεῖς νηστευταὶ, καὶ οὐδὲν τῶν θαυμαστωσάντων ἐκεῖνον πλουτοῦμεν, ὅτι μὴ τὴν βραδυγλωσσίαν μόνην καὶ τὸ ἰσχνόφωνον. Ἢ πῶς ἂν ἀπρόσκοπα τὴν ἐπὶ τὴν Ναζαρὲτ βαδίσω-

[1] Cod. προσλήματος.

---

numero sunt charismata (Sancti) Spiritus; idem autem Spiritus et assumptæ carni formam indidit.

V. Verum quomodo oratio mea, humi repens ac mentis humo defixæ interpres, ad tantam sese efferre celsitudinem audeat, ut simul cum Angelorum principe, Dei speciem habente, alas explicet, et ad hunc montem, in quo Deus deambulat, non secus ac olim Moyses in montem Sina, subito ascendat? Licet enim nos quoque quadraginta dierum jejunium præsenti hac die absolvamus[a], non eamdem tamen, ac ille, puritatem consecuti sumus; quoniam neque jejunium nostrum cum jejunio illius comparandum est, neque, præter unam linguæ tarditatem exilitatemque vocis, quidquam eorum possidemus, quæ illum admirabilem effecerunt. Aut quomodo inoffenso pede viam, quæ

sermonem esse de Sapientia *subsistente*, videlicet de filio Dei. Hinc, ut paulo ante vidimus, *viventem* (ζῶντα) Cyrillus dicit Λόγον (*Verbum*), ut *subsistentem* fateatur.

[a] Hinc patet, homiliam habitam esse postremo jejunii quadragesimalis die; annus autem quo Pascha sequenti die XXVI Martii recurrebat, sub Germano II reperitur MCCXXVIII.

μεν φέρουσαν, εἰ μὴ Θεὸς ἐξαποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου τοῦ λόγου, καὶ τὴν ὁδὸν ἔμπροσθεν αὐτοῦ κατασκευάσει εὐδιάβατον; Ὑπὸ τοίνυν προηγῷ τῷ φωτοειδεῖ τούτῳ ἀρχαγγέλῳ ἀγόμενοι, εὖ οἶδα, ὡς κατευθυνθησόμεθα εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Ὡραῖοι γάρ εἰσιν οἱ πόδες αὐτοῦ εὐαγγελιζομένου τῇ πανάγνῳ εἰρήνην καὶ ἀγαθά· Χριστὸς δέ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Ἥκει γὰρ τὰ διεστῶτα συνάψαι, καὶ τὰ διαμαχόμενα εἰρηνεῦσαι, ἀγαθὰ τὰ ἐκ τῆς εἰρήνης ταύτης δαψιλῶς τῷ κόσμῳ πηγάσαντα τῇ τῆς θεομήτορος μεσιτείᾳ.

VI. Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἐκ Θεοῦ εἰρήνη σωτήριος φύσει, καὶ τῆς ἀστασιάστου καὶ μακαρίας διαγωγῆς ἐπιστάτις καὶ ἔφορος, πάντοτε ἀγαθὴ, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα, πάντη πάντως ἀνεπίδεκτος

---

ducit ad Nazaret, teremus, nisi Deus miserit Angelum suum ante faciem Verbi[a], et facilem ante eum viam paraverit? Hunc porro refulgentem Archangelum cum ducem habeamus, *in viam pacis*, certe scio, *dirigemur*[b]. *Speciosi* enim *sunt ejus pedes evangelizantis purissimæ* (Virgini)[c] *pacem et bona*[d]; *pax* vero *nostra Christus est*[e]. Advenit enim, ut dissita conjungat, ac pugnantia ad pacem componat, quæ quidem bona, ex hujusmodi pace profluentia, mediatrice Dei matre, uberrime in universam terram effusa sunt.

VI. Salutaris itaque ex natura sua est pax, quæ est a Deo, et imperturbatæ beatæque vitæ conciliatrix et custos, et semper bona, sibique perpetuo constans, undique turbulentis dissidiis,

[a] *Mal.* III, 1 : *Luc.* VII, 27 : *Marc.* I, 2. Quod de incarnato Dei Verbo scriptum est, non sine aliquo abusu ad sermonem suum Auctor transferre videtur.

[b] *Luc.* I, 79.

[c] Vides Deiparam indicatam absoluta appellatione τῆς πανάγνου, quod significat ἁγνὴν κατὰ πᾶν, ac proinde *omni ex parte puram* antonomastice compellatam.

[d] *Rom.* X, 15 : *Is.* LII, 7 : *Nah.* I, 15.

[e] *Eph.* II, 14.

θορυβοποιοῦ διχονοίας καὶ σκινδαλμοῦ. Ἡ δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰρήνη, καὶ ἡ χαμαὶ ἐρχομένη ὁμόνοια, οὐ πάντοτε ἀγαθή· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πονηρεύεται, καὶ πολεμιωτέρα πολέμου εὑρίσκεται τῶν εἰρηνευόντων συνδιατιθεμένη τῇ προαιρέσει· ὥσπερ αὖ τοὐναντίον καὶ πόλεμός ποτε εἰρήνης εἰρηνικώτερος, καὶ τῆς κατὰ γνώμην συνεχείας σωτηριωδεστέρα ἡ διέχεια.

VII. Εἰρήνευσεν ἡ προμήτωρ μου ἐν παραδείσῳ μετὰ τοῦ ὄφεως, καὶ εἰς ὁμιλίαν συνῆλθον ἥ τε φιλάγαθος φύσις καὶ ἡ μισάνθρωπος προαίρεσις, ὁ σατάν. Καὶ ἦν ἡ μὲν γυμνὴ τῇ ἁπλότητι· ὁ δὲ τὴν διπλοΐδα περιβεβλημένος τῆς δολιότητος, ἧς τὸ μὲν ἐκτὸς καὶ ὑπόψιον τὸ στιλπνὸν τῆς ἰσοθείας καὶ φωτοειδὲς ὑπεφάνταζε, τὸ δ' ἔνδον καὶ ὑποκρυπτόμενον μόνον ὑπῆρχεν ἀλωπεκῆ, καὶ ὑπέκλεπτε πρὸς ἀπάτην, καὶ τῷ τὴν ἀλωπεκῆν ὑποδυομένῳ λέοντι, μαινομένῳ εἰς βρῶσιν, ὑπέσυρεν.

Ἐκ ταύτης τῆς ὁμιλίας καὶ τῆς ἑνώσεως συνελαμβάνετο πόνος,

---

ac levi etiam scissioni omnino inaccessa. Quæ vero inter homines pax est, atque e terrenis enascitur, animorum consensio, haud semper est bona; quin imo fit, ut quandoque scelesta exsistat, et cum illorum, qui pacem eam habent, studiis componitur, bello ipso infestior reperiatur; quemadmodum e contrario plus pacis inest interdum in ipso bello, plusque salutis in discordia, quam in ea, quæ humana paritur voluntate, concordia.

VII. Pacem habuit prima parens mea in paradiso cum serpente, et convenerunt simul ad colloquendum hinc amans recti natura, inde osor humani generis animus, Satanas. Et erat illa quidem sincere agens in simplicitate sua; iste vero indutus amictu fraudulentiæ erat, cujus exterior quidem species fulgorem æqualitatis cum Deo ac splendidissima quæque callide proponebat; quod vero interius abscondebatur, ad vulpinos tantum dolos tendebat, subducebatque paulatim in deceptionem, atque ad leonem vulpina pelle indutum, prædæ inhiantem pertrahebat.

Ex hoc colloquio atque unione *concipiebatur dolor, et* vul-

καὶ ἐτίκτετο ἀνομία, τοῦ θείου νόμου παρεκτρωθέντος τῇ δηλητηριώδει βρώσει τοῦ ξύλου· ἡ δὲ ἀνομία θάνατον ἀπεγέννησε, τὴν πικρὰν ἔχιδναν τὴν τῆς προμήτορος ἀναιρέτιν.

Τίθησιν ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης ἔχθραν ἀνὰ μέσον ἀνθρώπου καὶ ὄφεως, καὶ πόλεμον ἀκατάλλακτον τῷ παντὶ αἰῶνι παρεκτεινόμενον. Αὐτός σου τηρήσει, φησὶν, κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν· εἴτουν ἐν ἀμφοτέροις διηνεκίζον ἔσται τὸ μάχιμον καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους· ἐπὰν[1] ὁ μὲν ἄνθρωπος τῆς πρώτης ἐκείνης ἐξαπάτης[2] ἀείμνηστον ἕξει τὸν δόλον, καὶ πειρῶτο τὴν ἧτταν ἀναμαχέσασθαι, σὲ δὲ φοβεῖσθαι τὴν ἄμυναν καὶ τὸ ἀντίποινον. Ἔσται γὰρ, ἔσται, ὅταν σὺ, ὁ νοούμενος ὄφις, τὴν τοῦ ἀνθρώπου πτέρναν τηρήσεις. Ἐφ' ἡμερῶν γὰρ τῶν ἐσχάτων δοθήσεταί οἱ ἄμαχος

[1] Vigerus, nemine diffitente, tradit, particulam ἐπὰν tantum de tempore usurpari : at palam est, alio sensu heic eam adhiberi.

[2] Cod. ἐξ ἀπάτης.

---

nere divinæ legi per exitialem ligni esum inflicto, *pariebatur peccatum*[a]; *peccatum vero generavit mortem*[b], crudelem viperam, quæ primam matrem occidit.

Rex autem pacis inter hominem ac serpentem *inimicitiam ponit*[c], bellumque implacabile in omnia sæcula duraturum. *Ipse*, inquit[d], *observabit caput tuum, tuque observabis calcaneum illius*, id est, jugis inter utrumque et ab initio ad finem usque erit pugna; quandoquidem homo primæ illius fraudis laqueum memoriæ defixum semper retinebit, et cladem rependere, teque ultionis ac pœnæ timore terrere conabitur. Erit enim, erit, quando tu, spiritualis serpens, calcaneum hominis observabis. Nam postremis illis diebus inexpugnabilis ipsi *potestas calcandi*

[a] *Ps.* VII, 15.
[b] *Jac.* I, 15.
[c] *Gen.* III, 15.
[d] *Ibid.*

ἐξουσία τοῦ πατεῖν ἀπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμίν σου, ἐχθρέ.

VIII. Τοιαῦτά μοι κατὰ τὴν Ἐδὲμ ἀρχαιότατα πτώματα· ἐκ δὲ τῆς Ναζαρὲτ πᾶν, εἴ τι ἀγαθὸν, διὰ γυναικὸς ἐκπηγάζεται. Εἰρήνης ἐπ' αὐτὴν ἐφίπταται ἄγγελος, τὰ τῆς μυστικῆς ἑνώσεως εἰσηγούμενος μήνυτρα. Τῷ γὰρ ὄφει πάλαι πεισθέντες, ἠπειθήσαμεν τῷ δημιουργῷ, καὶ προσρυέντες τῷ ἀποστάτῃ, τοῦ βασιλέως ἀπερράγημεν. Κεκατήραται ἡ Εὔα, κεχαρίτωται δὲ ἡ Μαριάμ· ἡ ῥίζα πικρὰ, ὁ δὲ καρπὸς γλυκύτερος μέλιτος· ἡ ῥίζα τῇ γῇ κατορώρυκται πρὸς φθοράν, ὁ καρπὸς τὴν γῆν ὑπερίπταται τῇ ἐξ ἀγιότητος ἀφθαρσίᾳ· ὅπου γὰρ ἡ ἁγιωσύνη, ἐκεῖσε καὶ τὸ ἀκήρατον· ὅπου φρόνημα κοιλαινόμενον, οἷον ἐκ μετριοφροσύνης, καὶ ταπεινούμε-

---

supra serpentes ac scorpiones[a], tuamque omnem, inimice, potentiam proterendi tribuetur.

VIII. Et hæ quidem mihi in Eden (obvenerunt) antiquissimæ clades; sed e Nazaret omne per mulierem, quidquid est boni, dimanat. Ad hanc advolat Angelus pacis, mysticæ unionis nuntium allaturus. Nam cum serpenti olim præbuissemus aures, contumaces in Creatorem fueramus, et ad apostatam deficientes, eramus a rege divulsi. Maledicta fuit Eva, repleta autem fuit gratia Maria; radix acerba, sed fructus melle duclior[b]: radix in terra ad corruptionem sepulta est; fructus terram supervolat in sanctitatis incorruptibilitate; ubi enim sanctitas, ibi est et integritas; ubi animi sensus, quantum per modestam sui opinionem licet, se deprimit ac humiliat, illic cœlestis imber dela-

[a] *Luc.* X, 19.

[b] Iste ergo fructus, Maria scilicet, particeps non fuit acerbitatis illius et corruptionis, quæ radicem infecerat. Si enim fingas, sermonem esse de dulcedine, quæ acerbitati ejusdem fructus successerit, jam nulla Evam inter ac Mariam oppositio intercederet : nam tenemus omnes, etiam Evam divinæ gratiæ ope a peccato mundatam fuisse, atque adeo etiam Evam hoc sensu, acerbitate exuta, dulcem fructum evasisse.

νον, ἐκεῖ ὁ ἐπουράνιος ὄμβρος κατιὼν ἐλλιμνάζεται. Ὄφεως ἐπαγγελλομένου τῇ προμήτορι θέωσιν, τῷ λόγῳ εὐθὺς ἐπεπήδησεν· οὐρανοβάμονος ἀρχαγγέλου εὐαγγελιζομένου, Θεοῦ μητέρα γενέσθαι τὴν Μαριὰμ, αὐτὴ καθυποστέλλεται, καὶ διευλαβεῖται, καὶ τὰ εὐαγγέλια πολυπραγμονεῖ. Οὕτως τὸ εὔκολον τῆς γυναικείας φύσεως ὑπερανέβη. Οὕτως ἦν πάντοθεν κατεσφραγισμένη τοῦ μεγάλου βασιλέως ἡ πύλη.

IX. Κατωκάρα, φασὶ, τὰ δένδρα βιοῦν, καὶ τὰς ῥίζας ἔχειν ὡς κεφαλὰς, κἀκεῖθεν βδάλλοντα τὴν ὑγρότητα περὶ τοὺς καρποὺς διασωληνίζειν καὶ ἀνασύρειν μετέωρον. Οἱ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀρχηγοὶ πρὸς γῆν ἐπὶ κεφαλὴν κατωρύγησαν, καὶ σκώληκες ῥιζωρύχοι τὰς ῥίζας ταύτας κατεβοσκήθησαν. Τὸ δὲ τελευταῖον καὶ ὁ καρπὸς ἀφθαρσίας ἐμπέπλησται, καὶ μεταγγίζει ταύτην κἀπὶ τὰς ῥίζας ἐνηλλαγμένως τῇ τάξει τῆς φύσεως· καὶ ἀναγεννᾷ τὸ γέννημα

---

bens stagnat. Cum serpens primæ parenti divinitatem polliceretur, exsiliens illa verbum arripuit; (contra) dum Archangelus per æthera gradiens Mariæ denuntiat ipsam electam in Dei matrem esse, semet hæc colligit, sibi sollicite cavet, et quæ nuntiantur diligenter perscrutatur. Sic a muliebris generis facilitate se longe extulit! Sic obfirmata undequaque erat magni Regis porta!

IX. Aiunt, arbores capite inverso vivere, ac radices pro capite tenere, inde autem (a sepulto capite) sugentes humorem per canaliculos transmittere ac sursum attrahere ad fructus producendos. Generis nostri auctores primi in caput humo defossi erant, ac radicum arrosores teredines hasce radices depascebantur. Verum hic tandem fructus incorruptionis munere ditatus est, et, inverso naturæ ordine, hanc in radices quoque incorruptionem transfundit[a]; et quod genitum est generatores

[a] Audis Germanum proclamantem, Mariam fructum exstitisse, qui non modo corruptionem non contraxit, sed e corruptione radicem liberavit.

τοὺς γεννήτορας· ζωογονεῖ τὰ νεκρωθέντα, καὶ γλυκαίνει τὰ ἔμπικρα. Ὡς γὰρ ὑπερκειμένη καθ' ὑπεροχὴν ὑπερβολικὴν τῆς συγγενοῦς φύσεως ἐξ ἀγνείας καὶ καθαρότητος καὶ κορυφαία, οἷον ὑπεριδρυμένη καταβαίνοντα οὐρανόθεν τὸν θεῖον ὑετὸν πρώτη καθυπεδέξατο· κατέβη γάρ, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, ἐπὶ τὴν ὑπέραγνον ταύτην καὶ πανυπεραμώμητον Μαριάμ, ὡς ἂν τὴν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ξηρασίαν μυστικωτέραις θεραπεύσειε ταῖς ἀρδείαις. Χρό-

---

suos regenerat[a]; quæ demortua erant, ad vitam parit[b], et quæ amara, dulcia efficit. Supereminentissima enim prærogativa propter innocentiam et puritatem[c] super cognatam naturam elevata et coryphæa constituta, tanquam sublimissimum locum tenens divinum e cœlo depluentem imbrem prima in se excepit : *Descendit*, enim, *sicut pluvia in vellus*[d], scilicet in purissimam hanc ac supra captum ex omni parte immaculatam Mariam[e], ut ariditati, qua omnis terra squalebat, per mysticas irrigationes præsens remedium afferret. Longum sane tempus effluxerat,

[a] Gemina habes in oratione Isidori Thessalonicensis in Nativ. Deiparæ, ubi (§ IX, part. I, pag. 225) de Anna et de Adam scribit : *Anna, mater veneranda, cum generaret, Filia sua indigebat ut regeneraretur ... neque ipsa solum ..., sed et Progenitor opus habuit, ut ipsam (Mariam) veluti matrem nancisceretur.* Porro cum sermo sit de regeneratione spirituali, qua indigent quotquot in Adam perierunt, plane liquet, non posse eadem ruina interemptam eam haberi, quæ regenerationis interemptorum est causa.

[b] Deipara ergo inter demortuos non censetur : mortui autem quinam heic intelliguntur, nisi, ut diximus, quicumque peccati originalis labe infecti sunt?

[c] Puritas, quæ Mariam supra universum hominum genus elevabat, ratione habita contextus ea est, qua a communi omnium squalore sejungebatur. Atqui communis ille squalor nihil est aliud, quam primævum vitium ab Adam in posteros propagatum. Apertissime ergo Deipara a lapsorum hominum censu sejuncta describitur.

[d] *Ps.* LXXI, 6.

[e] Ut puritatem Auctor designet, propter quam in Dei matrem ac salutis humanæ mediatricem electa est Maria, hanc ὑπέραγνον, atque πανυπεραμώμητον appellat; quibus sane vocibus, quod summum excogitari potest puritatis, exprimitur.

νος μὲν ἐτρίβη μακρὸς, ἐξ ὅτου[1] ταῖς νεφέλαις ταῖς προφητικαῖς ἐντειλάμενος ἔχει, τοῦ μὴ βρέξαι ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα μὴ ἐπὶ μᾶλλον ἡ τοῦ ἀμπελῶνος ὑλομανήσειεν ἀκανθηφορία. Νῦν δ' ἀλλ' ἐπεὶ εὕρηται κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, ὑπὲρ χιόνα λευκὸν, ὑπὲρ μύρον εὐῶδες, στιλπνότητα ἠμφιεσμένον παρθενικὴν, ἡ καλλονή φημι τοῦ Ἰακὼβ, κάτεισιν ἐπ' αὐτὴν ὁ ἐπουράνιος ὄμβρος καὶ ζωοποιός. Τίς ἡ τοῦ μυστηρίου δύναμις τούτου; Τί τὸ βάθος τὸ ὑψοποιόν; Τί τὸ ὕψος τὸ ταπεινόν;

X. Ἐδέησε νομοθεσίας ποτὲ τοῖς Ἰσραηλίταις, ἐπανορθουμένης

[1] Cod. ἐξότου.

---

ex quo secundum prophetas[a] *mandaverat nubibus ne pluerent imbrem super terram*, ne vepres videlicet ac spinæ amplius in vinea succrescerent. At vero postquam in medio spinarum nunc lilium inventum est[b], nive candidius, unguentis suaveolentius, ac virgineo indutum splendore (*species*, inquam[c], *Jacob*), cœlestis in illam ac vivificans imber descendit. Quænam huic mysterio inest significatio? Quænam hæc humilitas in sublime evehens? Aut qualis hæc celsitudo humillima?

X. Israelitico olim populo necessaria fuit legum constitutio,

[a] *Is.* V, 6.

[b] Ecce tibi tritissimam illam penes Patres imaginem, qua universam Adæ progeniem ceu dumetum exhibent sentibus horrens, sanctam vero Virginem unicum inter tot spinas lilium. Ratio autem oppositionis satis evincit, privilegium illud Virginis heic designari, vi cujus a reliquis omnibus secernitur, immunitatem nempe ab eo originis reatu, qui solus omnibus est communis. Neque prætereas, quam accurate ac vigilanter hoc Virginis privilegium designet Germanus. Postquam enim Mariam lilium dixit; hinc quidem illud nive quoque candidius, ad excludendam scilicet cujusvis nævi vel levissimam suspicionem, prædicat ac suaveolentissimum, inde vero virgineo præterea decore nitens idem celebrat, quo innuat, purissimum illum candorem, cujus gratia lilii nomen Mariæ competit, alium a virginitatis candore intelligendum esse.

[c] *Ps.* XLVI, 5.

τὴν ἀπαιδευσίαν αὐτῶν, καὶ εἰς φόβον συνωθούσης τοῦ πλάσαντος καὶ σώσαντος σωτηρίαν παράδοξον. Ἐφίσταται ὁ νομοθέτης τῷ ὄρει Σινᾶ ἐμφανείᾳ ξένῃ καὶ τῶν θεωμένων καταπληκτικῇ. Σάλπιγγες γὰρ ἤχουν μέγα· γνόφος βαθὺς τὸ ὄρος περιεκκέχυτο· θύελλά τις σφοδρὰ φοβερὸν ἀντήχει ταῖς σάλπιγξι, καὶ πλήρη τὰ ἐκεῖσε ποικίλων ἐκδειματώσεων· ἔχρηζον γὰρ τοιούτων φοβήτρων οἱ νηπιόφρονες Ἰουδαῖοι.

Τὰ δὲ μετὰ τοῦτο οἷα; Λογογραφεῖται ὁ νόμος ἐπὶ πλακῶν ὑπαινισσομένων τὸ τῶν ἀκροατῶν λιθοκάρδιον οὕτως ἀπόκροτον, ὡς οὐδέποτε κοιλανθησόμενον ταῖς ἐνδελεχούσαις ῥανίσι τῆς θείας ἐπισκοπῆς, μηδὲ[1] λιπανθησόμενον ἐξ αὐτῶν· ἅμα γὰρ ἠλέηνται, καὶ ἡ χάρις ἐξέῤῥευσε τῆς ἀντιτυπίας ἀποπτυσάσης τὸν τοῦ ἐλέους ὑετόν. Ἤδη γὰρ τοῦ διδασκάλου[2] κατιόντος, καὶ τὰς πινακίδας

[1] Cod. μὴ δὲ.

[2] Cod. διδασκαλίου, quæ vox sane græca est, sed ad rem non pertinet.

---

quæ eorum ruditati prospiceret, eosque compelleret ad timorem Domini, qui ipsos plasmaverat et mira prorsus ratione servaverat. Repente ac specie nunquam visa intuentibusque terrifica in monte Sina se sistit Legislator. Personabant enim omnia magnis tubarum clangoribus; densa montem undequaque involvebat caligo; tubarum clangori respondebat ex adverso turbo horrendum stridens, et quæcumque circumstabant, multiplicis plena erant terroris. Ejusmodi scilicet terriculamentis Judæi animis puerascentes indigebant.

Quid porro post hæc sequitur? Lex tabulis insculpitur, quæ nempe tacite innuerent cor subditorum lapideum, durumque adeo, ut neque perpetuo manantibus divinæ providentiæ guttis ullatenus excavatum, neque vel paululum fœcundatum ex ipsis unquam fuerit. Et sane statim ac misericorditer cum illis actum est, miserationis imbrem repellente duritie, gratia incassum decidit. Cum enim Moyses præceptor e monte, ubi edoctus

ἐπὶ χειρῶν φέροντος, αἷς τὰ τοῦ νόμου στοιχεῖα ἐγκεχάρακται, καὶ μέλλοντος ἐγχειρίζειν ταύτας τοῖς νηπιόφροσιν, ἐκεῖνοι φαγόντες καὶ πιόντες ἀνέστησαν παίζειν κατορχούμενοι καὶ διδασκάλου καὶ μαθημάτων. Ἐφ' οἷς ὁ μυσταγωγὸς, περιπαθές τι βαρυθυμήσας, τὰς μὲν πινακίδας ἔβαλε κατὰ γῆς, καὶ συνέτριψε, μεθύοντας διδάσκειν ἀπαγορεύσας· τοῖς γε μὴν φιλοπαίγμοσι μαθηταῖς τὴν παιδείαν ἐπάγει προσήκουσαν· ῥάβδου μὲν οὐδὲν ὡς[1] τὸ παράπαν τινὸς δεηθείς· τί γὰρ ταῦτα πρὸς τὴν λιθοκαρδίαν ἐκείνων καὶ τὸ ἀνένδοτον; Ἀλλ' ἐπεὶ λίθος σιδήρῳ συντρίβεται, οὕτω μεθοδεύει τὴν παίδευσιν, καὶ ἦσαν αἱ παραξιφίδες ὁ σίδηρος.

[1] De mendo, quod hoc loco occurrit in codice, placet ea subjicere, quæ vir clarissimus Georgius Krabinger in exemplari ad me transmisso adnotavit. « Codex (inquit) in clausula lineæ habet ὥς et initio sequentis male τος pro τως. Scribi potius debebat ὥς et supra lineam οὕτως, ita ut vera lectio sit ὥς, et οὕτως tanquam glossa voculæ ὡς compareat : nam οὐδὲν ὡς pro οὐδὲν οὕτως (ut apud Thucydidem et Platonem οὐδὲ ὡς, μηδὲ ὡς, καὶ ὡς) poni solet. Vid. *Astius* ad Platonis Protagoram p. 148 in Plat. Opp. tom. X. »

---

fuerat, jam descenderet, tabellasque in manibus ferret, quibus elementa legis insculpta fuerant, atque has hominibus illis puerilem mentem gerentibus in manus traditurus esset; isti, *cum jam manducassent et bibissent, surrexerunt ludere*[a], præceptorem ac præcepta ridentes. Quapropter divinorum interpres gravissimo dolore simul et indignatione percitus, tabellas quidem in terram projecit, easque contrivit, ebriis se præstare abnuens præceptorem; discipulis autem ludendi studiosis congruam sane adhibet disciplinam, non quidem virgam aliquam ullatenus quærens; quid enim hæc cum lapideo ac durissimo eorum corde profuissent? Sed quoniam lapis ferro contunditur, sic ista demum erudiendi methodo utitur, ac ferri locum tenuerunt pugiones[b].

[a] *Exod.* XXXII, 6.

[b] *Exod.* XXXII, 26, 27 : *Congregatique sunt ad eum* (*Moysen*) *omnes*

XI. Τὰ μὲν παλαιὰ τοιαῦτα, φοβερὰ μὲν καὶ ἀπότομα, ἥνυον δὲ τῶν ἐλπιζομένων οὐδὲν διὰ τὴν ἀναλγησίαν τοῦ σκληροτραχήλου λαοῦ καὶ τὸ τῆς καρδίας ἐκείνων ἀπόκροτον.

Δευτέρα κατάβασις σήμερον πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέρα. Εἰρηνικὴ γὰρ καὶ ἀθόρυβος, ὡς καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν λειτουργοὺς καὶ παραστάτας τοῦ θρόνου τὸν κατερχόμενον Θεὸν διαλαθεῖν, μήτοιγε ἀνθρώπους μόνον· καὶ ἵνα τὸ τῆς γραφῆς ἐρῶ, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον κάτεισιν ἀψοφητί, καὶ ἀνεπαισθήτως καὶ αὐτοῖς τοῖς πλησίον κατὰ συγγένειαν Ἰσραηλίταις· Ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, οἴδαμεν, ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστί. Πολλάκις γὰρ σκληρότης καρδίας ἡπαλύνθη λόγοις ἡμέροις, καὶ σχολαιοτέρα βάδισις καὶ ἀτάραχος τὸν ἀτίθασσον θῆρα ἐζώγρησεν.

XI. Porro antiqua ista, utut plena terrore ac severitate, propter vecordiam tamen illius populi cervicis durissimæ, et propter duritiem cordis illorum, nihil eorum, quæ sperari possent, obtinebant.

At posterior, quæ hodie celebratur, descensio priori illa multo est admirabilior. Pacifica enim, et tumultus expers adeo fuit, ut descendisse Deum nedum homines solum, sed et Angelos latuerit qui circa ipsum ministerium obeunt, ac throno ejus adsistunt; et ut Scripturarum effatum usurpem[a], *descendit sicut pluvia in vellus* sine strepitu et clam iis quoque Israelitis, qui viciniores ipsi secundum cognationem erant. *Nos scimus,* inquit[b], *quia Moysi locutus est Deus : hunc autem nescimus, unde sit.* Videlicet contumacia cordium sæpe mansuetis verbis mollitur, ac lentior tranquillusque incessus vel indomitas feras sæpe vivas cepit.

filii Levi : quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Israel : ponat vir gladium super femur suum; ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum suum.

[a] *Ps.* LXXI, 6.

[b] *Joan.* IX, 29.

XII. Ἔχω μὲν οὖν καὶ ἑτέρως μεθοδεῦσαι τὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ τὸν πόκον ὑφηλολογῆσαι διεξοδικώτερον. Οἶδα γὰρ τοὺς τοῦ γένους προπάτορας, δερματίνους χιτῶνας ἠμφιεσμένους, καὶ ξηροὺς καὶ ἀλίβαντας διὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς νεκρώσεως, τῆς εὐυδρίας ἐξοριζομένους τοῦ παραδείσου. Ἐκείνων θυγάτηρ, ὡς ἄνθρωπος, ἡ παρθένος, πλὴν ὅτι λεπτὰ γνωρίσματα περιφέρει τῆς ἐκείνων ζωῆς, θνητὸν μὲν περικειμένη τὸ σῶμα, καὶ φθαρτῷ συναναστρεφομένη, τὰ δ' ἄλλα λίαν ὑπέρτερα καὶ θειότερα. Τοὺς γὰρ ἀῤῥαβῶνας τῆς ἀφθαρσίας προεμνηστεύετο, καὶ ἀνθρώποις συνδιαιτωμένη πρὸς ἀγγελικὴν αὐλίαν ἀνέβαινε, καὶ κλίμαξ οὐρανομήκης ἐπεγινώσκετο, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν, τὰ ἐκεῖσε

XII. Enimvero et alia mihi se offert ratio disserendi, et copiosiori enarratione ea, quæ ad vellus hoc spectant, celebrandi. Et sane compertum nobis est, primos generis nostri parentes, tunicis indutos pelliceis, ac propter mortis sententiam terrore prostratos ac veluti exanimes, a paradisi deliciis expulsos fuisse. Virgo autem, eorum filia utpote homo, si quasdam levioris momenti excipias proprietates cum eorum vita communes, quod nempe mortalem hanc carnis sarcinam gereret, et corruptibili cum corpore viveret[a], quoad reliqua longe illis sublimior erat ac divinior. Incorruptibilitatis enim arrhas sibi comparabat, et inter homines vivens ad materiæ expertem conditionem angelicam assurgebat, ac cernebatur ceu scala quædam celsissima, cujus summitas ad cœlos usque pertingeret[b], quæ illic portenta

[a] Numquid non se clare prodit hoc etiam loco doctrina veterum Græcorum de conditione Mariæ, communis lapsis hominibus probri expertis? Sane nisi filiam fatearis illius reatus exsortem, qui primos parentes e felici statu in abyssum miserrimum deturbavit, inanis est oppositio, quam filiam inter ac parentes Auctor instituit.

[b] *Gen.* XXVIII, 12, 13 : *Viditque* (*Jacob*) *in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum innixum scalæ.* Inspice

κάλλη διανοουμένη καὶ θεωμένη, εἰ καὶ κατὰ γῆν τὴν βάσιν ἤρειδε, καὶ ἐστήριζε τῷ τῆς οὐσίας κατωθριθεῖ. Ἐπὶ ταύτην ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ· ἀνέβαινον τῇ κατὰ φύσιν τῆς αὐλίας ὑπεροχῇ· κατέβαινον ὑπὸ τῆς παρθενικῆς ἡττώμενοι καθαρότητος· καὶ ὁ κύριος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτήν.

Βαθαὶ τῶν χαρίτων. Βαθαὶ τοῦ τῆς παρθένου ἀξιώματος. Πάντα δεύτερα τῆς δόξης αὐτῆς· πάντα μειονεκτούμενα, κἂν τὰ φρικωδέστατα ἐξαπτέρυγα διενθυμηθῇς· ἡ γὰρ λαβίς, ὁ τύπος αὐτῆς, εὐλαβῶς τοῖς ἐξαπτερύγοις τούτοις κατέχεται· κἂν τὰ πολυόμματα Χερουβὶμ ἐρεῖς, ἃ καὶ εἰς θρόνους ὁ θεῖος θεαματίζεται Ἰεζεκιήλ, ἐφ' ὧν πτερυσσόμενον εἰσάγει τὸν ὕψιστον, καὶ ἐπὶ τροχῶν ἐφι-

---

sunt, considerans atque contemplans, (quanquam basim firmaret in terra,) nec terrenæ substantiæ pondere ad hæc infima deprimebatur. Juxta ipsam ascendebant et descendebant Dei Angeli; ascendebant nimirum præstantia quadam conditionis omni materia ex natura sua carentis; descendebant autem virginea illius puritate victi; eidem vero Dominus ipse innitebatur.

O quantum gratiarum cumulum! O quantam Virginis dignitatem! Omnia gloriæ ejusdem cedunt; omnia sunt inferiora, vel si animo cogites tremendissimos illos (Seraphim) sex alas habentes[a]; reverenter enim hi forcipem, quæ erat illius typus[b], apprehendunt; aut etiam si in medium proferas plenos oculis Cherubim[c], quos divinus Ezechiel repræsentat ceu thronos supra quos exhibet Altissimum alas agitantem, et supra rotas

porro, quomodo hinc Auctor occasionem arripiat, puritatem Virginis præ Angelorum puritate celebrandi : quod quidem encomium abs re esset, si olim Virgo peccati deformitate fœdata fuisset.

[a] *Is.* VI, 2 : *Seraphim stabant super illud : sex alæ uni, et sex alæ alteri.*

[b] Consuetum scilicet SS. Patribus fuit, ut forcipem, qua Seraphim calculum sumpsit de altari, habeant uti sanctæ Virginis typum.

[c] *Ezech.* X, 12 : *Et omne corpus ..., et colla, et manus, et pennæ ... plena erant oculis.*

πτάμενον· ἐκινεῖτο μὲν γὰρ ἀπ' αἰῶνος, τῇ ἐμφύτῳ χρηστότητι, ἐπὶ τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους φανέρωσιν· οὔπω δὲ προσήκων ἐνειστήκει καιρὸς, ὃν ἡ ὑπεράπειρος τῶν κριμάτων αὐτοῦ ἐπεγίνωσκεν ἄβυσσος. Ὁ μέντοι πατριαρχικὸς νοῦς ἐκεῖνο καὶ τὸν Θεὸν ὁρῶν, ἐστηριγμένον ἐπὶ τὴν παρθένον ὁρᾷ. Ὅτε γὰρ εὕρηται τῆς ἀστέκτου θεότητος δοχεῖον ἐπάξιον, τότε καὶ ἡ ἀρχαία βουλὴ καὶ ἀληθινὴ τὸ πέρας εἴληφε, καὶ εἰς πρᾶξιν ἐκβέβηκε· καὶ ἐπιστηρίζεται βρεφοπρεπῶς ὁ τοῦ πατρὸς ἀπερίγραπτος λόγος τῇ καθαρᾷ τῆς παρθένου νηδύϊ[1], καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς τῷ ἀδαμιαίῳ φυράματι ἐκ γῆς ταύτης ὑποστάντι τῆς ἁγίας καὶ ὑπεραμώμου.

[1] Cod. νηδείει.

---

volitantem[a], siquidem a sæculo insita sibi bonitate ad incarnationis mysterium complendum, et ad manifestandum se hominibus ferebatur; at nondum opportunum tempus advenerat, quod imperscrutabilis judiciorum ejus abyssus noverat. Illud sane (mysterium), ac Deum in spiritu patriarcha (Jacob) videns, Virgini innixum Deum conspicit[b]. Quando enim dignum incomprehensibilis Deitatis inventum est domicilium[c], tunc *consilium antiquum ac verum*[d] finem attigit, atque in opus deductum; et puro Virginis sinu, prout infantes solent, incomprehensibile fertur Patris Verbum, adamiticæ massæ ex sancta hac et superimmaculata terra desumptæ atque efformatæ secundum hypostasim conjunctus.

[a] *Ezech.* X, 28, 29.

[b] *Gen.* XXVIII, 13.

[c] Nondum scilicet inventum fuerat dignum tremendæ Deitatis domicilium, quia quotquot exorti fuerant ex Adam filii, ad unum omnes paterna labe turpes erant ac Deo invisi. Dignum propterea Dei domicilium Maria fuit, quia ab illa labe immunis servata est. Vide quæ gemina habet Isidorus Thessalonic. *homil. in Deip. Nativ.*, § VI, part. I, pag. 213-214.

[d] *Is.* XXV, 1 *secundum* LXX; nam Vulgatus habet, *cogitationes fideles, antiquas.*

XIII. Πάντα μὲν οὖν τὰ κατ' αὐτὴν θεοπρεπῆ καὶ τοῦ μεγάλου μυστηρίου ἐπάξια· ἤδη γὰρ καὶ πάλιν ὁ λόγος ἀντέχεται τοῦ προτέρου νοήματος· καὶ ὅμως τὸ κατὰ φύσιν εἶναι θνγάτηρ τῆς Εὔας οὐκ ἀπηρνεῖτο· οὐδὲ τοὺς δερματίνους ὁλοτελῶς ἀπεσείετο χιτῶνας· ὑποκίκοος γὰρ ἐμαρτύρει τὸ συγγενές· παχύτης μὲν δερμάτων οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ, εἴτουν τύρβαι βιωτικαὶ καὶ ἄκαιροι μέριμναι τῷ θνητῷ τούτῳ βίῳ συνεζευγμέναι. Ἀπὸ γὰρ τριετίας τῷ Θεῷ ἀνετέθη· ἀπὸ τριετίας ἄγγελος τραπεζοκόμος τὰ τῆς τροφῆς διηκόνει· ἀπὸ τριετίας ἐπελάθετο τῆς λαώδους ὀχλήσεως καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρικοῦ.

XIII. Omnia itaque, quæ ad eam attinent, divinæ majestati congrua, omnia magno digna mysterio[a]; verumtamen (jam enim priorem sententiam resumit oratio) nec Evæ se secundum naturam filiam esse diffitebatur, neque omnino tunicas illas pelliceas respuebat. Limus[b] enim, quo constabat, eamdem illi cum aliis naturam inesse, fidem faciebat; neque tamen pellium crassities in ipsa locum habebat, hujus nempe vitæ tumultus, ac importunæ curæ, quæ mortalem hanc vitam comitari solent. A tertio enim ætatis suæ anno Deo consecrata est; a tertio ætatis anno Angelus mensam ipsi instruens, victum suppeditabat. A tertio ætatis anno non a popularibus modo turbis, sed ab ipsa quoque paterna domo abstinebat.

[a] Quisnam, quæso, sciscitanti de ratione conceptionis quæ et Dei genitrici congrua et digna tanto mysterio haberi queat, quis, inquam, respondendo affirmare audeat, ejusmodi conceptionem eam esse quæ filios iræ mundo profert? Ergo si quæcumque ad Virginem spectant, et divinæ majestati congrua fuerunt, ac digna incarnationis dominicæ mysterio, sane et conceptio Virginis ea fuerit oportet, quæ cum reatu filiorum iræ nihil commune habuerit.

[b] Græce habes ὑποκίκοος, vocem scilicet lexicographis incompertam, ac mendi plane suspectam. Haud tamen obscure contextus vocem postulat quidpiam significantem, e quo evincatur Virginis natura cum aliis hominibus communis. Et ejusmodi sane est *terrena substantia*, in quem sensum pertrahi utcumque possent nonnullæ voces græcæ, quæ aliquo modo ad formam vocis ὑποκίκοος accedunt. At viderint ea de re sapientiores.

Σημεῖον δέ· ἡ γὰρ πυρένδυτος βάτος, τύπος οὖσα ταύτης σκιώδης καὶ ἄνυδρος, τὸν προβατέα Μωυσῆν οὐκ ἐδέχετο πλησιάζειν ἐπιβαλόμενον· διὰ τὰ ἐπὶ τῶν ποδῶν ἀσκητὰ δέρματα, οἷς τὰς συμφύτους τῶν πελμάτων ἐπιδερμίδας ἐφύλαττεν, ἵνα μὴ ταῖς ἀμέσοις ἐπιβολαῖς τῇ τραχύτητι τῆς γῆς κατατρίβοιντο. Χρῆναι γάρ φημι τὸν τὰς ὁδοὺς κυρίου πορεύεσθαι ἀπαρχόμενον, ἀδέτους τοὺς νοουμένους πόδας διαφυλάττειν ἐκ τῆς ἐμπαθοῦς προσπαθείας τῶν κάτω, καὶ ἀπροσκολλήτως ἔχειν τοῖς βιωτικοῖς τυρβασμοῖς.

Τοιαύτη τις ἦν ἡ πάναγνος τῆς παναχράντου Μαρίας ψυχή· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ταῦτα. Ἁγιωτέρα γὰρ τῶν ἁγίων, καὶ τῶν φιλοθέων φιλοθεωτέρα. Διὸ καὶ, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, ὁ μονογενὴς ἐπ'

Quod quidem ita faciendum esse, præsignificatum jam fuerat. Nam rubus ille[a] flamma undique correptus, qui subobscura ac levis erat Virginis figura, haud tulit, ut pastor Moyses propius progressus accederet; quia nimirum pedes aliis circumvestiverat pellibus, quibus naturali plantarum pelli prospiceret, ne forte nudus pes incedens a terræ asperitate doleret. Haud aliter enimvero opus esse dixerim, ut quisquis vias Domini terere aggreditur, a terrenarum rerum affectu spiritales pedes expeditos servet, neque hujus vitæ sollicitudinibus implicari se sinat.

Talis nimirum fuit anima innocentissima undequaque immaculatæ Mariæ; quin imo et super hæc omnia longe sese extulit. Sanctior enim quibusvis Sanctis, et præ omnibus Deo charis charissima ipsa Deo exstitit. Ac propterea in ipsam descendit uni-

[a] Licet prodigium rubi, flammis correpti neque tamen combusti, a Patribus habeatur uti figura miraculi quo Virgini Dei genitrici sua servata est integritas, unde illud in sacris officiis: *Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem*; auctor tamen, uti ex sequentibus patet, ad summam illam potius puritatem spectat, quæ Verbum Dei ad se attraxit.

αὐτὴν κατεβέβηκε λόγος, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν αὐχμηρὰν καὶ γήϊνην φύσιν ἡμῶν ἱλαρῶς ἐπάρδων, καὶ πρὸς καρποφορίαν ἡμέραν διανιστῶν. Αὐαλέα γὰρ γέγονε καὶ τέφρας αὐχμωδεστέρα, ἐξ ὅτου[1], ὡς ἀστραπὴ πρηστηριώδης, ὁ σατανᾶς πεσὼν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καιρίως ταύτην βαλὼν, κατηθάλωσε, καὶ ἄνικμον ἀπειργάσατο καὶ πρὸς καρποφορίαν θείων ἔργων ἀδέξιον. Ἀνατελεῖ, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Ἐπεξερχέσθω γὰρ ὁ λόγος καὶ τοῖς ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ, καὶ καθ' ὁδὸν προερχέσθω ἐπὶ τὴν τῶν κρυπτομένων σαφήνειαν. Ἤδη γὰρ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνατέλλειν ἀναρχομένου, τὰ ἐν τῷ σκιώδει τοῦ γράμματος συγκρυπτόμενα εἰς φῶς ἐξαγέσθωσαν.

XIV. Ἀλλ' ὦ, τίνες οἱ κατόπιν ἡμῶν ἀρτίως βαΰζοντες, καὶ

[1] Cod. ἐξότου.

---

genitum Verbum, *sicut pluvia in vellus; et sicut stillicidium stillans super terram*[a], squalentem, terrenamque naturam nostram copiose irrigavit, atque ad suaves fructus ubertim ferendos excitavit. Squalida enim, et cineribus ipsis siccior evaserat, ex quo Satanas, ceu fulgur comburens, e cœlo lapsus, cum ab initio ipsam sauciasset, omnem ei virorem abstulit, aridamque et ad divinorum operum producendos fructus ineptam reddidit. *Orietur*, inquit[b], *in diebus ejus justitia et abundantia pacis, donec auferatur luna.* Par enim fuerit, ut et quæ reliqua sunt hujus psalmi, oratio persequatur, rectaque via ad eorum, quæ in eo lateant, explanationem progrediatur. Cum enim illucescere sol justitiæ jam incipiat, consonum fuerit, ut quæ umbra litteræ occultantur, in lucem apertam educantur.

XIV. Verum oh, quinam sunt, qui nobis a tergo nunc ipsum

[a] *Is.* LXXI, 6. Etiam Complutensis Editio, et Aldina cum ea habent σταγὼν ἡ στάζουσα pro σταγόνες στάζουσαι, quod non modo in reliquis græcis editionibus, sed et in textu hebraico ac vulgata legimus.

[b] *Ps.* LXXI, 7.

θροῦν μέγαν καὶ τάραχον ἀνεγείροντες, καὶ κατὰ τοῦ λόγου βρύχοντες τοὺς κυνόδοντας[1]; Ἰουδαῖοι πάντως εἰσί, τὸ φιλοτάραχον φῦλον καὶ κραύγασον· ὧν καρποφόρημα κραυγὴ ἀντὶ σταφυλῆς, φάναι καθ' Ἡσαΐαν.

Τί οὖν ποιήσομεν; Ἐάσομεν ταῖς ὑλακαῖς διαῤῥήγνυσθαι, μηδεμίαν ἐπιστροφὴν τῶν πεφλυαρημένων αὐτοῖς ποιούμενοι; Ἢ ἐπιστραφέντες ὀλίγ' ἄττα[2] λιθίδια τοῦ ἀναιδοῦς αὐτῶν κατακοντίσομεν στόματος; Δοκεῖ μοι τὸ δεύτερον ἰσχυρότερον. Κἂν γὰρ ἐπιδράμωσι διαῤῥιπτουμένοις τοῖς λίθοις ἐπιχανόντες τούτοις, ὡς σύνηθες· ἀλλ' οὐχὶ καὶ διαμασσήσασθαι ἂν δυνηθεῖεν, τὸ στερρὸν ἀπὸ τῆς ἀληθείας αὐχοῦντες. Ἀλήθεια δὲ ὁ Χριστὸς, ὁ τοὺς τῶν ἁμαρτωλῶν συντρίβων ὀδόντας, ἵνα μὴ τὸν τῆς πίστεως ἄρτον ἀδίκως διαλυμαίνωνται[3].

[1] Cod. κυνίδοντας.
[2] Cod. ὀλιγάττα.
[3] Cod. διαλυμαίνονται.

---

latrant, magnumque strepitum, ac tumultum excitant, et caninis dentibus in sermonem (nostrum) frendent? Prorsus Judæi sunt, turbulentum, clamosumque genus; quorum fructificatio, ut cum Isaia loquar[a], pro uva clamor.

Quid ergo faciemus? Sinemusne, ut suis ipsi latratibus disrumpantur, nihil adversus ea, quæ garriunt, vicissim reponentes? An vero parvos aliquos lapillos in impudens eorum os jaciemus? Efficacius postremum hoc mihi videtur argumentum. Etsi enim in conjectos hos lapides hiante ore, ut solent, occurrant; haud tamen et mandere eos facile poterunt, utpote qui soliditate, quæ est a veritate, gaudent. *Veritas* autem *est ipse Christus*[b], qui *dentes peccatorum conterit*[c], ne forte panem fidei impie discerpant.

[a] *Is.* V, 4, 7.
[b] I *Joan.* V, 6.
[c] *Ps.* III, 8.

XV. Ἀλλὰ τί κράζεις ὄπισθέν μου, ἀναιδὲς ἀνθρώπιον καὶ φιλοτάραχον, Ἰουδαῖε; Εἰ ἔχεις ἀποκρίσεως λόγον, εἰπέ. Εἰς Σολομῶντα, φησὶν, ἀποτείνονται ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ λόγον τοῦτον ἀγαθὸν ἐκ τῆς καρδίας ἐρεύγεται ὁ Δαυὶδ τῷ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ γεγεννημένῳ διαδόχῳ τῆς βασιλείας, ἀλλ' οὐχ, ὡς σὺ λέγεις ὁ χριστιανὸς, περὶ τοῦ Χριστοῦ τὸν λόγον ποιεῖται. Ἔα, ματαιολόγε καὶ φλύαρε, κατ' εὐθυωρίαν προτρέχειν τὸν λόγον, καὶ μὴ ἀντιπερίσπα πρὸς ἑαυτόν. Οὐ γάρ ἐστιν ἄρτι δικανικῆς ἀντιστασίας καιρὸς, ἀλλὰ ψαλμῳδικῆς ἀντιφωνίας χορός. Ἥκει γὰρ οὐρανόθεν ὁ ἐμὸς δεσπότης ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. Ὅμως, ἵνα μὴ δόξωμεν δι' ἀπορίαν ἀντιλογίας τὸ τῆς πορείας προφασίζεσθαι σύντονον, ὡς οἷόν τε συνεπτυγμένως, τὴν σὴν ἐλέγξομεν ἄνοιαν.

XVI. Ὁ ψαλμὸς οὗτος τρία ταῦτα τὰ μέγιστα εἰσηγεῖται περὶ

XV. Porro, quid post me clamas, Judæe, effrons ac contentiose homuncio? Si quid habes, quod regeras, dicito. *Ad Salomonem*, inquit, *hæc dicta referuntur, et hoc verbum bonum e corde eructat David*[a] *successori regni ejus, qui ex utero ipsius egressus est*[b]*; non autem, prouti tu Christianus contendis, sermonem de Christo instituit.* Sine, quæso, o inepte nugarum venditor, rectum suum tramitem prosequatur oratio, neve eam ad te ipsum nitaris divertere. Neque enim nunc tempus est contentionis forensis, sed hymnos alternis choris canendi. Dominus enim meus e cœlo *venit* in terram, *non ut judicet mundum, sed ut mundum salvificet*[c]. Verumtamen ne nosmet properandi cursum ideo fingere videamur, quod nobis non suppetant quæ contra reponamus, summatim, quoad licuerit, rem perstringentes, inscitiam tuam convincemus.

XVI. Iste psalmus[d] de eo, quem celebrandum sumit, Paci-

[a] *Ps.* XLIV, 1.
[b] II *Reg.* VII, 12.
[c] *Johan.* XII, 47.
[d] Scilicet Psalmus LXXI.

τοῦ ἐν αὐτῷ διειλημμένου εἰρηνικοῦ, τοῦτο γὰρ ὁ Σολομών· καί εἰσι ταῦτα· ἡ ἐξ οὐρανοῦ κατάβασις τοῦ προφητευομένου, καὶ αὐτὴ εἰρηναία καὶ ἀθόρυβος. Καταβήσεται γάρ, φησὶν, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα[1] ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ τοῦτο μὲν πρῶτον· δεύτερον δὲ ἡ πρὸς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τὰ πέρατα ταύτης κατακυρίευσις, καὶ κράτος τὸ παντεξούσιον. Ἐπάγει γάρ· Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν καὶ τῶν κύκλωθεν. Τρίτον, ὅτι ἄναρχός ἐστιν ἡ τούτου

[1] Cod. στάζουσι.

---

fico[a] (id enim significat *Salomon*), tria hæc, eaque potissima, proponit; sunt vero ista; prænuntiati illius e cœlo descensio, et hæc pacifica sane et sine strepitu : *Descendet,* inquit[b], *sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidium stillans super terram.* Et hoc quidem primum est; alterum vero, dominatio ac potestas plenissima in universam terram ac postremos ejus terminos. Subdit enim[c] : *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus*[d] *usque ad terminos orbis terrarum,* scilicet ab oriente usque ad occidentem ac per circuitum. Tertium est, quod nul-

[a] Notissimum est *Salomon* (שְׁלֹמֹה) reddi *pacificum;* quocirca cum Psalmus inscribatur *in Salomonem,* jure inquit Auctor, de *Pacifico* eum psalmum esse. Hæc autem appellatio si regi Salomoni convenit, a fortiori competit Christo, de quo Isaias (IX, 6) : *Vocabitur nomen ejus ... pater futuri sæculi, princeps pacis.* Hinc illæ voces, quibus nascentem Dominum collaudat Ecclesia : *Rex pacificus magnificatus est, cujus vultum desiderat universa terra.*

[b] *Ps.* LXXI, 6.

[c] *Ps.* LXXI, 8.

[d] Ista lectio *a fluminibus,* non modo a Vulgata latina discedit et a veritate hebraica, sed etiam a communi LXX versione, quæ habet ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ : consentientes tamen habet editiones tum Complutensem tum Aldinam, quæ cum Auctore legunt, ἀπὸ τῶν ποταμῶν.

ὕπαρξις, καὶ παντελῶς ἀτελεύτητος. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐννοίας φέρει τὰ ψαλμικὰ ῥήματα.

XVII. Σολομὼν δὲ οὔτε πρὸ τοῦ τὰς ὠδῖνας λῦσαι τῆς Βηρσαβεὲ προϋπῆρχεν, οὔτ' ἄνωθεν καταβέβηκε. Τὸ γὰρ μήπω ὂν, μηδὲ οὐσιωμένον, οὔτ' ἄνεισιν, οὔτε κάτεισιν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, ἀκολουθίαν ἔχει πρὸς Σολομῶντά τινα. Τὰ γὰρ κατὰ τὸν ἀδελφὸν Ἀδωνίαν τὴν βάσιν εὐθὺς τῆς βασιλείας ἐκείνου θορύβου καὶ ταραχῆς ὑπανέπλησε. Φείδομαι δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἀδελφικοῖς κατεχράνη αἵμασι, τὸ πάντων χείριστον[1] ἐγκλημάτων, καὶ μετὰ Κάϊν δεύτερος οὗτος ἀδελφοκτόνος εὑρίσκεται διὰ τὴν πρόσκαιρον βασιλειαν.

Οὔτε τοῦ οἰκουμενικοῦ παντὸς κατεκράτησεν ἐξαπλώματος· ἀλλὰ τὰ ὅρια τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ ἑκατέρωθεν περισχόντες δύο ποταμοὶ συνέκλειον ἔνδοθεν, Εὐφράτης οὗτοι καὶ Νεῖλος, τὸ ἄστατον, οἶμαι,

[1] Cod. χείρ̈στον.

---

lum ipse exsistendi initium, neque ullum finem prorsus agnoscat. Nam et in hanc sententiam inducunt Psalmi dicta.

XVII. Porro Salomon neque exstitit, antequam ipsum partu Bersabee enitteretur, neque e cœlis descendit. Quod enim nondum exsistit, nec substantia constat, id profecto neque ascendit, neque descendit. Sed neque ullo pacto Salomoni congruit illud, *Sicut pluvia in vellus*. Nam quæ facta fuerunt adversus fratrem Adoniam, ejus in regnum ingressum tumultu ac consternatione impleverunt. Memorare autem parco, eum fraterno sanguine, quod scelerum omnium teterrimum est, (thronum) contaminasse, et alterum post Cain propter regnum temporale fratricidam reperiri.

Neque rursus universi, qua late patet, terrarum orbis imperium obtinuit; sed ditionis ejus terminos circumscribentia duo hinc inde flumina intra se concludebant, Euphrates videlicet et Nilus, quæ, uti opinor, Judaici regni instabilitatem, et celer-

τῆς ἰουδαϊκῆς βασιλείας καὶ ὀξύτερον παρερχόμενον ῥεύματος τῶν ὁρίων τούτων ὑποδηλούντων. Τῆς γὰρ τοῦ Χριστοῦ βασιλείας, κατὰ τὴν ὅρασιν Δανιὴλ, τέλος οὐκ ἔσται.

XVIII. Εἰ δὲ τὸ προϋπάρχειν τὸν Σολομῶντα καὶ αὐτὸς οὐ δέχῃ, οὐδ' ἄνωθεν λέγεις καταβεβηκέναι, παρεξηγῇ δὲ τὰ ῥητὰ, καὶ τὴν πρόγνωσιν ἀνθ' ὑπάρξεως ἐκλαμβάνεις, καὶ ἐν τῇ ἀκαταλήπτῳ καὶ θείᾳ γνώσει τὸν Σολομῶντα ὑπάρχειν διισχυρίζῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότος ἐγνωσμένον εἶναι, καὶ εἰς βασιλέα ἐψηφισμένον· πάλιν αὐτὸς ἐρωτῶ· πῶς τὸ μὴ ἐν ὑποστάσει ὂν καταβέβηκε; Πλὴν ἴσθι, ἐκεῖνα περὶ Σολομῶντος ἀποφαινόμενος, ὅσα ἄν τις ἐρεῖ περὶ βατράχου καὶ κώνωπος· ὅτι ὁ δεῖνα ὁ βάτραχος καὶ οὗτος ὁ κώνωψ τὴν ἀπεριόριστον γνῶσιν καὶ περιδρακτικὴν τοῦ παντὸς τῆς θείας οὐ διέφυγε φύσεως. Οἶδε γὰρ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέ-

---

rimam horum finium mutationem subobscure indicabant. Porro juxta ac Danieli ostensum fuit[a], Regnum Christi nullum finem habiturum est.

XVIII. Quod si Salomonem præexstitisse neque tu ipse admittis, neque asseris eum e cœlo descendisse, et tamen perverse dicta (Psaltis) interpretaris, atque ea quæ prolata sunt de exsistentia, accipis de præscientia, adeo ut contendas, Salomonem in incomprehensibili ac divina cognitione exstitisse, et ab eo, qui cuncta novit antequam fiant, et cognitum et prædestinatum in regem fuisse; iterum ipse sciscitor : quomodo potuit id descendere, quod non exsistebat? Ceterum scias velim, te demum ea de Salomone tradere, quæ quispiam vel de rana aut culice affirmabit : quoniam vel rana quæpiam atque iste etiam culex infinitam atque ad universa se porrigentem divinæ naturæ scientiam non effugit. Nam cuncta cognoscit antequam fiant,

[a] *Dan.* VII, 14 : *Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur; et regnum ejus, quod non corrumpetur.* Et rursus (ibid. v. 27) : *Cujus regnum, regnum sempiternum est.*

ρατα παλαμηφορεῖται τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐντὸς τῆς παλάμης ὀξέως ὁρᾷ, κἂν τῶν ἄγαν εἴη λεπτεπιλέπτων, κἂν τῶν μήπω παρενηνεγμένων.

XIX. Μέγα δέ σοι, ὅτι καὶ εἰς βασιλέα κέχρισται τοῦ Ἰσραήλ. Μείζων ἂν εἴη τούτου ὁ Σαούλ· ὅτι καὶ κατὰ θείαν κέχρισται ψῆφον· καὶ ὁ χρίστης πολυθρύλλητος τὰ εἰς ἁγιωσύνην, Σαμουὴλ γάρ· καὶ ὅτι πρῶτος βασιλεὺς καὶ ἀρχὴ πάντων τῶν μετ' αὐτόν. Καὶ οὔτε εἰδωλολατρήσας εὑρίσκεται, οὔτ' ἀλλοφύλοις συμφθαρεὶς γυναιξίν, ὧν τὰς ἐπιμιξίας ὁ Θεὸς ἀπηγόρευσεν. Ἀλλ' ὅτιπερ ἐν πολλοῖς παρήκοος ὤφθη τῶν τοῦ παντοκράτορος προσταγμάτων, εἰς τὴν τῶν κατακεκριμένων μοῖραν ὠθέλισται, καὶ πικρῷ θανάτῳ τὸν βίον κατέστρεψε, καὶ ὠφέληται οὐδὲν ἀφ' ὧν ὁ Θεὸς δι' οἰκείαν συμπάθειαν αὐτῷ ἐχαρίσατο· μᾶλλον δὲ καὶ καταδίκῃ καθυποβέ-

---

et *in manu ejus fines terræ*[a] sustinentur, et quæ constricta cujusvis manu abduntur, acute perspicit, etsi minutissima sint, etsi necdum in lucem prolata.

XIX. At magnum quid tibi videtur, quod in regem Israel (Salomon) unctus sit. Atqui potior in Saule hæc prærogativa videri posset; tum quia nutu divino unctus fuit; tum quia qui eum unxit, celeberrimus erat sanctitate; nam unxit eum Samuel; tum quia inter reges primus fuit, et cunctorum, qui post ipsum fuerunt, exorsus; sed neque uspiam deprehenditur in idololatriam lapsus, neque ab alienigenis, quarum Deus consuetudinem interdixerat, feminis corruptus. Attamen cum Omnipotentis mandatis pluries se male obsequentem exhibuisset, in reproborum sortem deputatus est, et vitam acerba morte absolvit; et nihil ei profuerunt beneficia, quibus illum Deus ex benignitate sua sponte cumulaverat; imo vero in gravissimam omnium damnationem propterea provolutus est, quod, mala

[a] *Ps.* XCIV, 4.

θλῆται τῇ ἐσχάτῃ, ὅτι τὸν εὐεργέτην ἐξώργισεν, ἀντὶ ἀγαθῶν κακοῖς ἀμειψάμενος.

XX. Πάλιν οὖν ἐρωτῶ σε, καὶ πάλιν μοι ἀποκρίθητι. Ἐν τίνι τῶν τοῦ Σολομῶντος μεγαλαυχεῖς, καὶ ὑπὲρ τίνος πολλοῖς ἐπαίνοις αὐτὸν καταντλεῖς; Ὅτι, φησὶ, σοφώτερος τῶν τε πρὸ αὐτοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλέων φανερῶς μεμαρτύρηται· καὶ δόξης ὑψώματος καὶ πλούτου ὀγκώματος βασιλικῷ τῷ πήχει τοὺς ἄλλους νενίκηκεν.

Εἰπὲ οὖν μοι πρὸς τοῦ σοῦ Σολομῶντος· Θεὸς τοῦ χρήματος τούτου δοτὴρ τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ συχνῶν ἱδρώτων καὶ μακρῶν πονημάτων τῆς ἀρετῆς ἔπαθλον ἔλαβεν; Οὔ, φησί· πῶς γὰρ δωδεκαέτης που τῆς βασιλείας δραξάμενος; Θεία δὲ ἡ χάρις, καὶ τὸ δῶρον θεόπεμπτον.

Σύμφημί σοι κἀγώ· καὶ προσκυνῶ τὸν δοτῆρα, καὶ τὸ δῶρον ἀσπάζομαι. Ἀποδέδεικται οὖν, ὡς ἡ σοφία, ἡ δόξα, ὁ πλοῦτος, ὁ

---

pro bonis rependens, benefactorem suum ad indignationem concitavit.

XX. Rursum itaque te interrogo, ac mihi rursum responde : Quam ob rem ex omnibus, quæ ad Salomonem spectant, tantopere te jactas? Qua de causa tam multis eum laudibus obruis? Quia, inquit, universis regibus, qui eum seu præcesserunt seu subsecuti sunt, sapientiorem illum fuisse, omnibus exploratissimum est; et quia gloriæ sublimitate et opum superbia regio cubito reliquos superavit.

Dic ergo mihi, tuo Salomoni patrocinans : gratuitone Deus homini cuncta hæc tam ampla dono dedit, an vero tanquam sudorum jugiter manantium, diuturnorumque laborum justam mercedem iste ea retulit? Nequaquam, inquit; quomodo enim potuisset ille, qui puer duodennis regnum obtinuit? Hoc sane beneficium fuit divinum, ac donum cœlitus collatum.

Ego quoque tecum sentio; et largitorem adoro, donumque psum exosculor. Compertum est igitur, sapientiam, gloriam,

τῆς κατασχέσεως πλατυσμὸς θεοδώρητά ἐστι φιλοτιμήματα. Ναὶ, ἢ τί φῄς; Καὶ πάνυ γε. Οἷς δὲ πολὺ πιστεύεται, καὶ πολὺ ἀπαιτηθήσεται· καὶ οἱ δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται. Τίθεμαι· αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ ἀπόφασις Σολομῶντος. Ὁ γοῦν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀπολαύσας θείων χαρίτων διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, μακαριστῷ τέλει τὸν βίον ἐσφράγισε καὶ ἀξίῳ τῆς δεδωρημένης τούτῳ σοφίας; Ἢ ἐπὶ κεφαλὴν εἰς βάραθρον ἀσεβείας κατεκυλίσθη, καὶ ἐβεβήλωσε τὰ ἅγια ταῦτα δωρήματα;

Τί σιωπᾷς, Ἰουδαῖε; Ἐπέλιπέ σε λόγος τῆς ἀποκρίσεως οὕτω ταχέως; Ἐγώ σου τῇ ἀπορίᾳ βοηθήσω, τὸν θεσπέσιον Ἰεζεκιὴλ παραγαγών, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐν αὐτῷ λελαληκότος Θεοῦ, δεηθείς, ἵνα τὴν διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ἀπόφασιν πάλιν ἀποφανῇται[1]. Ἐν τῷ

[1] Cod. ἀποφανεῖται.

---

divitias, ac possessionum amplitudinem totidem gratuita divinæ munificentiæ munera exstitisse. Faterisne ita prorsus esse? Fateor enimvero. Porro[a] *quibus multum concreditum est, multum requiretur ab eis;* et[b] *potentes potenter tormenta patientur.* Certum id habeo; est enim sententia ipsius Salomonis. Hic igitur, qui tot tantisque e Dei bonitate cœlestibus muneribus cumulatus est, num exitu admodum beato ac digno sapientia sibi donata vitam coronavit? An non potius in impietatis barathrum usque ad caput devolutus est, ac divina illa munera profanavit?

Quid taces, o Judæe? Adeone cito nullum tibi suppetit responsum? Suppetias hærenti egomet feram, divinitus doctum Ezechielem in medium producens, seu potius Deum ipsum, qui per eum locutus est, deprecans, ut sententiam per Ezechielem latam rursus ipse edoceat[c]: *Si conversus justus a justitiis suis fuerit,*

[a] *Luc.* XII, 48.
[b] *Sap.* VI, 7.
[c] *Ezech.* III, 20.

ἀποστραφῆναι [1] δίκαιον ἀπὸ τῶν δικαιοσυνῶν [2] αὐτοῦ, καὶ ποιήσει παράπτωμα, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ [3] οὐ μὴ μνησθῶσιν αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν. Ἐπεὶ οὖν ταῦθ' οὕτω καὶ ἠσέβησε Σολομὼν εἰς τὸν ὕψιστον, πορευθεὶς ὀπίσω τῆς Ἀστάρτης καὶ τοῦ Χαμὼς καὶ ἑτέρων τοιούτων βδελυγμάτων τε καὶ προσοχθισμάτων· τοῦτο δὲ τὴν προφητικὴν τοῦ Δαυὶδ οὐ διέφυγεν ὀξυδέρκειαν· μᾶλλον μὲν οὖν τὸ προγνωστικὸν τοῦ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς ἰδίας σοφίας ἀποκαλύψαντος τῷ Δαυίδ· πῶς ἔμελλε τὰ ὑψηλὰ ταῦτα καὶ θεοπρεπῆ περὶ Σολομῶντος προαγορεῦσαι, τοῦ ἀδελφοκτόνου, τοῦ εἰδωλολάτρου, τοῦ κεφωθέντος ὀπίσω γυναικείας φιληδονίας;

Πιστεύεις, ὅτι ὁ Θεὸς λελάληκεν ἐν Δαυίδ; Ἐκ παντὸς, φησίν. Τὸ δ' ἐφεξῆς προφθάσας αὐτὸς ὡμολόγησας. Ὁποῖον, φής; Ὅτι πρὸ

[1] Discedit Auctor a communi græca lectione (*Ezech.* III, 20) ἀποστρέφειν.

[2] Ita cum communiori LXX lectione : codex tamen Alex. habet τῆς δικαιοσύνης.

[3] Græca lectio communis habet διότι, non vero καί.

---

et fecerit iniquitatem, in peccatis suis morietur, et non erunt in memoria justitiæ ejus, quas fecit. Quandoquidem igitur eo impietatis adversus Altissimum in his provectus est Salomon, ut abierit post Astarten et Chamos aliaque ejusmodi exsecranda idola atque abominationes; id vero propheticum Davidis et perspicacissimum oculum non effugit; atque adeo multo minus latuit præscientiam illius, qui *incerta et occulta sapientiæ suæ Davidi manifestaverat* [a]; quomodo fieri potuit, ut adeo sublimia ac prorsus divina de Salomone prædicaverit, homine scilicet fratricida, idololatra, mulierum voluptatumque cupidine tam facile ad insaniam percito?

Credisne, Deum per Davidem locutum fuisse? Omnino, inquit. Eorum igitur, quæ sequuntur, professionem anticipato præ-

[a] *Ps.* L, 5.

τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης ἐν γνώσει ἔκειντο τὰ κατ' αὐτὸν τῷ Θεῷ· οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ, ἀλλ' ἅπαντα πονηρά τε καὶ ἀγαθά. Πῶς οὖν τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ Θεῷ πρέποντα διὰ τοῦ ἰδίου πνεύματος ἔμελλεν ἐμπνεῖν τῷ Δαυὶδ, εἰδὼς αὐτὸν παροιστρήσοντα, ὡς δάμαλιν κατὰ τὸν Ἐφραΐμ; Βλασφημίας τοῦτο ἐσχάτης· τρέποιτο δὲ ἡ βλασφημία ἐπὶ τὴν σὴν κεφαλήν.

Ποῦ τοίνυν χώραν ἐνταῦθα ἔχει ἡ ἀγνοήτως εἰρημένη σοι πρόγνωσις; Οὐ γὰρ μόνον πρὸ τοῦ ἡλίου εἴρηται καὶ τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ τὸ, συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ τὸ, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Ἵσταται γὰρ ἡ πρόγνωσις, τοῦ προεγνωσμένου πεπληρωμένου· καὶ τό γε ἧκον εἰς τοῦτο, τέλος λαμβάνει. Ὁ δὲ, περὶ οὗ τῷ Δαυὶδ πεπροφήτευται ταῦτα, συνδιαιωνίζεται τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ· καὶ Σολομὼν μὲν νῦν οὐκ ἔστι, καὶ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας

---

misisti. Quid, inquis, illud est? Nimirum ante solem et lunam præcognita Deo fuisse, quæ ad eum (Salomonem) spectabant; et non quidem partim cognita, partim incognita, sed perspecta plane omnia tum mala tum bona (Deo fuisse). Quo igitur pacto Davidi per Spiritum suum magna illa, quæque Deum decent, de eo inspirasset, quem noverat more juvencæ[a], ut Ephraim, insaniturum? Sane id summe blasphemum; in caput tuum blasphemia ista vertatur.

Quem itaque locum heic habet insulse a te memorata præscientia? Dictum est enim, non modo eum exstitisse ante solem et ante lunam; sed et illud additur[b] : *Permanebit cum sole;* et illud[c] : *donec auferatur luna.* Stat sane præscientia, si illud, quod prævisum est, impletum fuerit; et suum, quod ad id spectat, exitum sortitur. At vero ille, de quo prophetavit hæc David, cum sole et luna permanet; et nunc quidem Salomon non ex-

[a] *Os.* X, 11 : *Ephraim vitula docta diligere triturum.*
[b] *Ps.* LXXI, 5.
[c] *Ibid.* v. 7.

αὐτοῦ καταῤῥαγεὶς ἠφαντώθη· ὁ δὲ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη τοὺς οἰκείους δρόμους ἀνύουσι. Ζητήσατε οὖν, καὶ εὑρήσετε[1] τὸν συμπαραμένοντα τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τοῦ ἡλίου τὴν ὕπαρξιν ἔχοντα. Καὶ εὑρόντες, προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

XXI. Ἔστω, φησὶ, περὶ τοῦ Χριστοῦ προλελέχθαι τὸν λόγον. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς τῷ ἡλιακῷ συμμετρηθήσεται δρόμῳ, ἡλίου ἐκλείψαντος συνεκλείψει καὶ τὸ συμπαραμόνιμον τοῦ Χριστοῦ.

Φιμώθητι, βλάσφημον στόμα. Ἀΐδιον τὸ τοῦ Χριστοῦ κράτος καὶ ἀτελεύτητον. Εἰ γὰρ καὶ εἴρηται, πρὸ τοῦ ἡλίου, τὴν χρονικὴν ὕπαρξιν διαφεύγει.

Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀπόκριναί μοι· πῶς νοεῖς τὸ, πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ; Ἆρ' οὖν ὁ Θεὸς τοῖς οἰκείοις

[1] Cod. εὑρήσεται.

---

sistit, ac thronus regni ejus eversus prorsus evanuit; sol autem et luna consuetos sibi cursus adhuc perficiunt. Quærite igitur, et eum invenietis, qui permanet cum sole, simulque ante solem exsistentiam habet. Et cum inveneritis, *accedite ad eum, et illuminanimi, et facies vestræ non confundantur*[a].

XXI. Esto, inquit, de Christo ea prædicta fuisse. Si Christus solari cursui commensurabitur, ergo deficiente sole, deficiet pariter qui cum eo permanet Christus.

Obmutesce, os blasphemum. Virtus Christi sempiterna (est) et indeficiens. Nam si (de illo) dictum est etiam, *Ante solem;* jam temporaneæ eximitur exsistentiæ.

Deinde vero, tu quoque mihi responde : quomodo illud intelligis : *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, et a sæculo et usque in sæculum tu es*[b]? Num igitur Deus operibus

[a] *Ps.* XXXIII, 6.
[b] *Ps.* LXXXIX, 2.

ποτήμασι σύγχρονος ἢ καὶ ὀλίγον τι πρόχρονος, ἐπειδήπερ εἴρηται, πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν, τοῦτον τὴν ὕπαρξιν ἔχειν; Οὐχί, φησί· προτεθὲν δὲ ὅμως τὸ, ἀπ' αἰῶνος, τὴν πεπλανημένην διάνοιαν ἀνωρθώσατο· εἴρηται γὰρ οὕτως· καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ.

Ἐπαινῶ σε τῆς ἀποκρίσεως, εἰ καὶ τῆς ὑποκρίσεως προσοχθίζομαι. Τὰ συνῳδὰ γὰρ καὶ ἰσοδύναμα ἐρεῖν ἤδη μου ἐρχομένου[1], δέδοικα, μὴ ἀποδὺς πετήσῃς εὐθὺς, καὶ πρὸς ἀδιανοήτους πάλιν χωρήσῃς μωρολογίας. Ὅμως αὐτὸ, φησὶ, τὸ πρᾶγμα φανεῖ.

Εἴρηκας, ὅτι τὸ, ἀπ' αἰῶνος, προσκείμενον, τὸ ἄναρχον διατρανεῖ τοῦ Θεοῦ. Πρόσχες οὖν μοι λοιπὸν, ὅτι κἀνταῦθα τῷ, πρὸ τῆς σελήνης, προστεθὲν τὸ γενεὰς γενεῶν, τὸ ἴσον ἄναρχον ὑπεστήμανε, καὶ ἔστιν ἰσοδύναμον τῷ ἀπ' αἰῶνος.

XXII. Εἰ δὲ καὶ ἔτι τρανοτέρας χρήζεις τῆς ἐπιλύσεως, τὴν

[1] Quispiam forte suspicabitur, legendum potius ἀρχομένου.

---

suis coævus aut paulo anterior pronuntiabitur, propterea quod dictum est, cum exsistentiam habere, *priusquam montes fierent aut formaretur terra?* Nequaquam, inquit; verumtamen illud *a sæculo*, quod præmittitur, sententiam forte errantem corrigit: sic enim ibi legitur: *Et a sæculo et usque in sæculum tu es.*

Laudo responsum tuum, etsi ægre feram simulationem. Vereor enim, ne si consimilia quædam et æquipollentia dicere jam aggrediar, protinus resiliens effugias, et rursus ad insulsas ineptias revertaris. Id vero, inquit, facta demonstrabunt.

Dixisti, illud *a sæculo*, quod adjungitur, perspicue evincere, Deum principio carere. Igitur mihi et reliquum concede, nimirum illud *generationes generationum*[a], quod ibi sequitur illud, *ante lunam*, pari ratione significare *expertem principii*, idemque valere atque illud, *a sæculo*.

XXII. Quod si evidentiorem præterea cupis explicationem

[a] *Ps.* LXXI, 5.

αὐτὴν δανϊτικὴν λύραν ἐμμελεστέρως κινήσομεν, εἴπερ μὴ καὶ πρὸς ταύτην ὄνος φανῆς λύρας ἀκούων, τὸ παροιμιωδούμενον. Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ Θεός σου, Σιὼν, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Τί τούτου σαφέστερον; Τί δὲ γενναιότερον; Δέδεικται γὰρ, ὅτι ταὐτόν ἐστι τῷ εἰς τὸν αἰῶνα τὸ εἰς γενεάν. Καὶ μὴν ἐκεῖσε πλέον εἴρηται· πληθυντικῶς γὰρ τὸ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν, τοῦτ' ἔστι πρὸ τῶν αἰώνων· ἐνταῦθα δὲ γενεὰν εἴρηκε καὶ γενεάν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης φησί· Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Διὰ πάντων τούτων ἑνὸς δηλουμένου, τοῦ τὸν Θεὸν ἄναρχον εἶναι καὶ ἀτελεύτητον, ἀλλ' οὐχὶ τῷ αἰῶνι τούτῳ ταῖς ὑποχρονίοις γενεαῖς συμπαρ-

---

eamdem, Davidis lyram (nisi tamen etiam ad hanc, ex veteri proverbio, apparebis lyram audiens asinus) diligentius pulsabimus. *Regnabit*, inquit[a], *Dominus in sæculum*, *Deus tuus*, *Sion*, *in generationem et generationem*. Quid hoc manifestius? Quid hoc præclarius? Evidentissime enim constat, idem prorsus valere *in generationem* atque in *sæculum*, quin imo ibi plus aliquod dictum invenitur. Illud enim, quod per numerum pluralem dicitur, *ante lunam generationes generationum*, idem est ac *ante sæcula*. Heic vero dixit, *generationem et generationem*. Et rursus inquit idem propheta[b]: *Domine*, *nomen tuum in æternum*, *et memoriale tuum in generationem et generationem*. Ex his omnibus illud unum perspicue evincitur, Deum principio æque ac fine carere, non autem ipsum huic sæculo et generationibus, quæ cum tempore defluunt, quasi coextendi. Ex quibus

[a] *Ps.* CXLV, 10 sec. LXX, qui habent εἰς τὸν αἰῶνα, ubi Vulgatus legit, *in sæcula*.

[b] *Ps.* CXXXIV, 13. Auctor in principio secundi hemistichii cum communiori lectione græca habet particulam καί, ubi Vulgatus latinus repetit vocem, *Domine*. Neque tamen latina lectio penitus græcis incomperta fuit; nam suffragatur ei Alexandrinus codex, qui ibidem repetit, κύριε.

ἐκτεινόμενον· ἐξ ὧν καὶ τὸ τῆς αὐτῆς εἶναι διανοίας συνίσταται, τὸ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν.

Τὸ δὲ προϋπάρχον τῶν ποιημάτων πάντων, οὐ ποίημα· εἰ δὲ οὐ ποίημα, ἄκτιστον· τὸ δὲ ἄκτιστον, ὁμολογουμένως ἄχρονον· τὸ δὲ ἄχρονον, ἀτελεύτητον· τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἀτελεύτητον, καὶ ἄναρχον. Συνῆκται τοιγαροῦν, ὡς ὁ πρὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν διαμένων, καὶ ἄναρχός ἐστι τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχήν, καὶ ἀτελεύτητος.

Ἔθου τῷ στόματί σου φυλακήν, Ἰουδαῖε, καὶ τὸ πρόσωπόν σου

---

exsurgit, etiam illud, *ante lunam generationes generationum*, eamdem prorsus continere sententiam.

Porro quod præexsistit universis, quæ facta sunt, haud factum ipsum est; si autem non factum, est increatum; increatum vero in confesso est temporis esse expers; quod autem est extra tempus, non novit finem; et quod ex natura sua non novit finem, neque principium ullum habet. Exploratum est igitur, eum qui ante solem et lunam per generationes generationum permanet, et principio, quod spectat ad initium temporis[a], carere, ac nullum nosse finem.

Posuisti, o Judæe, custodiam ori tuo, et faciem tuam obscuro

[a] Cum sermo sit de Filio Dei, scite Germanus eum ἄναρχον non infinite, sed quadamtenus, id est κατὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχήν, appellat, ubi ἄναρχος idem valet ac ἀίδιος. Hæc sententia et vetustioribus Patribus familiaris fuit; e quibus S. Gregorius Nazianz. sic breviter ac dilucide, quo sensu Filius ἄναρχος dicendus sit aut non dicendus, tradit (Orat. XXXIX, § XII) : Πατὴρ ὁ πατὴρ, καὶ ἄναρχος· οὐ γὰρ ἐκ τινός. Υἱὸς ὁ υἱὸς, καὶ οὐκ ἄναρχος· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ· εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνεις ἀρχὴν, καὶ ἄναρχος· ποιητὴς γὰρ χρόνων οὐχ ὑπὸ χρόνων : *Pater pater est, et principii expers; neque enim ex ullo est. Filius filius est, ac non principii expers; ex Patre siquidem. Quod si temporis principium accipis, etiam principio caret; neque enim temporum effector tempori subest.* His gemina prope ad verbum legere est in ejusdem Gregorii Orat. XX, al. XXIX, § VII.

αἰσχύνης σκοτομήνῃ περιεκάλυψας, τῶν φωστήρων τῶν μεγάλων τούτων τὸν ἑαυτῶν δηλοποιησάντων σοι ποιητήν.

XXIII. Ἢ καὶ πάλιν τὴν ὀφρὺν αἴρεις ὑψηλοτέραν, τοῦ ἱεροῦ τὸν οἰκοδόμον τοῦδε Σολομῶντα εἰς καύχημα τῷ λόγῳ παρεισκυκλῶν· ὅπως τε σπουδὴν ὑπέρθερμον κατεβάλλετο εἰς δόξαν Θεοῦ, ποικίλλων τὸ τοῦ Θεοῦ σκήνωμα καλλιτεχνίαις, εὐχροίαις χρυσοῦ, εὐχροίαις λίθων, ἀνθρωπίνων ὄψεων θέλγητρα πάντα ἐπιτεχνώμενος, καὶ χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργοις τὸν Θεὸν ἡδύνειν οἰόμενος, αὐτὸς ἔργον ὢν τοῦ Θεοῦ τὸ πάντων ἐξαίρετον, καὶ Θεὸν εἰδὼς τὸν οὐρανὸν πληροῦντα, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν μετροῦντα[1] τῇ σπιθαμῇ[2]; Ἐὰν ἐπὶ τούτοις κομπάζῃς, Κῦρος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὸ

[1] Cod. μετριοῦντα, quod μετροῦντα emendandum censui, secundum Græcam versionem loci Isaiæ, e quo sententia desumpta est (Is. XL, 12) : Τίς ἐμέτρησε ... τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί;

[2] Cod. σπῆθαμῇ, scilicet consueto iotacismi vitio.

---

pudoris velo abscondisti, dum magna hæc luminaria tibi suum ipsorum conditorem clare manifestant[a].

XXIII. Numnam rursus supercilium altius præ fastu attollis, per jactantiam Salomonem hujusce templi exstructorem sermoni subinferens, atque (enarrans), quomodo impensissimum studium ad Dei gloriam contulerit, eximia nempe arte Dei tabernaculum vario auri gemmarumque splendore exornans, nihil non molitus, quod intuentium oculos delectaret, et manuum hominum operibus Deo lætitiam afferre se posse existimans, cum ipsemet Dei opus reliquis omnibus præcellens foret, ac sciret, Deum et *cœlos implere*[b], omnemque terram palmo metiri?

Hæc si fastuose forte jactes, Cyrus Persarum rex, vir licet ido-

[a] Luminaria Auctor dicit *Solem et Lunam*, de quibus in Psalmi loco, de quo disserit, sermo est.

[b] *Jerem.* XXIII, 24 : *Numquid non cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus.*

φρύαγμα κατασβέσει σου, ἄνθρωπος εἰδωλολάτρης καὶ ἀπερίτμητος. Τὸ γὰρ ὑπὸ Σολομῶντος ἀνεγερθὲν ἱερὸν, κατερειπωθὲν καὶ ἀφαντωθὲν εἰς τὸ παντελὲς, βαρυταλάντοις ὁλκαῖς χρυσίου καὶ ψυχῇ θερμοτάτῃ, οὗτος μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐξανέστησέ τε καὶ ἀνενεώσατο, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ τῇ οἰκείᾳ πατρίδι ἀποκατέστησεν. Ὑπεμείνατε γὰρ συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε· καὶ τὸν παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὕρητο ἀπ᾽ οὐδεμιᾶς τῶν τοῦ ἡμετέρου γένους φυλῶν· ὁ δὲ ἀλλογενὴς οὗτος ἄνθρωπος εὐεργέτης ὑμῖν ἐγνωρίσθη καὶ λυτρωτής.

XXIV. Διὰ τῆς ἐξ ἐθνῶν γὰρ ἐκκλησίας καὶ οἱ τοῦ Ἰσραὴλ παῖδες πρὸς τὴν προτέραν κληρονομίαν τοῦ παραδείσου τὸ καθ᾽ ἡμέραν προσκαλοῦνται καὶ εἰσοικίζονται. Καὶ τὸν ναὸν τὸν ἔμψυχον, ἐν ὁ Ναβουζαρδὰν ἐνεπύρισε τὴν ψυχόλεθρον[1] ἐκκαύσας κάμινον

[1] Cod. ψυκόλυθρον.

---

lolatra[a] et incircumcisus, vanum fastum tuum comprimet. Hic siquidem templum a Salomone exædificatum, dirutum deinde ac funditus eversum, ingentibus auri ponderibus et animo maxime alacri, hic, inquam, multo post tempore denuo et erexit, atque instauravit, populumque e captivitate in suam patriam restituit. *Sustinuistis* enim[b] *qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur*, et ex tribubus vestræ gentis *nemo unus inventus est;* hic vero, vir alienigena, beneficum se vobis ac redemptorem præbuit.

XXIV. Et sane per eam Ecclesiam, quæ est ex gentibus, filii quoque Israel quotidie ac pristinam paradisi hæreditatem vocantur et introducuntur. Ac templum animatum, quod Nabuzardan[c], accendens cupiditatum flammam animas dire fœdantem,

[a] Utique idolorum cultui addictus fuerat Cyrus; at non æque certum est, idolatram eum permansisse, aut talem adhuc fuisse, cum templum Hierosolymitanum reædificandum jussit.

[b] *Ps.* LXVIII, 21.

[c] Quemadmodum Cyrus, qui restaurandum curavit templum Domini, ha-

τῶν παθῶν, ὁ τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτων λόγος καὶ παντεχνήμων ἀνανεοῖ καὶ ἐπιτερπέστατα καθωραΐζει, ἐν ἑαυτῷ ὑποστήσας πανάχραντον, πανάγιον, πανυπέρφωτον. Καὶ τί γὰρ ἕτερον, ἢ τῇ θεώσει Θεὸν καὶ τῶν θείων αὐχημάτων μετεσχηκότα καὶ γεγονότα, ὅπερ τὸ ὑποστῆσαι; Ἡ δὲ χορηγὸς τῶν πανάγνων τούτων ὑλῶν, τὸ τῆς γυναικείας φύσεως ἐξοχώτατον καύχημα, τὴν τῶν οὐρανίων ἀγγέλων ὑπέρλαμπρον καθαρότητα κάτω βάλλουσα[1], κατὰ σύγκρισιν ὡς ὑπεροχαῖς ἀσυγκρίτοις αὐτὴν ὑπερβάλλουσα.

XXV. Τὸν ναὸν τοῦτον καὶ αὐτὸς Σολομὼν προβλεπτικοῖς ὄμ-

[1] Nisi quis malit legendum unica voce καταβάλλουσα.

---

incendio absumpserat, Verbum, omnium conditor atque artifex, renovat, et jucundissime exornat, illud in semetipso excitans purissimum, sanctissimum, fulgentissimum. Ecquid enim aliud est templum hoc excitasse, quam deificatione[a] factum fuisse Deum et divinam gloriam participasse? Quæ autem (huic templo exædificando) purissimam materiam suppeditat, præstantissimum sane muliebris generis ornamentum, ipsorum quoque cœlestium Spirituum nitentissimam obscurat puritatem[b], utpote quæ, comparatione instituta, istam immenso superat intervallo.

XXV. Hoc porro templum et ipse Salomon propheticis oculis

bitus est a SS. Patribus ceu typus Christi Salvatoris; ita Nabuzardan, qui (IV *Reg.* XXV, 8 seqq., et *Jerem.* LII, 12 seqq.) templum atque urbem Jerusalem incenderat et destruxerat, habitus est ut typus diaboli, qui humanum genus impulit in ruinam.

[a] Deificatio (θέωσις) dicitur tum ea, qua natura Christi humana assumpta fuit in unitatem personæ, tum ea, qua homines, in filios Dei adoptati, divinæ illuminationis participes fiunt.

[b] Si nitentissimam Angelorum puritatem tam longe excedit Virginis Deiparæ puritas, ut eam plane obscuret, quis suspicari potest, Virginis animam aliquando tenebris ac fœditate peccati obvolutam? Hæc vero diligentius in Germano advertenda. Cum enim disertissime deinceps originalem hanc Deiparæ puritatem profiteatur, hinc sensus istarum quoque sententiarum luculentior evadit.

μασιν ἐθεάσατο, καὶ τὸ μέλλον ὡς ἐνεργούμενον κατενόησεν· Ἡ σοφία, λέγων, ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά· ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα, οὐχ οἷα τῷ ὑπ' αὐτοῦ ᾠκοδομημένῳ ναῷ προσεφέροντο, τὰ κνίσσης καὶ καπνοῦ τοῦ ναοῦ τὸν χῶρον ἀποπληροῦντα· ἀλλ' ὁποῖα; Ἔλθετε, φησὶ, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Τοιαύτη γὰρ ἡ κατὰ Χριστὸν θεόδεκτος καὶ ἀναίμακτος ἱερουργία. Ἀπολίπετε[1], φησὶν, ἀφροσύνην, καὶ ζήσεσθε. Ἀφροσύνη γὰρ ὄντως τὸ οἴεσθαι, χαίρειν τὸν Θεὸν θύμασιν ἀλόγων καὶ καπνῷ καὶ κνίσσῃ καὶ τοῖς τοιούτοις.

[1] Apud LXX legitur, ἀπολείπετε.

---

conspexit, et futurum velut jam ædificatum contemplatus est, ubi inquit[a] : *Sapientia ædificavit sibi domum,* et suffulsit *columnas septem; immolavit victimas suas;* non quales in templo, quod ille (Salomon) exstruxit, offerebantur, quæ nidore et fumo templi ambitum replebant; quales igitur? *Venite,* inquit[b], *comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis.* Hujusmodi est enim secundum Christum Deo acceptabile et incruentum[c] sacrificium. *Relinquite,* inquit[d], *insipientiam, et vivetis.* Prorsus enim insipientia est existimare, Deum brutorum animantium victimis, et fumo et nidore atque his similibus

[a] *Prov.* IX, 1. Germanus cum LXX habet ὑπήρεισε, *suffulsit :* Aquila tamen et Symmachus verterunt ἐλατόμησε, *excidit,* uti et Vulgatus latinus legit.

[b] *Prov.* IX, 5. Auctor habet ἔλθετε (*venite*); sed communis LXX lectio est, ἔλθατε.

[c] Disertissimum habes testimonium fidei nostræ de incruento altaris sacrificio.

[d] *Prov.* IX, 6. Lectio hujus loci, quam Germanus exhibet, consentit cum Complutensi editione, quæ pariter habet, ἀπολείπετε ἀφροσύνην, καὶ ζήσεσθε, et sic utraque suffragatur Vulgatæ latinæ editioni, *relinquite infantiam, et vivite.* Communior græcorum lectio habet : ἀπολείπετε ἀφροσύνην, ἵνα εἰς αἰῶνα βασιλεύσητε : Aldina autem editio utrumque sensum sic jungit : καὶ ζήσεσθε εἰς τὸν αἰῶνα, βασιλεύσητε.

Μὴ γὰρ, φησὶ, φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; Καὶ τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;

XXVI. Πῶς δὲ, Ἰουδαῖε, τῷ Σολομῶντι ἐναρμοσθήσεται τὸ, ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας; Καὶ τὸ, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν; Εἰ εὐλογημένος ὁ Σολομὼν, ὁ θεόπτης ἐρωτάσθω Μωσῆς. Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὅστις ποιήσει γλυπτὸν καὶ χωνευτὸν, βδέλυγμα κυρίῳ, ἔργον χειρῶν τεχνίτου. Εἰ γοῦν ἁλώσιμος τῷ ἐγκλήματι τούτῳ Σολομὼν, πῶς εὐλογημένος ἔσται ὁ ἐπικατάρατος; Πῶς δὲ πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτὸν, ὡς ἡμεῖς γε τέως, ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, τὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ εὐλογοῦμεν καὶ μακαρίζομεν ὄνομα, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἐῤῥύσατο τῆς τῶν

---

oblectari. *Numquid enim*, inquit[a], *manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Ecquis ista e manibus vestris exquisivit?

XXVI. Præterea quanam, o Judæe, ratione Salomoni convenient illa[b] : *Erit nomen ejus benedictum in sæcula?* Quomodo et ea[c] : *Omnes gentes illum beatum prædicabunt.* Moyses, qui Deum vidit, ipse interrogetur, num benedictus sit Salomon. *Maledictus*, hic inquit[d], *homo quicumque fecerit sculptile, et conflatile, abominationem Domino, opus manuum artificis.* Si itaque Salomon hujus criminis reus convincitur; quomodo habebitur benedictus, qui maledictus deprehenditur? Quomodo insuper omnes gentes beatum illum prædicabunt, sicuti interim nos utique ecclesia e gentibus collecta nomen Christi et benedicimus et beatum prædicamus, quoniam a dæmoniorum errore

[a] *Ps.* XLIX, 13. LXX tamen habent φάγομαι ... πίομαι.

[b] *Ps.* LXXI, 17. Germanus cum Aldina editione, ἔσται τὸ ὄνομα ... : communior tamen græca lectio, cum Vulgata latina consentiens, habet : ἔστω τὸ ὄνομα κ. τ. λ.

[c] *Ibid.* Paulo aliter Vulgata latina : *omnes gentes magnificabunt eum.*

[d] *Deut.* XXVII, 15. Auctor cum cod. Alexandrino et editione Complutensi habet τεχνίτου pro τεχνιτῶν, uti communior fert græca lectio latinæ Vulgatæ consentiens.

δαιμόνων ἀπάτης; Ἀπέστειλε γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν καὶ τῶν τῆς ἀσεβείας ἐπιτηδευμάτων. Οἱ δὲ τῆς καλλίστης ταύτης ἠξιωμένοι ἀπολυτρώσεως, πῶς ἂν μακαρίσωμεν, ἢ πῶς εὐλογήσωμεν Σολομῶντα, τῷ κατ' αὐτὸν ὑποδείγματι τὴν εἰδωλολατρίαν ἐπιβεβαιοῦντα, καὶ ὀπίσω τῶν ψευδωνύμων θεῶν πορεύεσθαι ἀντικρὺς εἰσηγούμενον;

Ὅτι δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα εὐλογητόν ἐστι καὶ προσκυνητὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἔχομεν τὸν Ἡσαΐαν συνήγορον μεγαλοφωνότατον, μᾶλλον δὲ τὸν αὐτῷ τὰ τῆς προφητείας ἐμπνεύσαντα, καὶ οὕτωσὶ διαῤῥήδην ἀποφηνάμενον· Τοῖς δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς· εὐλογήσουσι γὰρ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν. Οὐκ ἔτι γὰρ τοῦ Θεοῦ λαὸς Ἰακὼβ, οὐκ ἔτι Ἰωσὴφ καὶ Ἐφραΐμ, τὰ παλαιὰ ταῦτα καὶ σεσηπότα ὀνόματα· ἀλλὰ

---

ipse nos eripuit? *Misit enim*, inquit[a], Deus *Verbum suum, et eripuit eos de interitionibus eorum*, et a studio impietatis. Nos autem, qui eximia hac redemptione digni habiti sumus, quomodo beatum jactabimus, et quomodo benedictionibus Salomonem cumulabimus, qui exemplo suo idololatriam confirmabat, et post falsos deos abire aperte docebat?

Quod vero benedicendum et adorandum inter omnes gentes sit nomen Christi, auctor nobis est altisonus Isaias, seu ille potius, qui Isaiæ prophetica inspiravit oracula, sic omnino aperte pronuntians[b] : *Vocabitur servis meis nomen novum, cui benedicetur in terra; laudabunt enim Deum verum.* Populus enim Dei non amplius Jacob (appellatur), non amplius Joseph aut Ephraim; vetera illa et obsoleta sunt nomina; sed novo vocatur

[a] *Ps.* CVI, 20.

[b] *Is.* LXX, 15 sec. LXV; nam Vulgatus latinus paulo aliter : *Servos suos vocabit nomine alio; in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, amen.*

καινὸν ὄνομα, ἐπεὶ καὶ καινὴ διαθήκη καὶ καινὸς λαός. Καὶ ποῖον τοῦτο; Τὸ, χριστιανὸς, καὶ ὁ ἀπὸ Χριστοῦ παρωνομασμένος ὀνόματι τούτῳ φερωνυμεῖται. Καὶ ὁ τὸν οὕτω φερωνυμούμενον εὐλογῶν, εὐλογεῖ τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινὸν, τοῦτ' ἔστι Χριστὸν, ἀφ' οὗ ὁ χριστιανὸς παρωνόμασται.

Δεῦρ' ἴθι, καὶ στῆθι λοιπὸν μετ' ἐμοῦ, καὶ προσκυνήσωμεν ἄμφω Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεόν· καὶ σημειώθητι μεθ' ἡμῶν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῷ αἵματι τῆς νέας διαθήκης, καὶ διαφύγῃς τὸν ὀλεθρεύοντα καὶ τοῦ σκότους τὸν ἄρχοντα.

XXVII. Ἀλλὰ γέγραπται, φησὶν, ὡς ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης. Καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ὁ Σολομὼν τὸν λόγον ἐκύρωσε, σοφαῖς εὐθυδικίαις τὰς ἀντιδικίας διαλύσας καὶ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων κατακυριεύσας ἐχθρῶν.

Ἀλλὰ πῶς, ἱερόσυλε, τὸ ἑξῆς ὑπεκράτησας; Πῶς, ὦ υἱὲ τῆς

---

nomine[a], quoniam et testamentum novum est, et novus populus. Quodnam vero istud? Christianus, et a Christo hoc nomine cognominatus, vere nomen suum gerit. Quicumque autem benedicit eum, qui vere nomine suo sic appellatur, (eo ipso) Deum verum benedicit, scilicet Christum, a quo christianus nomen sortitur.

Age itaque, et exinde sta mecum, atque ambo simul Christum verum Deum adoremus; et fac nobiscum signeris[b] lumine vultus illius ac novi testamenti sanguine, sicque mortis auctorem et tenebrarum principem effugias.

XXVII. At scriptum est, inquit, quod[c] *orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis*. Et hoc oraculum profecto Salomon operibus implevit, utpote qui sapientibus rectisque judiciis lites diremerit, et irruentes hostes per circuitum sibi subjecerit.

At vero, quomodo, o sacrilege, tacuisti quod sequitur? Quc-

[a] Referri huc possunt quæ leguntur *Is.* LXII, 2, 12.
[b] *Ps.* IV, 7.
[c] *Ps.* LXXI, 7.

νυκτὶ παρωμοιωμένης λατρείας, τὴν σελήνην ὑπέκρυψας, ἵνα ὑποκλέψῃς τὸ χρῆμα τῆς ἀληθείας; Καὶ τί τὸ κλέμμα; Τὸ, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Ὅμως ἀπαντήσω σου μετὰ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς τοῖς προβλήμασι.

Γέγραπται, κἀγὼ γάρ σοι τὰ ἴσα ἐρῶ, ὅτι ἤγειρε κύριος σατὰν τῷ Σολωμὼν τὸν Ἀδὲρ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ τὸν Ἐσρὼμ, καὶ τὸν Βαραμεὲθ, καὶ τὸν Ἀνδραέζερ· καὶ συνηθροίσθησαν ἐπ' αὐτῷ· καὶ ἦν ἄρχων συστρέμματος, καὶ προκατελάβετο τὴν Δαμασέκ· καὶ ἦν σατὰν τῷ Ἰσραὴλ πάσας τὰς ἡμέρας Σολωμών· σατὰν δὲ τὸν ἀντικείμενόν φησι καὶ πολέμιον.

Ἐρῶ δέ σοι καὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης τοῦ Σολομών· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ τῶν βασιλειῶν βίβλος· Καὶ ἐλάλησεν ὁ λαὸς πρὸς τὸν βασιλέα Ῥοβοὰμ, λέγοντες· ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν· πατὴρ δὲ τοῦ Ῥοβοὰμ Σολομών· καὶ σὺ νῦν κούφισον ἀπὸ

---

modo, fili ministerii, quod merito nocti comparatur, lunam abscondisti, ut thesaurum veritatis suffurari posses? Quodnam vero hoc furtum? Hoc nempe, *donec auferatur luna*. Verum cum lumine veritatis dubitationibus tuis occurram.

Scriptum est (nam et ego consimilia quædam tibi narrabo) quod[a] *suscitavit Dominus Satan Salomoni Ader Idumæum, et Esron et Barameeth, et Andraezer; et convenerunt adversus eum; et erat dux agminis, et occupavit Damasec; eratque Satan Israeli cunctis diebus Salomonis*. Satan porro dicit hic hostem et oppugnatorem.

Sed dicam tibi etiam de justitia Salomonis, seu potius non ego, sed Regnorum liber sic enarrat[b] : *Et locutus est populus ad regem Roboam, dicentes : Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis* (pater autem Roboam fuit Salomon). *Tu itaque nunc*

[a] III *Reg.* XI, 14 sec. LXX versionem, a qua valde heic differt Vulgata latina, adeo ut nonnulla, quæ apud LXX hoc 14 versiculo continentur, in Vulgata legantur vv. 23 et 25.

[b] III *Reg.* XII, 3-4 sec. LXX.

τῆς δουλείας τοῦ πατρός σου τῆς σκληρᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ τοῦ βαρέος, οὗ ἔδωκεν ἡμῖν. Ἀκούεις τῆς εὐχαριστείας, ἧς εὐχαριστεῖται ὁ Σολομὼν περὶ τῆς εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ δικαιοσύνης; Ὥστε καὶ ἡ ἀποστασία τοῦ λαοῦ, καὶ ἡ πρὸς τὴν Σαμάρειαν καὶ τὰς δαμάλεις αὐτοῦ μετανάστευσις[1] αἰτίαν ἔχουσι τὴν τοῦ Σολομῶντος ἐπήρειαν.

XXVIII. Οὐδὲ τὸ, ἕως οὗ ἀνταναιρεθήσεται ἡ σελήνη, κοινωνίαν ἔχει τινὰ πρὸς Σολομῶντα. Νῦν γὰρ καὶ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, ὡς ἀρχῆθεν ἐτάχθησαν, τὸν οἰκεῖον διελαύνουσι δρόμον, καὶ ὑπηρετοῦσι τοῦ δημιουργήσαντος τῷ κελεύσματι· ἡ δὲ τοῦ Σολομῶντος δόξα εἰς χοῦν κατεσκήνωσε.

Χριστὸς δὲ φιλανθρωπευσάμενος τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, ὅπερ ἐστὶ, τὸ τὴν γηΐνην σάρκα τῇ θεώσει Θεὸν ἀπερ-

[1] Nisi quis malit mendose positum μετανάστευσις pro μετανάστασις, addenda erit lexicis græcitatis serioris et hæc vox ceu a μεταναστεύω ducta.

---

imminue paululum de imperio patris tui durissimo, et gravissimo jugo quod ipse imposuit nobis. Audisne gratiarum actiones, quas Salomon recipit pro sua erga populum justitia? Adeo ut ipsa quoque populi defectio ad Samariam et ad vitulos[a] suos conversio nullam præter iniquas Salomonis vexationes causam habuerit.

XXVIII. Sed nec quicquam cum Salomone commune habet illud, *donec auferatur luna*. Huc usque enim tum sol tum luna cursum suum, prout constitutum ipsis ab initio fuit, perficiunt, et conditoris sui nutui obsequuntur; at Salomonis gloria in pulverem abiit.

Christus vero, qui ob suam in homines charitatem voluit, ut[b] *inhabitaret gloria in terra nostra*, hoc est, ut per unionem cum Deo caro nostra terrestris Deus fieret, Christus, inquam,

[a] Vitulos aureos innuit Auctor a Jeroboam erectos. Vid. III *Reg.* XII, 28-32.

[b] *Ps.* LXXXIV, 10.

γάσασθαι, βασιλεύει ἀθάνατα. Εἰρήνη δὲ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐδαμῶς· πανταχόθεν γὰρ ἐλαύνεται, λιθολευστεῖται, ῥαβδίζεται, ὡς κόσμου δυσωδέστατον μίασμα. Μόνος Χριστὸς αἰώνιος βασιλεύς, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ὅριον. Ἡσαΐου καὶ τοῦτο, οὐκ ἐμὸν, ὅπερ ἐστὶν, ὡς οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὔτε τέλος. Τὸ δὲ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον μόνου Θεοῦ καὶ τῆς ἀκτίστου ἴδιον φύσεως.

XXIX. Ὥσπερ καὶ ἡ δικαιοσύνη Χριστοῦ ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρώπων δικαιοσύνην. Οὐ γὰρ περὶ διανομὴν καθέλκεται πραγμάτων φθειρομένων, καὶ τῷ βίῳ τούτῳ καταλιμπανομένων, καὶ παιζόντων τοὺς ἔχοντας, ἐν τῷ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ μεταπίπτειν καὶ φέρεσθαι· ἀλλ' ὁποία; Ὡς λίαν ὑψηλὴ, καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον καμπτομένη, δι' ὃν ὁ σύμπας κόσμος καὶ τὰ ἐν κόσμῳ.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐκλέλεκται τῷ Θεῷ ἐκ πάντων τῶν τηνικάδε ἀνθρώπων ὁ Θεοφιλὴς καὶ μακάριος Ἀβραάμ, ὅτι τὸν Θεὸν ὑπὲρ

---

regnat in æternum. Adde, quod Israelitica gens nuspiam pace fruatur. Ubique enim terrarum vexatur, lapidibus petitur, cæditur virgis, tanquam pestilentissima mundi labes. Solus Christus rex est æternus, et pacis per ipsam partæ nullus est finis. Atque hoc etiam, Christum nempe neque initium habere neque finem, non meum est, sed Isaiæ prophetæ. Initio autem ac fine carere solius Dei est, naturæ videlicet increatæ proprium.

XXIX. Atque eadem pariter ratione etiam justitia Christi humanam omnem justitiam longe prætergreditur. Non enim exhauritur in tribuendis bonis, quæ corruptibilia ex natura sua sunt, et cum præsenti vita amittuntur, dumque huc illuc decidunt et transferuntur, possessores suos illudunt; verum qualis ea est? Perquam altissima, et curam gerens hominis, propter quem et totus mundus, et quæ sunt in mundo, condita fuerunt.

Et vero postquam Abraham, vir Deo carus ac beatus, ex omnibus, qui per eam ætatem vivebant, electus a Deo est,

ἑαυτὸν ἠγάπησε, καὶ οὐ μόνον πατρίδα καὶ συγγένειαν καταλελοιπὼς, καὶ πάντα τὰ κτήματα, μετανάστης ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἐχώρει, καὶ ὁπήποτε ὁ ἄγων ἐκέλευεν, ἤγετο· ἀλλ' οὐδὲ τοῦ μονογενοῦς καὶ κληρονόμου ἐφείσατο δι' αὐτόν· ἐπήγγελται τῷ πατριάρχῃ ὁ Θεὸς, ὅσα δῆτα ἐπήγγελται, σπέρματος πληθυσμὸν, καὶ γῆς πλατυσμόν· καὶ, ἵνα μὴ μέγαν κινῶ τὸν ἀνάγυρον, διέβη τὰ τῆς εὐλογίας καὶ ἅπαν τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ.

Ἀλλ' οὐ πατρῶζον ἐδείχθη τὸ σπέρμα ποτέ· ἀλλὰ τὴν ἐκ διαμέτρου ἐναντιουμένην οἱ Ἀβραμιαῖοι ἐβάδισαν, καὶ γεγόνασι τῶν ἐθνικῶν ἀσεβέστεροι. Κεφάλαιον τῆς ἀσεβείας ἐκείνων, ὅτι ἔθυσαν

---

quippe qui Deum magis quam semet dilexit, et non modo patriam et cognationem ac possessiones omnes relinquens, peregrinus venit in terram alienam, et quocumque jussit ille, qui eum regebat, alacriter sese contulit; sed propter Deum ipsum neque unigenito atque hæredi suo pepercit; vicissim Patriarchæ Deus promisit, quæcumque demum promisit, innumeram scilicet posteritatem ac terram late possidendam, atque (ne plura congerens tædio sim)[a] benedictio in universæ Abrahæ posteritatem transiit.

Verum posteri ejus haudquaquam paternos mores in semetipsis aliquando expresserunt; imo vero viam e diametro oppositam terebant, et filii Abrahæ vel ipsos ethnicos impietate prætergressi sunt. Caput autem impietatis eorum fuit, quod *filios*

[a] Germani verba, ἵνα μὴ μέγαν κινῶ τὸν ἀνάγυρον, adagium continent græcis familiare, de quo Suidas (ad v. κινεῖς) : κινεῖς τὸν ἀνάγυρον· ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακά : *moves anagyrum : de illis dicitur, qui mala in suum caput attrahunt.* Et hoc sensu idem adagium referunt et explicant Erasmus (Opp. tom. II, p. 52) et Henr. Stephanus (*Thesaur.* vol. V, ad v. ἀνάγυρις). At hic sensus, ubi patet, ad rem non facit. Itaque cum Suidas addat : ἔστι δὲ φυτὸν ὁ ἀνάγυρος δυσῶδες τριβόμενον, *anagyrus autem est planta, quæ si teratur, malum spirat odorem;* putaverim adagium latiori sensu a Germano usurpatum de iis, qui utcumque alicui rei diutius insistendo molesti evadunt.

τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας τοῖς δαιμονίοις. Οὕτω τὴν θεοφιλεστάτην θυσίαν τὴν ἐπὶ τῷ μονογενεῖ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμιμήσαντο οἱ κακῶς καὶ φύντες καὶ ἀνατραφέντες ἐξ ὀσφύος Ἀβραάμ. Προσώχθισεν οὖν ὁ Θεὸς τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπεν· ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Τῆς δ' ἐθνικῆς πανσπερμίας τότε λόγος οὐδείς. Καὶ μὴν κοινὸς ὁ Θεὸς καὶ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν, ὡς πλάστης καὶ δημιουργός, καὶ πάντες ἔργα χειρῶν αὐτοῦ, καὶ οὔτε νόμον τοῖς ἔθνεσιν ἔδωκεν, οὔτε προφήτας ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτούς, οὔτε τῇ τῶν θαυμάτων ἀνάγκῃ ἠθέλησεν ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι. Ἐδικαίωσεν οὖν σκοπῇ ἐπισκέψασθαι καὶ τὰ κατ' αὐτούς, καὶ γνῶναι τῇ πείρᾳ, εἰ πειθηνίως ἔχει τὰ ἔθνη πρὸς τὰ θεῖα κελεύσματα· Πλὴν καὶ πάλιν μνημονεύων τῆς πρὸς τοὺς πατριάρχας ἐπαγγελίας, καὶ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιφοιτᾷ, καὶ

---

suos et filias immolaverunt dæmoniis[a]. Sic gratissimum Deo sacrificium, quod in unigenito Abrahæ perfectum fuerat, imitati sunt isti perperam ex Abrahæ lumbis et progeniti et progressi! *Infensus igitur fuit Deus generationi huic et dixit : Semper hi errant corde*[b]. Ceterum ethnicorum permixtæ multitudinis nulla tunc ratio habita fuerat. Et vero cum *idem Deus esset Judæorum et gentium*[c], utpote communis utrorumque creator et conditor, et omnes opera manuum ejus essent; at gentibus neque legem (scriptam) dederat, neque prophetas ad eos miserat, neque vi miraculorum ad se attrahere illos voluit. Æquum igitur Deus censuit, hos quoque atque eorum res providentia sua visitare, et experientia probare, an gentes divinis mandatis obsequentes se præberent. Et rursus tamen, memor promissionum quibus se erga Patriarchas obstrinxerat, et *semen Abrahæ (apprehendit)*[d], et inter Judæos versatus est, licet nosset se ab illis haud rece-

[a] *Ps.* CV, 37.
[b] *Ps.* XCIV, 19 sec. LXX.
[c] *Rom.* III, 29.
[d] *Hebr.* II, 16.

ταῦτ' εἰδὼς, ὡς οὐ παραδέξονται. Ἐνηνθρώπησεν· ἐφάνη· ἀνθρώποις συνανεστράφη· ποταμηδὸν τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον τῆς Ἰουδαίας ἐξέχεεν. Οἱ δὲ, ὡς τὰ μέγιστα ἠδικημένοι, τῷ φθόνῳ ἐνεπυρίζοντο· καὶ τῷ ὕδατι, ὡς μύρῳ οἱ κάνθαροι, ἀπεπνίγοντο. Προὔδωκαν, ἐσταύρωσαν, ἐθανατώσαντο ἴδιον εὐεργέτην. Ταῦτα τὰ τῆς μακροθυμίας· τὰ δὲ τῆς ἐξουσίας, ἀνίσταται ἐκ νεκρῶν· μεταβαίνει διὰ τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τὰ ἔθνη· κενοῦται πρὸς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ εἰς ζωὴν αἰώνιον ἁλλόμενον ὕδωρ· τὰ δὲ ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων, πρὸς τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ τὸ ἡσυχῇ ῥέον διψητικώτερον ἐπεπόθησαν· καὶ ἐπλήσθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν κύριον. Τοῦτο ἡ δικαιοσύνη Θεοῦ. Ἐπεὶ τὸ ἕτερον τῶν λίαν ἀδικωτάτων ἐστίν. Τὸ, πολλῶν ὄντων ἀδελφῶν τὸν σκληροτράχηλον μόνον καὶ πατραλοίαν καὶ ἀπειθῆ

---

ptum iri. Factus est homo : conspiciendum se præbuit : *Cum hominibus conversatus est* [a] : beneficia sua instar fluenti effudit in Judææ totius conspectu. Ast illi, quasi gravissimam injuriam passi, livore in eum exarserunt, et non secus ac fragranti unguento scarabæi solent, salutaribus aquis exstincti sunt. Tradiderunt, crucifixerunt, morti addixerunt benefactorem suum. Hæc longanimitatis fuerunt ; quæ vero potestatis, e mortuis resurgit : per apostolos suos ad gentes transmigrat ; effunditur in universam terram *aqua saliens in vitam æternam* [b] ; et *quemadmodum desiderat cerva ad fontes aquarum* [c], ad undas Siloe leniter fluentes avidiori siti (gentes) desideraverunt ; et [d] *repleta est universa terra scientia Domini*. Hoc disposuit Dei justitia. Nam longe alia hominum perquam iniquissimorum sententia est. Decernunt hi scilicet, e multis fratribus eum solum dignum esse, ut a patre honoribus cumuletur, qui et contumax,

[a] *Bar.* III, 38, sed apud LXX v. 37.
[b] *Joan.* IV, 4.
[c] *Ps.* XLII, 1 sec. LXX.
[d] *Is.* XI, 9.

ἀξιοῦν τιμᾶσθαι παρὰ τοῦ πατρός· τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας, ἀλλ' ἑτοίμως ἔχοντας μέχρι θανάτου πείθεσθαι τῷ πατρὶ, τῆς κληρονομίας ἐκβάλλεσθαι. Εἰ τοῦτο ἄδικον, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, τὸ τούτῳ ἀντικείμενον δίκαιον, καὶ μείζονα ταύτης τῆς δικαιοσύνης οὐδεὶς ἂν εὑρήσει ποτέ. Τοιαύτη ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς κατὰ γῆν διατριβῆς τοῦ ἐμοῦ Σολομῶντος δικαιοσύνη ἀνέτειλεν· οὗτος καὶ δικαιοσύνης ἥλιος ὑφ' ἑτέρου προφήτου προηγορεύθη τῆς αὐτῆς ἕνεκα διανοίας.

XXX. Τί ἔτι; Θεόσδοτος ἡ σοφία τοῦ Σολομῶντος.

Ἀλλὰ καὶ ὁ παράδεισος θεοφύτευτος, καὶ τοῦ θεοφυτεύτου τούτου ἐνδιαιτητὴς[1] ὁ Ἀδὰμ καὶ οὗτος θεόκτιστος· καὶ οὗτος θεόσοφος, καὶ μαρτυροῦσιν αἱ κατάλληλοι σημασίαι τῶν κλήσεων, ἅσπερ

[1] Cod. ἐνδιατκητής.

---

et duræ cervicis, et parricida fuit; reliquos vero, qui nullius iniquitatis rei deprehenduntur, imo ad mortem usque Patri obsequi parati sunt, ab hæreditate paterna excludendos esse. Porro si hoc est iniquum, uti profecto iniquissimum est, igitur quod ei opponitur, justum est, imo nihil hoc æquius inveniri unquam poterit. Et ejusmodi quidem fuit justitia, quæ per eos dies orta est[a], quando in terris versabatur Salomon meus; atque eadem de causa jam antea ab alio propheta[b] hic appellatus est *sol justitiæ*.

XXX. Quid adhuc (postulas)? Salomoni (inquit) divinitus collata sapientia fuit.

Esto; sed et terrestris paradisus a Deo plantatus fuit, et paradisi divinitus plantati habitator Adam, ipse quoque a Deo conditus est: ipse quoque divinitus sapientia ditatus fuit, idque testantur aptissimæ significationes nominum, quæ sane ipse in

[a] *Is.* XLV, 8.

[b] Malach. IV, 2. *Et orietur vobis, timentibus nomen meum, sol justitiæ.*

ἅπασι τοῖς ζώοις ἐν παραδείσῳ προσήρμοσεν. Ἀλλ' εἰ καὶ τὰ πρῶτα μακαριστέα, τά γε μὴν δεύτερα ταλανιστέα, καὶ τὰ τῆς εὐλογίας μετεστράφησαν εἰς κατάραν διὰ τὸν ὄφιν καὶ τὴν γυναῖκα. Ὁ μὲν γὰρ εἰσηγήσατο τὴν πολυθείαν· ἔσεσθε γάρ, φησὶν, ὡς θεοί· ἡ δὲ τῶν εἰσηγήσεων διάκονος πρὸς ἄνδρα γεγένηται. Καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἐπιγείων ἁπάντων, γυμνὸς, αἰχμάλωτος, ἄθλιος, τοῦ παραδείσου ὑπερορίζεται.

Μὴ τὸ κατὰ τὸν Σολομῶντα δρᾶμα τῆς κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀπάτης ἀπέοικε; Μὴ τὰ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀκατάλληλα πρὸς τὸν Σολομῶντα; Τῶν θείων χαρισμάτων πλήρεις ἀμφότεροι· γυνὴ καὶ ὄφις καὶ πολυθεΐα ἀπαλλοτριοῦσι τοῦ Θεοῦ τοὺς[1] ἡμετέρους προπάτορας· ταὐτοπαθεῖ τοῖς προπάτορσι καὶ ὁ ἀπόγονος καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἁλίσκεται. Ἐπεὶ κἀνταῦθα συμβουλὴ γυναικῶν, καὶ πρὸς πολυθεΐαν

[1] Cod. τῆς.

---

paradiso universis animantibus convenienter imposuit. Verum si prima hæc uti fortunata laudanda sunt; enimvero ut valde ærumnosa deploranda sunt posteriora, ac benedictionis illius conditio in maledictionem propter serpentem atque mulierem conversa est. Nam serpens quidem deorum invexit multitudinem, quoniam dixit[a] : *Eritis sicut dii;* mulier autem malorum (serpentis) consiliorum administra apud virum facta est. Hinc rex ille universorum, quæ erant super terram, nudus, captivus, miserabilis e paradiso expellitur.

Numquid non Adæ ruinæ par invenitur Salomonis tragœdia? Numquid non simillimi Adæ ac Salomonis casus? Ambo divinis muneribus cumulati : mulier et serpens et deorum multitudo nostros a Deo primos parentes alienant; eadem, quæ primis parentibus, et nepoti obveniunt mala, iisdemque laqueis hic prehenditur. Nam etiam heic suasiones mulierum, et ad poly-

[a] *Gen.* III, 5.

παρεκτροπή· καὶ οὐδὲ ὄφις ἄπεστι κακοσύμβουλος. Τοῦτο οἶδεν ὁ πεπονθώς· ἐκείνου γὰρ λόγος, τὸ, καθαιροῦντα φραγμὸν θήξεται ὄφις· εἰς φραγμὸν δέ μοι ὁ τὰς ἐπὶ ταῖς ἀλλοφύλοις ἐπιμιξίας ἀποτειχίζων νόμος ἐξείληπται· καὶ τὴν ἀπάτην ταύτην ὁ νοητὸς γεγέννηκεν ὄφις.

XXXI. Ταῦτά σοι τῷ πεπλανημένῳ Ἰουδαίῳ καὶ σκληρογνώμονι ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα. Οὐδὲ γὰρ συγχωρεῖ ταῖς ἀντιῤῥήσεσιν ἐμπλατύνεσθαι ἡ ἐνεστῶσα πανήγυρις. Δικανικοῦ γὰρ τὸ σφοδρύνεσθαι κατὰ τῶν ἀντιλεγόντων, καὶ ταῖς ἀντιθέσεσιν ἀντιπαρατάττεσθαι. Πανηγυριστοῦ δὲ τὸ ῥυθμίζειν τὸ ἐπιθυμοῦν τῆς ψυχῆς ταῖς εἰρηνικαῖς καταστάσεσι, κἀπὶ τὸ ἀτάραχον καὶ ἀθόλωτον κατάστημα τῆς καρδίας τὴν ἑόρτιον ἡδονὴν θαλαμεύειν ἀστενοχώρητον. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ χριστομάχοι θῆρες οἰχέσθωσαν, καὶ κατησχυμμένοι φευγέτωσαν· καὶ γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ

---

theismum conversio; et ne serpens quidem deest mali auctor consilii. Id sensit et ille, qui horum malorum particeps fuit; ipsius enim vox illa est[a]: *Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber*. Sepes autem hic, mea quidem sententia, pro lege accipitur, quæ instar muri a permixtione cum mulieribus alienigenis arcebat; et hanc quoque ruinam spiritalis serpens peperit.

XXXI. Atque hæc pauca e multis tibi, o Judæe, aberranti et in errore pervicaciter perseveranti dicta fuerint. Neque enim longioribus refutationibus insistere, quæ nunc celebratur festivitas, patitur. Et causidici quidem fuerit, adversus contradicentes vehementius contendere, atque objecta refellere. Panegyrim vero celebrantis magis munus est animi motus ad tranquillum ordinem componere, et exinde in corda, quæ serena ac tranquilla pace fruantur, jucundissimam inducere festivitatis voluptatem. Sed abeant sane belluæ istæ Christo infensæ, et pudore suffusi discedant; *fiatque via illorum tenebræ, et lubricum;*

[a] *Eccles.* X, 8.

ὀλίσθημα· καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιωκέτω αὐτοὺς, ὁ τὰ εὐαγγέλια κομίζων τῇ ἀειπαρθένῳ· ἡμῶν δὲ οὗτος προπορευέσθω, καὶ εἰς αἴσιον τέλος τὸν λόγον ἀγέτω· εἶεν.

XXXII. Ἀλλ' ὁρῶ προφητικὸν χορὸν ὁμοθυμαδὸν τῇ πανηγύρει συντρέχοντα γεγανωμένῳ προσώπῳ καὶ μειδιῶντι, καὶ βίβλους ὑπαγκάλους βαστάζοντα, καὶ ἑτοίμως ἔχοντα τῷ ἐσφραγισμένῳ τοῦ Θεοῦ βιβλίῳ ἀπὸ βίβλου προσομιλεῖν. Χοραρχεῖ δὲ τῆς πανηγύρεως ὁ Μωϋσῆς, οὐκ ἔτι μογιλαλῶν[1], ὥσπερ τὸ πρότερον, ὡς ἐν τῇ γλώσσῃ βαστάζων τὸ βαρὺ φορτίον τοῦ νόμου, ἀλλὰ τετρανωμένῃ γλώττῃ φθεγγόμενος. Φθέγγεται δὲ τί; Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο, τί ὅτι οὐ κατακαίεται ἡ βάτος, καὶ ταῦτα τὸ πῦρ τὸ ἁπτόμενον τῶν ὀρέων καὶ καπνίζονται[2], φέρουσα ἐν

[1] Cod. μογγιλαλῶν.
[2] Cod. καταπνίζονται.

---

et persequatur eos angelus Domini [a], qui felix nuntium ad perpetuam illam Virginem defert : ipse autem nobis præeat, et orationem nostram ad felicem exitum perducat. Ac de his hactenus.

XXXII. At ecce universum chorum prophetarum video, ad hanc celebritatem læto ac subridenti vultu una simul omnes accurrentes, libros ulnis gestantes, paratosque obsignatum illum Dei librum (sc. S. Virginem) e suis voluminibus alloqui. In hac porro celebritate primas agit partes Moyses, non amplius, ut olim, ore blæso, quippe qui in lingua grave legis onus ferebat, sed expeditissime loquens. Quid porro clamat? [b] *Transiens videbo visionem hanc magnam, quare rubus non comburatur*, idque, licet in semetipsa illum gerat ignem [c] *qui tangit montes*

[a] *Ps.* XXXIV, 6. Fortasse Germanus non vitio codicis, quem manu terebat, sed ratione syntaxeos posuit καταδιωκέτω pro καταδιώκων, prouti consone cum latina Vulgata habet et græca LXX versio.
[b] *Exod.* III, 3.
[c] *Ps.* CIII, 32.

ἑαυτῇ. Καὶ ἄλλως γὰρ τὸ μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, οὐ δέδοικα. Τότε γὰρ σωματικὸν ὑπόδημα, ᾧ μέσῳ ἡ οὐράνιος ψυχὴ προσδιατρίβει τῇ γῇ, φθάσας ἀπελυσάμην. Καὶ τὸ πῦρ δὲ τοῦτο, οὐ πῦρ ἐστι κατανάλισκον, ἀλλ' ἥμερον φωτίζον καὶ ἱλαρόν. Οὐ γὰρ ἦλθεν, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. Πάλιν ὁρῶ Θεὸν οὐρανοὺς κλίνοντα, καὶ εἰς τὸ ἅγιον κατερχόμενον ὄρος, τὸ πάσης τῆς γῆς ὑπερκείμενον καὶ μόνα φρονοῦν τὰ οὐράνια. Ὁρῶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τὴν γάλα καὶ μέλι τῆς ἀφέσεως ῥέουσαν. Ἀντὶ τῆς προτέρας δυσηχοῦς μοι ἐκείνης φωνῆς, τῆς γλυκυτάτης ἐπακροῶμαι· ἤκουσα πάλαι· ἀνάβηθι εἰς τόδε τὸ ὄρος, καὶ τελεύτα ἐκεῖ· καὶ ἀναβὰς, εὐθὺς ἐκεῖθεν κατέβην ἐπὶ τὸν ᾅδην· νῦν δὲ διὰ

---

et fumigant. Nam ceterum haud timeo illud[a] : *Ne appropies huc*. Corporeum enim calceamentum, quo medio cœlestis anima terræ insistit, jamdiu tum dimisi. Insuper ignis iste haud *ignis consumens est*[b], sed suaviter illuminans et exhilarans. *Neque enim venit, ut judicet mundum, sed ut mundo salutem ferat*[c]. Rursus video Deum *inclinantem cœlos*[d] *et descendentem* in montem sanctum[e], qui universæ terræ supereminet, et nihil nisi cœleste sapit. Video *terram promissionis lacte et melle remissionis manantem*[f]. Pro vetere illa mihi horrisona voce, dulcissimam nunc exaudio; audivi olim[g] : *Ascende in hunc montem, et morere ibi;* et cum ascendissem, statim inde ad inferos descendi : nunc vero per hunc inambulantis Dei ac miræ

[a] *Exod.* III, 5.
[b] *Deut.* IV, 24; *Hebr.* XII, 29.
[c] *Johan.* XII, 47.
[d] *Ps.* XVII, 10.
[e] Audis, Virginem Deiparam sancto monti comparari, qui non modo universæ terræ supereminet, sed nihil terram sapit.
[f] *Deut.* XXXI, 20. Frequenter porro SS. Patres sanctæ Deiparæ symbolum habuere terram promissionis.
[g] *Deut.* XXXII, 49.

τοῦ θεοβαδίστου τούτου ὄρους καὶ ὑπερυψήλου πρὸς τὴν οὐράνιον ἀνυψοῦμαι ζωὴν καὶ τὴν ἄμεσον θεοπτίαν.

XXXIII. Τῷ Μωϋσεῖ τούτῳ καὶ ὁ ἀδελφὸς συνεισέρχεται, τὴν καρυΐνην ῥάβδον βαστάζων, καὶ ὑποδεικνὺς κατ' ὀφθαλμοὺς τῇ παρθένῳ, ἵν' ἔχοι τοὺς λογισμοὺς ὑποστηρίζειν ἐν ταύτῃ, καὶ μὴ ἀποροῦσα λέγοι πρὸς τὸν πρωτάγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ συγγενὴς τῆς κόρης βασιλεὺς, ὁ Δαυὶδ, τὸ προφητικὸν σύστημα διακόψας, ἐπὶ τὸ μέσον ἐξάλλεται, τὴν λύραν κινῶν, καὶ κατευνάζων τῆς παρθενικῆς καρδίας τὸν θόρυβον· Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε. Ἄκουσον τοῦ ἀγγέλου· ἴδε τὴν ῥάβδον τὴν ἀπότιστον, τὴν κατεξηραμμένην, ὡς ἰκμάδος πάσης χηρεύουσαν, πῶς βλαστάνει, πῶς καρποφορεῖ, πῶς εὐωδιάζει, ἵνα μόνον τὴν ὑπερφυῆ σου προχαράξειε κυοφορίαν. Μὴ διαταραχθῇς πρὸς τὸ ῥῆμα

---

celsitudinis montem ad cœlestem vitam et immediatam Dei visionem evehor.

XXXIII. Una vero cum Moyse prodit in conspectum et frater (Aaron) nuceam virgam[a] manu tenens, eamque ob oculos Virgini ponens, ut ne cogitationibus ipsa incerta fluctuet, neve hæsitans ad Archangelum respondeat[b]: *Quomodo fiet istud mihi, quoniam virum non cognosco?*

Ecce enim et puellæ cognatus rex David, propheticum agmen perrumpens, in medium prosilit, ac lyram pulsans virginei cordis conturbationem leniter sedat: *Audi, filia,* inquit[c], *et vide.* Audi angelum; cerne virgam non irrigatam, et plane aridam, utpote omni humore carentem, quomodo (tamen) germinat, quomodo fert fructus, quomodo suave olet, tantummodo ut tui supra naturæ ordinem partus figuram præsignet. Ne turberis ad

[a] Virga Aaron, quæ non irrigata floruit, SS. Patribus fuit typus Deiparæ, quæ sine tactu pudoris inventa est mater Salvatoris.

[b] *Luc.* I, 34.

[c] *Ps.* XLIV, 11.

τοῦ Γαβριήλ· παναληθὲς γάρ, εἰ καὶ ὑπερφυές· Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πᾶν ῥῆμα σταθήσεται. Τὸν δὲ σὸν παράδοξον τόκον, τὸν ὑπὸ τοῦ ῥήματος Γαβριὴλ μηνυόμενον, οὐρανοὶ διηγοῦνται. Ἐκεῖθεν γάρ ὁ ἀρχάγγελος, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστὸς, ὃς ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας μου θήσειν ἐπὶ τοῦ θρόνου μου ἐπηγγείλατο, καὶ τὸν θρόνον μου ταῖς ἡμέραις συμπαρεκτεῖναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῷ ὕψει τούτου συμπαρυψῶσαι, ἵνα μὴ μόνον εἴη ἐπίγειος, ἀλλὰ καὶ οὐράνιος, μὴ πρόσκαιρος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτελεύτητος.

XXXIV. Καὶ ὁ μὲν Δαυὶδ ταῦτα. Οἱ δὲ πατριάρχαι σεμνοὶ, σεμνῶς προκαθήμενοι, τὰ θεοπρεπῆ τῷ σῷ τόκῳ προσμαρτυροῦσιν. Ὁ μὲν ἐν βραχυδιαστάτῳ σκηνῇ καὶ εὐπεριγράπτῳ εἰσοικίζων τὸν ἀπερίγραπτον, ὁ Ἀβραάμ· ὁ δ' ἐκ τοῦ λίθου τέκνον Ἀβραὰμ

Gabrielis dictum; verissimum illud est, licet naturæ fines prætergrediens : *In duobus vel tribus testibus stabit omne verbum*[a]. Partum tuum admirandum, qui verbis Gabrielis annuntiatur, cœli insuper enarrant. Inde enim adest Archangelus; adest præterea *testis in cœlo fidelis*[b], qui promisit, *de fructu ventris mei positurum se esse super sedem meam*[c], et *thronum meum sicut dies cœli*[d] jugiter servaturum, atque ad ejusdem cœli celsitudinem evecturum, adeo ut non terrestris modo sed et cœlestis, non ad tempus tantummodo, sed et in æternum sit duraturus.

XXXIV. Et hæc quidem David. Sed et venerandi patriarchæ, qui primam honoris sedem obtinent, divina prorsus de partu tuo prædicant, ac testantur. Et hinc quidem Abraham in exiguo et concinno tabernaculo eum excipiens, qui nullis finibus circumscribitur[e] : inde vero Isaac *suscitatus de lapide filius*

[a] *Deut.* XVII, 6; I *Tim.* V, 19.
[b] *Ps.* LXXXVIII, 38.
[c] *Ps.* CXXXI, 11.
[d] *Ps.* LXXXVIII, 30.
[e] *Gen.* XVIII. Abrahami tabernaculum typus fuit Virginis Deiparæ, quæ immensi Dei hospitium facta est.

ἐγειρόμενος, ὁ Ἰσαάκ· λιθώδης γὰρ ἡ τῆς Σάρρας νηδὺς, καὶ πρὸς παιδογονίαν ἀνύπεικτος.

Ὁ τρίτος δὲ ὁ Ἰακὼβ, χριστὸν ἐλαίῳ ἀναδείκνυσι λίθον, καὶ οἶκον ὀνομάζει Θεοῦ· τῷ λίθῳ τούτῳ τὴν κεφαλὴν ὁ ἀληθὴς Ἰσραὴλ ὑπανέπαυσε, τὸν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας παραμυθούμενος κόπον, μονονουχὶ κράζοντος τοῦ λίθου τούτου προϋπακούσας· Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ὁ δὲ λίθος ἦν ὁ Χριστός. Εἰ δὲ ὁ Ἰακὼβ οὗτος καὶ Ἰσραὴλ κέκληται, ὁ Ἰσραὴλ δὲ νοῦς ὁρῶν Θεὸν διηρμήνευται, ἔσται ὁ λίθος οὗτος τὴν κεφαλὴν, ἢ, σαφέστερον φάναι, τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ὑπανέχων τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, καὶ τῆς γῆς ἐκμετεωρίζων ἐν τῷ γήϊνον μηδὲν, μηδὲ χαμαίζηλον ἐν κόσμῳ φρονεῖν ὑποτίθεσθαι.

Καὶ μάρτυς ἡ κλίμαξ τῆς ἀναβάσεως, ἐκ γῆς ἀφικνουμένη πρὸς

Abrahæ[a]; lapideus enim Saræ uterus erat, et ad liberos gignendos clausus.

Tertius autem se sistens Jacob, lapidem oleo inunctum ostendit, domumque Dei nominat[b] : super hunc lapidem caput reclinavit verus Israel, a labore itineris semet reficiens, quasi in antecessum, clamante hoc ipso lapide, illud audierit[c] : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos;* [d] *Lapis autem erat Christus.* Porro si Jacob iste recepit nomen Israelis, Israel vero, vi vocis, est *mens Deum videns;* lapis erit iste, qui caput, seu, ut clarius dicamus, mentem servorum suorum suffulciat, et sursum e terra elevet, dum nihil terrestre, abjectum nihil in mundo eos sapere docet.

Testis est et scala ascensionis, quæ e terra ad cœlum usque

[a] *Matth.* III, 9.
[b] *Gen.* XXXV, 14-15.
[c] *Matth.* XI, 28.
[d] I *Cor.* X, 4.

οὐρανόν. Ἐπεστήρικτο δὲ ταύτῃ Θεὸς, ᾧ καὶ τὴν κεφαλὴν κάτω ὑπήρειδεν ὁ Ἰακώβ· ἵνα τὴν διὰ μέσης τῆς νοητῆς κλίμακος, τῆς παρθένου, ἄῤῥητον ἕνωσιν τῆς τε θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ὑποτυπώσειεν· ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ εἷς, καὶ κάτω ἔσται καὶ ἄνω, τὸ ἀπερίγραπτον ἔχων θεότητι, τὸ δὲ περίγραπτον ἀνθρωπότητι.

XXXV. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ τρεῖς πατριάρχαι συμμαρτυροῦσιν. Ἐμοὶ δὲ καὶ πάλιν παῤῥησιαζέσθω Δαυὶδ, καὶ τῆς κινύρας[1] διπλασιαζέτω τὰ κρούματα. Τοῦ ποταμοῦ, φησὶ, τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Εἰς ποταμὸν δὲ εἰρήνης ὁ Ἡσαΐας τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου προεθεάσατο σάρκωσιν, οὗ τὰ ὁρμήματα καὶ ἡ ἐξ ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας κίνησις εἰς τὴν παράδοξον ἐνανθρώπησιν εὐφραίνουσι τοῦ Θεοῦ τὴν πόλιν τὴν ἔμψυχον. Ταύτης

[1] Cod. κιννύρας.

---

pertingit[a]. Hujus autem summitati innitebatur Deus, qui tamen etiam Jacobi caput inferius sustinebat, ut divinæ scilicet et humanæ naturæ ineffabilem unitionem mediante spiritali hac scala, nempe Virgine, typice designaret : unus enim idemque erit et in terra, et in cœlo, e divinitate habens quod sit immensus, ex humanitate vero quod loco circumscribatur.

XXXV. Hæc utique tres illi patriarchæ testantur. At mihi vel iterum David eloquatur, modulosque citharæ suæ ingeminet. *Fluminis impetus*, inquit[b], *lætificant civitatem Dei*. Porro in symbolo *fluminis pacis*[c] prævidit Isaias incarnationem Dei Verbi, cujus impetus, immensæ scilicet in homines charitatis ad nostram naturam ineffabiliter assumendam impulsus, animatam *Dei civitatem*[d] *lætificant*. Hujus enim est vox illa, in-

[a] *Gen.* XXVIII, 12.

[b] *Ps.* XLV, 5 sec. LXX.

[c] *Is.* XLVIII, 18 : *Utinam attendisses mandata mea! facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurges maris.*

[d] Vide sanctam Deiparam symbolo expressam civitatis Dei, de qua in Psalmo XLV.

γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ, ἡ, Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, λέγουσα, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

Φέρε δὲ, καὶ τὸ χύμα τῆς Σολομωντείου σοφίας μετοχετευτέον πρὸς τὰ τοῦ εἰρηνικοῦ ὁρμήματα ποταμοῦ, τοῦ ἐπικλύζοντος δόξαν ἔθνεσι, καὶ νάματα ναμάτων τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων δεικνύσθωσαν· Ἰδοὺ εἶ καλὴ ἡ πλησίον μου καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Τοῦ ἀθανάτου νυμφίου τὰ ῥήματα, συμμαρτυροῦντα τῇ νύμφῃ Μαριάμ, τὸ πάντων κτιστῶν ὑπερκεῖσθαι, καὶ δι' ὑπερβολὴν καθαρότητος τῷ ἀκτίστῳ προσεγγίζειν ἐν φύσει κτιστῇ.

XXXVI. Ὡς τοίνυν ὑπερβολικῶς ἐξαίρετον ὂν τὸ πλησιάζειν τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην, κατὰ φύσιν ὄντι ἀπείρῳ ἀβύσσῳ τῆς ἁγιότητος, ἐνδελεχέστερον τοῖς λόγοις ἐπισυνείρει τοῦ πλησιασμοῦ τὸ

---

quiens[a] *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo.*

Sed agedum, et effluvium quoque sapientiæ Salomonis derivetur ad impetus pacifici illius fluminis, quod exundans in gentes gloriam effundit, et Cantica canticorum semet præbeant fluenta fluentorum : *Ecce tu pulchra es, amica mea, et macula non est in te*[b]. Immortalis sponsi ista sunt verba, quæ testimonium de sponsa Maria ferunt, eam scilicet universis creaturis supereminere, et utut inter creatas res censeatur, suæ tamen puritatis præcellentia[c] ad eum, qui est increatus, accedere.

XXXVI. Cum itaque ad sponsum, qui ex natura sua imperscrutabilis est sanctitatis abyssus, sponsam accedere, præstantissimum quid sit omnem mensuram excedens ; continenter hujus

[a] *Luc.* I, 47.

[b] *Cant.* I, 14, et IV, 7.

[c] Eximium habes puritatis Deiparæ encomium, qua scilicet et omnibus antecellat creaturis, atque ad Divinam puritatem, quantum creaturæ fas est, accedat. Atqui utrinque necessario profluit, ejusmodi puritatem nedum fœdissima aliqua labe turpatam, sed ne levi quidem nævo obnubilatam haberi posse.

ἐγκώμιον· καὶ ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, πάλιν φησὶ, καλή[1] μου, περιστερά μου[2]· ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν· ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν· ἐπορεύθη ἑαυτῷ· τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε[3]· φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ταῦτα τὰ ἀσματικὰ προβλήματα καὶ αἰνίγματα, κατὰ μὲν τὴν πρόχειρον ἔννοιαν, τὴν τοῦ ἔαρος δηλοῦσιν ἐπιδημίαν, καὶ τὴν τοῦ πρώτου παρὰ Ἰουδαίοις μηνὸς ἐπιφάνειαν· καθ' ἣν ἡ παμμήτωρ, τῶν τοῦ κρύους ἀπολυθεῖσα δεσμῶν, λύει καὶ αὐτὴ τὰς ὠδῖνας, καὶ ἀπογεννᾷ τὸ παμβότανον. Ἡ δὲ θεομήτωρ, καὶ ἁγία ὄντως γῆ, καὶ ἄσπορος μόνη τὴν ἀνήροτον ἀναβλαστάνει κυοφορίαν· καὶ τὰ τῆς προφητείας Ἡσαΐου πέρας ἀπολαμβάνει· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται.

XXXVII. Εὗρε μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς ἡ πρώτη πλάσις τῆς ἀν-

[1] Cod. καλαι.
[2] Excidit e cod. μου.
[3] Lect. comm. ἔφθακε.

---

accessus encomium oratione prosequitur[a], et iterum, *Surge*, inquit, *propera, amica mea, formosa mea, columba mea: ecce enim hyems transiit, imber abiit, recessit sibi; flores apparuerunt in terra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra.* Hæ Canticorum figuræ et adumbrationes obvio quidem sensu veris adventum et primi apud Judæos mensis initium significant; quo tempore omnium mater (terra) frigoris soluta vinculis, et ipsa fœturam absolvit, omnigenasque herbas progignit. Dei autem mater et vere sancta terra, ac sola non accepto semine fœtum progerminat nullo humano opere excultum, atque implementum accipiunt illa Isaiæ oracula[b]: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet.*

XXXVII. Verni itaque temporis venustatem, velut exsistentiæ

[a] *Cant.* II, 10-12 sec. LXX.
[b] *Is.* XI, 1 sec. LXX, qui legunt *de radice*, ubi Vulgata latina habet, *de radice ejus.*

ὀρωπότητος τῆς κατ' αὐτὴν ὑποστάσεως θέμεθλον, τὴν ἐαρινὴν εὐκοσμίαν· εὑρίσκει δὲ ταύτην ἀρτίως καὶ ἡ παλιγγενεσία τῆς ἡμῶν θύσεως, καὶ τοῦ κόσμου ἡ ἀνανέωσις. Εἴρηται μέν που τῷ γράμματι τῷ ἱερῷ, ὡς εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν γῆν, καὶ ἦν κατεφθαρμένη· ὅτι κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Κατὰ ταύτης τοίνυν τῆς ἀδικίας ἀνοίγονται οἱ καταράκται τοῦ οὐρανοῦ καὶ πᾶσαι αἱ πηγαὶ τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀχρειοῦται τῆς γῆς τὸ πρόσωπον ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ ἀντὶ τῆς προτέρας εὐχροίας ὑδεριᾷ εἰς ὅλον ἐνιαυτόν· καὶ συμπάσχει παντὶ τῷ ἐξ αὐτῆς ἀναστήματι, καὶ τὸν ἀσυνήθη τοῦτον χειμῶνα ὑφίσταται. Ἀλλὰ τί πάλιν τὸ αὐτό φησι γράμμα; Ἐγένετο ἐν τῷ ἑνὶ καὶ ἑξακοσιοστῷ ἔτει ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε, ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ, μιᾷ τοῦ μηνός, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ἀπεκάλυψε Νῶε τὴν στέγην τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἐποίησε, καὶ εἶδεν, ὅτι

---

suæ fundamentum in ipsis rerum initiis invenit prima naturæ humanæ plasmatio; et vernum hunc ornatum invenit modo naturæ nostræ regeneratio, et renovatio mundi. Et sane alicubi sacrarum Scripturarum dictum est, quod[a] *Vidit Dominus Deus terram, et erat corrupta; quippe omnis caro corruperat viam suam super terram*[b], *et terra repleta erat iniquitate.* Ad hanc igitur iniquitatem sistendam aperiuntur[c] cataractæ cœli, et omnes fontes abyssi; et horrida fit e diluvio facies terræ, ac pristinæ elegantiæ loco ad integrum annum facies terræ aquis inundatur, simulque cum iis omnibus, quæ ex ipsa assurgunt, affligitur, insuetamque hanc hyemem subit. Verum quid eadem rursus dicit Scriptura[d]? *Factum est sexcentesimo primo anno vitæ Noe, primo mense, prima die mensis, defecerunt aquæ a facie terræ, et aperuit Noe operculum arcæ, quam fecerat, et*

[a] *Gen.* VI, 12.
[b] *Ibid.* v. 11.
[c] *Gen.* VIII, 11.
[d] *Gen.* VIII, 13 sec. LXX.

ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Ὁρᾷς, ὅπως καὶ ἡ τοῦ δευτέρου κόσμου ἀρχὴ τοῦ πρωτοκαιρίου ἔαρος ἐξάρχεται; Ὁμῶς[1] ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν βλέπουσιν ἑορτήν· καθ' ἣν τὰ μὲν τῆς ἀποστροφῆς τοῦ θείου προσώπου, καὶ ὁ βαρὺς χειμὼν τῆς τούτου ὀργῆς τέλος λαμβάνει· ἄρχεται δὲ τὴν γῆν ἐπισκέπτεσθαι σωτήριον ἐπισκοπήν, καὶ τῷ ἀνθεινῷ στεφάνῳ τῷ ἔαρι καταστέφειν αὐτήν, καὶ μεθύειν τὰς αὔλακας ταῖς τῆς χρηστότητος δωρεαῖς. Ἐνεαρίζων δὲ καὶ ὁ Δαυὶδ, καὶ τῇ ἀνακαινίσει τῆς γῆς τὰ πρόσφορα ψαλτῳδῶν. Ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα, ἐπάδει, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς.

XXXVIII. Ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἵσταται τῆς μακρᾶς περιπλανήσεως καὶ ξένης κυμαγωγίας ἡ κοσμικὴ κιβωτὸς, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον τέλεον ἐκλιμπάνει. Ἀποκαλύπτεται τὰ συγκεκαλυμ-

[1] Cod. ὅμως.

---

vidit quod defecisset aqua a facie terræ. Videsne, quomodo et secundi mundi exordium a primo veris tempore incipit? Omnia ex æquo vetera illa ad præsentem spectant solemnitatem, qua et divini vultus aversio, et iræ ejusdem profunda hyems finem sumunt : tum vero terram salutari visitatione Deus lustrare, et isto vere ceu florida corona ipsam exornare incipit, et ejus sulcos bonitatis suæ muneribus inebriare. Sed et David vernantem prope dixerim vultum explicans, ac vocem citharæ sono conjungens, huic terræ renovationi congrua sic canit[a] : *Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.*

XXXVIII. Jam circumferri tamdiu huc illuc, ac funesta procella jactari cessat arca mundi, et instabiles[b] aquas omnino deserit. Jam revelantur abscondita antiqui illius et sane veri

[a] *Ps.* LXXXIV, 13.

[b] De voce ἀνυπόστατον ita Henric. Stephanus : *Hieronymus enarrans, quod Græci bibliorum interpretes reddiderunt* ὕδωρ ἀνυπόστατον, verbum, *inquit,* apud Græcos ambiguum est, et potest sonare, quod non subsistat, et quod intolerabile sit.

μένα μυστήρια τῆς ἀρχαίας βουλῆς τῆς ὄντως ἀληθινῆς· ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐπιλάμπει τῷ κόσμῳ· καὶ φῶς μέγα ἰδεῖν οἱ χρονίως ἐν σκότει καθήμενοι καὶ σκιᾷ τοῦ θανάτου καταξιοῦνται, καὶ τὸ στερεὸν τῆς πνευματικῆς καταστάσεως τοῦ ἐνύγρου καὶ πλαδαροῦ βίου ἀντιλαμβάνουσι. Περιστερὰ μὲν οὖν ἐκεῖσε ἄγγελος τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ κατακλυσμοῦ· ἥτις χειμῶνος ἐκείνου ἔτι ἐπικρατοῦντος οὐκ ἐπαῤῥησιάζετο· ἐπεὶ δὲ παρῆλθεν οὗτος, ἐξῆλθεν ἐκείνη. Καὶ ὑπὲρ χιόνα δὲ λευκὴ ἐκ τοῦ κατὰ ψυχὴν φωτισμοῦ ἡ πάναγνος καὶ λογικὴ περιστερά, τοῦ νοητοῦ κατακλυσμοῦ ὑπορῥεύσαντος, τῷ κόσμῳ ἐνεφανίσθη. Διά τοι τοῦτο, Ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, λέγει ὁ νυμφίος, καλή μου περιστερά· ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθε. Περιστερὰν δὲ τὴν κεχαριτωμένην ἡ

---

consilii[a] mysteria; mundo illucescit sol justitiæ[b]: et qui diu in tenebris et in umbra mortis sedebant, digni facti sunt, ut magnam lucem videant[c], et pro fluctuanti illa et flaccida vita soliditatem spiritalis mansionis adipiscuntur. Ibi itaque recedentis diluvii nuntia (apparet) columba; quæ quidem dum adhuc procella obtineret, prodire nequaquam audebat; prodiit vero, postquam diluvium cessavit. Sed et cum deflueret spiritale diluvium, candidior nive ob animæ splendorem, purissima ac rationalis columba[d] mundo apparuit. Ac propterea dicit sponsus[e]: *Veni, amica mea, pulchra mea, columba mea: ecce enim hyems transiit, imber abiit.* Nomine autem columbæ vox

[a] *Is.* XXV, 1 sec. LXX.

[b] *Malach.* IV, 2.

[c] *Is.* IX, 2, et *Matth.* IV, 16.

[d] Spirituale diluvium est ruina in universum genus per Adam inducta. Porro res ipsa postulat, ne eo diluvio periisse putetur columba illa purissima, quæ nuntia communis salutis apparet.

[e] *Cant.* II, 10. Hoc etiam loco Germanus omittit μου, quod ex communi vers. LXX adjungitur voci περιστερά.

ἀσματίζουσα ὀνομάζει, καὶ διὰ τὸ ὅλην δι' ὅλου πρὸς τὸ πνευματικὸν μετερρυθμίσθαι καὶ οἱονεὶ πεποιῶσθαι· ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν παῦλαν τοῦ τῆς πλάνης χειμῶνος τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνυσε, καὶ τὸν χρισθέντα τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ κόσμῳ ὑπέδειξε. Καὶ πάλαι μὲν ἐλέγετο πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐξοργιζομένου κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡς οὐ μὴ μείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· τοῦ πνεύματος γοῦν ἐξοικισθέντος ἐκεῖθεν τοῦ ζωοποιοῦ, ὁ νεκροποιὸς κατακλυσμὸς ἐπενήνεκται. Ἐνταῦθα τί; Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις τοῦ ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι τῇ πανυπεραμωμήτῳ, ἔλεγεν ὁ ἀρχάγγελος.

XXXIX. Ἀλλ' ἐπιπλεκέσθω καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ἄσματος τῇ τοῦ

---

canticorum *gratia plenam*[a] appellat, tum quia tota et semper ad normam spiritus semetipsam expresserat, eamque normam quandam veluti naturam induerat; tum etiam quia finem hyemis errorum annuntiavit hominibus, atque *unctum oleo exsultationis præ participibus suis mundo ostendit*[b]. Et olim quidem a Deo, adversus peccatores irato, dictum fuit[c] : *Non permanebit spiritus meus in ipsis, propterea quod caro sunt;* proinde cum vivificans spiritus inde recessisset, mortiferum inductum est diluvium. Heic autem quid[d]? *Spiritus Sanctus*, inquit Archangelus, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*, quæ præ omnibus creatis prorsus es immaculata.

XXXIX. Verum et quæ sequuntur in Cantico, orationis

[a] Vide Deiparam antonomastice τῆς κεχαριτωμένης, *gratia plenæ*, appellatione designatam.

[b] *Ps.* XLIV, 8.

[c] *Gen.* VI, 3 sec. vers. LXX, cujus tamen vulgata editio paulo aliter habet, μὴ καταμείνῃ ... ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις : voces autem εἰς τὸν αἰῶνα etiam in edit. Aldin. desunt.

[d] *Luc.* I, 35.

λόγου ὑφῇ. Καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασε· φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ἐν τούτοις ὁ προδραμὼν τοῦ παρθενικοῦ τόκου, τῆς στείρας βλαστός, παρεμφαίνεται. Καὶ γὰρ καὶ εὐάγγελος ἄγγελος ἐπισυνείρει ἀμφότερα. Εἰπὼν γὰρ πρὸς τὴν παρθένον· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεταί ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ· ἐπισυνῆψε τούτοις εὐθὺς τὴν προδρομικὴν σύλληψιν· Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, εἰπὼν, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς. Οὗτός ἐστιν ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος· οὗτος τὴν τομὴν ἐγγίσαι διαμαρτύρεται, ὅπου φησί· ἤδη δὲ καὶ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Δεῖ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ χειμὼν παρῆλθε, καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ζωογόνος[1] ἐπέλαμψε, καὶ τὸ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἄνθος ἐβλάστησεν, ὅσα τῶν δένδρων, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ ἡλίου περίθαλψιν, ἐπὶ

[1] Cod. ζωογόνον.

---

texturæ inserantur[a] : *Tempus putationis advenit; vox turturis audita est in terra nostra.* In his germen quoque sterilis, præcursor virginei partus, simul exprimitur. Et sane Angelus, faustus ille nuntius, utrumque simul connectit. Nam postquam Virgini dixit[b] : *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei;* continuo Præcursoris conceptionem his adjunxit inquiens[c] : *Et ecce Elisabet cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua.* Hic est turtur solitudinis amicus : hic tempus putationis appropinquasse testatur, ubi ait[d] : *Jam enim securis ad radicem arborum posita est.* Postquam enim hyems pertransiit, et vivificus sol justitiæ resplenduit, flosque e radice Jesse germinavit, plane oportet, ut quæcumque arbores, hujus

[a] *Cant.* II, 12.
[b] *Luc.* I, 35.
[c] *Ibid.* v. 36.
[d] *Luc.* III, 9.

τῆς πρώτης μένουσιν ἀκαρπίας, μηδεμίαν ἱκμάδα τῆς εὐζωΐας ἐπαγγελλόμενα, ἐκκόπτεσθαι, καὶ εἰς πῦρ βάλλεσθαι, καὶ καίεσθαι. Δίκαιον γὰρ καὶ τοῦτο οὕτως τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος κέκρικεν· Ἵνα τί γὰρ, φησὶ, καὶ γῆν καταργεῖ;

XL. Ὦ πόσων μοι τῶν παραδειγμάτων, ὡς χρωμάτων τὸ δαψιλὲς, δι' ὧν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς προεζωγραφεῖτο μυστήριον! Ἡ πρωτομηνῖτις αὕτη κορυφαία, καὶ παντὸς τοῦ χρονικοῦ κυκλοφορήματος ἔξαρχος, καὶ τὸν τληπαθέστατον κατ' Αἴγυπτον Ἰσραὴλ εἶδεν ἰδόντα φῶς γλυκὺ τῆς ἐλευθερίας, καὶ φυγόντα δι' αἵματος τὸν ὀλοθρεύοντα ἄγγελον· μαρτύριον δὲ τούτου τοῦ πάσχα ἡ τελετή. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν προσκαίρου δουλείας, καὶ ἐργομοχθίας θανάτῳ ἀναπαυομένης, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀπελύοντο. Οἱ δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως καὶ εἰς αὐτὴν τὴν παρουσίαν Χριστοῦ τὸ ζῆν καταλύσαντες, τὴν πικροτέραν ὑφίσταντο τυραννίδα, ἐπὶ τὴν σκοτεινὴν παροικίαν

---

solis radiis circumfotæ, in pristina sterilitate, nullum frugiferæ vitæ succum promittentes, perseverant, jam excidantur, et in ignem conjiciantur, et comburantur[a]. Namque æquissimum et id ita judicavit sol justitiæ[b] : *Ut quid enim*, inquit, *etiam terram occupat?*

XL. Quanta vero mihi exemplorum copia suppetit, quibus veluti coloribus hodiernæ festivitatis mysterium pridem jam ad vivum designatum reperitur! Mensis iste, principium mensium et totius annui orbis caput, ipse est, qui in Ægypto Israelem vidit tum in mediis calamitatibus intuentem suave libertatis lumen, tum exemptum per sanguinem ab Angelo exterminatore; cujus rei testis erat sacer paschalis ritus. Verum illi temporaria servitute, atque laboriosis ærumnis, quæ saltem per mortem cessant, ea occasione liberati fuerunt. At vero illi, qui ab Adam vel usque ad hunc Christi adventum vitam finierunt, tyrannidem sane acerbiorem, in tenebricosas inferorum sedes descendentes,

[a] *Ibid.*
[b] *Luc.* XIII, 7.

καταβάντες τοῦ ᾅδου. Καὶ τὰ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένα τοῖς τῷ θανάτῳ καὶ τῷ ᾅδῃ τυραννουμένοις μᾶλλον ἁρμόσειεν. Ἐκέκραξαν, φησὶ, πρὸς τὸν Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς· καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Οὐδεὶς γὰρ ἕτερος κατὰ θανάτου τρόπαιον ἔστησε, καὶ τῆς διαφθορᾶς τὴν φύσιν ἀπήλλαξεν, εἰ μὴ ὁ τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατος λόγος καὶ συναΐδιος, ὃς κατ' εὐδοκίαν ἰδοὺ πατρικὴν ἀφικνεῖται, ἵνα γένηται πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς διὰ τῆς ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων σαρκώσεως, καὶ τοὺς συγγενεῖς ἐπισκέψηται. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ὁ Κύριος ἀνατέταλκεν. Ἔσται δὲ, ὅτε φθονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν εἰς Αἴγυπτον καταβήσεται, καὶ τὰ σκοτεινὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια.

XLI. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν σκηνὴν ἐκείνην τὴν μεταφορητὴν,

---

passi sunt. Et certe aptius his, qui vinculis mortis atque inferorum captivi detinebantur, convenirent quæ in Psalmis dicta sunt[a] : *Et clamaverunt* (inquit) *ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos. Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum.* Nemo quippe alius de morte trophæum erexit, et naturam a corruptione liberavit, nisi Patris subsistens et coæternum Verbum, qui secundum paternum beneplacitum ecce advenit, ut incarnatus ex virgineo sanguine *sit primogenitus in multis fratribus*[b], et cognatos suos invisat. Manifeste enim compertum est, Dominum e tribu Judæ ortum esse. Erit autem, quando propter fratrum invidiam in Ægyptum, in tenebrosa nempe inferni regna, descendet.

XLI. Quin etiam vidit hic (primus mensis) opere completum[c]

[a] *Ps.* CVI, 20 et 28.

[b] *Rom.* VIII, 29.

[c] *Exod.* XL, 2 et 15 : *Mense primo, prima die mensis, erige tabernaculum testimonii ... Igitur primo mense anni secundi, prima die mensis, collocatum est tabernaculum.*

ἧς ἀρχιδομήτωρ Βεσελεὴλ, τὴν θεμελίους μὲν οὐκ ἔχουσαν, τύπους δὲ μόνον ἔνδοθεν περικλείουσαν τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς, καὶ ἐμψύχου, περὶ ἧς καὶ ἐψαλτῴδηται, ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται, τῆς ὄντως κιβωτοῦ τοῦ ἁγιάσματος, ὁ μὴν οὗτος τὴν πῆξιν λαβοῦσαν τεθέαται. Καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῖς Ἰσραηλίταις ἐν τούτῳ πεπανηγύρισται. Οὕτω μεγίστης φροντίδος ἠξίωτο τῷ δεσπότῃ Θεῷ τὸ τελούμενον σήμερον θεοπρεπὲς καὶ μέγα μυστήριον· καὶ παρὰ τοῦτο ποικίλοις προχαράγμασι προϊστόρηται.

XLII. Πήγνυται καὶ νῦν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ ἀθεμελίωτος οἶκος, τάγε εἰς ἀνδρικὴν συνεργίαν καὶ φύσεως ἀκολουθίαν. Ἐνταῦθα γὰρ ὁ ἔνοικός ἐστι τοῦ οἴκου θεμέλιος· καὶ ἐπὶ τῷ οἰκοδόμῳ παραδόξως ὁ οἶκος ἐστήρικται. Ἡ αὐτὴ γὰρ τοῦ λόγου ὑπόστασις καὶ θεμέλιός ἐστι τῷ οἴκῳ· τὸ γὰρ πρόσλημμα θεοϋπόστατον, καὶ αὐτὸς

---

tabernaculum illud vectile, cujus princeps artifex (fuit) Beseleel, nulli utique subnixum fundamento, intus vero nihil continens, nisi figuras veri tabernaculi, et animatæ illius vere *sanctificationis arcæ*, de qua etiam cantatum in Psalmis fuit[a] : *Deus in medio ejus, et non commovebitur*. Tum dedicatio (tabernaculi) hoc ipso mense ab Israelitis celebrata est[b]. Adeo nempe dignum maxima cura Domino Deo visum est divinum illud ac magnum mysterium, quod hodierna die perficitur, ac propterea variis antea symbolis descriptum fuit.

XLII. Nunc etiam *Sapientiæ Dei* domus construitur, eaque, quod ad humanam cooperationem et ordinem naturæ spectat, carens fundamentis. Heic enim inhabitator ipse est habitationis fundamentum ; et modo plane mirabili domus super ipsum ædificatorem suum cernitur fundata. Quæ enim Verbi est hypostasis, eadem et domui est fundamentum ; quoniam illud, quod

[a] *Ps.* XLV, 6. Particulam *et*, quæ et a Vulgata Latina, et a communi græca LXX lectione abest, retinent tamen cum Germano editiones Aldina et Complutensis.

[b] Conf. *Exod.* LX.

αὐτῷ ἐνοικεῖ, ἵν' εἴη τῶν ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ δύο φύσεων τὸ διάφορον πρόδηλον· ἐπείπερ ἄλλο τὸ ἐνοικοῦν τι[1] καὶ ἄλλο τὸ ἐνοικούμενον. Κατὰ ταύτην οὖν τὴν διάνοιαν εἰρῆσθαι καὶ τὸ τοῖς ψαλμοῖς ἐμφερόμενον· Ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, αὐτὸς εὐθυβόλως, ὡς οἶμαι, νενόηκα. Στήριγμα γὰρ καὶ ὑπόστασις ὁ μονογενὴς γεγονὼς τῇ γηΐνῃ σαρκὶ, ἣν ἐκ τῆς παρθένου προσείληφεν, ὑπερύψωσε ταύτην· καὶ σαρκοφόρος ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων δοξάζεται, τοῖς χερουβικοῖς ἐποχούμενος νώτοις θεοπρεπῶς· εἰς ὄρη γὰρ πολλαχοῦ οἱ ἄγγελοι ἐκλαμβάνονται. Τετραχῶς δέ ποτε τοῦ δωδεκαφύλου τῶν Ἰουδαίων εὐτάκτως διαιρεθέντος, καὶ προηγου-

[1] Cod. ἐνοικοῦντι.

---

assumptum est, in Deo subsistentiam habet, ac Deus in eo inhabitat; adeo ut duarum, quæ in uno Christo sunt, naturarum discrimen manifeste appareat : quoniam aliud sane est, quod inhabitat in aliquo, aliud vero, quod inhabitatur[a]. Recte igitur, ut mihi videtur, in eamdem sententiam dici et illud ipse censui, quod continetur in Psalmis[b] : *Erit firmamentum in terra super summis montium.* Unigenitus enim fundamentum et hypostasis factus terrestri carni, quam ex Virgine assumpsit, hanc exaltavit; et humanam gerens carnem, glorificatur super summis montium, cherubicis scilicet, prout Deum decet, invectus humeris, cum Angeli frequenter montium nomine accipiantur. Sed et aliud mysterium in eo præsignabatur, quod aliquando duodecim Judæorum tribus pulchro ordine quadrifariam distributæ

[a] Adverte discrimen nestorianam inter et catholicam sententiam. Utrisque enim, catholicis ac nestorianis, familiare fuit hanc imaginem usurpare, et in Christo Domino habitaculum simul et inhabitantem contueri. At nestoriani, dum in habitaculo et habitante *alium et alium* vident, duas in Christo personas impie distinguunt : catholici vero, dum mere *aliud et aliud* dicunt inhabitatorem et habitaculum, duas naturas, servata personæ unitate, profitentur.

[b] *Ps.* LXXI, 16.

μένης[1] τῆς κιβωτοῦ, ἕτερον ἐκ τούτου μυστήριον προεσημαίνετο· ὡς τῇ ἐκ παναγνων παρθενικῶν αἱμάτων θεοϋποστάτῳ σκηνῇ κάμψουσι γόνυ τὰ οὐράνια, καὶ οἱ ἐπὶ γῆς ἄνθρωποι εἰς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους διῃρημένοι[2], καὶ αὐτὰ δήπου τὰ καταχθόνια.

XLIII. Ἄλις λοιπὸν τῶν σκιωδῶν ὑποδειγμάτων καὶ τυπικῶν· ἄλις τῶν ποικιλοτρόπων προαγορευμάτων τῶν προφητῶν· ἄλις τῶν δαυϊδείων ψαλτῳδημάτων καὶ τῶν Σολομωντείων ᾀσμάτων. Ἰτέον ἐπ' ἐκεῖνα τοίγαρ, ἃ πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, καὶ οὐκ εἶδον.

Ὁ παριστάμενος ἄνω μετὰ θέους τῷ παντοκράτορι, γυναικὶ παρίσταται σήμερον μετὰ πλείστης τῆς εὐλαβείας· πρὸς ταύτης ὁ πυρίμορφος ἀνταστράπτεται· ὁ ἄϋλος τὴν ἔνυλον δέδοικε. Ζαρχαρίας

[1] Cod. προηγουμένου, sed mendose; nam (Num. X, 33) Scriptura testatur arcam præivisse.

[2] Cod. διῃρημένον.

---

sint, arca vero præcederet[a]; præsignabatur nempe futurum, ut tabernaculo, ex purissimo sanguine Virginis ædificato et in Deo subsistentiam habenti, tum cœlestium tum terrestrium, hominum nempe, qui distinguebantur in Judæos et Græcos, et ipsorum utique inferorum genua flecterentur.

XLIII. Ceterum jam satis symbolorum, typorumque adumbrationibus persequendis immorati sumus; satis ex multiplicibus variisque prophetarum oraculis attulimus. Satis davidicorum psalmorum, et Salomonis canticorum delibavimus. Ad illa itaque pergendum, quæ[b] *multi prophetæ et reges cupiverunt videre, et non viderunt.*

Ille, qui in cœlis cum timore astat coram omnipotente, maxima cum reverentia hodie astat coram muliere; ab hujus splendore, utut ignea ipse fulgens forma, percellitur; materiæ expers cor-

[a] *Num.* X, 33.

[b] *Luc.* X, 24.

ὁ ἀρχιερεὺς ἔτι τῆς ἀμφιβολίας ἐπιτίμια καρτερεῖ τὴν ἀφωνίαν, τὴν κώφευσιν. Οἶδε τοῦτο ἡ παρθένος ἡ συγγενής· καὶ εἰδυῖα, ὅμως ἀντιλέγει τῷ ἀρχαγγέλῳ· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Ὁ δὲ οὐκ ἐπιτιμᾷ· ἀλλὰ τὸ ἀμφισβητήσιμον διαλύει, μεθ' οἵας ἄν τις φαίη δουλικῆς συστολῆς. Οὐ γὰρ μόνου τοῦ ἀρχιερέως μείζονα ταύτην ἐγίνωσκεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἱλαστηρίου, ἔνθα ὁ ἀρχιερεὺς θυμιῶν πεπήρωται τὰ αἰσθητήρια, ἵνα μὴ πρὸς τὰ κατ' αἴσθησιν ἔχων τὸν νοῦν, τοῖς ὑπὲρ κατάληψιν ἀπιστῇ. Ἡ δὲ παρθένος τὰ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν διαβεβηκότα εἶχε τὸν νοῦν, καὶ μετὰ τῶν ἄὐλων νόων Θεῷ παριστάμενον. Οἶδε τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ, καὶ τὴν ἀντιλογίαν οὐκ ἐξ ἀπιστίας, ἀλλ' ἐξ ἀσφαλείας πανάγνῳ προσηκούσης παρθένῳ, ἐγίνωσκε προελθεῖν. Διὸ οὐδ' ἐκφέρεται πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν.

---

pore constantem veretur. Summus sacerdos Zacharias adhuc diffidentiæ suæ pœnam mutus, elinguis luit. Non nescit id cognata Virgo; cumque id noverit, Archangelo tamen illud objicit[a]: *Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?* Ast hic non pœnam intentat; sed cum ea demissione, qua servulus uteretur, propositam dubitationem solvit. Hanc quippe noverat non modo summo sacerdoti præcellere, sed vel ipsi, quod in Sanctis Sanctorum latebat, propitiatorio, ubi sacerdos, dum thymiama adoleret, exstasi a sensibus abstractus est, ne scilicet, sensibilibus mentem adhibens, ab iis credendis, quæ mentis captum superarent, avocaretur. At Virgo mentem supra omnia, quæ sensus afficiant, longe evectam, et simul cum incorporeis mentibus Deo astantem gerebat. Perspexit id et Gabriel; quodque contra sibi responsum fuerat, non sane ex incredulitate, sed ex diligenti cautela, quæ purissimam deceret Virginem, profectum videbat. Propterea neque ad pœnas intentandas movetur.

[a] *Luc.* I, 34.

XLIV. Ἄγε οὖν ὑπὸ πρωτοψάλτῃ τούτῳ, τῷ πρωταγγέλῳ, τὴν χαρμόσυνον φωνὴν ἀλαλάξωμεν τῇ παρθένῳ· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος, λέγοντες, μετὰ σοῦ. Νῦν γὰρ καταλλάσσεται Θεὸς μετ' ἀνθρώπων. Ὅστις ἔφη που πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσραήλ· Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν· ἀλλ' ἐπεὶ σὲ κατοικητήριον ἄξιον τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐφεύρηκε, τὴν παλαιὰν διάστασιν καταλύει, καὶ γίνεται μετὰ σοῦ, καὶ διὰ σοῦ πρὸς ἅπαν τὸ συγγενές σοι. Μὴ λέγε, ὦ πανυπέραγνε· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Διὰ τοῦτο γὰρ ἔσται, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκεις. Διὰ τοῦτο ἐγγραφήσεταί σοι τῷ καινῷ τόμῳ τοῦ πατρὸς ὁ ἐνυπόστατος λόγος, ὅτι μέλανος ἀνεπίδεκτος εἶ τῆς ἀνδρικῆς συνουσίας. Ἐκ παρθένου γῆς ἐπλάσθη πρότερον Θεοῦ χερσὶν ὁ Ἀδάμ· καὶ νῦν ὁ τοῦ Ἀδὰμ πλάστης, νέος Ἀδάμ, ἐκ

XLIV. Agedum igitur, cum principe hoc psalte, cum Archangelo, festivis vocibus ad Virginem clamemus, dicentes[a] : *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Nunc enim Deus cum hominibus reconciliatur. Dixit alicubi, quisquis ille est, Israelitis[b] : *Iniquitates vestræ diviserunt inter me et eos;* at postquam dignum gloria sua habitaculum te reperit, vetustum divortium aufert, et versatur tecum, et per te ad omnes, quibuscum communem habes naturam, accedit. Ne quæso, dicas, o super omnes purissima : *Quomodo hoc erit mihi, quoniam virum non cognosco.* Propterea enim id erit, quoniam virum non cognoscis. Propterea in te, volumine scilicet adhuc integro, inscribetur subsistens Patris Verbum, quia virilis consuetudinis atramento es inaccessa. E terra virgine Dei manibus plasmatus est ab initio Adam; nunc autem Adæ illius plasmator ex te[c] oritur novus

[a] *Luc.* I, 28.

[b] *Is.* LIX, 2. *Iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum.*

[c] Ecce Virginem Deiparam comparatam habes terræ illi, quæ maledictionem nesciebat.

σοῦ γίνεται, κείμενον ἀναστήσων τὸν παλαιὸν, καὶ ἀναπλάσων διαλυθέντα.

Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Τοῦτο μόνον λέγεις; Τὸ δὲ μεῖζον πυρυποκρατεῖς, ὦ ὑπερουρανία τῇ δόξῃ, καὶ χθονία τῇ μετριοφροσύνῃ. Οὐ μέγα σοι, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκεις, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ ὑπερηγνισμένος[1] σου νοῦς ἄβατος ἴχνει[2] προσβολῆς ἐπιμώμου[3] καὶ ἀπρεποῦς. Παράδεισος εἶ θεοφύτευτος· καὶ ἐξ ὅτου

[1] Cod. ὑπερηγνύσμενος.
[2] Cod. ἴχνη.
[3] Cod. ἐπὶ μώμου.

Adam, ut veterem illum jacentem erigat, et corruptione resolutum refingat.

Quomodo fiet istud mihi, quoniam virum non cognosco? Hoc solum dicis? At præstantiora silentio premis, o quæ gloria cœlis es sublimior, terrestris vero modesta tui opinione. Haud magnum in te illud est, quod virum non cognoscas; sed potius quod mentem, supra modum omnem purissimam, imperviam habeas vel minimo motionis inordinatæ minusve decentis vestigio[a]. Paradisus es a Deo plantatus[b], et ex quo genitalibus naturæ

[a] Cernis Mariam a pugna illa exemptam, quæ originalis peccati est consectarium.

[b] Perspicua juxta atque eleganti imagine oculis subjicitur originalis innocentia Deiparæ. Est enim sermo de primo exsistendi initio, cum creari anima illa sanctissima non potuerit antequam secundum naturæ leges generaretur; non prius vero genita exhibetur, quam Deus Cherubim illam custodiendam tradiderit, ne ullus ad eam aditus antiquo serpenti pateret. Neque advertere omittas, quomodo hoc Virginis privilegium commemoraturus, de ejusdem conceptione auctor loquatur. Ita enim eam fatetur genitam secundum naturæ leges, ut tamen aliquid, quod ad eam solam pertineat, intercessisse subindicet, inquiens, τοῖς σοῖς ... φύσεως νόμοις. Ex lex sane naturæ obtinuit, quia consueto naturæ ordine concepta est : singulare vero illud fuit, quod *parens Anna*, ut cum Niceta Paphlagone loquar (Hom. in Nativ. Deip. *Auct. Combefis.* vol. III, pag. 437), *in se ipsa malitiæ vitiique torrentem stiterit;* atque adeo, cherubico flammeo gladio serpentem arcente, ex polluta radice impollutus fructus progerminavit.

τοῖς σοῖς πεφυτούργησαι φυτοσπόροις φύσεως τόμοις, τὰ Χερουβὶμ ἔταξεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην κυκλόθεν σου στρέφεσθαι, καὶ παντόθεν ἀνεπιβούλευτον συντηρεῖν ἐκ τοῦ δολιόφρονος ὄφεως.

XLV. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Ὅτε τῷ παραδείσῳ ἔνοικος ἡ Εὖα ἐστρέφετο, τὸ στρεβλὸν ἐπ' αὐτὴν ἑλήλυθε πνεῦμα τὰς τοῦ ὄφεος ὑπολοξώσεις οἰκειωσάμενον. Ἐπὶ δὲ σὲ πνεῦμα εὐθὲς[1] καὶ ἅγιον ἐπελεύσεται. ἐπειδὴ καὶ ἡ εὐθύτης ἠγάπησέ σε, ὡς ἡ ἀσματικὴ μελῳδεῖ σοι φθογγή.

Καὶ δύναμις τοῦ ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· ἥτις ἐστὶν ὁ τοῦ ὑψίστου υἱός. Δαυὶδ μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς Ἰουδαίων· Ποῦ, φησὶ, πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Πρὸς τὸν πατέρα τὸν λόγον ποιούμενος, οὗ πρόσωπον ὁ υἱὸς, καὶ

[1] Apud LXX εὐθὴς pro εὐθύς.

---

legibus tibi propriis sata fuisti, Deus mandavit Cherubim, ut et *gladium flammeum atque versatilem* in orbem circum te rotarent, teque undequaque inaccessam fraudulenti serpentis insidiis servarent.

XLV. *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[a]. Cum Eva, paradisum inhabitans, huc illuc vagaretur, tortuosus ad eam spiritus, sinuosis utens serpentis flexibus, accessit. In te vero rectus et sanctus superveniet Spiritus; quoniam, ut vox tibi canticorum concinit[b], *rectitudo dilexit te.*

Et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quæ virtus plane Filius est Altissimi. Et sane, Judæorum rex David, *Quo*, inquit[c], *ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam?* Patrem scilicet alloquitur, cujus facies et per omnia similis imago est Filius; qui

[a] *Luc.* I, 35.
[b] *Cant.* I, 3 sec. LXX; nam latinus Vulgatus, *Recti diligunt te.*
[c] *Ps.* CXXXVII, 7.

ἀπαράλλακτος χαρακτήρ· ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ τούτοις τοῖς λόγοις τὸ τῆς τριάδος ἐκφαίνει μυστήριον. Ἄνθρωπος δὲ ὢν, καὶ στραφεὶς εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναι τούτῳ τῆς ἁμαρτίας τὴν ἄκανθαν, φοβούμενος τὴν δεσποτικὴν ἐπεξέλευσιν, δρασμὸν μελετᾷ· καὶ ὑποσκάζων ἔτι τὸν πόδα τῇ πληγῇ τῆς ἀκάνθης, ἀπορεῖ, ποῦ ποτ' ἂν καὶ ἀποδράσοι καὶ τὸν ἀλάθητον λήσεται ὀφθαλμόν. Ὁ μὲν Δαυὶδ ταῦτα· ἡ δ' ἐκ Δαυὶδ παρθένος, μυσταγωγοῦντος τοῦ ἀρχαγγέλου, τὸ ὑπερουράνιον μάθημα ἐκμανθάνει τῆς μιᾶς ἐν τριάδι θεότητος, πνεῦμα ἅγιον καὶ δύναμιν τοῦ ὑψίστου, ἐξ οὗτινος ὑψίστου ἡ δύναμις καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προαιωνίως ὑπέστησαν. Πλὴν οὐχὶ δρασμὸν διανοεῖται καὶ αὕτη· ἀλλὰ τί φησι πρὸς τὸν μηνυτήν; Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι

---

enim[a] vidit Filium, vidit Patrem; et sic Trinitatis mysterium in illis verbis ostendit. Cum porro homo (hic) esset, et *conversus in ærumna, dum configitur* ipsi peccati *spina*[b], timens ultionem Domini, fugam meditatur; et e spinæ vulnere adhuc pede claudicans, hæret incertus, quo tandem et aufugiat et lateat oculum, quem nihil latet. Ita quidem David; at Virgo e Davide exorta, Archangelo sublimia edocente, supercœleste unius in Trinitate Deitatis mysterium (et ipsa) discit, nempe Spiritum Sanctum, et virtutem Altissimi, e quo Altissimo virtus (Filius) et Spiritus Sanctus[c] ante omnia sæcula subsistentiam habuerunt. Verumtamen nequaquam et ipsa fugam cogitat; sed quid nuntio reponit[d]? *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

[a] Joan. XIV, 9. *Qui videt me, videt et Patrem.*

[b] *Ps.* XXXI, 4 sec. LXX : ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναι ἄκανθαν.

[c] Habes hic mancam fidei confessionem, quæ Spiritus Sancti, æque ac Filii, originem a solo Patre repetit. Nil mirum; cum noverimus hoc quoque doctrinæ caput in causa fuisse, quod legatis a Gregorio IX missis ad extorres Græcos Ecclesiæ reconciliandos Germanus cum suis obstiterit. Vid. Reynald. ad an. 1233, n. VI et XIII.

[d] *Luc.* I, 38.

κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Οὐκ ἀγνοῶ, φησὶ, τὴν πάλαι προωρισμένην ἐπὶ γῆς κατάβασιν τοῦ Θεοῦ. Οἱ γὰρ προφῆται, χεῖλος ὥσπερ ἓν γεγονότες, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἐκ γυναικὸς σεσαρκῶσθαι πολυτρόπως ἐκήρυξαν· καὶ χαίρω τῇ σωτηρίᾳ τῶν ὁμογενῶν, καὶ προσκυνῶ τὸν ὕψιστον, τὸν διὰ τῆς ἐμῆς ταπεινώσεως εὐδοκήσαντα, τὴν φθονηθεῖσαν φύσιν ἀφθόνου χάριτος καταξιῶσαι, καὶ μεσῖτίν με δεῖξαι τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας καὶ θεώσεως.

XLVI. Ἐγὼ δ' ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ ὑπ' ἐκπλήξεως ἔνθους γεγενημένος, διαπρύσιον ἀνακράζω· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. Ἀνὴρ ἄφρων, Ἰουδαῖος, οὐ γνώσεται, καὶ ἀσύνετος, Νεστόριος, οὐ συνήσει ταῦτα. Καὶ ὄντως τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου μυστήριον πρὸ τῆς καταβολῆς τοῦ κόσμου προώρισται· καὶ, ὡς ἐν πίνακι ἀύλῳ, τῷ θείῳ ἀρχιστρατήγῳ διὰ τοῦ πνεύματος προεζωγράφηται. Τὸ γὰρ Γαβριὴλ ἐξ ἑβραΐδος εἰς ἑλλάδα

Non ignoro, inquit, jam præstitutum ab antiquo fuisse, ut Deus in terram descenderet. Prophetæ enim veluti uno labio loquentes, Dei Verbum carnem e muliere assumpturum multifariam prænuntiaverunt; lætor autem de eorum salute, qui communem mecum habent naturam, Altissimumque adoro, cui per humilitatem meam complacuit, naturam, invidia perditam, uberrima gratia dignam efficere, meque salutis, immo et deificationis mundo conciliandæ mediatricem constituere.

XLVI. Ego vero oratione mea huc appellens, atque exstasi quadam divina præ stupore correptus, ad vehementer exclamandum feror[a] : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ! Vir insipiens*, Judæus, *non cognoscet, et stultus*, Nestorius, *non intelliget hæc.* Et vere incarnationis Verbi Dei mysterium ante mundi constitutionem prædestinatum fuit; atque in divino illo exercitus duce, velut in tabula quadam incorporea, antea per Spiritum ad vivum fuit

[a] *Ps.* XCI, 6-7.

μεταφερόμενον γλῶτταν, θεανδρικῶς διερμηνεύεται, τοῦτ' ἔστιν ἄγγελος θεανδρικός. Διὰ τοῦτο καὶ πρέσβυς[1] τῆς πρὸς ἀνθρώπους καταλλαγῆς τοῦ Θεοῦ ὁ Γαβριὴλ κεχειροτόνηται ἀπ' αὐτῆς τῆς κλήσεως, ὥσπερ ἀπὸ σημείων βασιλικῶν τὸν σκοπὸν παριστάνων τοῦ ἀποστείλαντος βασιλέως, ὅς τίς τέ ἐστι, καὶ ὅτι βούλεται.

Βούλεται δὲ συνελθεῖν τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἕνωσιν· οὐχ, ὡς ἄν τις εἴπῃ αἱρετικὸς, φιλικήν τε καὶ σχετικὴν καὶ κατὰ μόνην ταὐτοβουλίαν συνερχόμενος· ἀλλὰ πρὸς ἕνωσιν ἄκραν καὶ κρᾶσιν ἀσύγχυτον καὶ τὴν εἰς μίαν ὑπόστασιν συνδρομήν· ὡς καὶ ἑνὶ ὀνόματι τὰ ἡνωμένα καλεῖσθαι διὰ τὸ ὁμοϋπόστατον, καὶ μιᾷ προσκυνήσει τιμᾶσθαι διὰ τὸ τοῦ προσώπου μοναδικὸν, εἰ καὶ τὰ ἡνωμένα τῆς κατὰ φύσιν διαφορᾶς οὐκ ἐξέστησαν καὶ τὸ δυαδικὸν οὐκ ἠρνήσαντο.

[1] Cod. πρέσβεις.

---

expressum. Vox enim Gabriel, ex hebræa in græcam linguam conversa, *theandricum* quid sonat, id est *angelus theandricus*. Idcirco Gabriel vel ex ipso nomine designatus apparet reconciliationis Dei cum hominibus internuntius, non secus ac si quis Regis, qui cum miserit, consilium in regiis insignibus præferat, et quisnam nempe sit, et quid velit.

Vult porro (rex) arctam cum hominibus conjunctionem inire, non quidem, ut hæreticus quispiam forte diceret, et amicitia solum et habitu, et voluntatis tantummodo consensione semet cum illis conjungens; sed summam (inire vult) unionem, et quamdam sine confusione permixtionem, atque in unam hypostasim concursum; adeo ut propter personæ identitatem ea, quæ uniuntur, uno eodemque nomine appellentur, et unica adoratione propter personæ unitatem honorentur, etsi quæ uniuntur, quoad naturam neque discrimen amittant, neque duplicitatem recusent.

Τοῦ ἴσου ἀξιώματος καὶ σὺ μετέχεις, χριστιανὲ, εἰ καὶ τῇ κλήσει ταύτῃ προσθήσεις καὶ τὸ διὰ τῶν ἔργων θεραπεύειν τὸν ὕψιστον, καὶ τοῖς αὐτοῦ κελεύσμασι πείθεσθαι. Τότε γὰρ καὶ αὐτὸς θεανδρικὸς ὑπηρέτης κυρίως κληθήσῃ, καὶ παραστάτης τοῦ σοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ὁ Χριστὸς θεάνθρωπος, καὶ ὁ χριστιανὸς θεράπων θεανδρικὸς, ὡς ὁ τοῦ βασιλέως ὑπηρέτης βασιλικὸς ὀνομάζεται. Ὁρᾷς, εἰς οἷον ἀξίωμα φέρων ἡμᾶς ὁ λόγος ἀνήγαγε; καὶ ὅπως τῷ ἀρχαγγέλῳ τούτῳ καθ' ὁμωνυμίαν συνῆψε;

XLVII. Τοῦ ὑπερμεγέθους τούτου εὐεργετήματος πρόξενος ἡμῖν ἡ ὑψηλοτέρα τῶν οὐρανῶν. Καὶ τί λέγω, ἀγγελικῆς ἰσοτιμίας ἀξιωθῆναι διὰ ταύτης ἡμᾶς, εἰδὼς τὴν ἐξ αὐτῆς ὑποστᾶσαν τῷ Θεῷ λόγῳ ἀνθρωπίνην οὐσίαν, σύνθρονον πατρί τε καὶ πνεύματι, καὶ ὑπὸ πάσης ταγματαρχίας ἀγγελικῆς δοξαζομένην τε καὶ προσκυ-

---

Consimilem huic dignitatem tu quoque, o christiane, participas, si tamen huic appellationi et obsequium per opera erga Altissimum, et mandatorum ipsius custodiam præterea adjicias. Tunc enim et ipse theandricus minister et adstator regis Christi proprie vocaberis. Nam si Christus Deus homo est, ergo christianus ipsi administrans theandricus appellabitur, non secus ac *regius* dicitur regis administer. Videsne, ad qualem et quam sublimem dignitatem nos Verbum evexit? et quomodo ipsi Archangelo nos per nominis communionem conjunxit[a]?

XLVII. Immensi hujus beneficii conciliatrix nobis illa est (Virgo), quæ cœlos sublimitate superat. Et quid dico, pari cum Angelis honore per eam nos dignos effectos fuisse, quando humanam substantiam, quæ ex ipsa est, subsistentem (in) Deo Verbo, in eodem throno cum Patre et Spiritu Sancto sedentem, et a cunctis Angelorum ordinibus glorificatam atque adoratam

[a] Communem cum Gabriele Archangelo appellationem ex Germani sententia sortimur, quia vi nominis Gabriel dicit *theandricum;* theandrici autem et nos merito nuncupamur, utpote administri famulantes Christo, qui θέανδρος seu θεάνθρωπος, Deus et homo est.

νουμένην; Τῷ ἑνὶ γὰρ Χριστῷ προσφέρεται ἡ λατρεία μετὰ πατρός τε καὶ πνεύματος, ὅδε ἐστὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐν ἀμφοτέροις τὸ κατὰ φύσιν τέλειον ἔχων.

XLVIII. Ἀλλ', ὦ ἄνθρωπε, διὰ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐκ γῆς· καὶ ὦ θεοποιὲ, διὰ τὸν δεύτερον καὶ ἐξ οὐρανοῦ. Θύγατερ τοῦ θνητοῦ, καὶ μῆτερ τοῦ ἀθανάτου. Ὦ Θεὸν σωματώσασα, καὶ τοὺς ἐνσωμάτους θεώσασα. Ὦ κοινὴ σωτηρία τοῦ τῶν ἀνθρώπων πληρώματος. Ὦ σύνδεσμε ἄῤῥηκτε τῶν ὑπερκοσμίων τε καὶ ἐγκοσμίων. Θεὸν μετὰ τῶν ὑπηρετούντων ἀγγέλων εἰς γῆν ἀγαγοῦσα, καὶ ἀνθρώπους μετὰ τῆς συμφύτου γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσασα. Ὦ μόνη ἐξ αἰῶνος καὶ κυρίως θεομῆτορ. Ταύτῃ γὰρ τῇ κλήσει, ὡς σφραγῖδι δεσποινικῇ ἐπισφραγίζω τὸν λόγον μου τῇ χρυσῇ τε καὶ ὑπερτίμῳ· ἣν καὶ στόματι καὶ καρδίᾳ καὶ ψυχῇ κατασπάζομαι· ὡς εἴθε ταύτην ἐπὶ γλώττης φορῶν εὑρεθείην, καὶ ὅτε τὰς ὑστάτας πνοὰς πνέειν με τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἀπαιτήσεται[1]. Πεπίστευκα γὰρ,

[1] Cod. ἀπαιτήσετε.

---

cerno? Namque unico Christo, qui Deus est et homo, perfectus quoad utramque naturam exsistens, simul cum Patre et Sancto Spiritu honores divini deferuntur.

XLVIII. Ast tu, o homo, quæ per primum hominem es e terra; et simul, o Deipara, quæ per secundum hominem es itidem e cœlo! O filia patris mortalis, et mater filii immortalis! O quæ Deum corpore induisti, eos vero, qui constant corpore, in Deos evexisti! O universi hominum generis salus communis! O indissolubile cœlestium cum terrestribus vinculum, quæ Deum cum ministrantibus Angelis in terram attraxisti, et homines cum congenita sibi terra ad cœlos elevasti! O sola e sæculo et proprie Dei genitrix! Hac enim appellatione velut quodam Dominæ sigillo et aureo et honorificentissimo sermonem meum obsigno. Hoc nomen et ore et corde et anima tota amplector; et utinam hoc idem tum etiam in ore habens deprehendar, cum instans vitæ finis ad postremos ducendos spiritus me adiget. Firmiter

ὡς αἰδεσθήσονται ταύτην τοῦ ἀέρος οἱ πράκτορες οἱ πικροὶ καὶ μισάνθρωποι, καί μοι τῆς διαβάσεως ἀφορολογήτου παραχωρήσουσιν. Αὕτη μοι ἔστω ἡ σὴ θεοτόκειος κλῆσις ἔλλογον γλώττης κίνημα τελευταῖον, ἵν' ὡς κάρφος ἐλαίας ταύτην ἐπὶ στόματος φέρων πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω δίκην περιστερᾶς εἰς τὴν τοῦ παραδείσου σωστικὴν κιβωτόν. Φιλυποστροφῶ γὰρ σφόδρα· ἐκεῖθεν γὰρ ὁ τοῦ πρώτου κόσμου πατὴρ ἀποπτῆναί με ἠνάγκασε, καὶ πρὸς τὸν ἔνυγρον τοῦτον βίον φέρεσθαι προετρέψατο.

XLIX. Ναὶ δή, κοσμοσώτειρα κιβωτέ, κύρωσόν μου τὴν δέησιν, καὶ τὸν πενιχρόν μου τοῦτον λόγον καὶ οὐτιδανὸν πρόσδεξαι. Καὶ ὡς νεφέλη κούφη καὶ φωτεινὴ ἐπισκίασον ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἀφ' ὕψους με πολεμοῦντες,

---

enim credo, crudeles humanoque generi infensos aeris exactores illud formidaturos, ac transitum ab exactione liberum mihi permissuros. Hoc ipsum tuum Dei genitricis nomen sit mihi ultimus linguæ loquentis motus, ut illud velut olivæ ramum in ore ferens, ad instar columbæ avolem, et in salutari paradisi arca requiescam[a]. Vehementissime enim illuc remeare cupio; quoniam inde avolare me pristini mundi Pater coegit[b], perque hanc vitam fluctibus diluvii demersam jactandum tradidit.

XLIX. Tu itaque, o arca mundi servatrix, preces meas, obsecro, ratas habe, et meum hunc misellum ac nullius pretii sermonem excipe. Ac velut levis ac lucida nubes[c], *obumbra caput meum in die belli*[d]. Multi enim sunt, qui ab alto me op-

[a] *Ps.* LIV, 7.

[b] Mundi pristini, id est corrupti, qui redemptionem antecedit, pater est Adam, qui totum genus humanum quodam veluti diluvio demersit. Cum vero paulo post Maria designetur ceu arca noetica, hinc plane concludas licet, hoc symbolum, quo sæpius penes Patres Deipara celebratur, ad prærogativam quoque devitatæ ab ea communis ruinæ denotandam spectare.

[c] *Is.* XIX, 1.

[d] *Ps.* CXXXIX, 8.

καὶ πυρφόροις βάλλοντες βέλεσιν. Ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ἐπάρσεις καὶ ὑπερηφανίας αὐτῶν, καὶ σύντριψον ἐν τάχει τούτους ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Εἰ δὲ καὶ χοῦς τίς ἐστιν ἐν τοῖς ποσὶν ἡμῶν, ἐκ τῶν ἐπιτηρούντων τὰς πτέρνας ὄφεων ἐπιτριβεὶς, λειξάτωσαν τοῦτον αὐτοὶ ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν πόνον αὐτῶν εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτῶν τὴν ἀδικίαν καταβῆναι.

L. Ἱλέωσον ἡμῖν τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα Θεόν· χρεολυσίαν τῶν ὀφλημάτων αἴτησαι παρ' αὐτοῦ. Ὁρᾷς, ὅσον τὸ κατάχρεων ἡμῶν· ἐγχειρίζομέν σοι, λοιπὸν, τὸ χειρόγραφον· μὴ πρὸς τὸν ὄγκον ἀπίδῃς αὐτοῦ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀφλημάτων. Ὡς γὰρ ὁ χρόνος ἡμῶν εὐπερίληπτός ἐστι καὶ ἡ κατὰ γῆν διατριβὴ, οὕτω καὶ τὰ χρέα ἀπεριόριστα. Κἂν τὸ δυσαρίθμητον ἔχουσι παρ' ἡμῖν, ἡ δὲ τοῦ σοῦ υἱοῦ ἀγαθότης οὔθ' ὑπ' ἀρχὴν πίπτει, οὔτε τέλει περιορίζεται.

---

pugnant, et sagittis ignitis jaculantur. *Leva manus tuas in superbias* tumoremque *eorum*[a], et cito contere eos sub pedibus nostris. Quod si pedibus nostris etiamnum pulvis aliquis, per serpentes calcaneo insidiantes[b] injectus, adhæret; hunc *ipsi lingant*[c], cum[d] *convertetur dolor eorum in caput illorum, et in verticem ipsorum iniquitas eorum descendet.*

L. Redde nobis propitium Deum, qui ex te natus est; exora ab ipso debitorum nostrorum remissionem. Vides quam ingens sit debitum nostrum; hoc unum nobis superest, ut chirographum tibi in manus tradamus; ne, quæso, propter ejus pondus et propter debitorum cumulum oculos tuos avertas; sicut enim exiguum nobis tempus, ac breve reliquum est præsentis vitæ spatium, sic immensa quoque sunt debita nostra. Quanquam ista a nobis vix numerari possint, at filii tui clementia quemad-

[a] *Ps.* LXXIII, 3.

[b] *Gen.* III, 15.

[c] *Ps.* LXXI, Καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι : *et inimici ejus terram lingent.* Eamdem sententiam legere est *Is.* XLIX, 23, et *Mich.* VII, 17.

[d] *Ps.* VII, 17.

Μὴ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ποιησάτω ἡμῖν, μηδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταποδότω ἡμῖν· Καὶ γὰρ κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τὸ βρότειον πλήρωμα, κλίνας οὐρανούς, καὶ καταβὰς ἐπὶ γῆν διὰ φιλανθρωπίας ὑπεράπειρον ἄβυσσον. Καθ' ὅσον[1] ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀνατολὴ μὲν ἀείφωτος καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος· δύνας δὲ δι' εὐσπλαγχνίαν[2] ἀνείκαστον ἐπὶ τὴν σκοτίαν[3] τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου καὶ τοῦ σαρκίου. Εἰ καὶ οὐ κατέλαβεν αὐτὸν ἡ σκοτία· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ διεσκέδασε τὸ ζοφῶδες καὶ μετεστοιχείωσε πρὸς τὸ φωτοειδές. Λοιπὸν ὀλίγα τὰ τραύματα τὰ ἡμέτερα πρὸς τὴν ἀπεριόριστον ἔμπλαστρον, ἣν τῷ

[1] Cod. καθόσον.
[2] Cod. ἰσπλαγχνίαν.
[3] Cod. σκοτείαν.

---

modum expers est principii, sic nullis finibus circumscribitur. *Non secundum peccata nostra* faciat *nobis*, *neque secundum iniquitates nostras* retribuat *nobis*[a]. *Quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroboravit misericordiam suam super universum mortalium genus* propter immensam amoris sui erga homines abyssum *cœlos inclinans*[b] et in terram descendens. *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras*[c], *Oriens* quidem semper lumine splendidus et exsistens et appellatus; *Occidens* vero propter inæstimabilis misericordiæ suæ viscera ad vitæ nostræ et ad humanæ carnis tenebras se demittens. Quanquam *tenebræ eum non comprehenderunt*[d]; quinimo et quidquid tenebricosum erat, dispulit et in lucidum transformavit. Ceterum levia censeri possunt vulnera nostra, si cum illo

[a] *Ps.* CII, 10-11.
[b] *Ps.* XVII, 10.
[c] *Ps.* CII, 12.
[d] *Joan.* I, 5.

παντὶ συνεξέτεινεν, ἵνα θεραπεύσῃ τὰ πάντα. Ἔγκειται δὲ τῇ ἐμπλάστρῳ τὸ δραστικώτατον φάρμακον, τὸ αἷμα αὐτοῦ τὸ θεόῤῥυτον, καταναλίσκον τῶν ἡμετέρων τραυμάτων τὴν κακοήθειαν, ὡς καὶ τὰς οὐλὰς ἐξαλιφεῖν, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ὑγείαν[1] ἀποκαθιστᾷν.

LI. Ὅθεν λαβοῦσα τὸ πολύστιχον χειρόγραφον τῶν ἡμετέρων χρεῶν, διάῤῥηξον ταῖς σαῖς πανάγνοις χερσὶν, αἷς τὸν ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὸν κόσμον βαστάζοντα, ὡς μήτηρ ἐβάστασας· ἐβάστασας δὲ διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην, τῆς τῶν ἀνθρώπων χρεολυσίας. Ἱλέωσον οὖν καὶ ἡμῖν τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα Θεὸν, καὶ τῆς πολυχρονίου ἀπάλλαξον ὀφειλῆς. Αἰδεῖται γὰρ τὸ χρέος, ὅπερ αὐτὴ τῷ τοῦ παντὸς δεσπότῃ δεδάνεικας, τὴν σάρκα λέγω τὴν θεοϋπόστατον· καὶ χάριν σοι ὀφέλει πασῶν χαρίτων τὴν μείζονα, ὅτι τὸ δάνειον

[1] Ita cod. cum dialecto vulgari, ut Hedericus censet, pro ὑγίειαν.

---

infinitæ virtutis pharmaco comparentur, quod omnibus ex æquo porrexit, ut omnia sanaret. Inest enim huic pharmaco efficacissimæ virtutis elementum, ejus nempe sanguis divinitus fluens, qui vulnerum nostrorum ita malignitatem absumit, ut ipsas quoque cicatrices abstergeat, et in pristinam sanitatem integram restituat.

LI. Tu itaque (o Deipara), sume chirographum, quo tam multa debita nostra continentur, et illud dilacera immaculatis illis tuis manibus, quibus uti mater eum, qui portat in manu sua universum mundum, gestasti; hac enim de causa eum gestasti, quo scilicet humano generi debita solverentur. Etiam nobis igitur Deum ex te natum propitium redde, ipsumque a veteri (quo tibi obstrictus tenetur) debito libera. Fœnoris enim, «quod ipsa universorum Domino commodasti»[a], carnis scilicet hypostatice a Deo assumptæ, rationem ipse habet, et gratiam

[a] *Conf.* I *Reg.* II, 20.

τοῦτο πανυπερκάθαρον διετήρησας, καὶ χρυσίου παντὸς ἡλιοειδέστερόν τε καὶ εὐρροιζότερον καὶ ἄξιον τῆς αὐτοῦ χρήσεως. Ὅπερ μεταχειρίζεσθαι ἀξιωθέντες ἡμεῖς ἱερουργικῶς, κατακερματίζομεν οἱ τραπεζῖται τῆς μυστικῆς καὶ ἁγίας τραπέζης, καὶ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι πολυχρονίων λυτρούμεθα τῶν ὀφειλῶν διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος, ὡς πιστεύομεν.

Πάντας εἰσάγαγε πρὸς τὴν οὐράνιον βασιλείαν, ἡ δέσποινα τῶν ἁπάντων, τοὺς ὁμολογοῦντάς σε καὶ φρονοῦντας κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον, καὶ καρδίαν ἁγιάζοντας τῷ φρονήματι, καὶ γλῶσσαν ἁγνίζοντας τῷ φωνήματι, κἀπὶ ταῖς σαῖς ἀντιλήψεσι καυχωμένους, καὶ τὴν ἄγκυραν τῆς ἐλπίδος τῆς σῆς ἐξάψαντας μεσιτείας, μετὰ Θεὸν τὸν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι προσκυνούμενόν τε καὶ δοξαζόμενον· ᾧ μόνῳ λατρεύομεν, καὶ ὃν μόνον δημιουργὸν ἡμῶν ἐπιστάμεθα, καὶ οὗ τὰ κτίσματα πάντα ἐξέχεται πρὸς συνοχήν τε καὶ σύστασιν, τῇ μόνῃ ἀκτίστῳ φύσει καὶ προανάρχῳ, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, μεγαλωσύνη τε καὶ

---

tibi gratiis omnibus potiorem debet, quod hoc idem fœnus, purum prorsus supra quam dici possit, et omni auro splendidius ac sincerius sonans, et dignum, quo ipse uteretur, ei servaveris. Quod quidem nos contrectare digni facti sumus inter sacra mysteria, ac veluti collybistæ mysticæ ac sanctæ mensæ minutas in partes tribuimus, et per gratiam ipsius pauperes spiritu ab antiquis debitis, uti credimus, liberos dimittimus.

Introduc, o Domina universorum, in cœleste regnum omnes qui tibi se dedunt, teque vere ac proprie Dei genitricem credunt et corda hac fide sanctificant, et linguam hac voce purificant, quique auxilio tuo gloriantur, ac spei anchoram tuæ meditationi annectunt post Deum, quem in Patre et Filio et Sancto Spiritu adoramus et glorificamus; cui soli latriæ cultum deferimus, et quem solum omnium nostrum conditorem novimus, et a quo creata omnia pendent, ut consistant et conserventur; soli increatæ ac sempiternæ naturæ, cui decet omnis gloria, honor et

μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

adoratio, decusque ac magnificentia nunc et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΠΑΝΥΠΕΡΕΝΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΚΕΧΑΡΙΤΩΜΕΝΗΣ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ.

I. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· κροτειτωσαν ἄγγελοι· καὶ σκιρτάτωσαν ἄνθρωποι, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις φαιδρυνέσθω σήμερον, ὅτι ὁ πάντων κτίστης νῦν χαρᾶς ἐμπίπλησι χαίρων τὸ πᾶν. Νῦν εἰς διαλλαγὰς χωρεῖ τῶν ἀπηχθημένων· νῦν

ISIDORI

SANCTISSIMI THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI

SERMO

IN ANNUNTIATIONEM GLORIOSISSIMÆ ET GRATIA PLENÆ DOMINÆ NOSTRÆ DEIPARÆ ET SEMPER VIRGINIS MARIÆ

I. *Lætentur cœli et exsultet terra*[a]; plaudant Angeli, et lætitia gestiant homines, et universæ hodierna die hilarescant creaturæ; quandoquidem Creator omnium nunc gaudio hanc rerum universitatem, gaudens ipse, replet. Nunc ipse venit, ut quæ inimica

[a] *Ps.* XCV, 11.

λύει τὴν ἐξ ἁμαρτίας κατήφειαν· νῦν, ὡς ἄλλον ἀέρα, πᾶσιν εὐφροσύνην ἐξέχεε· νῦν ὑπὲρ ἥλιον λάμπει τοῖς πέρασι θυμηδίαν. Νῦν ἱμάτιον ἐνέδυσε σωτηρίου καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέβαλλεν ἡμᾶς, παρὰ τὴν θεόκροτον Ἡσαΐου φωνήν. Νῦν ὁ θρηνόφθογγος Ἱερεμίας, παλινῳδίαν πλέκων, ὡς ἐκ Θεοῦ κατὰ καιρὸν ἐρεῖ· Ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Νῦν οὐρανοῦ κάλλος καὶ φωτοειδὴς ἀστέρων κύκλος, ἥττων εἰς τέρψιν τῆς προκειμένης λαμπρότητος. Νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν τὸ, δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Ὁ γὰρ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ ἥλιον πρὶν ὑποστήσας, καὶ τὰ λαμπρὰ τῆς ἄλλης μεγαλουργίας, νῦν ὡς εἰπεῖν, ὃ τὴν ἀρχὴν οὐχ

---

ipsi erant, denuo sibi reconciliet : nunc tristitiam e peccato enatam solvit; nunc lætitiam, velut novum quemdam aerem, omnibus effundit : nunc præ solari radio universis terræ finibus jucundissima luce splendet. Nunc, juxta divinitus insonantem Isaiæ vocem[a], *induit nos vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit nos.* Nunc Jeremias, lamentabiles illas olim ciens voces, palinodiam recinit, et opportune, Dei velut personam agens, illud denuntiat[b] : *Propitius ero iniquitatibus hominum, et peccata eorum non memorabor amplius.* Nunc cœli venustas ac lucida astrorum corona splendoris hodierni jucunditate vincuntur. Nunc opportunum tempus est illud clamandi[c] : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, hominibus bona (Dei) voluntas.*

Nam qui cœlum, terramque, et solem prius effecit, ceteraque magnificentiæ suæ opera splendere jussit, nunc, id quod ab

[a] *Is.* LXI, 10.

[b] *Jer.* XXXI, 34, sec. LXX cap. XXXVIII, 34.

[c] *Luc.* II, 14. Notum est, in hoc Lucæ versiculo tantisper a græco textu differre vulgatam versionem. Conferri possunt, quæ de eodem versiculo erudite pro more suo scripsit Franc. Xaxerius Patritius (De evangeliis Lib. III, Dissert. XXIV, § 12, edit. Friburg. 1853).

ὑπέστη, ἡ κτισθὲν οὐ διέμεινε, τὴν χαρὰν ὑφίστησι. Καὶ καθάπερ, γενηθήτω φῶς, εἶπε, καὶ ἐγένετο, καὶ τὴν ποικίλην ἅλυσιν πᾶσαν τῶν γενητῶν τοῦτον παρήγαγε τὸν τρόπον, οὕτω νῦν, χαῖρε, φησὶ δι' ἀγγέλου τῇ κεχαριτωμένῃ.

II. Τοῦτο δὴ τὸ χαῖρε νῦν ὡσανεὶ πλαστουργῶν, καὶ περιλαβεῖν πέμπων ἅπασαν κτίσιν, ἧς τὴν χάριν καὶ τὴν καλλίπλοκον ἐν αὐτῇ χρυσουργίαν, ἡ τοῦ χαίρειν αἴσθησις, αἰσθάνεσθαι τοῖς προσέχουσι χορηγεῖ. Ἐπείπερ τὸ πάσχον ἀεὶ καὶ λύπῃ συνὸν, φύσεως κάλλος καὶ θαῦμα οὐ πέφυκεν ἐρευνᾶν· ὥστε καὶ εἰ μὴ τὸ χαίρειν τοῦτο νῦν ἐγεγόνει, ῥέον ἂν ἀκήρυκτον διετέλει τὸ φαιδρὸν ἅπαν τῆς δημιουργίας. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν οὕτω τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου, τὴν κρείττω μοῖραν, λέγω δὲ τὴν χαράν, περιϊδεῖν δυστυχοῦσαν τὴν κτίσιν, διὰ τοῦτο καὶ δημιουργεῖ νῦν τὸ χαίρειν, ὃ πάλαι μὲν

---

initio creatum non fuit, vel creatum non perduravit, gaudium, ut ita dicam, condit. Et quemadmodum, *fiat lux*, dixit[a], *et facta est lux*, et eodem plane modo ceteras omnes creatas res, varias quidem sed mire inter se connexas, e nihilo eduxit; sic nunc per Angelum, *Ave*, dixit illi gratia plenæ.

II. Hoc videlicet *Ave*, quodammodo nunc ipse creat, et ut omnes undequaque pervadat creaturas, mandat, potestatemque omnibus, qui animum advertant, facit, ut ipsarum venustatem aureumque in ipsis pulcherrime intextum ornatum, qui gaudii affectus est illis conveniens, percipere sensu queant. Nam qui jugi aliquo malo affligitur, et tristitia occupatur, non ita comparatus est, ut naturæ pulchritudinem et mirabilitatem investigando persentire possit; adeo ut, nisi hoc *Ave* nunc prodiisset, deficeret sane et illaudatum jaceret quidquid magnificentiæ in opere creationis elucet. Quoniam vero non ferebat Domini benignitas, ut quoad nobiliorem hanc partem, quoad gaudium videlicet, creaturas suas male habere permitteret; idcirco nunc et gaudium condit, quod rebus jam exsistentibus sane lubens

[a] *Gen.* I, 3.

ἐφίλει τοῖς οὖσι προσθεῖναι, τὸ δ' ἱκανὸν οὐχ εὕρισκε σκεῦος, ὃ καὶ φυλάξαι τὸ δοθὲν καὶ μεταδοῦναι δυνατῶς ἔξει. Νῦν γὰρ τῷ ὑπερφυεῖ τούτῳ φανέντι καὶ εὐρυχωροτάτῳ δοχείῳ, ἡ πολυΰμνητος δὲ τοῦτο πάντως παρθένος, μηνύει μὲν τὸ χαῖρε, οἱονεὶ τῇ προσρήσει ταύτῃ δεικνὺς, ὅτιπερ τὸ φιλούμενον εὗρε· καθὰ καὶ ἡμεῖς τοῖς φίλοις οὕτω προσαγορεύομεν ἐντυχόντες.

III. Ὁ δὲ λόγος οὗτος οἷόν τινα φύσιν ἄλλην τοῖς προϋποστᾶσι, καὶ τὸ χαίρειν προσέπλασεν ὑποστήσας. Διὰ τοῦτο σήμερον χαίρει μὲν ὁ κτίστης, τὸ χαίρειν παράγων. Πῶς γὰρ οὔ; Ὁπότε καὶ ὁ μύρον συνθεὶς μυρίζει διὰ τὸ πλάττειν. Χαίρει δὲ καὶ ἡ ποίησις πᾶσα, τὸ εὐωδέστατον δὴ τοῦτο μύρον, φημὶ δὲ τὴν χαράν, ἐπ'

---

adjungere antea voluisset; sed vas idoneum non inveniebat, quod et datum custodire, et in alios illud posset transfundere. Et sane cum apparuerit nunc supernaturale hoc et amplissimum receptaculum[a], quæ omnino est Virgo illa omni laude dignissima, huic utique gaudium istud annuntiat, velut hac salutatione ostendere velit, se demum invenisse quod diu cupiebat; quippe nos quoque amicos, si forte obviam occurrent, hoc modo solemus compellare.

III. Hæc porro vox, cum gaudium creat, tum quandam aliam veluti naturam exstantibus rebus addidit. Quocirca Creator, dum gaudium hodierna die producit, gaudet et ipse. Quidni enim? Quandoquidem etiam qui unguenta conficit, ex ipsa effectione unguenti odore perfunditur. Sed universæ simul creaturæ lætitia gestiunt, fragrantissimum hoc unguentum.

[a] Disertius hanc doctrinam Auctor evolverat §§ V, VI homiliæ, qua faustissimum Deiparæ diem natalem celebrat (sup. part. I, pag. 214-219), et hæc summa ejus est, nullum ex Adæ filiis, quippe qui omnes paterna labe corrupti fuerant, inveniri potuisse, qui Deo ad salvandum humanum genus descendere percupienti dignum præbere hospitium posset, donec Maria innocentissima affulsit, quæ, utpote labis illius expers, merito et hoc in loco ceu *vas naturæ communes leges ordinemque excedens*, celebratur.

αὐτὴν ὑποδεχομένη χεόμενον. Οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων χαρᾶς ἄμοιρον σήμερον.

Ἀλλ' ἵνα τοῦτο σαφέστερον γένηται, καὶ διὰ πολλοὺς μὲν ἄλλους, οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ δι' ὃν εἴρηται λόγον, δῆλον μέν, ὅτι χαίρει Θεός. Χαίρουσι δὲ καὶ ἄγγελοι, τῆς δημιουργηθείσης πεφηνότες διάκονοι χαρᾶς. Ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι χαίρουσιν· ἐπείπερ οὐχ ἡλιακοῦ δίσκου, οὐ καμάρας οὐρανίου, οὐκ ἀγγελικῆς φύσεως, οὐκ ἄλλου του τῶν ἁπάντων πρὸς ὑποδοχὴν τῆς καινῆς ταύτης χαρᾶς ἐδέησε τῷ Θεῷ· ἀλλὰ τοῦ παρθενικοῦ δὴ μόνου καὶ πανάγνου, καὶ

---

gaudium scilicet, in seipsas effusum excipientes. Quamobrem nihil ex omnibus, quæ exstant, hodierna die gaudii expers cernitur.

Atque, ut id manifestius eluceat, exploratum sane est, gaudere Deum cum multas alias ob causas, tum etiam non absurde propter illam, quam diximus. Gaudent porro et Angeli, qui creati gaudii exstiterunt ministri. Sed gaudent et homines; quippe Deus ad novum hoc gaudium excipiendum non orbem solarem, non cœli convexa, non angelicam naturam, aut aliam quampiam e ceteris rebus omnibus, sed virgineum tantummodo, purissimumque [a], et eamdem cum hominibus naturam habens,

[a] Vide, quomodo summa puritas, quam in Deipara suspicimus, a virginitate distinguatur; et simul adverte, quomodo ad puritatem a virginitate distinctam significandam Auctor utatur voce πανάγνου; exinde confirmatur, id, quod alias (in not. ad § XIV ejusdem Isidori homiliæ *in Præsent. Deiparæ*, part. I, pag. 447) adnotavimus, quam longe ab exhibenda sincera SS. Patrum sententia discesserit Combefisius, qui voces illas ἁγνὴ, πάναγνος, ὑπέραγνος de Deipara usurpatas, studiosissime ad *castitatem* significandam numquam non pertrahit. Cujusmodi porro intelligenda sit puritas Virginis, quam Isidorus hoc loco celebrat, non æquivoce demonstrat comparatio ibidem instituta cum sole, cum cœlis, cum angelicis creaturis : nihil enim his aptius occurrit ad summam, quæ excogitari queat, ab omni nævo puritatem indicandam. Itaque si hisce, utcumque purissimis, purior tamen perspicacissimis Dei oculis visa est Virgo beatissima, remotio ergo ab omni labecula præ sole,

ὁμοφυοῦς τούτοις οἴκου. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τὴν λοιπὴν χαίρειν ὕλην, τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, τὸν ἄνθρωπον λέγω, διὰ γὰρ τοῦτον ἐκείνη, τὸ βαρὺ τῆς ὀφρύος, ὡς εἰπεῖν, αἰσθομένη περιδυόμενον. Τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοί, φησὶν ὁ θαυμάσιος Ἡσαΐας, ἐξαλοῦνται, προσδεχόμενοι ἡμᾶς ἐν χαρᾷ· καὶ πάντα τὰ ξύλα τοῦ ἀγροῦ ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις. Ἄλλως τε καὶ εἰ πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, ἧ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ συγχαίρειν ἀνάγκη χαίρουσιν. Ἐπεὶ καὶ φθορᾶς μετέσχε διὰ τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, κατὰ τὸν θεῖον καὶ τοῦτο Παῦλον, ἡμῶν, δι' οὓς νῦν τῇ κτίσει τὸ πάσχειν, κομισαμένων τὰ ὑψηλά. Λοιπὸν ἄρα μεστὰ σήμερον ἀληθῶς εἶναι πάντα χαρᾶς,

---

habitaculum quæsivit. Non est autem abs re, ut et reliquæ materiales creaturæ gaudeant, dum suum ipsarum dominum, hominem scilicet (nam propter hunc creatæ illæ fuerunt) gravem supercilii mœrorem deposuisse quodammodo sentiunt. *Montes* enim *et colles*, inquit admirabilis ille Isaias[a], *exsilient expectantes nos in gaudio, et omnia ligna agri applaudent ramis.* Præsertim vero quod si *creatura omnis*, quemadmodum inquit beatus Paulus[b], *ingemiscit*, necesse est profecto, ut etiam gaudentibus congaudeat; et quandoquidem corruptioni subjecta fuit propter hominem, sic etiam *a corruptionis servitute liberabitur*, quod pariter affirmat divinus ille Paulus[c], cum nos, quorum causa nunc omnis creatura patitur, cœlestia adepti fuerimus. Omnia itaque hodierna die gaudio exundant, omnia

præ cœlis, præ Angelis, præ creaturis quibusvis Maria fuit. Exinde vero gloria illa humanæ stirpis, quod Mariam congenerem habuerit; qua de re vide quæ in Præfatione ad Georgii Nicomediensis fragmentum diximus (Sup. part. I, pag. 149).

[a] *Is.* LV, 12 sec. LXX; nam Vulgatus : *Montes et colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu.*

[b] *Rom.* VIII, 22.

[c] *Rom.* VIII, 21.

ἀγαλλιάσεως πλήρη, φαιδρότητι διαλάμποντα, ἀγλαΐᾳ παντοδαπῇ καὶ χάριτι στίλβοντα.

IV. Εἰ δὲ πάντων μὲν τῶν ὄντων χαρᾶς ἀπολαβόντων, οὐδ' ἐγγὺς γίνεται τῆς ὥρας ὁ τῆς κακίας δημιουργός, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἑκὼν γὰρ οὗτος τὸ σκότος παθὼν, ἑκὼν οὐ διέφυγε τὴν μοχθηρίαν· οὐδὲ τὴν λαμπρότητα ἐπεζήτησεν, ἀλλ' ἔμεινεν ἐντρυφῶν, ἥπερ ἐμπέπτωκεν ἀθλιότητι. Ἃ δὲ τῶν ἑκόντων, ἐν τοῖς νοῦν ἔχουσιν, εὑρεῖν ἄκοντα, λόγον οὐκ ἂν εἴη σῶζον· ἃ γάρ τις ἀπωθεῖται, λαβεῖν οὐκ ἔνι. Καλεῖν ἄρα πρὸς εὐωχίαν, ἢ μήτε χαίρων ὁ ἀποστάτης, μήτε γνώμην διδοὺς ἦν, πόρρω τῶν ἀκολούθων. Ἐγίνετο γὰρ ἂν παραπλήσιον, ὥσπερ εἴ τις χοῖρον, βορβόρῳ χαίροντα, ἐπ' ἀνθέων ἄγοι τερπνότητα, μήτ' ἐκεῖνον εὐφραίνων, τῶν φίλων ἀφέλκων, καὶ τῶν λειμώνων ὑβρίζων τὴν χάριν. Διὰ τοῦτο ἔξω μὲν τῆς

---

exsultationis plena sunt, hilaritate fulgentia, omni splendore ac venustate rutilantia.

IV. Quod vero in communi omnium, quotquot exstant, lætitia, ille nequitiæ artifex ne prope quidem accedere ad hanc jucunditatem audeat, nihil est mirandum. Cum enim sponte sua tenebris illis sese ipse immerserit, sane volens pravitatem non effugit, nec claritatem quæsivit, sed perstitit illis ipsis sese oblectans miseriis, in quas utique prolapsus est. Quicumque porro mente præditi sunt, haud consonum rationi fuerit, ut vel inviti ea adipiscantur, quæ voluntatis arbitrio sunt subjecta; quæ enim quisquis rejicit, nequaquam par est, ut eorum particeps ipse evadat. Non erat igitur e re, ad lætitiæ convivium apostatam illum advocare, qui nec gaudio inde affectus ipse fuisset, nec adstitisset lubens. Perinde enim prope fuisset, ac si quis suem cœno gaudentem jucunditati florum immitteret; quo sane neque gratum ipsi aliquid faceret, a suis illum deliciis vi abstrahens, et pratorum venustati inferret injuriam. Propterea a communi omnium gaudio mansit exclusus, quippe qui, etiamsi

παγκοσμίου χαρᾶς, ὡς οὔτε θέλων, καὶ προσυβρίσων, εἶγ' ἐκέκλητο, τετήρηται· εἰς δὲ κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις, ὑπὸ ζόφον, Ἰούδας φησὶν ὁ ἀπόστολος, καὶ τὸ ἡτοιμασμένον πῦρ, ὡς ἐν εὐαγγελίοις ἀκούομεν. Ὧν γὰρ ἀπειλουμένων ἢ καλουμένων ἡ διόρθωσις τίκτεται, καὶ τοῦτο, καθόσον ἑκάτερον ἐγχωρεῖ, ἢ καὶ ἄμφω, τούτων ἀεὶ τῷ Θεῷ μέλει· οἷος δὲ μὴ τὸ σωφρονεῖν ἐκεῖθεν, ὄλεθρος ἡ ἐπίκρισις· καὶ τούτων ἑκατέρου Νινευῖται μάρτυρες· καὶ Σοδομῖται.

V. Ἄλλως τε καὶ οὐδ' ἂν εἰκότως τῷ χορῷ συνδεθείη τῶν ὄντων, τοῦ μακαρίου καὶ παμφαοῦς ὄντος ἀποστάς, ζόφος τε γεγο-

---

fuisset vocatus, affuisset invitus, et probro futurus esset; sed[a] *in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine* reservatus est, inquit apostolus Judas, et in *ignem ipsi paratum*, sicut in Evangeliis[b] legimus. Etenim si qui emendantur, vel nimis conterriti vel suavi vocatione attracti, utcumque id sive alterutro tantum, vel utroque modo contingat, eorum Deus numquam curam non gerit; si quis autem inde non respicat[c], in perniciem judicium vertitur; et hoc quidem utrumque Ninivitæ ac Sodomitæ testantur.

V. Sed præsertim nullo prorsus modo decebat, ut exstantium omnium choro adjungeretur ille, qui cum ab eo, qui sua natura beatitudo est ac plena lux, recesserit, et caligo ipse effectus est,

[a] *Jud.* v. 6.

[b] *Matth.* XXV, 41.

[c] Ex his patet, Isidorum ab iis non dissentire, qui putant, etiam diabolo, dum adhuc viator esset, per divinam clementiam, quam pervicax contempsit, aliquem resipiscendi locum relictum fuisse (vid. Suarez *De Angelis*, lib. VIII, cap. I) : et huc spectat, quod Auctor paulo ante præmiserat inquiens : *perstitit illis se miseriis oblectans, in quas prolapsus fuerat*. Quod ergo addit Isidorus, diabolum ad communem lætitiam vocatum non fuisse (quæ quidem potius quam ad tempus dominicæ incarnationis, referenda generatim sunt ad ordinem œconomiæ, quam cum suis creaturis Deus servarit), id non de negata aliqua vocatione ad pœnitentiam accipiendum est, sed de exclusione a participando gaudio quod reconciliationem sequitur.

νῶς, καὶ περὶ τὸ μὴ ὂν, τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν νοερὰν ἀπανῶν δύναμιν, ὥς που καὶ Μάξιμος ὁ θεσπέσιος εἴρηκε· καθάπερ οὐ φωτεινὸν, ὃ τοῦ φωτίζοντος ἔρημον, οὐδὲ ζῶν, ὁ μὴ τῷ τῆς ζωῆς αἰτίῳ συνών. Δι' ὃν, οἶμαι, λόγον, καὶ μετὰ τὸν κρημνὸν ἐκεῖνον τοῦ ἀποστάτου καλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ὁ Θεὸς πάντα προσεῖπεν, ἅτε τοῦ κύκλου τῶν καλῶν ἐκραγέντος τοῦ ἀρχεκάκου, καὶ οἱονεὶ τεθνηκότος, ἢ μᾶλλον διαφθαρέντος, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσι μὴ περιγραφομένου τοῖς οὖσιν.

VI. Ἐξ' ὧν δὲ καὶ ἀνωτέρω προέφημεν, ὅτι τῆς ἀπανταχοῦ διαδοθείσης χαρᾶς μόνος ὁ ὀλίους ἄγευστος, τῶν τε ἤδη ῥηθησομένων, τοῦτ' ἄν τις αἴτιον ἴδοι σκοπεῖν, καὶ ὅπως τὸν ἄνθρωπον Θεὸς μὲν ἔσωσεν ἐκπεσόντα, τὸν δὲ τύραννον οὐκ ἀνώρθωσεν.

---

et datam sibi naturaliter intelligendi vim, in id, quod est nihilum, insumit, quemadmodum divinus quoque ille Maximus alicubi dixit; perinde scilicet ac lucidum non est, quidquid eo caret, a quo lumen accipiat, nec vivens est, quisquis a vitæ principio sejungitur. Quam etiam ob causam, ut arbitror, Deus *cuncta valde bona*[a] appellavit post illam apostatæ ruinam, propterea scilicet quod a bonorum cœtu auctor ille malorum avulsus esset, ac propemodum mortuus, seu potius corruptus atque adeo inter reliqua omnia, quæ exstarent, minime recensitus[b].

VI. Ex iis porro, quæ et superius diximus, quod nempe solus ille dolosus gaudii ubique diffusi particeps nullatenus fuerit, et ex iis, quæ mox dicenda erunt, causam, cur Deus lapsum quidem hominem restituerit, tyrannum vero a lapsu non erexerit, hanc quisquis perspicere poterit. Siquidem Adam, et quæ illi data fuit

[a] *Gen.* I, 31.

[b] Hæc scilicet eo sensu accipienda sunt, quem S. Thomas (de Mal. q. XVI, art. V, ad 1) sic effert : *Bona naturalia in Angelis* (*malis*) *sunt integra quantum attinet ad naturæ ordinem; sunt tamen corrupta, vel depravata, seu imminuta per comparationem ad capacitatem gratiæ vel gloriæ.*

Ἀδὰμ μὲν γὰρ καὶ ἡ βοηθὸς οὔτε παρ' ἑαυτῶν ἐκαινοτόμησαν τὸ δεινὸν, καὶ κλαπέντες οὔτ' ἄλλοις φθονερὸν ἐπαφῆκαν βέλος· καὶ ἐκρύβησαν, ὅπερ ὀδυρομένων ἦν τὴν ἀπάτην καὶ τὴν συμφοράν. Ἠσχύνοντο γὰρ διὰ τὴν γύμνωσιν, ὡσανεὶ ἑαυτοὺς ἀφανίσαι πειρώμενοι, οἵα ἀνθ' οἵων, αἴσχιστα ὅπως ἀντὶ σεμνῶν εἵλοντο, δακνόμενοι.

Ὁ δὲ κακοῦργος καὶ πρῶτος ἐτόλμησε τὴν κακίαν, πρὸς μηδέν τι τοιοῦτον ἀπιδὼν παράδειγμα, ἀγαθῶν οὐχ ἥκιστα πολλῶν ἀνθελκόντων, ἅπαντα γὰρ ἦν τὴν τοῦ πλαστουργοῦ σώζοντα ψῆφον, καὶ ἄλλοις τοῦ ποτηρίου τῆς μοχθηρίας μετέδωκε. Καὶ οὐχ ἕνα ἢ δύο κρημνίσας, ἢ καὶ ἑκατὸν, ἔστη κορεσθεὶς τοῦ φόνου· ἀλλ' εἰ οἷόν τε ἦν, πτῶμα ἐλεεινὸν ἀνθρώπους προθεῖναι πάντας, καὶ Θεοῦ χωρῆσαι, καὶ γεέννῃ παραπέμψαι, οὐκ ἂν εἶναι τὴν κακίαν ὁ ἀλιτήριος ἱκανὴν ἐνόμισε· τρυφὴν δὲ μᾶλλον καὶ ἡδονὴν τὸν πλοῦτον

---

adjutorium[a], neque ex se ipsis malum sunt moliti, neque, postquam decepti sunt, invidum in alios telum contorserunt; ad hæc, absconderunt sese, quod immo proprium illorum est, qui errorem et calamitatem plorent. Verecundabantur enim propter nuditatem, et propemodum se ipsos e medio tollere adnitebantur, cum acris eos cura morderet, quod hæc pro illis, turpissima scilicet pro honestissimis, sibi elegissent.

Ast ille improbus et primus quidem nequitiam est ausus, cum quodpiam ejusmodi facinoris exemplar præ oculis nullum habuisset, quin multa potius bona in contrarium ipsum traherent, quandoquidem conditoris voluntati obsequebantur omnia; et præterea aliis quoque poculum iniquitatis propinavit. Neque vero ejusmodi eum cædes satiavit, ut unum aut duos, aut etiam centum præcipites daret, sed neque si potuisset omnes prorsus homines miseranda ruina involutos ostendere, et Deo privare, et in gehennam protrudere, suæ satis pravitati factum exitiosus ille putasset; quin etiam tantæ miseriæ cumulum suas ille de-

[a] *Gen.* II, 18.

τῆς συμφορᾶς. Καὶ τοῦτ' ἂν ἐπράχθη τῷ γε ἐκείνου μέρει, εἰ μὴ Θεὸς τὴν αὐτοῦ καθ' ἡμῶν ἐπεῖγε μανίαν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ πρόνοιαν ἐνδεικνύμενος.

Εἶτα οὐκ αἰσχύνεται τοιαῦτα πράττων· οὐδ' ἐλέου διενοήθη ῥήματα, οὐδ' ὅτι τὰ ὁρώμενα βδελυκτά, καὶ μίσους χείρω παντὸς, κρύπτεσθαι μεμελέτηκεν· ἀλλὰ παῤῥησιάζεται, καὶ χαίρει τῇ κακουργίᾳ, καὶ σεμνύνεται τοῖς μηχανήμασι, καὶ ἀναισχύντως τοὺς ἀμέμπτους ἐπιζητεῖ, ὡς καὶ ἡ κατὰ τὸν Ἰὼβ παρίστησιν ἱστορία.

VII. Διὰ τοῦτο ἄνθρωπος μὲν μήτε κακίαν ἐξευρηκὼς, μήτε φανείσης μεταδιδοὺς, ἀλλὰ καὶ παθὼν καὶ ὀδυρόμενος, οἴκτου καὶ ἦν ἄξιος, καὶ τετύχηκε. Πράγματι γὰρ, εἰ καὶ μὴ ῥήμασι, τὸν

---

licias summamque beatitatem duxisset. Et hoc quidem, quantum ex ipso erat, contigisset, nisi Deus, qui suam erga nos providentiam jugiter ostendit, illius contra nos furorem cohibuisset.

Insuper vero nihil ipsum talia perpetrantem pudet; neque verba, quibus misericordiam peteret, cogitavit unquam, neque latebras, utut exsecranda sint ejus facinora et exsecrandis omnibus deteriora, aliquando quæsivit; sed libere exsultat, et iniquis ausis lætatur, et suis machinamentis gloriatur, et inculpatos impudenter exagitat, prout etiam historia Jobi palam facit.

VII. Quamobrem homo quidem, qui neque per se iniquitatem excogitaverat, neque in partem illius, quæ admissa fuerat, alios vocabat[a], sed in malum pertractus fuerat, deque ipso deinde dolebat, hic, inquam, et misericordia dignus erat, et ipsam adeptus est. Sin minus enim verbis, certe factis misericordiam

[a] Non ea mente hæc ab Isidoro dicuntur, ut peccati Adamitici propagatio in posteros denegetur; nam catholicum dogma de peccato originali passim et disertissime alibi profitetur, sicut et disertissime ab ejusdem peccati communione Virginem Deiparam excludit (vid. *Homil. in Præsent. Deip.* § XIII, part. I, pag. 442-445) : sed tantummodo inficiatur, Adamum illud quoque, quod diabolus fecerat, præstitisse, ut alias creaturas seduxerit, atque ad rebellandum adversus Deum excitaverit.

ἔλεον ἐξεκαλεῖτο. Τὸ κρυβῆναι γὰρ, δεικνύντος ἦν, μέγα τιθέναι τὸ ἀδίκημα, ὡς μηδὲ φωνὴν θαρρεῖν προϊέναι, ἢ ἑαυτὸν παραδεῖξαι. Τῷ δὲ παμπονήρῳ, τὰ κάκιστά τε διανοησαμένῳ, καὶ καθ' ἑαυτοῦ διαπραξαμένῳ, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἐξ ἐκείνου καθυφέντι τῆς μανίας, στέργοντι δὲ τὴν νόσον, καὶ ἰατρὸν παρορῶντι, καὶ τὸν ἔλεον ἀποστρεφομένῳ, πῶς ἂν ἰασθῆναι γένοιτό ποτε, ὅς γε καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις φάρμακα οἰκείαν ἤγηται βάσανον; Τί γὰρ, φησὶν, ἐμοὶ καὶ σοὶ, Ἰησοῦ; Ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι με, τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατασχεθεῖσαν νόσον, ἐλαυνομένην ὁρῶν. Εἶτα ἀφεὶς τὸν Σωτῆρα, ἐπιζητεῖν ἐλαυνόμενος τόπους εἰς οἴκησιν εὐανθεῖς, ἤ τι τῶν ἄλλων τερπνῶν, ὁ δὲ, λαμπρὰν οἰκίαν, αἱρεῖται τοὺς χοίρους. Οὕτω χοιρώδης καὶ βορβόρου μεστὸς ὁ πανάθλιος, καὶ ἀεὶ μὲν τὴν κακίαν ὀρύττων, ἐπεντρυφᾷ, ἀνανεῦσαι δὲ καὶ

---

implorabat. Nam quod latebras quæreret, fatentis erat, magnum se scelus perpetrasse, ita ut neque vocem emittere auderet, neque in aliorum conspectum prodire. At vero improbissimo illi, qui pessima quæque et excogitavit, et in sui ipsius juxta ac aliorum perniciem molitus est, et ne hilum quidem remisit ex suo illo furore, quique et morbum suum habet carissimum, et medicum contemnit, et misericordiam aversatur, quonam pacto medela quæpiam adhibeatur, dum insuper quæ aliis sunt medicamenta, sua iste putat esse supplicia? *Quid enim,* inquit[a], *mihi et tibi, Jesu? Venisti ante tempus torquere me;* cum nempe videret expelli morbum, quem ipse (in languidi corpore) continebat. Exinde cum, Salvatore contempto, cogeretur loca exquirere ad inhabitandum florida, vel aliud quidpiam suavitate delectans, iste enimvero porcos, splendidum sane domicilium, prælegit[b]. Sic porcinus et cœno plenus ille miserrimus et perpetuo quidem in malis effodiendis totus deliciatur; sursum

[a] *Matth.* VIII, 29.

[b] *Marc.* V, 12. *Et deprecabantur eum spiritus dicentes : Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.*

τὴν ὑγείαν ἀνακαλέσασθαι ἐνενόησεν οὐδὲ πώποτε. Ὅθεν καὶ κεῖται δυστυχῶς κάμνων, καλλονὴν τὴν πονηρίαν ἡγούμενος, καὶ χαριζομένην ἀποστρέφεται τὴν θεραπείαν ὁ ὑπερήφανος. Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ πεσόντες ἡμεῖς· δεξάμενοι γὰρ τὴν πληγὴν, τὸν φιλανθρωπότατον ἰατρὸν ἐπεβοώμεθα συχνὰ, καὶ τοῦτον ἐπιστάντα ἰδόντες, δουλικῶς ὑπεδεξάμεθα, καὶ πάντα γενέσθαι εὐξάμεθα, ὅσα τῷ Σωτῆρι διανενόηται.

VIII. Καὶ δῆλοῖ τοῦτο σαφῶς τῆς παναχράντου τὰ ῥήματα· Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, φησὶ, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Ἧς ἡ ἀρετὴ τὸ μέγα τοῦτο τρόπαιον, τὴν ἡμετέραν ἀνήρηται σωτηρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶλεν ἡμᾶς ἡδονὴ, καὶ Θεὸν, οἴμοι, τὸν εὐεργέτην διαφυγόντες τῷ πονηρῷ προσετέθημεν ὄφει, ἐλεεινῶς αἰχμάλωτοι γεγονότες, καὶ ταῖς τοῦ δραπέτου καθυπείκοντες γνώμαις, καὶ οὐ-

---

autem aspicere, et sanitatem advocare, ipsi ne in mentem quidem unquam venit! Quocirca jacet misere ægrotans, decori sibi ducens pravitatem suam, et oblatam medelam superbus refugit[a]. Verum non ita nos lapsi; accepto enim vulnere ad benignissimum medicum vocem sæpe attollimus, et postquam jam advenisse vidimus, ipsum tamquam servi suscepimus, atque omnia, quæcumque Salvator proposuit, ea ut in nobis implerentur, enixe deprecati sumus.

VIII. Et id quidem manifeste testantur Purissimæ illius verba[b]: *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Cujus sane virtus magnum hoc tropæum, nostram scilicet salutem, erexit. Postquam enim nos cepit voluptas, et beneficum Deum, hei mihi! aufugientes, improbo serpenti nosmet dedimus, perduellis illius effecti servi sumus, ejusque arbitrio subjecti; et nihil fuit cujuscumque mali, ad quod seductor ille dolosus

[a] Elucet ex his, Isidorum in ea fuisse sententia, quæ etiam nonnullis e schola Theologis placuit, inter peccatum diaboli et ejusdem damnationem aliquod intercessisse tempus, quo gratia adjutus pœnitentiam agere potuisset.

[b] *Luc.* I, 38.

δὲν ἦν ἕτου τῶν κακῶν μήτε σύμβουλος ὁ πλάνος καὶ ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα μὴ εἶχεν, ὅθεν χειμὼν μὲν ἀσελγείας ἐρράγη, καὶ κυκεὼν ἀνομίας ἐξεχέθη, καὶ ζάλη τὰ πέρατα διέσεισεν ἀδικίας. Θεὸς δὲ ζητῶν διέκυπτεν οὐρανόθεν, εἴ πού τις αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπὶ γῆς εἴη, ὃς ἂν ἱκανὸς ἀπαλλάξαι φανείη τῆς πλάνης ἐκείνης καὶ τῶν δεσμῶν τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἦν εὑρεῖν οὐχ ἕως ἑνός, ἁπάντων δήπουθεν προκειμένων ἀχρείων, καὶ τῷ τοῦ ὄφεως κατιωμένων ἰῷ.

Μετὰ πολλὰς δὲ γενεάς, ἐπεὶ τὸ ὑπερφυὲς ἄγαλμα ἡ πανάμωμος ἀνεδείχθη, ἧς ἡ ἀρετὴ καὶ οὐρανούς, προφητικῶς εἰπεῖν, ἐκά-

---

nos plane tyrannide sua non adigeret; unde et libidinis erupit procella, et exundarunt iniquitatis fluctus, et injustitiæ turbo fines terræ concussit. Deus autem e cœlo prospiciebat, quærens si quis secundum cor ejus esset in terra, qui idoneus videretur ad homines ab illo errore et a servitutis vinculis liberandos; et ne unus quidem inveniri poterat, cum omnes utique inutiles jacerent, et serpentis veneno infecti.

Ast post multas tandem generationes, postquam illud supra naturam delicium, Purissima, inquam, illa[a] apparuit, cujus

[a] Virgo Deipara, ut patet, heic designatur, quæ antonomastice *prorsus immaculata* (ἡ πανάμωμος) appellatur. Et alias sane audivimus (part. I, p. 441) Isidorum disertis verbis affirmantem, Virginem Mariam *in iniquitatibus non fuisse conceptam*. At enim quamvis tam aperta professio a scriptis ejus abesset, nonne eadem sententia ex hoc loco manifeste emergit? Cum enim dicat, neminem inter homines inveniri potuisse, qui Deo acceptus et ejusdem consiliis idoneus esset, propterea quod serpentis veneno infecti omnes ad unum jacerent; plane conficitur, illo igitur veneno infectam Mariam non fuisse, quæ sola post multas generationes communi exempta vitio coram Deo apparuit. Sed et illud, quod perpendatur, plane dignissimum hoc loco occurrit : nempe quodnam officium sit, ad quod hominem quempiam idoneum requirebat Deus; tum vero cur ejusmodi ne unum quidem inter Adæ filios reperire esset. Et officium quidem nullum aliud proponitur, quam Deo cooperandi in hominibus a servitute inferni eximendis. Causa vero cur nemo ad id aptus censeretur, infectio dicitur e veneno serpentis contracta. Atqui nihil exploratum magis, nihil magis testatum in universa Ecclesiæ traditione oc-

λυψεν, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ πλήρης τῆς ἐκεῖθεν ἐγεγόνει λαμπρότητος, ὡς μικρὰν εἶναι τὴν διαλάμψασαν ἀκτῖνα τῇ τῆς πανάγνου μαρμαρυγῇ, ἐπεὶ ταῦτα οὕτω συνέβη, τερατουργεῖ Θεὸς ἐξαίσια διὰ τῆς παρθένου· καὶ λύει μὲν τῶν τοῦ τυράννου χειρῶν τοὺς δεσμίους, καὶ δεσπότας ἀντὶ δούλων, οὗ πρὶν ἀνδράποδα, καθιστᾷ· ζάλης δὲ καὶ σκότους ἀπαλλάττει τὸ γένος, καὶ τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν εἰρήνην χαρίζεται, καὶ θεοειδεῖς ἀπεργάζεται τοὺς πολε-

---

virtus et cœlos, ut cum propheta loquar[a], *operuit*, sed et terra splendoribus, qui ab ea emicabant, ita repleta est, ut præ illius plane immaculatæ fulgore jubar astri, quod orbem collustrat, exiguum appareret[b]; postquam, inquam, hæc ita contigerunt, prægrandia Deus portenta per Virginem operatur, et vinctos quidem tyranni manibus eripit, eosdemque pro præcedenti servitute dominos illius constituit, cujus prius mancipia fuerant; a procella ac tenebris liberat universum genus, et[c] *pacem* elargitur, *quæ exsuperat omnem sensum*, ac suos antea hostes divina specie ac similitudine exornat. Tanto nempe splendore

currit ea doctrina, quæ docet, Mariam ad cooperandum Christo in reparando hominum genere electam assumptamque fuisse, adeo ut passim salutetur tamquam κόσμου ἀνάκλησις, παντὸς κόσμου σωτηρία, λύσις κατάρας, πεσόντων ἐπανόρθωσις, ἀνθρώπων λύτρον, κόσμου ἀντίλυτρον, ζωῆς seu σωτηρίας πρόξενος, μεσῖτις, ἱλαστήριον, etc., videlicet *mundi totius reparatio, salus, solutio maledictionis, lapsorum restitutio, hominum redemptio, pretium redemptionis mundi, conciliatrix vitæ seu salutis, mediatrix, expiatio*. Testatissimum ergo id habemus in Ecclesiæ traditione, quod Virginis Deiparæ immunitatem ab originario vitio uti certam et exploratam præsumit.

[a] *Hab.* III. 3 sec. LXX : alterum autem hemistichium, quod apud LXX sic legitur, καὶ αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ, ad sensum Auctor allegat.

[b] En itaque qualis Maria orbi illuxit, splendore scilicet amicta, qui solis jubar vinceret, et quidem splendore qui ex summa innocentia ac puritate refulget. Et hanc sane Mariæ conditionem evidentius cognosces, si eam cum totius humani generis conditione conferas, quod propter Adæ prævaricationem tenebris obsitum mox describitur.

[c] *Philip.* IV, 7.

μίους. Οὕτω λαμπρῶς ἀπήστραψεν ἡ παρθένος, οὕτω παραδόξως κατηύγασε τοὺς ἀνθρώπους.

IX. Οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ πρὸς μεγίστην οὕτως εἶχεν ἀντικαταστῆναι κακίαν, διὰ τοῦτο μετὰ πολὺν τὸν ῥεύσαντα χρόνον ἡ πάναγνος τετήρητο, ὡς ἂν τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλον τῷ πλήθει τῆς κακίας διαθειχθῇ· ὅτι τοσαύτην ἐνίκησεν, οὕτω μὲν πολλῶν γενεῶν, οὕτω δὲ ποικίλην, οὕτω δὲ ἀνοσιωτάτην, ἅτε τοῦ χρόνου τῇ κακίᾳ προσεξευρήματα μεταχορηγοῦντος. Εἰ γὰρ μὴ φῦναι ἔμελλεν αὕτη, πάλαι ἂν, οἶμαι, μετὰ τὸν ἀδαμιαῖον ἐγγὺς ὅλισθον, δυνάμει μὲν ἑτέρᾳ, μικρᾷ δ' ἴσως, τὰ τῆς ἀνθρωπείας ἐπανορθώσεως ἐπραγματεύετο· τῆς θείας ἀγαθότητος, δι' ἣν τὰ πάντα, μὴ εἰσέπειτα μὲν προειδυίας μεγάλα καὶ οἷα τὰ κατὰ τὴν παρθένον, κατορθοῦν ἔσεσθαι σκεῦος, ἄνθρωπον δὲ τὸ τιμιώτατον κτίσμα, ὅθεν καὶ Θεῷ τὸ θαυμαστὸν, οὐκ ἂν ἀνασχομένης διαφθαρῆναι. Καὶ εἰ μὴ Θεὸς

Virgo coruscavit, tanta supra mentis captum luce homines perfudit!

IX. Quoniam vero adversus summam malitiam hoc pacto pugnare oportebat, idcirco, mea quidem sententia, post longum temporis decursum purissima illa servata est, ut virtutis ejus eminentia ex ipsa improbitatis magnitudine ostenderetur; quod scilicet, ætatibus usque majora, inter labendum, noviterque inventa iniquitati incrementa superaddentibus, ipsa tam immanem, tam multarum generationum, tamque variam ac multiplicem, atque adeo tam impiissimam nequitiam vinceret. Et sane nisi hæc oritura fuisset, jam olim, ut puto, paulo post Adæ lapsum alia quidem virtute sed exigua fortasse, humanæ reparationis opus perfectum fuisset; siquidem divina bonitas, propter quam omnia facta sunt, nisi prævidisset, futurum dein instrumentum, quod felici successu magna illa, et qualia dein exhibuit Virgo, præstaret, numquam passa fuisset, ut homo, nobilissima illa creatura, propter quam et Deum admirabundi celebramus, in tantam corruptionem prolaberetur. Nisi vero Deus ipse per

καὶ γῆς πατῆσαι προεθεσπίσατο δι' αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἶχεν ἡ γῆ τὸν ὑπὲρ τὰ Σεραφὶμ ἄνθρωπον φέρειν. Εἰ δὲ καινοπρεπῶς ἐμεγαλουργεῖτο Θεῷ καὶ τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἂν κοινὰς τὰς διατριβὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐπιπολὺ ποιουμένη παρέμεινεν, ἧς οὐδὲν ἦν κατ' αὐτοὺς ἡ διάνοια· ἀλλ' ὅσον ὅτι πλάττειν Θεὸς ἐκ τῆς γῆς καὶ ὑπὲρ τοὺς μὴ ἐκεῖθεν ἔχει γεγεννημένους, δεῖξαι φανεῖσα, ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς τάχιστα ἂν ἀπέπτη, ὃν αὐτῇ προσῆκε χῶρον κατειληφυῖα.

Ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν εἶχεν ἀποσβέσαι κακίαν, καὶ εἰς γῆν ὑπο-

---

hanc eamdem orbi terræ pedem inferre præstituisset, nunquam sane ejusmodi sortem terra assecuta esset, ut talem hominem (*Virginem*), qui superior est Seraphim, portaret[a]. Quod si Deus novo magnificentiæ opere hoc etiam portentum perpetrasset; non diu tamen inter homines, communi eorum consuetudine utens, versata fuisset, quippe cujus sensus nihil cum illis commune habebat; sed posteaquam parumper apparuisset, ut ostenderet, posse Deum e terra quempiam efformare[b], qui illis etiam, qui e terra non sunt, superemineat, cito supra cœlos evolasset, sedem ibi, quæ sibi congrueret, receptura.

Sed quoniam opus erat insuper, ut et plurimam illam pravi-

[a] Hinc disce, Virginem Deiparam cœlestibus Spiritibus præcellentiorem prædicari non ratione tantummodo dignitatis quæ illi ob divinam maternitatem accessit, sed etiam ratione eminentiæ qua ejusdem dotes intrinsecæ quamlibet angelicam nobilitatem transcendebant; adeo ut tam eximium Dei opus in terra hac nostra collocandum nunquam videretur, nisi ad excipiendum Dei Verbum Deus illam prædestinasset. At si ejusmodi opus Deus condidit, quod aliam, ac infimam hanc terram, sedem, cœlum scilicet, ut paulo infra dicitur, pro nobilitate sua postulabat, qui locus esse suspicandi potest, quod deterrimum est in terrenis ipsis vitium, hoc eodem inhonestatum e divinis manibus opus illud prodiisse?

[b] Vides, excellentiam qua Virgo Deipara illis quoque præstitit, qui e terra formati non sunt, plane ad ejusdem *formationem*, initium scilicet exsistendi spectare. E quo patet, in sua illam origine non modo puram et sanctam, sed insuper tot tantisque divinis muneribus auctam prædicari, ut ex tunc (quæ fuit sapientissimorum Theologorum sententia) quamlibet cœlestium quoque Spirituum excellentiam longe prætergrederetur.

δέξασθαι Θεὸν κατιόντα, καὶ τὸν ἀχώρητον δὴ τοῦτον χωρῆσαι, καὶ αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους προσοικειῶσαι, διὰ ταῦτα καὶ πολὺς ὕστερον ὁ χρόνος τὴν ὑπερένδοξον ἤνεγκε, καὶ γῆ τὸ λαμπρὸν ἐβάστασεν ἐκεῖνο κειμήλιον, καὶ τὸ μεῖζον δέξασθαι περιμένουσα δι' αὐτῆς. Δεξαμένη δὲ ἄρα, καὶ μὴ ἄλλως τῇ παρθένῳ τὰ τῆς εὐλαβείας ὅπως ἂν ἔχουσα σώσειε, τὸν ἐξαίρετον αὐτῆς κατοικεῖν ἀποδίδωσι τόπον, τὰ τῶν ἁγίων ἅγια, καὶ τούτων τὸν σεβασμιώτατον. Καὶ οὐδὲ τὸν παρ' ἑαυτῆς καρπὸν χορηγεῖν ὅσιον ᾤετο πρὸς τροφήν, τοῦτον εἶναι μόνον τὸν ἄνθρωπον ἐγνωκυῖα τὴν πάναγνον, περὶ οὗ φαγεῖν ἄρτον ἀγγέλων καὶ προφήτης μεμύηται. Οὐρανῷ γοῦν δι' ἀγγέλων τούτου παραχωρεῖ, οἷς ἔδει μεταμικρὸν, εὐαγγέλια παραδοξοτέρου διακονήσειν αὐτῇ μυστηρίου, καθὰ δήπουθεν σφόδρα μαρτυρεῖ περιφανῶς τὰ παρόντα.

---

tatem exstingueret, et Deum exciperet in terras descendentem, et eum, qui incomprehensibilis est, complecteretur, eidemque homines reconciliaret; propterea et sera tandem diuturni temporis ætas gloriosissimam illam tulit, et terra splendidum id cimelium portavit, in certam insuper spem vocata, se et illud, quod pretiosius esset, per eam ipsam mox accepturam. Quum hac itaque potita esset, neque aliter ostendere posset, qua Virginem reverentia prosequeretur, singularissimum ei locum ad inhabitandum tribuit, nimirum Sancta Sanctorum, et ex his quidem eam partem, quæ maxima veneratione digna est. Neque vero fas esse duxit, aliquem ex se ipsa fructum illi ad alimentum præbere, cum constaret, purissimam illum unum esse hominem, de quo etiam prophetæ revelatum est, quod [a] *panem Angelorum manducavit*. Hoc ergo munus cœlo commisit per Angelos adimplendum, quos et munere annuntiandi eidem mysterii multo magis admirandi paulo post fungi oportebat, quemadmodum manifestissime hæc (Lucæ verba) testantur.

[a] *Ps.* LXX, 25.

X. Ἀπεστάλη γάρ, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ· καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπε· χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί.

Τὰ μείζω τῶν μεγαλουργημάτων τῇ τοῦ κτίστου μητρὶ τὴν ὀφειλομένην, ὡς βασιλίδι, λειτουργίαν ἀπεδίδου τὸ ὑπερφυὲς διακονησομένῃ μυστήριον. Γῆ τὴν σεμνοτάτην οἴκησιν, τὴν τροφὴν οὐρανός, ἄγγελος τῆς τροφῆς ἐδείκνυτο ταμίας. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἑαυτοῦ νῦν, ὡς οὐδέποτε, καλλίστην ἀπέδειξεν· ἀγαθῶν γὰρ τοιούτων ἄγγελος οὐδέποτε ἐγεγόνει.

Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος. Τοῦτο τοῖς πρὶν ὡς ἐναντία τὰ παρόντα αἰνίττεται. Οὐ γὰρ παρ' ἑαυτοῦ νῦν

X. Inquit enim [a] : *Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

Genitrici Creatoris, quæ illi supra naturam mysterio administratura erat, præcipuæ e creaturis tanquam reginæ debitum obsequium reddebant. Terra nobilissimum omnium (præbebat) domicilium; cœli (suppeditabant) alimentum; Angelus alimoniæ promum se sistebat : sed et appellationem hic suam, qualem numquam antea, pulcherrimam nunc præsefert; tantorum enim bonorum nuntius numquam exstiterat.

Verum *a Deo*, inquit [b], *missus est Angelus*. Hoc aliquo modo indicat, quantum præsentia antiquis illis sint contraria [c]. Non

[a] *Luc.* I, 26-28.

[b] *Luc.* I, 26.

[c] Cum Deus in homine reparando œconomiam selegerit, quæ œconomiæ primæ conditionis plane respondeat; nam, ut Chrysostomus inquit (*Hom. in S. Pascha n.* II. Opp. tom. III, pag. 752), *per quæ diabolus nos expugnavit, per ea ipsa Christus ipsum superavit;* ita tamen veteribus præsentia

ὁ Γαβριὴλ, καθάπερ τῇ προμήτορι προσῆλθεν ὁ δόλιος, οὐδὲ Θεοῦ πατεῖν ὑποτίθησιν ὅρους, ἀλλὰ καὶ ἀπεστάλη, καὶ τὰ κατὰ θείαν ἐξεπέρανε γνώμην. Ἀπεστάλη δὲ, ἵνα τῇ διακονίᾳ ταύτῃ λαμπρότερος ἑαυτοῦ γένηται. Οὐδὲ γὰρ μέσου ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἔμελλεν, ἡ πρώτη μετὰ τὸ πρῶτον ἐδεῖτο τοῦ ἐλάττονος, τὴν προσλαλιὰν ἐκείνην ἀκοῦσαι δεῆσαν. Ἦ γὰρ ἂν ὁ Θεὸς λόγος δι' ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν, ἢ τοῦτον ἤνεγκεν, ἅπαν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος.

XI. Ἀλλ' εἰ φαιδρυνθῆναι τὸν διακονήσοντα προύκειτο, τὸν

---

enim sponte sua nunc (ad Virginem) Gabriel, sicut olim dolosus ille ad primam matrem accessit, neque Dei leges conculcandas proponit; sed et missus est, et illa obivit, quæ divinæ erant voluntatis. Missus vero est, ut per hoc ministerium se ipso illustrior evaderet. Neque enim, nisi in hunc finem id fieret, illa quæ prima est post Primum[a], inferiori aliquo quasi internuntio indigebat, siquidem opus foret ut eam allocutionem audiret. Ipse enim, qui est Deus Verbum, per se profecto allocutus eam fuisset, quæ hunc eumdem, *omnem* scilicet *Divinitatis plenitudinem*[b], portavit.

XI. Atqui, dixerit fortasse quispiam, si præstitutum erat, ut is, qui suum exhiberet ministerium, illustrior evaderet, sane

respondent, ut quæcumque ad pristinum lapsum spectant, non modo a præsentibus absint, sed opposite se invicem habeant. Non potest ergo Maria, quæ pro Eva data est, Evæ lapsus utcumque particeps haberi.

[a] Habes heic communem SS. Patrum doctrinam, post Deum nihil Maria majus, nihil nobilius exsistere. At insuper fac advertas, hæc de sancta Virgine affirmari, antequam ei nuntium ab Angelo deferretur. Non ergo ad celsissimam omnium dignitatem divinæ maternitatis id spectat, sed ad insitam Virgini excellentiam. Atqui cum notione operis, quod intrinseca sibi nobilitate perfectissimum omnium, uno Deo excepto, excellentissimumque haberi debeat, plane nescit amico fœdere sociari tanta vilitas, quin et tanta turpitudo, atque abominatio, quanta in peccati labe, et in Dei inimicitia residet.

[b] *Coloss.* II, 9.

μείζονα τοῦτο παθεῖν ἐχρῆν, φαίη τις ἂν, ἥκιστα δὲ τὸν Γαβριὴλ, ὡς ἂν εἰς τοὺς ἥττους καὶ τὸ λαμπρὸν διαβῇ.

Τίς οὖν ὁ λόγος; Ὅτι τοῖς κάτω κοινωνὸν ἵνα ποιήσῃ τὸν ὑπὲρ ἅπαντας ἡ ὑπερύμνητος δοθεῖσα τῷ βίῳ, κλίμακι καθάπερ ἐχρήσατο τῷ παντὶ πρὸς ἀνάβασιν. Γῆν τοίνυν ἐπείπερ πρώτην εἶχεν ἡ μακαρία βαθμίδα, ἣ προσῆκεν οὐρανὸς φέρειν τὴν πρόοδον, ἤ, εἴ τι ἄλλο καὶ αὐτοῦ ὑψηλότερον, οὐρανὸς γὰρ αὕτη τοῦ οὐρανοῦ, μόνῳ προσήκουσα τῷ κυρίῳ κλῆρος, ἣν ἂν καὶ τοῦτο τῶν ἀκολούθων, ὃ καὶ ἐξέβη, τῇ πρώτῃ μετὰ τὴν γῆν τῶν ἀσωμάτων ἐντυχεῖν αὐτὴν τάξει.

Ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ τὴν γῆν ἡ πολυύμνητος οὐρανὸν ἐποίησε,

---

sublimiorem aliquem tali honore affici oportebat, minime vero Gabrielem, quo etiam in minores ejusmodi nobilitas diffunderetur.

Quid igitur dicemus? Hoc nempe, benedictissimam illam, quæ ideo in vitam prodit, ut eum, qui super omnes est, consortem terrestribus redderet, hac rerum universitate ceu quadam scala ad ascendendum usam esse. Quoniam igitur beata illa, cui progrediendi initium esse cœlum debuisset[a], aut si quid aliud ipso cœlo sublimius sit (nam ipsa fuit cœlum cœli, soli Domino ceu pars illius propria conveniens), terram veluti primum gradum habuerat, idcirco et hoc, quod reipsa contigit, consentaneum erat, ut cum illo spirituum ordine, qui a terra primus est, colloquium haberet.

Præsertim vero quod cum (Virgo) omni laude dignissima terram in cœlum commutaverit[b], plane par erat, ut primum

[a] Hæc quoque manifeste evincunt, quam explorata fuerit doctrina de sanctitate qua in ipso exsistendi initio Virgo beata fuit exornata. Quid enim absurdius affirmaretur, quam a cœlo inchoare vias suas debuisse hominem peccato inquinatum, et quidem eo peccato, propter quod nedum a cœlo, unde et Angeli propter peccatum deturbati fuerant, sed e terrestri quoque paradiso ejectus homo fuerat?

[b] In cœlum terra conversa est, cum hæc in se Deum incarnatum per Ma-

τοῖς προσεχῶς ὑπὲρ τὴν γῆν ἔδει προσομιλεῖν πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτο τοῖς ἀνωτέροις τὴν καινὴν ὑποδεικνύειν ὁδόν. Προσεχὴς δὲ ἡμῖν νοερὰ τάξις ἡ τοῦ θείου εἶναι λέγεται Γαβριήλ.

Εἶτα θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ τοῖς ὑποβεβηκόσιν ἀγγέλοις τῷ λαμπρῷ μυστηρίῳ πρώτοις διαυγασθῆναι συνέβη· ἐπεὶ καὶ ἄνθρωποι κατατρυφᾶν ἠξιώθησαν, ὧν τοῖς ἀγγέλοις μήτε γεῦσις συγκεχώρητο, καὶ σφοδρὸς ἔρως εἰς ἐκεῖνά γε παρακύπτειν ἐνίησι· καὶ ταῦτα τῶν ἀΰλων πολλῷ τῷ μέτρῳ τήν τε ἀξίαν καὶ καθαρότητα διϊστάμενοι Καὶ καθάπερ εἴτις ὁτιοῦν ἐπιζητοίη λαμπάδι, τὰ παρακείμενα τῶν πόρρω δείκνυσι φωτεινότερα· τὸν ἴσον τρόπον τῆς ὁραχμῆς εὑρεθείσης ἐκείνης, ὑπὲρ ἧς ὁ παμφαέστατος λύχνος ἀνήφθη, καὶ ὅσα τοῦ φανέντος πλησίον, μᾶλλον, ἢ τὰ μακρὰν, τοῦ φωτὸς ἦν εἰκὸς ἀπολαύειν. Τῆς δὲ βασιλικωτάτης ἐκείνης εἰ-

---

cum iis versaretur, qui proxime super terram sunt, et deinceps sublimioribus novam viam demonstraret. Propior autem nobis Spirituum ordo ille esse fertur, in quo divinus Gabriel censetur.

Deinde nil mirum esse debet, quod inferioribus Angelis splendido hoc mysterio collustrari primis contigerit; quandoquidem et homines digni habiti sunt ut iis affatim fruerentur, de quibus ne parumper quidem degustare Angelis concessum fuit, licet sane vehemens hos desiderium ad ea vel leviter attingenda impellat, et utut magno intervallo ab incorporeis substantiis homines tum dignitate tum puritate distent. Et quemadmodum si quis accensa lampade quippiam perquirat, majori luce, quæ prope sunt perfunduntur, quam quæ sunt procul posita; eumdem in modum cum drachma illa inventa est, propter quam accensa est lucerna illa undequaque fulgentissima, consentaneum erat, ut quotquot propius lumen illud erant, abundantiori, quam quæ longe jacebant, luce fruerentur. Denique ad nobilis-

riam excepit. Ad quod novum veluti cœlum Angelos accurrisse, et ex Paulo discimus inquiente (*Hebr.* I, 6) : *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit : Et adorent eum omnes angeli ejus.*

κόνος, τὴν πάναγνον λέγω, ἢ μέσον ἀπήστραπτε τῶν βεβορβορω-μένων ὁμογενῶν, οὐδὲν ἐς ἔγγιον ἄλλοι, ἢ ἄνθρωποι· καὶ ἡ προσ-εχὴς αὐτοῖς ἀσώματος τοῦ Γαβριὴλ εἴρηται στρατιά. Διὰ ταῦτ' οὖν εἰκὸς, καὶ πρό γε πάντων τῶν νόων, τὸν ἀρχιστράτηγον δὴ φαιδρυνθῆναι τοῦτον.

XII. Φαιδρύνεται τοίνυν οὗτος πρῶτος, τῇ τε ἐγγύτητι, καὶ πρός γε τούτῳ, δι' ἣν ἐκόμιζε χαράν, ἅτε τοῦ κομιζομένου καὶ αὐτὸς μετειληφὼς, καθάπερ ὁ μύρου μεταδιδοὺς τῆς ἐκεῖθεν ἀρετῆς κοινωνεῖ τῷ δεχομένῳ.

Χαῖρε οὖν κεχαριτωμένη, φησὶν, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Οὐκ εἶχε φέρειν ὁ Γαβριὴλ τὸ τῆς χαρᾶς μέγεθος· καὶ ὡσανεὶ σπεύδων τὸ μέγα ἐκεῖνο τῆς χαρᾶς χρῆμα ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπιθεῖναι τῷ δυναμένῳ, τοῦ ὀνόματος ἐπελάθετο τῆς πανάγνου· καὶ χαῖρε δίδωσιν εὐθὺς,

---

simam illam speciem, purissimam Virginem dico, quæ inter cognatos suos cœno obrutos coruscavit[a], nihil aliud accedit propius, quam homines; his vero proximus esse dicitur incorporeus Gabrielis ordo. Has igitur ob causas prorsus par erat, præ omnibus intelligentibus substantiis hunc cœlestis exercitus ducem collustrari.

XII. Primus ergo hic illustratur tum ob propinquitatem, tum etiam propter illud gaudium, quod ipse attulit, quippe qui particeps effectus est boni illius, quod adduxit; non secus ac qui alteri unguentum præbet, una cum eo, qui recipit, virtutem ex unguento emanantem participat.

Inquit igitur[b] : *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Non poterat Gabriel magnitudinem gaudii ferre; ac veluti festinans magnum illud gaudii pondus a se ipso in eum, qui ferre illud posset, deponere, purissimæ illius nomen oblitus est, et veluti

[a] Imaginem habes luculentissimam, cujusmodi fuerit conditio Virginis ad reliquorum hominum conditionem : inter omnes scilicet cœno sordentes sola mundissima refulsit.

[b] *Luc.* I, 28.

ὅπερ ἦν φέρων, τῆς προσηγορίας ὥσπερ ἀμνημονήσας. Σὺ οὖν εἶ κεχαριτωμένη, φησὶ, σὺ ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, καὶ διὰ τοῦτο χαῖρε. Μετὰ σοῦ γὰρ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, καὶ οὐδὲν οἰκειότερον, ἢ χαῖρε, σοὶ προσλαλεῖν οἶδα. Ὃν γὰρ οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ εἰ πολλαπλάσιον ἑαυτῶν εἶχον διαταθῆναι[1], χωρεῖν οὐ δεδύνηνται, οἶκον ἐκείνου, ὦ θαύματος παραδόξου, σεαυτὴν ἐχρυσούργησας. Καὶ ὡς ἁπάντων τοίνυν βασιλίδι προσκυνῶ, καὶ ὡς προσετάγην, χαῖρέ σοι προσφωνῶ.

Χαίροις, ὅτι διὰ τοῦτο νῦν χαίρω καὶ αὐτὸς, οὐ τῷ τερπνῷ μόνῳ τῆς ἀγγελίας, ὃ πᾶσιν ἕπεται διαγγέλλουσιν ἥδιστα, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐμαυτοῦ βελτίων ἀπάρτι, καὶ νοεῖν ὑψηλότερα διαυγέστερος γίνομαι· ταῦτα δὲ τὰ σά, ὧν οὔτε παραδοξότερον, οὔθ' ὑπέρτερον οὐδέν. Εἰ δὲ τοῖς ἡδέσιν εἴ τις προσομιλοίη, χαίρει, κἂν εἰς αὐτὸν ἡ τέρψις ἐλίττηται μόνον, ὅταν γλυκασμοῦ μὲν ὑπὲρ ἔννοιαν ἀπο-

[1] Cod. διαταθεῖναι.

---

compellandæ illius immemor, statim illud *Ave* porrigit, quod gerebat. Tu igitur, inquit, es *gratia plena*, *tu in mulieribus benedicta*, et idcirco gaude. Tecum enim universorum est Dominus, nec quippiam aptius, quo te alloquar, occurrit, quam *Ave*. Siquidem quem cœlum et terra capere, quamvis eis liceret etiam latius se protendere, non possent, ejus tu domum auream (o novum portentum) temetipsam effecisti. Te igitur, tanquam omnium reginam, veneror, et, sicuti jussus sum, *Ave* tibi annuntio.

Gaude, nam propterea et ipse nunc gaudio gestio, non solum propter eam in nuntiando jucunditatem, quam quisque lætissima nuntians experitur; sed etiam quia me ipso plane melior evado, ampliorique lumine collustror ad sublimiora contemplanda : hæc porro tua profecto sunt, quibus nihil mirabilius ac sublimius est nihil. Quod si quis, quando suavia pertractet, gaudet, etiamsi in ipsum solum redundet gaudium; quum tu dulcedine per-

λαύῃς, σὺν σοὶ δὲ καὶ κτίσις ἅπασα, καὶ ὁ πλάστης χαίρῃ Θεός, τί ἄν τις περὶ σοῦ φαίη;

XIII. Χαῖρε τοίνυν κεχαριτωμένη, καὶ χαρᾶς ὑπὲρ ἅπαν τερπνὸν ἀπόλαυε, εὐλογημένη. Τούτων σοι τῶν προσφωνημάτων οὐκ ἔχω προσαγαγεῖν τιμιώτερον. Καὶ οἶδα μὲν, ὅτι καὶ μακαρία ἀκούσῃ, δι' ὃν κατὰ τὰ ἐμὰ βαστάσεις εὐαγγέλια, καὶ μεγαλοπρεπῶς μέχρι παντὸς ὑμνηθήσῃ παρὰ πολλοῖς, καθὰ δήπουθεν σὺν θαύματι περὶ σοῦ τὰ παράδοξα προκεκήρυκται τοῖς προφήταις. Ἀλλ' οὔτε τις τῶν πάλαι τὴν γιγνομένην διέσωσεν εὐφημίαν, οὔτε τῶν παρόντων ἢ ἐσομένων, ὡς προσῆκέ σοι, φθάσει τὸν κρότον· ἔτι, καὶ οὐδ' εἰ πᾶσι, τοῖς τε οὖσι, πρό τε οὖσι, τοῖς τ' ἐσομένοις, ὑπὲρ τούτου συνελθεῖν ἐγεγόνει, τὸν εἰκότα ἂν ὕμνον ἐξεγένετο πλέξαι.

Χαῖρε λοιπὸν διὰ ταῦτα, ὦ βάθος γνώσεως καὶ σοφίας ὕψος, καὶ χαρᾶς πλοῦτος, καὶ χαρίτων θάλασσα, καὶ θαυμάτων μέγε-

---

fruaris, quæ cogitationem omnem exsuperat, tecum vero gaudeant et omnes simul creaturæ, et Creator Deus, quid demum de te dicere quispiam possit?

XIII. *Ave* igitur, *gratia plena*, et gaudio, omne gaudium excedente, fruere, o benedicta. Salutationem, qua te compellem, his nobiliorem nullam habeo. Et scio equidem, quod propter eum, quem juxta felix meum nuntium utero geres, beata prædicaberis, et magnificis laudibus in omne tempus a multis celebraberis, quemadmodum mira prorsus de te a prophetis cum admiratione prædicta fuerunt. Sed neque e veteribus quispiam eam, quæ tibi obvenit, faustam acclamationem reservavit, neque præsentium aut futurorum aliquis tibi pro meritis plausus dabit, immo neque si ad hoc præstandum omnes simul convenire contingeret, quotquot vel sunt vel fuerunt vel erunt, te tamen dignus necti hymnus posset.

Gaude igitur propter hæc omnia, o scientiæ profunditas ac sapientiæ altitudo, et opulentia gaudii, et gratiarum mare, et

θος, καὶ πέλαγος καλλονῆς, καὶ μυστηρίων θησαυρός. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη τὸ καινὸν τῆς σῆς μεγαλειότητος; Ποῖος νοῦς τοῖς παραδόξοις τούτοις ἀξίως ἐμφιλοχωρήσει θεάμασι; Ποία διάνοια πρὸς ὕψος ἁμιλληθήσεται τῶν νῦν ὑπὲρ πᾶσαν πτῆσιν αἰθερίως διαθεόντων; Τίς λογισμὸς τοῖς ἀπορρήτοις τούτοις ἐμπετασθεὶς, τῷ ἱκανῷ τῆς μυήσεως καταβὰς, σεμνυθήσεται; Ποία γλῶσσα, φωνῶν ἄνθη, χρυσαυγῆ τὸν φθόγγον, καὶ πολυτερπῆ τὴν λέξιν, προσήκουσαν ἀπανθισαμένη τοῖς παροῦσιν ἱστουργίαν ἐξυφανεῖ;

Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, οὐ καθάπερ μόνον ἐν τοῖς λοιποῖς κτίσμασι συνοχεὺς ὢν, οὐδ' ὥσπερ Μωϋσεῖ καὶ Ἠλίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις συνῆν ἁγίοις, μεγαλουργῶν οἰκήσει μετὰ σοῦ θαύματα· οὐδὲ νῦν μὲν οἰκόν σε προσευρηκὼς ἑαυτῷ λαμπρυνεῖ, τὴν δ' οἰκονομίαν ἔπειτα

---

miraculorum magnitudo, et venustatis pelagus, et mysteriorum thesaurus. *Dominus tecum*. Quis non obstupescat magnificentiæ tuæ novitatem[a]? Quænam mens par esse queat, ut contemplandis portentosis hisce spectaculis immoretur? Quis intellectus poterit ad celsitudinem eorum sese erigere, quæ supra omnem cœlestium volatum excurrunt? Quæ cogitatio, cum ad ineffabilia hæc assurrexerit, descendens gloriari possit, satis se iis mysteriis instructam esse? Quæ lingua flores colligens vocum, auroque nitentem sermonem, suavissimamque dictionem, condignum hoc argumento opus contexat?

Dominus tecum, non modo ut in reliquis creaturis omnia continens ac regens, neque solum sicut cum Moyse erat et cum Helia, cumque aliis sanctis viris, sic tecum habitabit mirabilia operans; neque postquam te, aptam sibi domum inventam, ad

[a] Nihil sane frequentius apud veteres scriptores recurrit, quam ut Deipara, ceu *novum* opus, *nova* magnificentia, *novum portentum* celebretur. At vero quid in re *nova* quærimus quod deterrimum est Adamiticæ vetustatis? Quid urgeat quispiam communem humanæ naturæ ordinem, communesque Adamiticæ stirpis leges, quando constat, *novum* idcirco prædicari opus, quod a communi ordine consuetisque legibus discedit?

τετελεκὼς, οὐκ ἐσαεὶ φωτιεῖ μετὰ σοῦ τὰ σύμπαντα δαδουχῶν· ἀλλὰ μετὰ σοῦ ὁ Κύριος ξένον δῆτα τρόπον, οὗ μήτε ὀφθαλμὸς ἤσθετο, καὶ οἵῳ θύραν οὐκ ἀνέῳγεν ὦτα, ἀλλὰ καὶ ἀναβάσεως κρείττω ἀνθρωπείας καρδίας. Μετὰ σοῦ γὰρ, διὰ τὴν ἐξαστράπτουσαν ὥραν τῆς θείας σου ψυχῆς, τὰς τῆς ἀῤῥήτου θεϊκῆς φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἀκτῖνας ἐπιλάμψει· διὰ τὸ φαιδρότατον κάλλος τῆς σῆς ἀρετῆς, τὴν σὴν, ἣν ἠγάπησε, μορφὴν φανεῖται περιβαλλόμενος· καὶ τοῖς σοῖς ἀχράντοις αἵμασιν ἑνωθεὶς, ὦ μυστηρίου ξένου, ὃ οὐκ ἦν, ἐκ σοῦ διὰ σὲ γενήσεται, τὴν σήν τε ὅλην φέρων εἰκόνα, τοῦ τε Θεὸς εἶναι μὴ ἐπιστάμενος. Κἀντεῦθεν θεϊκῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀντιφιλοτιμούμενος, ὅπερ ἐστὶν ὁ δημιουργὸς φύσει, τοῦτό σοι χάριτι καινοπρεπῶς ἀντιχαριεῖται, καὶ εἰς αἰῶνας μετὰ σοῦ, δι' ὧν σοι κεκοινώνηκεν, ἐν τοῖς τοῦ ἀοράτου πατρὸς μενεῖ κόλποις ἀναπαυόμενος.

Σὺ καὶ γάλα παραδόξως βλύσεις, ἐπεὶ καὶ πάντα θαυμάτων

---

tempus illustraverit, perfecta dein œconomia a creaturis omnibus tecum illuminandis cessabit; sed *Dominus tecum* nova prorsus ratione, quam neque oculus vidit, neque auris audivit, quæque humani cordis ascensione sublimior exsistit. Tecum enim, propter effulgentem divinæ animæ tuæ speciem, ineffabilis divinæ naturæ radios hominibus effundet; propter splendidissimam virtutis tuæ pulchritudinem, tua forma, quam adamavit, circumdatus apparebit; et cum immaculato tuo sanguine semet conjungens, (o inauditum mysterium!) quod non erat, ex te propter te, et totam tuam gerens imaginem, ac propemodum se Deum esse oblitus, fiet. Et exinde divina prorsus splendidaque ratione tecum munificentia certans, quod ipse Creator est natura, hoc tibi ex gratia novo quodam modo vicissim elargietur, et propter ea, quæ tecum habet communia, in sinu invisibilis Patris quiescens in sæcula tecum manebit.

Lac quoque tu mirabiliter effundes, quandoquidem tua omnia

γέμει τὰ σὰ, ἡ εἰς ἀνθρώπους πρόοδος, ἡ τοῦ τόπου διατριβὴ, ἡ εἰς τήνδε τὴν ἡλικίαν αὔξησις μὴ κατ' ἀνθρώπους χορηγηθεῖσά σοι, ὁ νῦν ἀπόῤῥητος ἀσπασμὸς, ὁ μετὰ τοῦτον ἑψόμενος καινὸς τόκος· καὶ τῷ γάλακτι ποτιεῖς, ὃς ἅπαν εὐδοκίας ἐμπίπλησι ζῶον, ἐλευθερίαν χειρὶ συγχωρῶν· σαὶ χεῖρες οἵσουσιν, οὗ καὶ σὲ χεῖρες διέπλασαν, ὁρατόν τε κόσμον ὑπέστησε καὶ ἀόρατον, ἐννόημα μόνον· ἀλλ' εἰ μετὰ σοῦ ὁ κύριος, τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Παράδοξα πάντως, καὶ διανοίας ὑψηλότερα πάσης καὶ ἥλιος ὄψεται, καὶ κροτήσει τὰ πέρατα διὰ σέ. Χαῖρε τοίνυν κεχαριτωμένη, χαῖρε εὐλογημένη, τῆς μετὰ Θεὸν φέρουσα κατὰ πάσης τὰ νικητήρια φύσεως.

---

miraculis plena sunt, tum ingressus in hominum vitam, tum sedes conversationis tuæ, tum ad hanc ætatem provectio non humano tibi more comparata, tum ineffabilis hæc salutatio, et qui postea subsequetur partus; et lacte potabis eum, qui liberali manu tribuens[a], *implet omne animal benedictione;* manus tuæ illum portabunt, cujus manus te quoque plasmaverunt, quique solo mentis suæ nutu visibilem pariter atque invisibilem mundum e nihilo eduxit. Verum, si Dominus tecum, quid plura opus est fari? Plane mirabilia et quovis intellectu sublimiora sol videbit, et propter te plausus attollent fines terræ. *Ave* igitur, *gratia plena*, ave benedicta, quæ naturam omnem Deo inferiorem exsuperas[b].

[a] *Ps.* CXLIV, 16.

[b] Hæc cum superiori congruunt sententia (sup. § X), qua Virgo Deipara *Prima post Primum* celebratur. Aptissime vero eadem cum salutatione sociantur, qua ab Angelo celebrata est *gratia plena*. Quanquam enim diffitendum non sit, naturalibus quoque donis sanctæ Virginis animam mirum in modum excelluisse; at divinis maxime charismatibus tribuendum plane est, quod præ creatis omnibus propius ad Deum accesserit. Hinc porro dignoscere licet, cujusmodi ex mente doctorum fuerit *gratiæ plenitudo* quæ de Virgine prædicatur. Talis enim intelligenda cum sit, qua creaturarum omnium excellentissimam quamque gratiam Mariæ gratia vicerit; ejusmodi ergo gratiam

XIV. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, φησὶ, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Ἀπεῖδεν ὁ τῆς παναγνου νοῦς ὑψηλότατος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸ διάφορον· εἶτα πρὸς τὴν τοιαύτην συγκατάβασιν, ὅση, καὶ τὸ μυστήριον ἐξεπλάγη κατανοοῦσα. Καὶ ὑφ' ἡδονῆς ἐσκίρτησεν εὐλαβῶς, ἀλλ' οὐκ ἐδειλίασεν οὐδὲ διεσείσθη καὶ τὴν ψυχὴν ἀνώμαλος γέγονε. Πάνυ γὰρ ἦν διαβατικωτάτη, ὥσθ' ὅστις ὁ προσελθὼν, θᾶττον ἔχειν εἰδέναι. Τὸ γὰρ ἰδοῦσα διεταράχθη, τοῦτό μοι νοεῖν δίδωσιν, οἱονεὶ ἀποβλέψασα καὶ λογισμῷ θεόφρονι συνδιασκεψαμένη, τί μὲν Θεοῦ μέγεθος, τί δὲ ἀνθρώπων οὐθένεια, ἐπάλλετο χαίρουσα τὴν καρδίαν· πρὸς τὰ θεῖά τε ἐξεθαμβεῖτο καὶ ἐκρότει θαυμάσια, τηλικαύτην Θεοῦ συγκατάβασιν ἀκούουσα. Διὰ ταῦτα καὶ ποταπὸς ἂν εἴη, ὡς μέγας ὁ ἀσπασμὸς, καὶ κάτω τιθεὶς ἀνθρώπειον διελογίζετο νοῦν.

XIV. *Quæ cum audisset*, inquit[a], *turbata est in sermone ejus et cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Perspexit sublimissimus purissimæ illius intellectus, quid differat inter Deum et homines; tum vero, quantum ex benignitate sua sese Deus demitteret, ac mysterii sublimitatem obstupescens considerabat. Præ gaudio autem exsultavit religiose, non vero formidavit, neque commota, neque præter modum animo conturbata est. Erat enim prorsus perspicacissima, adeo ut, quis adventasset, facillime nosse posset. Et sane illud, *cum vidisset, turbata est*, hunc mihi sensum exhibet, quasi diceret : cum pervidisset, ac mente divinitus collustrata perspexisset, cujusmodi sit Dei magnitudo, et quanta hominum abjectio, corde gaudens exsultabat, Deumque cernens tantopere sese demittentem, ad divina hæc portenta obstupescebat, plaudebatque. Quocirca etiam cogitabat, qualis esset salutatio, quam magna, et quamlibet humanæ mentis vim ex-

angelica salutatio enuntiat, qua Mariæ sanctitas tribuatur non modo originalis, ne deterioris, quam cœlestes spiritus, conditionis fuerit, sed in ipsa origine sanctitate qualibet angelica eminentior.

[a] *Luc.* I, 29.

Ἔστι γὰρ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ τὸ σαλεύεσθαι, ὃ ταὐτὸν δύναται τῷ ταράσσεσθαι, καὶ χαρᾶς ἔννοιαν ὑποφαῖνον, ὡς τὸ, σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· χαρήσεται τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Κἀνταῦθα τοίνυν ἀπό γε τοῦ διεταράχθη, καὶ ἡ ἀγαλλίασις, καὶ τὸ τῆς θαυμασίας ἐκείνης ψυχῆς θερμότατον ἐμφαίνεται ἔξαλμα, πρὸς ἔκπληξίν τε, καὶ κρότον τῶν τοῦ Θεοῦ τεραστίων, μετά γε εὐπρεπεστάτου τοῦ φόβου. Εἰ γὰρ ἀπαράμιλλος τὴν ἁγνείαν ἡ πάνσεμνος, καὶ ἑαυτῇ μηδὲν εἶχεν, ᾧ ἂν συνορῴη, μὴ καὶ ἱκανῶς ἔχειν πρὸς Θεοῦ σφόδρα φιλεῖσθαι· ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν, ὃς ἔχει πρὸς Θεὸν, ὡς πρὸς ἀλήθειαν ψεῦδος, καθά που καὶ προφητικὴ διορίζεται ἔκστασις. Δι' ἐκεῖνο τοίνυν καινότατον ἐπιεικῶς ᾠήθη, τὸν ὑπεράπειρον γαστέρα, βραχὺ πέρας ἔχου-

---

cedens. Nam *commoveri*, quod idem valet ac *perturbari*, in sacris litteris etiam *gaudendi* significationem habet, sicut cum dicitur[a] : *Commoveatur mare et plenitudo ejus; gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt*. Et hoc igitur loco per illud, *turbata est*, simul ostenditur et exsultatio, et ferventissimus admirandæ illius animæ impetus tum propter stuporem, tum propter plausum ad illa Dei portenta, una tamen cum eo, qui maxime congruebat, reverenti metu[b]. Etsi enim illa undequaque sancta incomparabili puritate fulgeret, et nihil in se haberet, quod vel Deus ipse conspiciens pro merito vehementer non adamaret; ast homo erat, qui nempe ad Deum se habet, uti ad veritatem mendacium, quemadmodum etiam propheta in mentis excessu pronuntiavit[c]. Merito igitur ea de causa rem plane inauditam arbitrabatur, quod venter, angustos habens fines, illum qui immensus est

[a] *Ps.* XCV, 11.

[b] Hæc subtilius forte quam verius disputata videbuntur; at elucet in iis, tam sublimiter Patres de Dei Matre sensisse, ut quod nobilissimum omnium videretur, id de illa tenendum ac prædicandum usque censerent.

[c] Videtur Auctor præ oculis habuisse illud Psalmi CXV, 11 : *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax.*

σαν, ἐνεγκεῖν καὶ θαύματος πέρα διενοεῖτο, τὴν καινὴν σὺν τῷ τεχνήματι κοινωνίαν τοῦ πλάστου. Ἕως μὲν οὖν πρὸς τὸ σῶμα, ὅτι τῶν κάτω, καὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ τοῦ παραβάντος ἐσκόπει γέννημα ἐκείνου πατρὸς, φοβερὸν ἐνόμιζε τὴν ὑψηλὴν ἀγγελίαν ἐκείνην, καὶ ἦν ὅλη θάμβους μεστὴ, ὅπως ἐκ πηλοῦ, καὶ οἷον ἡ πτῶσις κατέαξε σκεῦος, ἄρα τοιοῦτον, τὸν ἀχώρητον ἔνδον χωρήσει· καὶ ἦν πάντως τὸ διαλογίζεσθαι ἀπό γε τῆς ἐννοίας ἐκείνης. Ὅτε δὲ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ψυχὴν, ὅπως ἄσπιλον, ὅπως ὑπέραγνον ἔσωσεν, ὅπως ἅπαν ἤλεγξε πτερὸν ταῖς ὑψηλαῖς ἀναβάσεσι τῆς καρδίας εἰς ὕψος ἀναπτᾶσα οὐράνιον, τὴν ἔκπληξιν ὑποχωρεῖν ἐδίδου, καὶ ἑαυ-

---

et infinitus, contineret, et citra omne miraculum esse putabat, quod factor cum factura sua novam illam communionem iniret. Et quidem cum corpus consideraret, quod ex hisce infimis est, et e luto compactum, atque e parente illo prævaricatore ductum, horrendum aliquid præcelsam illam annuntiationem censebat, ac tota stupore percellebatur, quomodo vas luteum, atque adeo insuper lapsu confractum", illum scilicet tremendum atque incomprehensibilem intra se comprehensurum esset; et ex hac prorsus consideratione erat, quod (de salutatione illa) cogitaret. At cum ad suam ipsius animam oculos convertebat, quomodo scilicet eam immaculatam, quomodo puram præ omni puritate servabat, quomodo, cordis ascensionibus ad cœlestem evecta sublimitatem, cujusvis volatus omnes longe prætergrederetur,

" Vide, quam apte Virginis Deiparæ conditionem Auctor describat. Fatetur enim, illam Adæ exstitisse filiam, atque adeo e parente prævaricatore exortam, ut aviti lapsus effecta non penitus effugerit. At quo ista pacto cum eis concilientur, quæ idem alias tradit (vid. § XIII *Homil. in Præsent. Deip.* Part. I, pagg. 444, 445), potuisse nempe de se Virginem proclamare : *in iniquitatibus concepta non fui, et solam non concepit in peccatis me mater mea?* Prævaricatoris Adæ nempe filiam cognoscis in corpore, quod non vas modo luteum apparet, sed insuper *lapsu confractum*, quippe quod præternaturalibus donis pristinæ plasmationis propriis careat; at oculos ad animam si convertas, nullum paternæ infaustæ hæreditatis vestigium occurrit, quin eam non solum immaculatam, sed puritate puriorem cernis.

τὴν ἀταράχως ὑπετίθει τῷ μηνύματι· καὶ, ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, ἐδόα, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

XV. Οἶμαι δὲ, ὡς εἶχεν ἂν καὶ ἐκ τῆς ἡμετέρας συνθέσεως ἡ ὑπεράμωμος βραχεῖαν ὑπανοίγειν θύραν τῷ ὑπερφυεῖ ἀσπασμῷ. Καθάπερ γὰρ ἡμῖν μὲν ὑπὲρ λόγον ὁ τῆς ψυχῆς καὶ σώματος σύνδεσμος, πᾶσι δὲ ὅμως λογισμοῖς τὴν τοιαύτην ἀνομολογοῦμεν συνάφειαν, οὕτως ἂν καὶ περὶ τῆς μείζονος ἐνενόει συλλογίζεσθαι κοινωνίας, οὐ μικρὰν ἐκ τῆς ἐκεῖθεν συμφυΐας, καὶ περὶ τοῦ καινοῦ τοῦδε μυστηρίου νεῦσιν ποριζομένη. Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, καὶ οὐχ ὡς τὸ ποικίλον ἵνα μόνον διαδειχθῇ τῆς τοῦ δημιουργοῦ σοφίας ἀφάτου, τὴν διττὴν ἄνθρωπος εἴληφε σύνθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μυστηρίου τούτου ἕνεκα, μικρὰν ἑαυτῷ πίστιν ὅπως παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρῃ. Καὶ εἴγε μὴ καὶ διὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος,

---

tunc demum vehementem illum horrorem demittebat, ac sedato animo se iis, quæ denuntiabantur, subjiciebat; et, *Ecce*, inquit[a], *ancilla Domini*; *fiat mihi secundum verbum tuum*.

XV. Ego vero sic sentio, ex humana quoque nostra coagmentatione habuisse illam præ omnibus immaculatam, quo ad salutationis illius rationem intelligendam aliquem sibi aditum aperiret. Quemadmodum enim animæ cum corpore conjunctio nostræ quidem mentis captum excedit, verumtamen conjunctionem hujusmodi omnibus animi sensibus confitemur; sic et de præstantiori hac conjunctione ratiocinandum rata, haud mediocre ex humano hoc composito auxilium ad huic quoque mysterio assentiendum sibi comparabat. Ut enim mihi videtur, non ideo tantum homo ex duplici substantia compositus est, ut ex varietate operis appareret ineffabilis ac *multiformis sapientia*[b] Conditoris; verum etiam propter hoc mysterium, ut scilicet sibi ipsi fidem aliquam ex se ipso (homo) faceret. Et siquidem, ut mea se habet opinio, non in istum quoque finem humanum

[a] *Luc.* I, 38.
[b] *Ephes.* III, 10.

ἄνωθεν ἡ ἀνθρωπεία διεπλάττετο πραγματεία, οὐκ ἂν ὁ χοῦς ἐδέησε τῷ Θεῷ, ὡς ἂν ἐκ τούτου τὸ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους φέροιμεν· ἀλλ' ἦμεν ἂν τοῖς ἀΰλοις προσθήκη, μικρά τις ἴσως ἑτέρα τάξις, καὶ τῆς γῆς δίχα.

Ἔτι δὲ καὶ εἰ μηδὲν προεισενεγκόντας, τί γὰρ οὐκ ὄντες εἰσενεγκεῖν εἴχομεν, τὰ ὑπεράγαθα σπλάγχνα, διὰ τοῦτ' αὐτὸ μόνον καὶ παρήγαγε καὶ φιλότιμον παρέθηκε τράπεζαν, τὴν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ ποικιλίαν τε καὶ δαψίλειαν, τίνων οὐκ ἂν ἀπολαῦσαι γένοιτο δωρεῶν, φίλα τῷ ποιητῇ διαπραξαμένοις; Καὶ τὸ διειδέστατον οὖν ἐκεῖνο σκεῦος, ἡ ὑπερένδοξος, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ἐννοεῖν, ὁ μὴ φιλοτίμως εἰς ἁγνείαν προσήγαγε τῷ δεσπότῃ, οὐδ' ἂν εἶχε πάνυ διαπορεῖν, τῶν [1] ὑπὲρ νοῦν ἑαυτὴν ἀκούουσα λειτουργόν.

[1] P. m. τόν.

---

hoc compositum fuisset plasmatum, haud opus Deo fuisset pulvere, ut ratione hujus paulo minores essemus ab Angelis; sed immaterialibus spiritibus, alius quidam fortasse humilis, terræ tamen expers ordo, additi fuissemus.

Præterea si vel quando nihil nos præstiteramus (quid enim præstare potuissemus qui nondum eramus), ex immensæ bonitatis suæ visceribus nos hac sola de causa" e nihilo eduxit, et munificam nobis veluti mensam, omnimoda bonorum cœlestium et terrestrium et eorum, quæ intermedia sunt, varietate et opulentia refertam apposuit; quibusnam, quæso, donis frui nobis non daretur, si quæ conditori accepta sunt, perficeremus? Et illud igitur vas nitentissimum, Virgo, inquam, super omnes gloriosa, quandoquidem nec mente quidem quidpiam volvere posset, quod summo cum puritatis studio non offerret Domino, nihil sane habebat, cur, audiens semet ad ministrandum ineffabilibus mysteriis electam, tantopere hærens ambigeret.

" Ex sententia igitur Auctoris mysterium incarnationis scopus fuit, quem sibi in condendo homine Deus præstituit.

XVI. Πλὴν διὰ τὸν λόγον ἐκεῖνον, ὅ τι μηδ' ὅσον λογίσασθαι, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους τὸ μέσον, ἦν δὲ ἄνθρωπος, πρὸς τὸ φοβερὸν ἐπείπερ ἑώρα τοῦ μυστηρίου, ἀγγελικῆς ἀκούει γλώττης καὶ αὖθις· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Νῦν τῆς ἐπωνυμίας εἰς μνήμην ὁ Γαβριὴλ ἔρχεται. Ἀπέθετο γὰρ ὃν ἀνεῖχε φόρτον τῆς χαρᾶς, καὶ ὥσπερ κούφως μετὰ τὴν κατάθεσιν διαπνεύσας, ἐλευθερίως προσομιλεῖ· καὶ μὴ φοβοῦ, φησὶ, Μαριάμ, αὐτὸ δὴ τὸ ὄνομα νῦν προσειπών.

Φοβερὸν μὲν οὖν τὸ μυστήριον πάντως, καὶ θαύματος πλῆρες· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν κτιστῇ φύσει, ὃς ἂν, ὡς προσῆκε, λογίσαιτο περὶ αὐτοῦ. Σὺ δὲ, φησὶ, μόνη, Μαριάμ, μὴ φοβοῦ. Τὸ πρὸς ἔκπληξιν εὐλαβὲς, τόν τε σεμνοπρεπῆ τῆς παρθένου κρότον, καὶ τὴν μετ' αἰδοῦς ἀγαλλίασιν, φόβον ὁ Γαβριὴλ ἐνταῦθα καλεῖ, ὡς καὶ Δαβὶδ, ἀγαλλιᾶσθε, εἶπεν, αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Μὴ οὖν ξενίζου, φησὶ,

---

XVI. Verumtamen cum habita ratione immensi illius, quo Deus ab hominibus distat, intervalli nulla sane humanæ mentis vi pro dignitate dimetiendi, Virgo quæ utique homo erat, id quod in mysterio horrendum est, consideraret, et rursus Angelicam audit vocem[a] : *Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum*. Nunc demum in memoriam Gabrieli redit nomen Virginis. Deposuerat enim quod gestabat gaudii pondus; ac veluti eo deposito facilius halitum duceret, liberius eam alloquitur; et *ne timeas*, inquit, *Maria*, suo illam scilicet nunc nomine compellans.

Tremendum sane mysterium, et admirationis plenum! Nec in naturis creatis reperire est, qui de illo, uti par est, judicium ferre queat. Tu vero sola, inquit, o *Maria, ne timeas*. Porro reverentiam illam Virginis stupore plenam, et mixtum obsequio plausum, ac venerationi conjunctam exsultationem, nunc Gabriel *timorem* vocat, quemadmodum et David dixit[b] : *Exsultate ei*

[a] *Luc.* I, 30.
[b] *Ps.* II, 11.

τὴν ὑπερβολήν· μὴ δὲ νόμιζε πρὸς τηλικαύτην ἀδυνάτως ἔχειν μεγαλειότητα· μηδὲ τῆς τελετῆς ἀφορῶσα τὸ μέγεθος, ἥττων ἐκπλήξεως γίνου καὶ φόβου· μηδ' ὅτι ἄνθρωπος, διὰ τοῦτό σοι καὶ φοβερὸν ἢ ἀδύνατον οἴου τὸν ἀσπασμόν. Πάνυ μὲν οὖν τὰ εἰκότα λογίζῃ, καὶ τῆς σῆς ὑψηλῆς ἄξια διανοίας. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ μὴ ὅτι γε Θεὸν ἐνεγκεῖν, καὶ ὡς χιτῶνα τὴν ἑαυτοῦ σάρκα περιβαλεῖν τὸν ἀναλλόμενον τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον, ἀλλ' οὐδὲ καταμικρὸν ἐγγίσαι δύναται, ᾧ παρίστανται χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων, καὶ μύριαι μυριάδες λειτουργοῦσι, καὶ ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεως αὐτοῦ πάντα φρίσσει καὶ τρέμει. Σὺ δὲ, οὐκ οἶδα πῶς ἂν εἴπω, οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, ἀλλά τις ὑψηλὴ φύσις ἑτέρα, καὶ οἵα μηδὲ πρὸς παράδειγμα μετὰ τὴν θείαν παραβάλλεσθαι φύσιν. Διὰ

---

cum tremore. Ne te, inquit, percellat immensa rei granditas, neque putes te ad tantæ magnificentiæ opus imparem omnino esse; neque, mysterii cernens celsitudinem, stupore ac metu vincaris; neque, propterea quod homo sis, formidandam tibi quoque vel impossibilem esse ducas hanc salutationem. Et valde quidem consentanea sunt, quæ animo volvis, et præcelsa mente tua nequaquam indigna. Nedum enim Deum homo ferre valeat, suaque ipsius carne illum circumvestire, qui est[a] *amictus lumine sicut vestimento*, sed ne modicum quidem prope accedere ad illum potest, cui[b] *adstant millia millium* Angelorum, *et decies millies centena millia ministrant*, et e conspectu virtutis ejus horrent omnia et contremiscunt. Tu vero, quomodo eloquar nescio, non homo es, non angelus, sed alia quædam natura sublimior, et ejusmodi, cui post divinam naturam nihil vel quoad aliquam similitudinem comparari queat[c]. Propterea tibi

[a] *Ps.* CIII, 2.

[b] *Dan.* VII, 10.

[c] In orientalis Ecclesiæ sacris officiis non raro occurrit (qua de re in Commentario), ut Deipara vel *Angeli*, vel *Cherubini*, vel *Seraphini terrestris* nomine designetur. Quod quidem, ut manifestum est, non eo spectat, ut

τοῦτό σοι μόνη, Μαριὰμ, οὐ φοβερὸν τὸ τῆς ἐμῆς ἀγγελίας ὕψος. Οὐχὶ τὸ πάναγνον τῆς σῆς ἀρετῆς πρὸς τηλικοῦτον ἀνεπιτήδειον μήνυμα· οὐχὶ τὸ λαμπρὸν τῆς ξένης σου ψυχῆς τὴν ὑποδοχὴν ἀπωθεῖται τῶν εὐαγγελίων· οὐ τὸ σὸν κάλλος ἀνάξιον ὁ δημιουργὸς ἑαυτοῦ θεσπίζει· οὐ τὸ φαιδρὸν τῆς σῆς ἀγλαΐας παρέδραμεν ὁ παντεπόπτης· οὐ τὸ διάλαμπρον τῆς σῆς καθαρότητος ἀπροσπέλαστον ὁ πλάστης ἑαυτῷ ψηφίζεται. Μὴ φοβοῦ λοιπὸν, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Δικαστὴς ὁ Θεὸς γίνεται τῶν σῶν·

---

uni, o Maria, nuntii mei celsitudo formidanda non est. Neque omnimoda virtutis tuæ puritas tam divino impar est nuntio : neque admirandus animæ tuæ splendor iis, quæ nuntiantur, admittendis minus congruit : neque pulchritudinem tuam sese indignam creator censet : neque venustatis tuæ fulgorem is præterit, qui omnia conspicit : neque minus dignum, quam ut ipse ambiat, puritatis tuæ nitorem judicat. *Ne timeas*, ergo, *o Maria invenisti enim gratiam apud Deum*. De rebus tuis judicium ferre

beatissimæ Dei genitrici humanæ naturæ veritas denegetur, cum e converso SS. Patres ad tuendam adversus phantasiastarum deliria dominicæ incarnationis veritatem subinde Virginis quoque matris veram naturam humanam propugnandam sibi assumant; sed ut remotis a verissima humana illius natura iis omnibus, quæ in dedecus cedant, ejusmodi illi asseratur nobilitas, cujus gratia Angelus vel Cherubim potius, quam homo, videri queat. Atqui eamdem ob causam merito Auctor negat vel Angelis Mariam comparandam esse. Si enim (quod ex sententia omnium Patrum idem Auctor affirmat) Virgo pro nobilitatis suæ eminentia *quædam natura sublimior* dicenda est, *cui post divinam naturam nihil vel quoad exiguam aliquam similitudinem comparari possit;* eodem plane jure, quo hominibus, etiam Angelis accenscndam esse negabitur, ut locum soli sibi proprium creaturis omnibus superior, uni autem Deo inferior, servet. Cum vero ejusmodi homo adeo ab humanæ naturæ vilitate longe discedat, ut et nobilissimæ cœlestes Virtutes ad eamdem comparatæ vilescere dicendæ sint, quisnam serio et illud disputandum censeat, an vitio illo, quod abjectam naturam nostram tantopere abjectiorem vilioremque effecit, gloriosissima Virgo exstiterit deturpata? Præsertim vero quod si quid expresse de Virginis excellentia mox Auctor commemorat, in *puritatis* laudes effundatur, quam horrendo incarnati Dei mysterio parem affirmare non dubitat.

καὶ ἐπεὶ οὐκ εἶχεν ἀντίχαριν ἀξίαν εὑρεῖν ἑτέραν τῶν τροπαίων τῆς σῆς λαμπηδόνος, ἑαυτὸν ὁ δεσπότης ἔπαθλόν σοι παρέχει. Οὐ γὰρ παρατρέχει τοὺς ἀθλητὰς ὁ ἀθλοθέτης· οὐδὲ γέρα τῶν καμάτων ἐλάττω δίδωσιν· οὐδὲ στεφάνους πλέκει τῶν ἄθλων ἀποδέοντας. Σοῦ δὲ μήτε ἐνεστῶτα, μήτε μέλλοντα, μήτε ὕψωμα, μήτε βάθος, μήτε κόσμος ἅπας, μήτε τις ἑτέρα κτίσις, ἐπείπερ οὐκ ἦν ἀντίρροπος, ἧς μόνης ἀξία εἶ, ταύτης δὴ καὶ τυγχάνεις τῆς ἀμοιβῆς. Ἡ δέ ἐστιν, ὦ τῆς ἀῤῥήτου σου δόξης, πάναγνε, ὅτι ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Αὕτη τῶν φαεινοτάτων ἀκτίνων τῆς σῆς ψυχῆς ἡ ἀντίδοσις· αὕτη σοι τῆς ὑπερουρανίου καὶ θεοπρε-

---

jam Dei fit; et quandoquidem aliam, quæ tropæis splendoris tui apte responderet, remunerationem invenire nullam potuit, se ipsum Dominus tibi præmium præbet. Neque enim qui præmia constituit certaminis, negligere certantes potest; neque præmia ille diribet, quæ laboribus sint minora; neque coronas nectit, quæ certaminis rationem haud exæquent. Quia vero neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque mundus totus, neque alia creatura merces est tuis meritis respondens, hanc, quæ sola digna te est, remunerationem sortiris. Est autem (o ineffabilem tuam, purissima Virgo, gloriam!) illa vox[a] : *Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur; et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis.* Hæc splendidissimis animæ tuæ radiis retributio redditur; hæc tibi gratia pro ascensu cœlos supergrediente, Deumque sibi deme-

[a] *Luc.* I, 31-33.

πους ἀναπάσεως ἡ ἀντίχαρις· τοῦτό σοι προεικόνιζεν ἡ ἐν τοῖς ἀβάτοις διατριβή, ὅτι τῷ μόνῳ προσεντυχεῖν ἀβάτῳ, καὶ ξενοτερπῆ καθάπερ λειμῶνα, τὴν σὴν ἔμελλες παρασκευάσειν γαστέρα πρὸς οἴκησιν, καὶ βατὸν μὲν οὐρανὸν τοῖς κάτω καινοτομήσειν· οἷς δὲ μὴ κλῆρος ὁ χοῦς, καινὸν περίπατον ὑποστρώσειν τὴν γῆν. Τοῦτό σοι καὶ ἡ οὐράνιος ὑπέγραφε τροφή, ἵν' ἐξ ὑψηλοτέρας διαίτης παραθεῖναι δεῖπνον εὐπορήσῃς τῷ ὑπερτάτῳ.

XVII. Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Σύλληψιν μηνύεις, υἱὸν εὐαγγελίζῃ, Γαβριήλ· ταῦτα δὲ τρόπος οἶδεν οἰκονομεῖν ἕτερος, οὗ πάντως ἄγευστος ἐγώ. Πῶς οὖν ἔσται μοι τὸ σὸν εὐαγγέλιον; Εἰ γὰρ καὶ μέγα τὸ τεχθησόμενον καὶ παράδοξον διαγγέλλεις, ἀλλ' ἀκολουθία φυ-

---

rente rependitur. Id tibi præsignabat tua illa in sacris penetralibus commoratio[a], fore scilicet, ut ad eum, qui solus est inaccessus, accederes, atque illi ad inhabitandum, ceu pratum insolitam redolens suavitatem, sinum tuum adornares, et novo portento terrestribus quidem cœlum accessu facile redderes, iis vero, quorum sors nullatenus terrenus est pulvis, novum ambulacrum terram substerneres. Id tibi et cœlestis illa adumbravit alimonia, ut e sublimioribus dapibus copiosam Altissimo cœnam posses apponere.

XVII. *Dixit autem Maria ad Angelum*[b] *: Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?* Conceptus mentionem facis, o Gabriel, ac filium mihi annuntias; verum hæc aliam, uti patet, vitæ rationem, aliamque subsequi solent dispensationem, cujus ego plane sum nescia. Quomodo igitur continget id mihi, quod denuntias? Etsi enim et magnum et admirabile prædicis fore, quod nascetur; at quotquot hucusque in terra mira-

[a] Hæc et quæ dein sequuntur, ad ea spectant, uti patet, quæ in SS. Patrum homiliis de mysterio Virginis in templum adductæ, et Deo a parentibus oblatæ, communiter legimus.

[b] *Luc.* I, 34.

σικῇ τινι μικρᾷ καὶ ἀνθρωπικῇ, τῶν θαυμάτων ἔγνωμεν ὅσαπερ ἐν γῇ εἰς θεῦρο τερατουργηθέντα, κεκαινούργηται. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς, θάλατταν τέμνων, ἐδεήθη ῥάβδου· καὶ Ἠλίας ἐλαίου καὶ βραχέος ἀλεύρου, τὴν Σαρεφθίαν ἐπιπολὺ διατρέφων· καὶ τῷ Τωβὶτ Ῥαφαὴλ δι' ἰχθύος διέθηκε τὴν ἀνάβλεψιν· διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ δαίμονα ἀπήλασε. Καὶ οὐ λέγω ῥάβδον, ἢ ἰχθῦν, ἤ τι τῶν λοιπῶν ἐκεῖνα διενεργεῖν τὰ λαμπρά· ἀλλ' ὅτι Θεὸς παραδοξοποιῶν διετέλει, χρωμένων τοῖς εἰωθόσι τῶν ἀνθρώπων. Ὡς ἔσται μὲν οὖν τι καὶ ἐπ' ἐμοὶ, Θεοῦ βουλομένου, τῶν ἀπορρήτων, διαπιστεῖν οὐκ ἔχω· σύλληψις δὲ καὶ υἱὸς, οἷς δήπουθεν κέχρησαι, ἀνθρώπεια ῥήματα καὶ κοινωνίαν ἀνδρὸς τὸ ἀκόλουθον ἐπιζητεῖ. Πῶς οὖν ἔσται μοι τὸ μήνυμα, μὴ μέσου παραληφθέντος ἐκείνου, σύ μοι δήλωσον, ἀγνοούσῃ τὸν τρόπον.

XVIII. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ

---

biliter patrata novimus miracula, naturali quadam, simpliciori, humanaque œconomia, effecta illa fuerunt. Sic et Moyses, ut mare divideret, virga opus habuit; et Helias oleo, modicaque indiguit farina, ut Sarephthiam aleret; Raphael quoque ope illius piscis visum Tobiæ restituit, ac virtute ipsius dæmonem expulit. Quod quidem non ideo dixerim, quasi ad virgam, vel piscem, vel ad aliud quidpiam his simile, vis referenda sit portenta illa splendida operandi; sed quia Deus prodigia operabatur, dum tamen homines consuetis adminiculis uterentur. Itaque non dubito quidem, in me quoque, Deo volente, ineffabile aliquod perfectum iri mysterium; verum conceptio et filius, quibus utique vocibus ipse usus es, humana sunt opera, et viri commercium consequenter exigunt. Qua igitur ratione, hisce mediis non adhibitis, in me futura sint, quæ dicis, ipse mihi, quæ plane id non video, fac edisseras.

XVIII. *Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque*

τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Οὐκ ἔχω, φησὶ, καταλλήλας δοῦναι τῷ μυστηρίῳ φωνάς· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐξ ἀνθρώπων, ἐν τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον χρῶμαι. Ἄλλως τε καὶ ἀπεικὸς οὐδὲν, τῶν τοιούτων κοινωνεῖν ὀνομάτων, ὃς ὑπὲρ ἀφράστου φιλανθρωπίας ἄνθρωπος καὶ κληθῆναι κατηξίωσε, καὶ γενέσθαι.

Σύλληψις οὖν ἀληθὴς, καὶ σός ἐστιν υἱὸς ἀληθῶς, τὸ παρὸν μυστήριον. Ὁ δὲ τρόπος, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, εἰ καὶ σὸς υἱὸς, ἀλλὰ καὶ υἱὸς Θεοῦ κληθήσεται. Ἄκουσον τοίνυν, θύγατερ, μετ' ἐμοῦ σὲ καὶ ὁ προφήτης ἀξιοῖ, τὴν σὴν πρὸς ἐμὲ περὶ τούτου ζήτησιν πάντως προμυηθεὶς, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ κατ' ἄνθρωπον τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον συλλογίζεσθαι, καὶ ὅσα τῆς πατρικῆς ἐστι σῆς καὶ συγγενοῦς οἰκίας, ὅτι ὁ βασιλεὺς τοῦ σοῦ κάλλους ἐπεθύμησε, καὶ διὰ σὲ τὸ

---

et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei[a]. Congruæ, inquit, voces desunt, quibus mysterium explicem; et propterea vel in iis, quæ conditionem humanam excedunt, voces ex humanis desumptas usurpo. Alioquin haud incongruum est, ut voces ejusmodi de illo usurpentur, qui præ ineffabili sua in homines charitate homo et appellari et fieri dignatus est.

Vere igitur concipies, et (in quo præsens mysterium residet) vere tibi filius erit. Modus autem, de quo quæris, hic est : *Spiritus Sanctus superveniet in te; ideoque et quod nascetur sanctum*, etsi filius tuus, tamen etiam *Dei Filius vocabitur*. *Audi* igitur, *filia* (nam te mecum et propheta exorat[b], jam olim dubio procul hoc edoctus, quod nunc a me de hoc mysterio scitaris), *et inclina aurem tuam, et obliviscere* humana ratiocinatione ea perpendere, quæ humanum ordinem prætergrediuntur, et simul obliviscere quæcumque ad paternam tuam et cognatam tibi domum pertinent, *quia concupivit rex decorem tuum*, et propter

[a] *Luc.* I, 35. Codex omittit voces ἐκ σοῦ.
[b] *Ps.* XLIV, 11, 12.

γένος τῆς πρὶν ὀδυνηρᾶς λύει ψήφου, καὶ ὑπερφυεῖς σήμερον ἐπιλάμπει τοῖς πέρασι χάριτας. Ἰδοὺ δὲ, πίστις σοι τῶν ἐμῶν ῥημάτων, καὶ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Μὴ τοίνυν, ἐπιδημίαν ἐν σοὶ Θεοῦ πυθομένη, τὸ πῶς ἐπιζήτει.

XIX. Εἶπε δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Εὖγε τῆς ἀποκρίσεως· ὑπέρευγε τῆς διανοίας, ἣ τὰ θαυμαστὰ προνυτρέπιστο τίκτειν. Πῶς ἔσται, φησὶν, ὁ τρόπος τῆς συλλήψεως ἐζήτουν, τοῦτο αὐτὸ, σύλληψιν, ἐνηχουμένη. Ἐπεὶ δὲ πνεύματος ἁγίου ἐπέλευσιν ἀκήκοα, οὐκ ἀμφιβάλλω. Πειθομένην

---

te genus humanum ab acerba sententia olim prolata liberat[a], et supernaturalium gratiarum fulgorem per omnes mundi fines hodierna die diffundit. *Et ecce*[b], quod tibi argumento sit vera esse quæ loquor, etiam *Elisabet cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Ne igitur, Dei audiens in te adventum, modum exquiras.

XIX. *Dixit autem Maria*[c] *: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Euge præclaram responsionem! Euge præclariorem cogitationem, quæ ad miracula edenda jam præordinata antea fuerat! Qualis, inquit, futura esset conceptionis ratio, sciscitabar, cum hoc ipsum, conceptio scilicet, auribus meis insonaret. Cum vero de Spiritus Sancti adventu audiverim,

[a] Ecce tibi sententia, tritissima illa quidem in ecclesiasticæ traditionis monumentis, at simul disertissime a reatus in genus humanum propagati communione Virginem beatam eximens. Non enim patitur rei natura, ut veteri reatu sordescens et exsecrationi obnoxia cum reliquis illa censeatur, cujus pulchritudinem rex cœlestis cum diligat vehementissime, ad communem illam sordem abluendam, et acerbam sententiam solvendam permoveatur.

[b] *Luc.* I, 36, 37.

[c] *Luc.* I, 38.

ἔχεις, ἐκ νέου Θεὸν ποθοῦσαν, καὶ Θεοῦ πλὴν ἄλλο φανταζομένην μηδέν· καὶ δουλεύσειν Θεοῦ βουλήματι πάλαι προελομένην. Ὡς δούλη τοίνυν Κυρίου, ἰδοὺ προθύμως ὑποπίπτω τῷ ἀσπασμῷ· γένοιτό μοι λοιπὸν τὸ σὸν εὐαγγέλιον, ἄγγελε. Ἀδυνατεῖν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ μηδὲν, συμφθέγγομαι καὶ αὐτή.

XX. Τοιαῦτα τῆς εὐλογημένης ἡ καινὴ πρὸς ἀρετὴν ἄνοδος, ἀνώτερα παντὸς ἐτεκτήνατο θαύματα. Οὕτως ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν ἔργων αὐτῆς, ἔργα δὲ λέγω τὰς ὑψηλὰς θεωρίας, ὧν καρπὸς ὁ γλυκύτατος Ἰησοῦς, καὶ γῆν καὶ οὐρανὸν, καὶ τὰ σύμπαντα χορτασθῆναι πεποίηκεν. Αὕτη ὄντως ἡ γῆ, ἧς ἀσφαλεῖς οἱ θεμέλιοι, καὶ ἀκλινεῖς εἰς αἰῶνας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὑπὲρ οὐρανοὺς οἰκοδομηθεῖσαν ἐβάστασεν ὕψωσιν· παρελεύσεσθαι γὰρ γῆν ἄλλην καὶ

---

nihil amplius dubito. Obsequentem jam habes; a tenella enim ætate in Deum ferebantur desideria mea, ac nihil aliud præter Deum animo meo obversabatur; Deique voluntati deservire jamdiu certa deliberatione præstitueram. Tanquam igitur Domini ancilla, ecce salutationem prompto animo amplector : fiat jam mihi, o Angele, quod nuntiasti. Nihil enim Deo impossibile esse et ipsa tecum proclamo.

XX. Talia nimirum prodigia, eaque alio quovis sublimiora patravit novus iste benedictæ illius ad virtutem ascensus! Ita de fructu operum suorum (opera vero sublimes dico contemplationes, quarum fructus dulcissimus Jesus exstitit) ipsa et terram et cœlum, et universa satiavit! Sic ipsa facta est terra illa, cujus fundamenta firma atque immota in æternum consistunt, et quæ idcirco altitudinem tulit sese supra cœlos erigentem : nam aliam terram aliudque cœlum transitura audimus". Hæc terra

" Scriptum est nempe de cœlo et terra hæc nostra (*Marc.* XIII, 31) : *Cœlum et terra transibunt;* at non huic fato terra illa electa subjacet, quæ germinavit Salvatorem.

οὐρανὸν ἀκούομεν. Αὕτη ἡ γῆ, ἐξ ἧς ἀνέτειλεν ἡ ἀλήθεια, καὶ δι' ἣν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δικαιοσύνη διέκυψε.

Καὶ Δαεὶδ μὲν ὁ μακάριος, ματαιότητι ἐοικέναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ψεύστην ἀποφαίνεται πάντα, ταὐτὸν, οἶμαι, ματαιότητα τῷ ψεύδει τιθέμενος. Τὸ δ' ἐξαίρετον ἀπάνθισμα τοῦτο, ὡς ἂν μὴ κατ' ἀνθρώπους εἶναι σαφέστατα μαρτυρήσῃ, τὴν μόνην ἀνῆκεν ἀλήθειαν, τὴν ἀληθινὴν γεωργήσασα ἄμπελον. Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Αὕτη ἡ γῆ τὸν ἀληθινὸν ἄρτον ἐξήγαγε, καὶ τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν οἶνον ἀνθρώπου, ἅπερ ἡμῖν

---

illa est[a], *de qua veritas orta est*, et propter quam *justitia de cœlo prospexit*.

Et beatus quidem David hominem vanitati similem dixit[b], et mendaces omnes homines affirmavit[c], idem, ut arbitror, esse statuens vanitatem et mendacium. Hic vero naturæ flos electus ut apertissime fidem faceret, se haudquaquam aliis hominibus similem esse[d], veram vitem excolens solam protulit veritatem. *Ego enim*, inquit Christus[e], *sum vitis vera*. Hæc *terra*[f] *verum panem edidit, et vinum lætificans cor hominis;*

[a] *Ps.* LXXXIV, 12.

[b] *Ps.* CXLIII, 4.

[c] *Ps.* LXI, 10; CXV, 11.

[d] In quo dissimilis ab aliis hominibus beata Virgo exstiterit, manifestissime Auctor edicit, cum reliquos omnes homines *vanitati ac mendacio* cum sacris litteris assimilat, Virginem vero electam naturæ florem appellat, unde Christus fructus sane eximius. Atqui cur *vanitati et mendacio* omnis homo assimiletur in Ecclesiæ traditione, exploratum jam est postquam Apostolus ut evinceret (*Rom.* III, 9) *omnes esse sub peccato*, huc Psaltis sententiam revocavit (ibid. v. 12) : *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt*. Perinde est ergo Virginem Deiparam a reliquis hominibus heic dissimilem prædicare, ac ipsam ab ea sententia alienam fateri, qua Apostolus proclamavit *omnes sub peccato esse*.

[e] *Johan.* XV, 1.

[f] *Ps.* CIII, 15.

σαφῶς ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς, καὶ στήριγμα καὶ εὐφροσύνη. Διὰ ταῦτα περὶ αὐτῆς Δαβὶδ ὁ προφήτης, καὶ, Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου, προδιεσάλπισεν. Αὕτη καὶ ὁδὸς καὶ ἀλήθεια καὶ ζωή, ὅτι ταῦτα καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς. Δι' αὐτῆς καὶ τὸ φοιτᾷν πρὸς τὸν οὐράνιον πατέρα· ἐπεὶ οὐδεὶς πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ διὰ τοῦ καινοῦ τόκου, οὐδεὶς δὲ πρὸς τοῦτον εἴσεισι τῆς μητρὸς ἄνευ.

XXI. Καὶ Θεὸς πλάττων, οἶμαι, τὸν ἄνθρωπον, διὰ ταύτην ἐκεῖνό γε καὶ ἐνενόησε καὶ ἐφθέγξατο· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Ὥστε γὰρ ἅπαντας ταυτῇ συνδικάσασθαι ψήφῳ βεβαίως, ὡς ἄνθρωπος ἔφθασε λίαν περιφανῶς πρὸς θείαν ὁμοίωσιν, ὅσον ὁ πηλὸς ἐδίδου, ὅθεν τὸ ἀκατάλληλον πρός τε Θεὸν αὐτῷ καὶ ἀγγέλους, οὔτε τῶν ἀπ' αἰῶνος γέγονεν, ἢ ἡ πάναγνος, οὔθ' ἕτερος ἔσται μέχρι παντός. Οὐδὲ γὰρ Ἀδὰμ,

---

hæc quippe in Jesu meo habemus, qui et firmamentum nobis est et lætitia. Propterea jam olim de ipsa propheta quoque David præcinuerat[a] : *Replebimur in bonis domus tuæ*. Hæc est *et via et veritas et vita*[b], quia hæc omnia est, qui ex ea natus est. Per ipsam etiam ad cœlestem *Patrem habemus accessum*[c]; quandoquidem nemo ad illum accedit nisi per novam illam prolem, nemo autem ad hanc accedit nisi per matrem.

XXI. Sed et cum Deus hominem crearet, propter hanc (Virginem), arbitror, et ante oculos mentis habuit et pronuntiavit illud[d] : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Nemo enim a sæculo, præter istam undequaque immaculatam, exstitit, neque alius ullus in posterum exsistet, propter quem affirmari jure ab omnibus possit, hominem juxta divinam illam sententiam ad Dei similitudinem, quantum fas est per lutum, quo et a Deo et ab Angelis distat, plane ac per-

[a] *Ps.* LXIV, 6.
[b] *Johan.* XIV, 6.
[c] *Eph.* II, 18.
[d] *Gen.* I, 26.

οὐκ ἄλλος τις τῶν ἐξ ἐκείνου, τὸ τοῦ ἀνθρωπείου μέτρον πεπλήρωκεν ἐντελῶς ὕψους. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν τὸ μέγεθος, ἐπεὶ καὶ ἐγεγόνει νοεῖν ἂν, εἴχομεν καὶ ζητεῖν, ἡ δὲ πεῖρα τὸ γνώριμον οὐδέποτ' ἂν παρεῖχεν, οὐδὲ ὑποπεσεῖν τρανῶς ἔδωκεν ὀφθαλμοῖς, μὴ τοῦ χοὸς δηλαδὴ τὴν πάντιμον διαμορφώσαντος, διαπεσεῖν ἂν ἡ θεία ἐδόκει φωνή. Διὰ ταύτην ἄρα τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης τυγχάνειν ἀκήκοεν ἄνθρωπος ὁμοιώσεως. Καὶ οὗτός ἐστι λοιπὸν ὁ θησαυρὸς, ὃν ἐν ὀστρακίνοις ἔχομεν σκεύεσι, τοῖς ἀρχεγόνοις φημὶ δέρμασιν.

---

spicue attigisse. Neque enim aut Adam aut alius quispiam eorum, qui ab eo duxerunt originem, excellentiæ humanæ modum perfecte implevit. Porro si ejusmodi eminentiam, postquam et contigerat eam mente assequi, et eamdem perquirere poteramus, nulla experientia nobis perspicuam unquam præbuisset, neque, terreno pulvere hanc summe venerandam (Virginem) non producente, eam oculis manifeste unquam subjecisset, profecto incassum vox divina excidere visa esset. Hujus igitur Virginis gratia[a] homo audivit, ad præcelsam illam similitudinem se perventurum. Iste igitur est thesaurus, quem in vasis fictilibus, pellibus inquam primigeniis, habemus.

[a] Vide, quam luculenter alia nobis ratione proponatur eadem doctrina de omnimoda Virginis ab omni peccati nævo immunitate. Hujus, inquit Auctor, Virginis gratia Deus illud pronuntiavit : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Curnam vero? Quia, inquit, neque Adam, neque alius quispiam eorum, qui ab illo duxerunt originem, hac unica Virgine excepta, excellentiæ illius mensuram perfecte implevit. Et Adam quidem mensuram perfecte non implevit, quia similitudinem acceptam, ut inquit Cyprianus (*de Bono Patientiæ*, pag. 248, edit. Paris. 1726), *peccato perdidit;* cum Adamo vero eam perdiderunt, quotquot illius reatus participes exstiterunt. Sola ergo Deipara illius perfectionis summam adepta est, quia et sola paterni expers vitii fuit, et *naturalem illam*, ut cum magno Leone dicam (Sermo XII, *de Jejun. decimi, mensis*, I cap. I), *nostri generis dignitatem* sic integram custodivit, ut semper in ea *quasi in quodam speculo divinæ benignitatis forma resplenderet.*

XXII. Ἔτι δὲ καὶ διὰ ταύτην ἄνθρωπος ἄνωθεν πέπλασται, καὶ οὐρανὸς ἥπλωται, καὶ γῆ, καὶ πάντα ὅσα ὑπέστη διὰ τὸν ἄνθρωπον. Εἰ γὰρ ὅτι πεσεῖται μὲν Ἀδὰμ, οὐκ ἠγνόει Θεὸς, τοῦ δὲ προορισθῆναι τὴν ἐπανόρθωσιν δίχα οὔποτ' ἂν παρήγαγεν, ἡ πάναγνος δὲ τῆς ἰατρείας ὑπόθεσις, εὔδηλον ὅτι κἀκεῖνος δι' αὐτὴν, καὶ εἴ τι δι' αὐτὸν πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτόν.

Ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ τὸν ἄνθρωπον λῦσαι τῆς δυσπραγίας ὁμοφυὴς ἄνθρωπος ἔδει, καὶ οἷος ἂν ἱκανὸς εἴη, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλον, καὶ συμμάχῳ χρήσασθαι Θεῷ, μεῖζον γὰρ ἦν τὸ πταῖσμα, ἢ ὥστε ἄνθρωπον μόνον δυνηθῆναι τὴν ἐλευθερίαν εὑερ-

---

XXII. Sed insuper et ab initio ejusdem gratia plasmatus est homo, et extensi sunt cœli, et producta est terra cum iis omnibus, quæcumque sunt propter hominem condita. Cum enim Deus, quandoquidem lapsurum Adam non ignorabat, nunquam eum creaturus fuisset, nisi simul ejusdem reparationem præordinasset; hæc autem medela ab illa prorsus immaculata penderet[a]; plane perspicuum est, etiam hominem propter ipsam creatum esse, imo et quidquid propter eum ante ipsum, et post ipsum factum fuit.

Præsertim vero cum oporteret ut hominem a miseria non alius quam homo ejusdem naturæ liberaret, et is quidem propter virtutis eminentiam idoneus, qui Deo cooperanti (nam gravior lapsus fuerat, quam ut homo sibi soli relictus liberationis beneficium præbere posset) associaretur; opus profecto fuit ut novus[b]

[a] Deus, inquit Auctor, hominem quamvis lapsurum creavit, quia lapsus hujus remedium vidit in Virgine illa *prorsus immaculata*. At vero etsi lapso homini Auctor non opponeret Virginem *prorsus immaculatam*, nonne satis per se res loquitur, eam, quæ lapsus medela est, ipso in lapsu censeri non posse? Hæc vero eo diligentius perpendenda censeo, quia cum passim in scriptis SS. Patrum juxta atque in sacris Ecclesiæ officiis ejusmodi sententiæ recurrant, palam apertum est, hanc doctrinam ratione utique aliquatenus implicita, at vulgatissimam semper in Ecclesia fuisse.

[b] Vide, non veterem hominem in Adam lapsum, sed *novum* condendum

γετῆσαι, καινὸν ἄρα ἐχρῆν ἄνθρωπον διαπλασθῆναι, καὶ πολὺ πρὸς Θεὸν φθάνοντα, ὃς ἂν εἶχε τὸ φάρμακον ἐπιθεῖναι.

Καὶ ἦν πάντως ὁ καινότατος ἄνθρωπος, ἡ πολυύμνητος ἥδε, ὑπὲρ ἧς, ὅτι τοσαῦτα δυνήσεσθαι ἔμελλε, καὶ Θεῷ προειπεῖν ἐμέλησε, καὶ πεποιηκέναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ὁμοίωσιν ἄνθρωπον, ὃς οἷα Θεὸς συμπράττων Θεῷ, τὸ μέγα ἂν δυνηθείη πλάσμα σῶσαι, τὸν ἄνθρωπον. Ὥστε ἔξεστι καὶ ταῦτα συνάγειν, ὡς οὐκ ἂν ἐξάρχῆς τὸ θεῖον ἀγαθὸν ἐχέθη, οὐδέ τι τῶν δημιουργημάτων Θεοῦ διηγεῖτο δόξαν, εἰ μὴ τῶν χαρίτων αὐτῆς ἡ πληθὺς ἐν τῇ δημιουργικῇ προδιέλαμψεν ἐννοίᾳ. Οὔτε γὰρ ἂν ὁ Θεὸς τοῦτο ὑπέστησεν, ὃ μὴ εἶχε καθόσον οἷόν τε ἑαυτοῦ τὴν βελτίωσιν φθάσαι. Ἑτέρου δὲ μήτε καὶ ἄνθρωπον ἐπανορθωκότος, καὶ ἀσωμάτους λαμπροτέρους ἐργασαμένου, καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν εἴς γε τὸ φαιδρό-

---

ac prope ad Deum accedens homo conderetur, qui nempe adhibere medicinam posset.

Hic vero plane fuit stupendissimus ille homo, Virgo hæc, inquam, omni laude dignissima, quam sane tot tantisque præstandis parem fore sollicita Deus ipse cura prædixit[a], eamque fecit hominem ad similitudinem suam, qui instar Dei simul cum Deo operans, magnam hanc creaturam, hominem inquam, salvare posset. Atque adeo ex his etiam inferre licet, futurum fuisse nunquam, ut ab initio divina bonitas semet effunderet, aut ut creatura ulla enarraret gloriam Dei, nisi prius oculis opificis fulgor e plenitudine gratiarum Virginis emicans illuxisset. Neque enim Deus id creasset, quod ad sui perfectionem, quantum fieri posset, pertingere non valuisset. Cum porro nemo alius aut hominem erexerit, aut incorporeos spiritus splendidiores effecerit, aut aliam quamlibet e creaturis ad nobiliorem

fuisse, qui Deo cooperaretur ad lapsum humanum genus salvandum. Iteratam ergo professionem habes originis Mariæ ab omni vetustatis vitio alienæ.

[a] Agnosce et in hisce verbis communem Patrum sententiam, Virginis Deiparæ magnalia divino spiritu revelante in sacris litteris fuisse præsignata.

τερον διαθεμένου, πλὴν τῆς ὑμνουμένης ὑπερφυοῦς καὶ θείας ψυχῆς, σαφὲς πάντως, ὅτι καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς δι' αὐτὴς πεφανέρωται, καὶ ὅσα τῆς ἀγαθότητος ἡμῖν ἐκείνου διαζωγραφοῦσι τὸ πέλαγος.

XXIII. Καὶ οὐ τοῦ δημιουργοῦ λόγου μόνου μήτηρ, διότι τοῦτον ἔτεκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς δημιουργικῆς ἀγαθότητος ὡσανεὶ μήτηρ ἐκείνου, ὡς ὑπόθεσις καὶ αἰτία τοῦ τὴν ἀγαθουργὸν φανῆναι δύναμιν. Καὶ εἰ τολμηρὸν, συμπλάστης ἂν εἴη Θεῷ καὶ πρὸ τῆς εἰς γῆν ἡ μακαρία προόδου, καὶ συμπαραγωγεὺς τῶν εἰς τοῦτο κάλλους ὁρωμένων τε καὶ ἀοράτων κτισμάτων, ὡς ἄρα καὶ φανεῖσα, συμποικιλτὴς καὶ συγκαλλοποιὸς τοῦ προσυνεξυφανθέντος παγκοσμίου γεγένηται πέπλου. Καὶ οὐ τὰ παρόντα μόνον ἔσχε τὴν γένεσιν

conditionem perduxerit, præterquam anima illa quæ et naturali ordine eminentior et divina merito celebratur[a]; manifestissime constat, ipsi deberi, quod et Deus apparuerit creator, et omnia exsistentiam receperint, quotquot bonitatis ejus pelagus expressissima imagine exhibent.

XXIII. Neque vero Verbi creatoris ideo tantum mater est, quod eumdem pepererit; sed quasi mater est insuper creatricis bonitatis ejusdem Verbi, quippe quæ conditio et causa exstiterit, cur virtus ejus bonorum effectrix fuerit manifestata. Et, si quid audacius eloqui fas est, simul cum Deo concreatricem vel ante suum in orbem terrarum adventum, et creatarum rerum tum visibilium tum invisibilium ad hanc pulchritudinem cum ipso Deo perductricem beatam illam dixerim, quemadmodum utique et post adventum suum hanc rerum universitatem, ceu peplum jam antea contextum, una cum Deo nova ornamentorum varietate novaque auxit venustate. Imo vero non ea tantummodo,

[a] Ecce tibi, beatissimæ Deiparæ *animam communi naturæ ordine eminentiorem* ac prope dixerim *divinam* Creator condit, ut collapsum hominem ipsa erigat. Patiturne rei natura, ut ejusmodi anima in ejusdem lapsus miserrimo statu condita existimetur?

δι' αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῶν μενόντων εἰσέπειτα λαμπρὰ, κἀκεῖνα ταύτης κατόρθωμα. Ἐπεὶ κἀκεῖνα δι' ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ, ὡς δέδεικται, δι' αὐτήν· μᾶλλον δὲ τῶν ἐσομένων ἡμῖν τὸ τερπνότατον τοῦ νῦν αὐτῇ μηνυθέντος εὐαγγελίου τὸ πέρας. Οὗ τί ἂν γένοιτο φανερώτερον, ὅτι καὶ τὰ μέλλοντα χρηστὰ δι' αὐτήν;

XXIV. Τοῦτο τὸ μήνυμα καὶ τέκνα ἡμᾶς Θεοῦ καὶ ἀκούειν καὶ εἶναι παρεσκεύασεν. Ὅσοι γὰρ ἔλαβον, φησὶν, αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ καθάπερ οὐκ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς ὁ ἀσπασμὸς ἐπῆλθε τῇ κεχαριτωμένῃ, οὕτω καὶ ἡμῖν δι' αὐτῆς ἡ ἀνάπλασις σαρκικῆς ἄμικτος θεουργεῖται ῥίζης ἁπάσης. Καὶ καθάπερ τὸν ἡμέτερον προγονικὸν χιτῶνα, οὗ καὶ αὐτὴ μετέσχεν, ὅλον Θεῷ καθιέρωσε, τὸν ἴσον τρόπον, ὃν ὁ καθ' ἡμᾶς ἐκύ-

---

quæ nunc exstant, in gratiam ipsius habuerunt ut essent, verum et quæcumque in posterum splendida futura sunt, in beneficiis ejus sunt recensenda. Nam ista quoque propter nos, nos vero, ut jam ostensum est, propter ipsam sumus : seu melius dixerim futurorum omnium summa jucunditas jam prostat nobis in exitu illius nuntii, quod ad ipsam nunc perlatum est. Quid enim hoc manifestius, quam quod universa, quæ futura sunt bona, propter ipsam futura sunt?

XXIV. Hoc nuntium effecit, ut[a] *filii* quoque *Dei et nominemur et simus. Quotquot enim,* inquit[b], *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Et sicuti[c] *non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri* ad hanc *gratia plenam* delata est salutatio ; sic et nostra per ipsam regeneratio, nulla omnino ei admixta carnali radice, divinitus efficitur. Et quemadmodum a primo parente acceptum indumentum nostrum, quod ipsa quoque nobiscum habuit commune, totum

[a] *Johan.* III, 1.
[b] *Johan.* I, 12.
[c] *Ibid.* v. 13.

κλωσε κόλπος Θεὸν, τοῖς ὁμοφυέσιν ἔσπευσε μεταδοῦναι, ὅτι τοῦτον ἔλαβεν ἐν ἑαυτῇ. Καὶ ἦν μὲν οὐδαμῶς ἀκόλουθον, διότι θέρμα κοινὸν ἔσχομεν, διὰ τοῦτο καὶ ὧν ἐπλούτησε θεουργικῶν λαμπηδόνων ἐπίσης αὐτῇ κοινωνεῖν, ἢ ὀλίγου δεῖν πρὸς αὐτήν. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν ὑψηλῶν οὐδὲν ἦν, ὃ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκείνης ἐνέπλησεν, ἕως ἂν καὶ Θεὸν αὐτὸν καταπίῃ, καὶ τοῦτο Δαβὶδ περὶ αὐτῆς ἐναργέστατα προεκρότησε, Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι, φάσκων, τὴν δόξαν σου, ἐνταῦθα μόνην εὑροῦσα στάσιν τῆς δίψης τῶν ἀγαθῶν· οὕτως οὐδὲν τῷ πελάγει τῆς πρὸς τὸ γένος ἀγάπης τῆς παναγνου προσίσταται, μὴ τῶν ἴσων ἐθέλειν αὐτῇ μεταδοῦναι καὶ ἡμῖν λαμπροτήτων.

XXV. Ἀλλ' ἵν' ὡς περὶ μικροῦ καὶ δημιουργὸς καὶ δεσπότης ἀγαθὸς, κατὰ τὸν πλάστην καὶ υἱὸν αὐτῆς, ἀναδειχθείη, πάντων ἀφθόνως μεταδίδωσι τῶν μεγίστων. Μᾶλλον δὲ ἵνα δείξῃ, ὅτι δι'

Deo consecravit; pari ratione Deum, quem sinus humanus amplexus fuerat, quoniam in semetipsa eum receperat, naturæ suæ consortibus participare studuit. Et consequens profecto nullatenus erat, ut quia vellus cum ipsa commune gerebamus, idcirco splendoris quoque deifici, quo locupletata ea est, æque ac ipsa participes essemus, aut modicum quid ab ipsa distaremus. Verum sicuti nihil vel inter sublimia quæque fuit, quod desiderium illius explere posset, donec Deum ipsum ebibit, idque de ipsa David evidentissime olim plaudens prædixerat, inquiens[a] : *Satiabor, cum apparuerit gloria tua,* et ibi solum bonorum siti lenimentum invenit; sic illud amoris pelagus, quo purissima illa humanum genus prosequitur, nuspiam sistitur, quominus eosdem splendores et sibi et nobis communes esse velit.

XXV. Verum ut ipsa, propemodum instar creatoris atque Domini boni, creatori ac filio suo similis appareat, maxima quæque bona effuse cum aliis communicat. Quinimo quo osten-

[a] *Ps.* XVI, 15.

ἡμᾶς εἰς τὸν βίον ἦκεν, ὡς ἂν ἡμῖν χεῖρα ὀρέξασα συμπλέξῃ Θεῷ ἐκεῖθεν διαστᾶσι, προθύμως διὰ τοῦ ἰδίου τόκου κοινωνοὺς καλεῖ τῆς πρὸς τοῦτον ἑνώσεως, ἵν' ὅπερ αὐτῇ γέγονε Θεὸς διὰ τῆς ξένης ἐκείνης συλλήψεως, ἤνεγκε γὰρ αὐτὸν ὡσανεὶ καταπιοῦσα καὶ αὐτῷ συμφυεῖσα, τοῦτο καὶ ἡμεῖς πάθοιμεν πρὸς Θεὸν διὰ τῆς τῶν σαρκῶν μεταλήψεως, ὧν ὁ μονογενὴς αὐτῆς παρ' αὐτῆς προσελάβετο. Ὁ τρώγων μου γάρ, φησί, τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Καί, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Τὸν δὲ ἥδιστον, καὶ ζωοπάροχον τοῦτον δεῖπνον ὁ ὑπερουράνιος ὄντως ἐγεώργησεν ἄνθρωπος οὗτος, καὶ τοῦθ' ὅ τι

---

dat, propter nos in hanc vitam se editam esse, ut nobis a Deo sejunctis manum porrigat, nosque Deo conjungat[a], benigno animo per Filium suum nos in partem vocat unionis cum illo; ut quod ipsi fuit Deus per admirandam illam conceptionem (ipsum enim quodammodo absorptum ac sibi coagmentatum portavit), hoc ipsum et nos cum Deo experiamur per sumptionem carnis, quam unigenitus ejus Filius ex ipsa assumpsit. Etenim *Qui manducat*, inquit[b], *meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.* Et[c], *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Hanc porro suavissimam, vitæque largitricem cœnam iste vere supercœlestis homo (nempe Virgo) in sinu suo tanquam in fertili terra excoluit, atque id, quod in cœnam nostram

[a] Si Maria ideo edita est in lucem, ut lapso humano generi manum porrigat; ergo inter lapsos ipsa non est : secus enim una cum reliquis manum illam porrectam, qua erigeretur, et ipsa exspectasset. Deinde sejunctos homines ipsa in partem vocat conjunctionis cum Deo. Numquam ergo cum reliquis disjuncta ipsa fuit a Deo. Quomodo enim cognatos suos ad Deum o casset, si et ipsa erat a Deo aliena, nec vocari nisi cum aliis potuisset?

[b] *Johan.* VI, 56.

[c] *Ibid.* v. 55.

δεῖπνος ἡμῖν, γενέσθαι παρεσκεύασεν. Ὥσθ' ὅταν ὁ ταύτης υἱὸς καὶ πρὸς τήνδε ἡμᾶς ἕλκῃ τὴν τράπεζαν, καὶ τῶν ἑαυτοῦ μήτε φείδηται σαρκῶν, καὶ χαίρῃ γενομένους ὁρῶν, καὶ τῇ μητρὶ ταῦτα δοτέον, ὅτι καρπὸς ἀνθρώπων ἐξηνθουργήθη καὶ αὐτή, ἵνα τῶν μὲν αὐτῆς κοινωνήσῃ Θεὸς σαρκῶν, θρέψῃ δὲ ταύταις τὸ συγγενὲς τῆς μητρός. Οὔτε γὰρ, εἰ μὴ τοῦτο ἔμελλε, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ὕλην περιφανέστατον τοῦτο σκεῦος χοϊκὸς ἂν διεικόνισεν ἀνδριὰς, οὔτε τὸν χοῦν ὑπελθοῦσα, ἐπεὶ μέγα τὸ ἐοικὸς εἶχε πρὸς Θεὸν, ἄλλου του ἂν ἦν ἐφιεμένη, ἢ ὃ καὶ Θεὸς ἐπόθει.

Καὶ ἐπεὶ ξύλου μὲν ἦν γεῦσις, ἣ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον φεῦ ἠλλοτρίωσεν, ἑώρα δὲ τὴν ἑαυτῆς σάρκα φάρμακον ἱκανὸν ἀντιγευσαμένῳ πρὸς θείαν οἰκείωσιν, ὃ καὶ παρασχεῖν τῷ νοσοῦντι προῖκα

---

cederet, apparavit. Atque adeo cum ejusdem Filius et ad hanc mensam nos attrahit, et de carnibus suis copiose nos pascit, nosque cernens eas degustantes lætatur, hæc quoque accepta referenda sunt matri; quoniam et ipsa tanquam fructus hominum ideo effloruit, ut carnium ipsius Deus fieret particeps, et matris suæ cognatos ex iisdem aleret. Neque enim, nisi hoc futurum esset, in vas istud super omnem materiam splendidissimum conformatum unquam fuisset pulvereum simulacrum[a]; neque postquam in terram advenit, quandoquidem tam expressam ad Deum similitudinem præseferebat, aliud quidpiam, quam quod discupiebat Deus, exoptare potuisset.

Cum porro ligni degustatio id exstitisset, quod hominem a Deo, proh dolor! abalienaverat, Virgo autem suam ipsius carnem ad reconciliationem divinam idoneum iis, qui ex ea vicissim degustassent, pharmacum[b] fore perspiceret (quod sane

[a] Hæc, uti patet, ad Mariæ plasmationem referuntur; ergo ab ipsa sui conditione Virgo Deipara vas fuit nitentissimum, atque in terras advenien non terreni Adæ imaginem, sed expressam Dei similitudinem, ut mox Auctor subdit, præseferebat.

[b] Non minus luculentum hoc habes testimonium Virginis immunitatis a

ἠγάπα, τὸ δ' αὐτὸ καὶ Θεὸς ἐφίλει, τροφὴν, εἰ οἷόν τε, ἑαυτὸν παραθεῖναι τῷ πεπτωκότι, ἀλλ' ἑκατέρῳ μὲν ἀμιγῶς, οὐκ ἦν ἄνθρωπον χρήσασθαι τῶν δυνατῶν, ὥστε ἐπανελθεῖν, ἔδει δὲ συνελθεῖν ἀμφότερα, ὡς ἂν καὶ διὰ τὸ συγγενὲς εὔχρηστον ᾖ τῷ χρωμένῳ τὸ φάρμακον, καὶ τοῦτο πάντως οὐκ ἀγνοοῦσα ἡ ὑπεράμωμος, Θεοῦ ἂν ἐδεῖτο κεράσαι τὴν ἰατρείαν. Δεομένην δὲ παριδεῖν οὐ Θεοῦ, ὅτι τε τυχεῖν ἦν ἀξία, τούτου τε ἦρα Θεός. Διὰ τοῦτο τὸ παράδοξον ᾠκονομήθη μυστήριον· καὶ σαρκῶν Θεοῦ κοινωνοῦμεν ἄνθρωποι, ἃς ἡ πάναγνος ἐξιστούργησε, καὶ τὸν Σωτῆρα ἐνέδυσεν.

XXVI. Οἶμαι δὲ, καὶ δυοῖν τούτοιν ἕνεκα ἀνθρώπων ἤκουσε παῖς ἡ τὸν ὑπερώνυμον κυήσασα, ἵνα τε Θεῷ κοινωνήσῃ καὶ τῆς

---

pharmacum ægrotanti præ amore suo cupiebat gratuito præbere; id ipsum vero et Deus gratum haberet, se ipsum scilicet, quoad fieri posset, lapso homini alimentum apponere; non posset autem homo remediis illis, per quæ in viam rediret, juvari, dum sejuncti invicem manebant, sed utrumque uniri oporteret, ut etiam propter naturæ cognationem medela apprime proficua utentibus fieret; hæc omnia cum minime illam præ universis immaculatam præterirent, Deum precibus exorabat, ut hanc medicinam misceret. Dei porro non erat rogantem despicere, tum quia digna erat quæ votis non frustraretur, tum quia id ipsum Deus ardenter exoptabat. Idcirco admirandum illud peractum est mysterium; et participamus homines illas Dei carnes, quas purissima illa contexuit, et quibus induit Salvatorem.

XXVI. Porro etiam duplici hac de causa, ut quidem arbitror, filia hominum ea vocata est, quæ illum, qui est super omne nomen, peperit, videlicet tum ut communem cum Deo haberet

communi omnium corruptione. Nam quonam pacto sancta Virginis caro pharmacum haberi ac dici posset adversus vitium, quo propter esum ligni inficiebantur homines, si eodem plane morbo ejusdem caro corrupta foret?

ἐπὶ γῆς δόξης, δόξα γὰρ τῷ δεσπότῃ καὶ ἅπερ ἡμῖν ταπεινὰ, καὶ λοιπὸν ὅπως τοῖς ἀνθρώποις γένηται δῆλον, μέχρι τίνος ὁ πηλὸς ἀναπτῆναι δύναται. Οὔτε γὰρ Θεῷ, καὶ τῆς ὑπεράγνου δίχα, ἄπορον ἦν ἡ τοῦ γένους βοήθεια, καὶ οὐδέ τις εἶλκεν ἀνάγκη, μὴ ἂν ἄλλως ἔχειν τὴν πάναγνον ἁψιλῶς ἐμφορηθῆναι τῶν θείων, μὴ τυχοῦσαν τῶν κάτω. Ἦν γὰρ καὶ τοῦτο Θεῷ ῥᾴδιον, ἄνωθεν μετρῆσαι τῇ παρθένῳ τὴν τέρψιν, εἰ καὶ μὴ γῆς ἐκείνη γε ἐδεήθη, ἣν ἡ παρ' ἑαυτῆς λαμπηδὼν τοῖς ἀΰλοις συνῆπτεν. Εἰ δὲ καὶ μὴ γνώριμος ἀνθρώποις, οἵων ἦν ἀξία ἡ μακαρία, ἐνθάδε καθίστατο, οὐδὲ παρὰ τοῦτο τῆς προσηκούσης ἂν ἀπετύγχανε δόξης ἐν οὐρανῷ. Ἀλλ' ἵνα τοίνυν ὅτι Θεὸς ἐν ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς γηΐνοις δοξάζεται, τοῦτο κἀκείνη γένηται ἐκείνῳ καταπολὺ ἐοικυῖα, καὶ μηδενὸς ἂν ἀμοιροῦσα πρὸς δόξαν τυγχάνῃ, οὗ καὶ Θεὸς, καὶ ὅπως ἄνθρωποι μὴ τοσοῦτον, ὃ παρ' ἑαυτῶν, ὅσιν ὕψος ἠγνοηκότες, διὰ

---

eam gloriam quæ huic a terrenis tribuitur, nam nostra quoque minima in gloriam Dei cedunt ; tum etiam ut hominibus manifestum fieret, quousque evolare cœnum nostrum queat. Neque enim arduum Deo fuisset, etiam absente illa præ omni puritate pura, humano generi opem porrigere, ac nulla pariter cogebat necessitas, ut non aliter purissima illa divinis muneribus copiose cumularetur, quam si eorum, quæ ad terram pertinent, particeps exstitisset. Et hoc enim Deo facile erat, Virgini, quam suus splendor jam cœlestibus associabat, congruam e supernis jucunditatem impertiri, nisi et terra ipsa indiguisset. Etsi porro incompertum hominibus permansisset, quibus illic honoribus beata illa digna haberetur, non idcirco tamen consentanea sibi gloria in cœlis fraudata fuisset. Verum enimvero ut, quemadmodum Deus in supernis et in terrestribus glorificatur, id ipsum Virgini utpote Deo simillimæ contingeret, neve expers hæc foret alicujus gloriæ, qua Deus honoratur, tum etiam ut hominibus tam præcelsum hoc suum ipsorum decus non penitus lateret,

ταῦτα καὶ γῆν ἐπάτησεν ἡ ὑπερένδοξος, καὶ τῷ ἐξ αὐτῆς ἐλύτρῳ περιεβλήθη.

XXVII. Καὶ διὰ τοῦτο, μεγαλεῖα, φησὶν, ἐποίησέ μοι ὁ δυνατός. Ταῦτα δὲ ἐναργῶς εἶχε, καὶ οὐκ ἐδεῖτο ποιηθῆναι τὸ γεγονός· ἀλλ' ἐφανέρωσε, σαφῆ πᾶσι κατέστησε, δηλοῖ τῷ ἐποίησε. Καὶ δι' αἰτίαν ἴσως τοιαύτην ὁ Γαβριὴλ, κατὰ τὴν τῆς γλώττης διακονίαν, Χαῖρε, ἐφώνησε, κεχαριτωμένη, καὶ εὐλογημένη, ἵν' ἡμᾶς τε διδάξῃ, οἵαις δεῖ χρῆσθαι φωναῖς πρὸς αὐτὴν, καὶ οἷον αὐτῇ τὸ μεγαλεῖον, ἀνάγραπτον τῇ ἐξαγγελίᾳ ταύτῃ προθείη. Ἠδύνατο γὰρ καὶ ταῖς ἀγλώττοις τοῦ νοῦ λαλιαῖς τὴν λειτουργίαν οἰκονομήσειν ἐκείνην, καὶ τῷ αὐτῷ χρωμένης ὀργάνῳ τῶν λαμπρῶν τῆς παρθένου διακούσειν ῥημάτων. Καὶ εἴγε μὴ τρόπος ἦν ἕτερος, οὗτος δὲ, ἵνα τὸ ταπεινὸν ὁ δεσπότης ἀναβαλλόμενος, μὴ σφόδρα ὑψηλῶς καὶ μὴ καταλλήλως διασαλπίσῃ τῷ πράγματι, καὶ ἄλλως, ὅτι

---

propterea gloriosissima illa etiam terram hanc calcavit, et terreno indumento est circumvestita.

XXVII. Et idcirco, *fecit*, inquit[a], *mihi magna qui potens est*. Hæc porro magnalia absque dubio illa jam possidebat, nec opus sane erat ut fieret, quod factum fuerat; at vocis illius, *fecit*, sensus est, *manifestavit*, et *omnibus perspicua effecit*. Atque eadem fortasse de causa Gabriel ministerio linguæ usus exclamavit, *Ave gratia plena, et benedicta*, ut scilicet nos doceret, quibus eam vocibus compellare oporteat, utque suo huic nuntio veluti inscriptum proponeret, quanta Virgini inesset excellentia. Poterat enim spiritali sine vocibus locutione ministerium illud obire, et virginis, instrumento vocis utentis, eximia verba percipere. Quanquam non alius quispiam sed hic modus decebat, ne Dominus, dum nostram humilitatem induebat, ratione nimis sublimi, et secus ac res per se exigeret, factum veluti tuba annuntiare videretur; præsertim vero, quod et nos, pro quibus

[a] *Luc.* I, 49.

καὶ ἡμᾶς ἔδει μυεῖσθαι τὰ τὸν ὑπερήφανον πλήττοντα, ὑπὲρ ὧν ἡ οἰκονομία καὶ τοιαύτη.

XXVIII. Πᾶσα ἂν καὶ ἡ ἀγγελικὴ διακόσμησις, οἶμαι, οὐρανός τε καὶ ἥλιος, καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ πᾶσα τότε ἡ κτίσις, ἕκαστα μετὰ γλώττης ἀναπλασθέντα, τὸ χαῖρε τῇ παρθένῳ συνεξεβόων τῷ Γαβριήλ· καὶ καθάπερ ἐπὶ χοροῦ, τὸ μελῳδημα διαδεχόμενα τοῦ πρωτοστάτου, τὰ αὐτὰ ἂν πολλάκις καὶ ἀνέλιττον καὶ ἀνύμνουν, καὶ συνεφθέγγοντο τῷ χοράρχῳ. Τοσοῦτον γὰρ τὸ τῆς πανάγνου μεγαλεῖον, καὶ οὕτω πᾶσα ἡ κτίσις προσειπεῖν ὤφειλε τῇ παρθένῳ. Ἀλλ' εἰ μὴ γλώττῃ, δι' ὃν εἴρηται λόγον, πράγμασι δὲ ἐδήλωσαν τὴν χαράν, δι' ὧν ᾔσθοντο πρὸς τὸ φαιδρότερον ἑαυτῶν μεταποιηθέντων· καὶ οὕτως ἡ δημιουργία πᾶσα τὰ μεγαλεῖα τῆς πανυμνήτου, γλώσσης τρανότερον διεκήρυξεν. Ὃ γὰρ οὐκ ἂν εἶχε τῶν ἐπὶ γῆς ἕκαστον, οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ ἐγεγόνει, ἐγγὺς οὕτω Θεοῦ

---

hoc mysterium peragebatur, doceri oportebat, quibusnam armis vulneretur superbus.

XXVIII. Omnes itaque, ut arbitror, angelici ordines, cœlumque et sol, et terra et mare, et quævis alia creatura, quasi singulæ rursus conditæ lingua sua instructæ, una omnes cum Gabriele, *Ave*, Virgini acclamabant; ac veluti choro facto, melodiam e chorago excipientes, idem sæpius in gyrum repetebant et simul cum chori principe accinebant. Tanta scilicet purissimæ illius magnificentia erat, et hoc pacto a creaturis universis Virginem salutari oportebat. Quod si non lingua, propter eam quam diximus rationem, at certe factis gaudium suum cuncta manifestaverunt, quum ad splendidiorem conditionem sese provecta persenserunt; atque ita creaturarum universitas clarius etiam quam per linguæ ministerium laudatissimæ illius magnalia celebravit. Quod enim neque creaturæ quæque terrestres, neque aliæ, si quæ exstabant creaturæ, poterant, tam prope scilicet ad Deum accedere, ut hæc quidem semet Deo sedem supponeret,

γενέσθαι, ὥστε ὁ μὲν ἑαυτὸ[1] καθέδραν ὑποθεῖναι Θεῷ, ὁ δὲ κλίνην, καὶ τροφὴν ἄλλο, ποσὶν δὲ ἕτερον, ἄλλην τε ἄλλο χρῆσιν καὶ ἄλλο γλώττης ἀκούειν θεϊκὴν διηχούσης ἐνέργειαν, ἄνθρωπος δὲ καὶ λόγων καὶ διαίτης κοινωνῆσαι Θεῷ, καὶ οὕτω πάντα τῷ ξένῳ λαμπρυθῆναι ἁγιασμῷ, τούτου ῥᾷστα καὶ ὁτουοῦν δίχα πόνου τυχεῖν διὰ τῆς πανάγνου δεδύνηνται. Μήτε γὰρ ἑτέρωσε μεταστάτων, μήτε τῶν εἰωθότων διαζευχθέντων, μήθ' ἑτέρῳ συντυχόντων ἀήθει τόπῳ ἢ τρόπῳ, ἀλλὰ πάντων ἐφ' ἅπασι κατὰ χώραν μενόντων· μετ' αὐτῶν ἡ πολυύμνητος καινόν τινα τρόπον ἑνωθῆναι τὸν κτίστην πεποίηκε.

XXIX. Ταῦτα δὲ τῆς παρούσης δῶρον καὶ γέννημα πανηγύρεως. Ὁ νῦν ἀσπασμὸς τῶν καινῶν γέγονε θαυμάτων δημιουργός. Τὸ τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγέλιον ἥλιον ἄλλον, τοῦ προτέρου λαμπρότερον, πᾶσιν ἐπιλάμψαι πεποίηκεν. Αὕτη ἡ προσλαλιὰ, τὸν χοϊκὸν διαῤῥήξασα χιτωνίσκον, θεουργικὸν ἔνδυμα περιέβαλλε τοὺς ἀν-

[1] Cod. ἑαυτῷ.

---

illa vero stratum, et alia cibum, alia potum, et alium alia usum præberet, et alia linguam divinis motibus resonantem audiret, homo vero et sermones et communem vitæ rationem cum Deo haberet, et sic omnia nova hac sanctificatione nobilitarentur; hæc omnia facillime et absque ullo labore per purissimam illam consequi potuerunt. Quanquam enim neque alio translata fuerint, neque a consueto earum statu distractæ, neque aut locum alium aut aliam se habendi rationem sortitæ sint, sed omnes in sua sede permanserint; illa tamen omni laude dignissima Virgo novo quodam modo effecit, ut creator cum iis conjungeretur.

XXIX. Hæc porro sunt hodiernæ solemnitatis et donum et fructus. Hodierna hæc salutatio novorum miraculorum effectrix exstitit. Hic faustus Gabrielis nuntius alterum priore splendidiorem solem rebus omnibus fecit illucescere. Hæc compellatio, terrestrem discindens tuniculam, indumento divinitus elaborato

θρώπους. Τοῦτο τὸ πρόσρημα τῶν πρὶν μὲν κήρυγμα αἰνιγμάτων· νέων δὲ νῦν χαρίτων ἀγλάϊσμα. Τοῦτο καὶ πρὸ τοῦ συμπεράσματος, λέγω δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν, τοῖς κάτω σεμνοῖς ἀνδράσιν ἡδονὴ καὶ χαρίεν κίνημα. Ὡς γὰρ ἐπὶ γῆς οἷα προφῆται, τοῦτο δὴ τὸ πάντων χαριέστατον διάγγελμα προηγόρευον, οὕτω δὴ καὶ ἐν ᾅδῃ ἀγνοεῖν, οἶμαι, οὐκ εἶχον τὸ τερπνότατον εὐαγγέλιον. Εἰδότας δὲ, καὶ τῆς καινῆς ὥσπερ ἀκηκοότας προσρήσεως, ὅτε ὁ Γαβριὴλ ἐφώνει, χαίρειν εἰκὸς καὶ σκιρτᾶν, ὅτι τὴν ἐλευθηρίαν ἤγγικεν ἐνοπτριζομένους. Τοῦτο τὸ μήνυμα, ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, φαιδρὰν ἀπειργάσατο πᾶσαν τὴν κτίσιν.

XXX. Παρυπογράφει δὲ τὸ σαφὲς καὶ ἡ καλλίστη τῶν ὡρῶν ἥδε, δι' ὧν πᾶσι βελτίστην μεταβολὴν καὶ ἀναβίωσιν οἱονεὶ χαρίζεται, ὥσπερ αἰδουμένη, εἴ γε μὴ λαμπρὸν, δι' ὧν ἔχει φαίνειν, τὸ τῆς χαρᾶς ἐκεῖνο μήνυμα ἐπιδείξῃ· καὶ ὡς εἰπεῖν, ἵνα μή τις

---

homines circumvestivit. Hæc allocutio est veterum ænigmatum explicatio, et novarum novellæ ætatis gratiarum exsistit splendor. Hæc vel ante œconomiæ exitum, Salvatoris scilicet resurrectionem, venerandis illis viris, qui apud inferos sedebant, jucunditatis caussa exstitit et lætitiæ. Sicut enim in terra degentes hanc sane omnium jucundissimam annuntiationem præcinuerant, sic haud plane potuit, ut puto, eos vel in inferis suavissimum hoc nuntium latere. Cum vero agnoverunt de nova illa allocutione, atque eam, cum Gabriel voces illas protulit, quodammodo audierunt, par sane erat, ut gauderent et exsultarent, quippe qui proximam conspicerent libertatem. Hoc nuntium denique, ne plura dicam, creaturis omnibus hilaritatem conciliavit.

XXX. Id vero perspicue testatur et hæc inter anni tempestates pulcherrima, quæ rebus omnibus præstantissimam status mutationem et veluti vitæ redintegrationem benefice elargitur, quodammodo nempe erubescens, si quibus potest indiciis, illud gaudii nuntium splendide celebrandum non ostendat; ac ne quis

ἀγνωμοσύνης αὐτὴν γράψαιτο, τῇ παρ' ἑαυτῆς καλλονῇ σπεύδει τρανῶς διαγγέλλειν, ὡς οὗτός ἐστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἡ παγκόσμιος ἐπέστη χαρά.

Νῦν γὰρ ἥλιος τῆς ἀκτῖνος ὥσπερεὶ λήμην τὸ νεφῶδες ἀποξέει, καὶ διαυγεστέραν ἀφίησι τὴν λαμπηδόνα, καὶ ὑπὲρ γῆν ἄρχεται πλεῖον προσγειτονεῖν, ἅπασι μονονοὺ προσφωνῶν τὴν τοῦ νέου καὶ μεγάλου τοῦδε φωτὸς ἐπιφάνειαν, καὶ ὡς ἄρτι καὶ αὐτὸς τὴν ἀνακαίνισιν δέχεται, καὶ ὑπὸ νῶτα κρύπτειν τῆς γῆς, βραχέα βούλεται τὴν ἀκτῖνα.

Νῦν οὐρανὸς οἷον ἱμάτιον ἑαυτὸν περιβάλλων καινὸν, σκυθρωπότητα μὲν περιδύεται, διαύγειαν δὲ ἀμφιέννυται, καὶ ὡσανεί τινα κόσμον τῆς οἰκείας ἐσθῆτος τοὺς ἀστέρας προβάλλει, ποικίλον τε καὶ διαλαμπῆ εἰκόνα προθεὶς ἑαυτὸν, οἷς ἔπιπλα ποικίλλειν ἐσπούδασται· καὶ νῦν μᾶλλον ἢ πρὶν Θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν γράφει.

Νῦν γῆ βοτάνας ἀνίησιν εἰς κάλλος ξένον καὶ οἷον ἀμίμητον,

---

eam, ut ita dicam, improbitatis incuset, annuntiare perspicue sua venustate studet, nunc illud redire tempus, quo creaturis omnibus gaudium affulsit.

Et sane nunc nubem, veluti gramiam quandam, e radiis suis sol abradit, splendidioremque emittit fulgorem, ac propius terram cursum suum incipit instituere, omnibus propemodum elata voce annuntians novi hujus ac magni luminis ortum, et quomodo ipse quoque nunc innovetur, nec radios suos sub terræ dorsum longioribus horis patiatur abscondi.

Nunc cœlum velut novo se indumento amiciens, tetricam deponit faciem, hilaritatemque assumit, et quemdam veluti suæ vestis ornatum stellas profert, sese varietate venustum ac nitidum exhibens in exemplar iis, qui supellectili variegandæ operam navant; et nunc magis quam antea se Dei gloriam enarrare testatur.

Nunc tellus gramina in miram ac nulli imitandam pulchritu-

τῷ πολυειδεῖ τῶν χροῶν ἐξυφαίνουσα, καὶ τοῖς ζωγραφεῖν αἱρουμένοις, ἀνθουργικὰ βάμματα χορηγοῦσα, δι' ὧν τοῖς ζωγραφικοῖς ἔνεστι πλάσμασι διαμιλλᾶσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Πᾶσί τε φυτοῖς ἀναβιῶναι παρακελεύεται[1], καὶ τὸ λαμπρὸν ἐξυμνεῖν τῆς πανηγύρεως. Χαίρει δὲ τοῖς παρ' ἑαυτῆς ἄνθεσι στολιζομένη, καὶ ἑαυτὴν στρωμνὴν ὑποτίθησιν ἐπιεικῆ, ἣ πρὶν ἀνήμερος ἦν.

Νῦν θάλασσα, οἷα πρὸ μικροῦ πολεμία, τοῖς κύμασι τὴν γείτονα τύπτουσα γῆν, ἀπειλεῖν τὰ δεινὰ παυσαμένη, γελῶσα, τὰς διαλλαγὰς ἐπιζητεῖ, ὡς ἄρτι πᾶσιν ἐπέδραμε μαρτυροῦσα, ἡ πάντα νοῦν ὑπερέχουσα εἰρήνη. Νῦν ἀὴρ ἥπιον διηχεῖ τὴν ἀφιλάνθρωπον πνοήν, καὶ μεγαλόκροτον ἐκτιναξάμενος βροντὴν, καὶ οἱονεὶ τι θασσῶς ἐπιπνέων, τῶν οἰκίσκων πάντας, καὶ καταδύσεων ἐκκαλεῖται, φίλα προσπνεῖν ὑπισχνούμενος.

[1] Cod. παρακευλεύηται.

---

dinem profert, multiplici varietate suam contexens superficiem, atque illis, qui cupiant pingere, ex ipsis floribus colores porrigens, per quos elaborata pictorum opera cum ipsa rerum veritate certare queant. Tum ut arbores omnes reviviscant, ac solemnitatis hodiernæ concelebrent splendorem edicit. Lætitiam vero prodit, suis semetipsam floribus exornans, quæque horrore squalebat, sese nunc stratum congruum supponit.

Nunc mare, quod fluctibus adjacentem terram instar hostis paulo ante feriebat, gravia minari cessans, ac ridens, reconciliationem quærit, sic testimonio suo confirmans, jam pacem illam omnibus advenisse, *quæ*[a] *omnem sensum exsuperat*. Nunc aer, inclementes ventos ac perstrepentem tonitrum ablegans, leniter susurrat, ac mansuete adspirans omnes quodammodo evocat e domunculis atque e latebris, jucunde sese promittens adspiraturum.

[a] *Philip.* IV, 7.

Νῦν τετραπόδων μὲν ἀγέλαι σκιρτᾷν, καὶ τῇ μητρὶ γῇ προσπαίζειν, καὶ πωλικῶς ἐνάλλεσθαι διανίστανται. Νεοττῶν δὲ γένη τὸ πτερὸν ἄπονον ἐφαπλοῖ πρὸς ἀέρα· καὶ μουσικῶς κιθαρίζειν ἑτοιμάζεται τὰ ποικιλόφωνα, χαίρειν ἐκ τούτου πάντα διασημαίνοντα. Καθάπερ καὶ ἄνθρωποι, δι' ὧν νῦν μὲν τοῦ σώματος ἀποτιθέμεθα τῶν ἐνδυμάτων τὰ πλείω, δι' ὧν δὲ πλεῖν καὶ στρατηγεῖν ἀρχόμεθα, καὶ πρὸς ἀποδημίας ἵεσθαι, καὶ ὅλως χεῖρα καινοῖς ἐπιβάλλειν ἔργοις· ὅτι νῦν τὸ βαρὺ τῆς παλαιότητος, διαγγέλλομεν, ἀπεξέσθη, καὶ ἀνάπλασις διηρτίσθη, καὶ χαρὰ ἐξεχέθη, δι' ἣν ἄλλος ἄλλῳ καθάπερ κήρυξ τόπους διϊὼν, χαίρειν διακελεύεται, καὶ τῆς ἑνώσεως δίδωσι καὶ ἀντιλαμβάνει τὰ συναλλάγματα.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἵνα τὴν ἐκκενωθεῖσαν ἐκείνην δείξῃ, καὶ τὰ πέρατα διαλαβοῦσαν χαρᾶς εὐωδίαν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· καὶ οὐδέποτ' ἂν μηνύειν τὰ τῆς χάριτος σύμβολα κατοκνήσαιεν, ἕως ἂν

Nunc quadrupedem greges assurgentes exsultant, et matri terræ alludunt, ac pullorum more tripudiant. Volucrum vero recens enatarum quotquot sunt genera, alas per aera sine labore expandunt; et quæ suavitate varii cantus excellunt, jamjam se parant, ut musicos concentus veluti ad citharam modulentur, suumque per hæc gaudium una omnes significent. Nec dissimili ratione nos quoque homines per hanc anni tempestatem hinc quidem plura illa corporis indumenta abjicimus, inde autem et navigare et bella suscipere, et iter aggredi, et universim novis operibus manum admovere incipimus; quandoquidem nunc vetustatis pondus, uti annuntiamus, sublatum est, et renovatio perfecta, et diffusum est gaudium, propter quod alius alium, veluti præco varias peragrans regiones, gaudere jubet, fœderisque atque amicitiæ pignora dat et vicissim accipit.

Et hæc quidem ita se habent, ut palam faciant, suavem illam gaudii fragrantiam effusam jam esse, et ad terræ usque fines sese protendisse; nec unquam ista collatæ gratiæ symbola a monendi officio pigritabunt, quousque novissima illa et senectu-

ἡ καινοτάτη καὶ γήρως κρείττων ἀνάπλασις ἐκδέξηται τελευταία, ἧς ἡ τρυφὴ τοῦ μυστηρίου τοῦδε καρπός.

XXXI. Ἡμεῖς δὲ, ἐξ ὧν ἡ πολυύμνητος, τὸ κοινὸν ἐντρύφημα, καὶ ὑπὲρ ὧν ὁ δυνατὸς τὰ μεγαλεῖα διέπλεξε μετ' αὐτῆς, καθάπερ ἐδεξάμεθα τὴν χαράν, οὕτως ἀντιδῶμεν τὸ χαίρειν τῇ παρασχούσῃ, οὐ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μόνον μύησιν προσφωνοῦντες, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔνδον ἐκκοροῦντες, καὶ ὑπερόριον πάντα ποιοῦντες κίβδηλον τρόπον, ὡς ἂν τοῦ δείπνου γευώμεθα καθαρῶς, τῆς ξένης καὶ πανάγνου τρυφῆς, ἣν ὁ ἀσπασμὸς ἐκαινούργησεν οὗτος. Οὕτω γὰρ ἡ ὑπερένδοξος μάλιστα χαίρει, τῆς τραπέζης ἐκείνης, τῶν τοῦ μονογενοῦς αὐτῆς υἱοῦ σαρκῶν ἐμφορουμένους ὁρῶσα. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ εἰς γῆν ἦλθεν ἡ πάναγνος, καὶ τὸν σαρκικὸν ἑαυτῆς χιτῶνα τὸν Σωτῆρα ἐφόρεσεν, ἵν' ἡμῖν ὁ Σωτὴρ τοῦτο γένηται δεῖπνος, καὶ διὰ τῆς συγγενοῦς ἡμῖν αὐτῆς σαρκὸς, Θεῷ πλησιάσωμεν, οὗ τυχεῖν δίχα τῆς Θεοτόκου δι' ἁμαρτίαν

---

tis nescia regeneratio demum advenerit, cujus fruitio est hujusce mysterii fructus.

XXXI. Nos autem, e quibus orta est Virgo illa omni laude dignissima, commune illud omnium delicium, et propter quos fecit illi magna qui potens est, sicuti gaudium recepimus, sic illi, quæ gaudere dedit, vicem reddamus, non modo ea ratione quam a Gabriele edocti sumus, illam compellantes, sed interiora quoque nostra expurgantes, et omne a nobis vitium procul expellentes; ut purificati cœnam possimus gustare, dapes inquam illas novas et purissimas, quas hæc salutatio miro modo apparavit. Sic enim quam maxime gaudet illa super omnes gloriosa, si de mensa illa, de carnibus scilicet unigeniti filii sui satiatos nos videat. Cum enim hac de causa purissima illa in terram advenerit, et sua ipsius carnea tunica Salvatorem induerit, ut idem Salvator ejusmodi cœna nobis fieret, et per cognatam nobis ejusdem Virginis carnem ad Deum (quod assequi sine Deipara non poteramus propter peccatum) accederemus, gaudet

οὐκ εἴχομεν, χαίρει πάντως ταύτῃ χρωμένων ἡμῶν τῇ τραπέζῃ, ἣν ἡτοίμασε διὰ τοῦτο, καὶ δι' ἣν τὰ φρικτὰ πάντα ἐκεῖνα ἐτελεσιουργήθη μυστήρια, καὶ δι' ἧς ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τῷ δώρῳ μεταποιούμεθα.

XXXII. Εἰ δὲ τὸ χαίρειν ἐκεῖθεν, ἀνιαρὸν ἂν εἴη τοὐναντίον τῇ κεχαριτωμένῃ, ὅταν τῆς ἱερᾶς τραπέζης πόρρω λιμώττοντας καθίσωμεν ἑαυτούς, ὅπερ ἐστὶ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις καὶ ζωῆς ἀναίρεσις. Ὁ γὰρ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Καὶ, ὁ μένων ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολὺν, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Καὶ, ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται. Ὁ δὲ μὴ τούτων ἄρα μεταλαμβάνων, Θεοῦ μὲν γίνεται μακρὰν, χοίρων δὲ, φεῦ, μετὰ τοῦ ἀλάστορος ἀγε-

---

sane, cum nos eadem mensa fruimur, quam ipsa idcirco paravit, et propter quam cuncta illa horrenda mysteria mirabiliter peracta sunt, et per quam ex hominibus in deos ipsius doni virtute transmutamur.

XXXII. Porro si Virgini hæc erat gaudendi ratio, grave profecto haberet illa gratia plena, si contra fieret, si nos videlicet procul a sacra mensa sedeamus, cum tamen fame laboremus; quod sane abalienatio est a Deo, et vitæ ablatio. *Qui enim*, inquit[a], *manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo.* Et[b], *Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.* Et[c], *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Qui itaque horum non fit particeps, hic quidem a Deo fit extorris, et, eheu! porcorum armentarius una cum scelerato dæmone evadit, aut

[a] *Johan.* VI, 57.
[b] *Johan.* XV, 5.
[c] *Ibid* v. 6.

λάρχης καθίσταται, ἢ τὸ τελευταῖον γεέννης ὕλη. Καὶ πάλιν· Ἐὰν μὴ φάγετε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Εἰκότως· ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς συνήθους ἀποστὰς διαίτης, καὶ τῆς σαρκικῆς διίσταται ζωῆς, τὸν ἴσον τρόπον ὅγε μὴ κἀκεῖνα σιτούμενος, νεκρὸς, ἐλεεινὸς, ζωῆς ἄμοιρος ἀληθοῦς, καὶ βασάνων ἑαυτῷ πρόξενος αἰωνίων.

XXXIII. Ἐπεὶ δὲ χαρᾶς μὲν πρόξενος ὁ νῦν ἀσπασμὸς, ὃς καὶ τὸν καινὸν προήγαγε τόκον, οὗτος δὲ τράπεζα ἡμῖν ἡδίστη, καὶ ζωῆς ἀλήκτου αἰτία κατέστη, χαρᾶς μὲν καὶ ἡμεῖς τὰς ἡμετέρας ἐμπλήσωμεν ψυχὰς, χαῖρε τῇ μητρὶ τοῦ Θεοῦ, τῷ Γαβριὴλ συμφθεγγόμενοι· χαῖρε, λέγοντες, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί.

Δεηθῶμεν δὲ τῆς πανάγνου, ὥστε καὶ τῆς ζωοποιοῦ τυγχάνειν ἀξίως τροφῆς, ἣν ἡ παροῦσα ἀνῆκε χαρὰ, καὶ δι' ἣν ἡμῖν αἰωνίως

---

etiam postremo materia gehennæ incendiis apta. Et rursus[a] : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et merito quidem; sicut enim qui consueta ad vivendum adminicula negligit, corporalem quoque vitam amittit; pari modo qui istis non pascitur, mortuus est, miserabilis, expers veræ vitæ, et tormenta sibi ipse parat æterna.

XXXIII. Quoniam vero gaudium induxit eadem hæc salutatio quæ et novum partum intulit; hic vero partus factus est nobis mensa suavissima, et indesinentis vitæ principium; nos quoque gaudio mentes nostras repleamus, una cum Gabriele illud *Ave* Dei matri acclamantes, atque *Ave*, dicentes, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

Obsecremus autem purissimam illam, ut et vivificam illam digne participemus alimoniam, quam præsens nobis gaudium attulit, et cujus virtute nobis dabitur in æternum gaudere.

[a] *Johan.* VI, 53.

τὸ χαίρειν. Χαίρει δὲ ἄρα καὶ ἡ ὑπερένδοξος, διὰ τοῦτο, καὶ ὁ ταύτης υἱός· καὶ εἴη πάντας ἡμᾶς κοινωνοὺς τῆς ἀληκτου γενέσθαι χαρᾶς, πρεσβείαις τῆς κεχαριτωμένης καὶ Θεοῦ μητρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Propter hoc porro et supergloriosa illa gaudet, ejusque filius, et utique contingat, ut nos omnes perennis gaudii compotes efficiamur; precibus ejusdem gratia plenæ ac matris Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, quem decet gloria omnis, honor et adoratio una cum sempiterno ejus Patre, sanctissimoque et bonorum ac vitæ datore ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

DE AUCTORE HOMILIARUM

QUÆ

ANTIPATRO BOSTRENSI INSCRIBUNTUR

PRÆFATIO.

I. In monito, quod priori Antipatri Bostrensis homiliæ præmisi [1] initum a me consilium aperui, si quæ de harum homiliarum auctore dicenda forent, ea in hunc locum rejiciendi. Cujus consilii ut rationem explicem, plane dicam, ad id permotum me fuisse, quod non levis tunc mihi facta spes fuerat græcum exemplar obtinendi aliorum quoque, qui Antipatri nomen gerunt, sermonum ac præsertim certi cujusdam *in Deiparæ Dormitionem*, cujus antiquam interpretationem latinam utcumque barbarice concinnatam ex Vaticano codice vulgaverat Io. Chrysostomus Trombellius[2]; græci autem textus præsidio, quod Trombellio defuerat, mihi pollicebar, non modo sermonem istum nativa facie sua donare, sed plus aliquid forte conferre me posse ad solvendam quæstionem a Casimiro Oudino excitatam, contendente scilicet[3], perperam Antipatro Bostrensi, qui post me-

[1] Sup. pag. 3.

[2] *In Calogeriana opusculorum collectione*, tom. XLIII, pag. 355.

[3] *Comment. de Script. Eccl. ad an.* 840, tom. II, pag. 101.

dium quintum sæculum floruit, eas homilias attribui, ac propterea alium Antipatrum, qui octavo aut etiam nono sæculo posterior fuerit, excogitante. Verum sin minus spem omnem abjeci græcos illos sermones aliquando habendi, quippe ubinam illi delitescant satis compertum est; at cum in cassum ceciderint curæ, quas ad hos usque dies, ut ad manum illos haberem, impendi, hanc controversiam in præsens cogor dimittere.

II. Non ideo tamen causa ulla subest, cur etiam de duarum, quas in hoc volumine damus, homiliarum auctore ambigendum existimem. Ecquid enim tandem Oudinus deprompsit, quod vetet, ne illas veteri Antipatro tribuamus? Juverit ipsum loquentem audire[1] : *Festivitates*, inquit, *beatæ Virginis et sanctorum Synodo secunda Nicæna, quæ anno* 787 *celebrata est, posteriores sunt... Hæc igitur homiliarum collectio posterior est controversia de cultu Imaginum ac Sanctorum, quæ... ab imperio Leonis Isauri anno* 716 *incepit, atque ad imperium Theophili et annum* 842 *perduravit. Hujus ætatis sunt tot homiliæ in Præsentationem beatæ Virginis in templo et homilia in Adsumptionem beatæ Virginis. Cultus enim Sanctorum ac beatæ Virginis, invocatio illorum, institutio festorum in eorum memoriam et cultum Nicæna secunda Synodo plane recentiores sunt.* Ita quidem ille. Porro portentosas ejusmodi opiniones extorquere utique potuerit ab apostata immanis juxta atque cæcus in catholicam fidem furor; portentosæ fuerit cæcitatis, quod non perviderit, controversiam de cultu Sanctorum non inde exortam esse, quod sub Leone Isauro quidam hunc cultum ad eam usque diem ignotum inducere vellent, sed e converso quod jam inducto et ubique ab antiquioribus retro sæculis obtinenti bellum Leo indixerit : at qui modo hac de causa neget, aut etiam dubius hæreat, num ante Synodum Œcumenicam VII sermones tum de Sanctorum tum de Virginis beatissimæ laudibus dicti in Ecclesiis fuerint, neminem prorsus, saltem qui sui sit compos, invenire erit. Nihil itaque obstare Oudini dicta possunt, quominus homilias istas Antipatro illi antiquo adjudicemus.

[1] L. c. pag. 105.

III. At si putida omnino sunt, quæ Casimirus Oudinus objecit, et indigna prorsus, quorum ratio ulla habeatur, non diffitendum tamen, suboriri aliunde difficultatem posse aliquam, si aliter quæstio ista proponatur. Nam licet profiteamur omnes, nullo non tempore in Ecclesia viguisse cultum, de quo sermo est; at pariter omnes tenemus, non eumdem cultus exercendi modum ac mensuram quolibet tempore obtinuisse. Sic summus latriæ cultus altaris Sacramento numquam non est exhibitus; solemne tamen *corporis Domini* festum recentioris est ævi. At vero communior eruditorum opinio est, festivitates, quibus vel *Deiparæ in templo Præsentatio*, vel *ejusdem in cœlos Assumptio*, celebrantur, ætate Antipatri Bostrensis posteriores esse. Non levis igitur dubitandi adest ratio, num collectio homiliarum, in quibus nonnullæ *seu in Præsentationem seu in Assumptionem Virginis* inscribuntur, illum reipsa Antipatrum habeant autorem.

Verum nihil ista ad binas, quas heic producimus, homilias pertinent. Prior enim versatur circa *S. Johannis Baptistæ Nativitatem;* nulla autem dubitatio superesse potest. hoc festum Antipatri ætati tum in Occidentali tum in Orientali Ecclesia antecessisse. Altera vero, quam subjicimus, potiusquam homilia de peculiari quopiam Virginis mysterio seu quæ per aliquam ejusdem festivitatem dicta fuerit, concio quædam videtur esse dominico die habita, qua sacra evangelii historia brevissimis scholiis additis explanatur, et cujus nonnulla excerpta habes etiam inter *Scholia antiqua in Evangelium Lucæ*, quæ eminentissimus Angelus Majus in tom. IX *Classicorum Auctorum* græce edidit[1].

IV. Addam vero, neque necessarium, mea quidem sententia, videri, ut recentior quispiam Antipater excogitetur, cui sermones *in Præsentationem* et *in Assumptionem Deiparæ* adscribantur. Illud enim nunc mitto, quod et Trombellius[2] advertit, inscriptionem illam, *in Deiparæ Assumptionem*, prorsus alicujus

[1] Titulus est : Σχόλια παλαιὰ εἰς Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. Conf. scholia ad cap. I, v. 34 seqq., pag. 434 seqq.

[2] L. c. pag. 363.

posterioris manus videri ; nihil enim in toto sermone de hoc Virginis mysterio agitur : sed, etiamsi hic sermo de assumpta in cœlos Deipara vere ageret, prout quatuor alii, si fides titulis habenda est, de ejusdem Præsentatione agere dicendi sunt, quid est tandem, quod nos cogat, ut recentiorem, quem nemo præter Oudinum somniavit, Antipatrum auctorem requiramus? Sane, si interroges cur recentiori ætate inductæ existimentur istæ solemnitates, illud unum denique reponetur tibi, nullum earum vestigium per antecedentia tempora reperiri : vestigia autem esse vel homilias earum occasione habitas, vel ipsarum mentionem kalendariis Ecclesiarum insertam. Quæ cum ita sint, quærere jam est, cur non potius ex homiliis, quæ Antipatro inscribuntur, concludant, ab hujus ætate festivitates istas jam invaluisse? Utra enim probabilior argumentandi ratio? Utra magis artis criticæ regulis consentanea? Ex testimonio aiente rem factam statuere, an ex aliorum silentio non modo de facto addubitare, sed ad arguenda mendacii testimonia aientia progredi? Atque heic insuper fac, quæso, perpendas, quam infirmum, quamque prope nullius roboris hoc loco sit negativum argumentum. Quænam enim sunt monumenta e quorum silentio extunditur, nondum festivitates illas invectas fuisse? Ea videlicet, quæ ad alias Ecclesias sive occidentales sive orientales, non vero ad Bostrensem seu generatim ad arabicas Ecclesias spectant. At vero utut permittere vellemus, ex eo silentio inferri quidpiam posse quoad illas ecclesias, quarum aliquod superest monumentum, palam est tamen, absurde quidquam argui ad alterius ecclesiæ consuetudinem. Et ratio in promptu est, quia si qua in re antiquioribus præsertim temporibus varius fuit mos ecclesiarum, id maxime in festorum celebratione deprehenditur. Ex eo igitur, quod serius alibi festum aliquod receptum fuerit, perperam omnino deducitur, anterius in quapiam alia Ecclesia vel provincia illud non viguisse.

Adde, maxime fluxum esse argumentum, quod ex defectu homiliarum ad statuendum festorum numerum petatur. Numquid enim ad singula festa habebantur homiliæ, aut quotquot sunt habitæ ad nos usque pervenerunt? Profecto si canonem

istum hac in re statuas, concludes in Bostrensi Ecclesia neque Paschatis neque Pentecostes festivitates celebrari per quintum sæculum consuevisse. In catalogo enim sermonum Antipatri Bostrensis[1] nullus exstat ea occasione dictus. Verum hac de re satis.

V. Brevem hanc homiliam, quam singularis simplicitas atque etiam elegantia commendant, quamque ejusdem esse manus, ac prima illa sit, quam initio hujus voluminis dedimus, stylus quoque aperte evincit, ex codice olim Augustano, nunc Monachiensi, e quo et præcedens Germani Junioris deducta est, egregio sacerdoti debeo Andreæ Steinhuber, Theologiæ laurea in hoc nostro Romano Collegio multa cum laude paucis ante annis exornato, qui pro summa in me benevolentia græcum exemplar sua ipse manu transcripsit : cui quidem, simulque præclarissimo viro, quem alias laudavi, Georgio Krabingero, qui ex singulari humanitate sua hujus quoque exemplaris collationem cum prototypo instituere animum induxit, pro tanta in me benevolentia devinctissimum me profiteor.

[1] Apud Oudinum l. c., pag. 102, et apud Harlesium in *Addit. ad Græc. Biblioth. Fabricii*, vol. X, pag. 519.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΣΤΡΩΝ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

Εὐλόγησον Πατέρ.

I. Προέδραμεν ἐν τῇ προτέρᾳ κυριακῇ ἡ ἐξήγησις ἡ περὶ τοῦ προδρόμου· ἄγει δὲ νῦν ἡμᾶς ὁ πρόδρομος εἰς τὸν κηρυττόμενον. Εἰ δὲ εὔφρανεν ἡ γέννησις τοῦ προδρόμου, εὐφρανάτω πλέον ἡμᾶς

SANCTI PATRIS NOSTRI

ANTIPATRI EPISCOPI BOSTRENSIS

IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM

SERMO.

Benedic, Pater.

I. Anteacta die dominica interpretatio præcessit, quæ circa præcursorem versatur; nunc vero præcursor ad eum, quem prædicavit, nos adducit. Porro si fausta illuxit præcursoris nativitas, multo magis opus est ut nos nativitas Salvatoris com-

ἡ γέννησις τοῦ κοινοῦ σωτῆρος. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ προέδραμεν μόνον εἰς τὸ κηρῦξαι· οὗτος δὲ ἐλήλυθεν εἰς τὸ σῶσαι. Καὶ διὰ Χριστὸν Ἰωάννης· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ διὰ Ἰωάννην, ἀλλὰ διὰ τὸν πατέρα.

II. Ἔλθωμεν τοίνυν εἰς τὴν ἐξήγησιν τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἀρχάγγελος διακονεῖ, καὶ Ἰωάννου γεννωμένου [1] καὶ τοῦ σωτῆρος συλλαμβανομένου. Ἐκεῖ μὲν οὖν στείρας ὁ ἀνὴρ εὐαγγελίζεται· ἐνταῦθα δὲ παρθένος διδάσκεται. Ἀποστέλλεται γοῦν ὁ ἀρχάγγελος οὐκ ἔτι εἰς ναόν, ὡς ἐπὶ Ἰωάννου, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἔμψυχον ναὸν τὴν παρθένον. Ἐκεῖ Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς εἰσῆλθεν θυμιάσαι, καὶ ἤκουσεν τοὺς εὐώδεις λόγους τοὺς παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔτι ναός, ἀλλὰ ναὸς ἡ παρθένος. Οὐκ

[1] Cod. γεννομένου.

---

munis exhilaret. Ille enim tantummodo præcurrit, ut hunc annuntiaret; hic vero ut salutem afferret, advenit. Et Johannes quidem propter Christum : Christus vero, non propter Johannem, sed propter Patrem.

II. Veniamus itaque ad evangelicorum verborum explanationem. Atque idem sane Archangelus fungitur ministri munere tum in natalitio Johannis, tum in Servatoris conceptione. Illic igitur nuntium viro sterilis uxoris defertur; heic vero res Virgini aperitur. Idcirco Archangelus non jam ad templum, quemadmodum cum de Johanne agebatur, sed ad templum animatum, ad Virginem nempe, mittitur. Ibi Zacharias sacerdos ad thymiama adolendum ingressus est, et ab Archangelo suaves sermones audivit : heic vero non jam templum oculis objicitur, sed templum[a] ipsa est Virgo. Non ad summum illum sacerdotem

[a] Hæc nempe laus est, qua Virginem Deiparam Ecclesia celebrat in solemni Conceptionis officio : *Beata Dei genitrix Maria Virgo, templum Domini :* et mire consonat his Ecclesia Græca, quæ in ejusdem diei sacris hymnis

ἔρχεται ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν ἀρχιερέα· ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν τίκτουσαν τὸν οὐράνιον ἀρχιερέα. Ἐκεῖ ἦλθεν ὁ ἀρχάγγελος ἐν καιρῷ λειτουργίας· ἐνταῦθα οὐκ ἐν καιρῷ λειτουργίας· ἔμελλεν γὰρ ὁ τικτόμενος παύειν τὴν σωματικὴν λατρείαν. Ἐκεῖ ἔρχεται ὁ ἀρχάγγελος πρὸς τὸν πατέρα· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸν μὴ γενόμενον πατέρα Ἰωσήφ, ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν παρθένον τὴν γενομένην ἄνευ πατρὸς μητέρα. Ἐκεῖ ἦν Ἐλισάβετ καὶ Ζαχαρίας· ἐνταῦθα δὲ μόνη Μαρία. Ἦν γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ὡς μνηστὴρ ἀνήρ· εἶχε δὲ τὴν παρθένον παρθένον. Οὐκ ἔρχεται τοίνυν πρὸς αὐτὸν ὁ ἀρχάγγελος· ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν παρθένον.

III. Καὶ τί λέγει αὐτῇ; Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ἐπειδὴ εἶπεν ὁ

Angelus venit, sed ad eam pergit, quæ cœlestem summum sacerdotem generat. Ibi Archangelus venit tempore sacrificii; heic autem non apparet hora sacrificii, quoniam qui nascebatur cultui illi materiali finem impositurus erat. Ibi Archangelus se confert ad genitorem; heic vero non se Josepho sistit, quippe qui nullatenus pater fuit, sed Virginem adit, quæ semoto genitore mater evasit. Ibi locum habuere Elisabet et Zacharias: heic vero sola Maria[a]. Nam utique Josephus ei, utpote sponsus, connubii jure conjunctus erat; verum quam virginem habuit virginem servavit. Hac igitur de causa non eum convenit Archangelus; sed ad Virginem se contulit.

III. Quid porro dicit Virgini? *Ave, gratia plena*[b], quando-

(*Ode* α′) conceptum in Annæ utero divinum templum sic prædicat: *templum divinum ac salutare in utero concipitur ac construitur; in matris visceribus plantatur scala, quæ mortales omnes ad cœlestia reducit; fideliter conceptionem ejus summis laudibus celebremus:* γαστρὶ χωρεῖται καὶ πλάττεται ναὸς ὁ θεϊκὸς καὶ σωτήριος· ἡ πρὸς τὰ ἄνω πάντας βροτοὺς ἐπαναγαγοῦσα· ἧς τὴν σύλληψιν πιστῶς πανηγυρίσωμεν.

[a] Hinc patet, quid sibi velit illa apud Græcos non infrequens Deiparæ laus, qua eam salutant, ut *solam Dei matrem*.

[b] *Luc.* I, 28.

Θεὸς τῇ Εὔᾳ· Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη· λύεται γὰρ ἡ λύπη τῆς Εὔας. Ἡ Εὖα ἐν λύπαις ἔτικτεν· αὕτη τοίνυν ἡ χαρὰ λύει ἐκείνην τὴν λύπην. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ κύριος μετὰ σοῦ. Ἦν γὰρ μετ' αὐτῆς ὁ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτῆς.

IV. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη· οὐ γὰρ ἠσπάσατο γυνὴ γυναῖκα, ἀλλ' οὐράνιος πολίτης τὴν ἐπὶ γῆς προσηγόρευσεν. Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη. Τάχα δὲ καὶ ὡς πρὸς ἀνδρὸς φωνήν· ἀήθης γὰρ ἦν ἡ ἁγία ὡς πρὸς ἀνδρῶν ἀσπασμόν. Μένει τοίνυν πτήξασα τὴν φωνήν, καὶ διελογίζετο ἐν αὐτῇ· ποταπὸς εἴη[1] ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· τί θέλει αὕτη εἶναι ἡ προσηγορία;

[1] Εἴη cum textu S. Lucæ; nam codex habet εἶ.

---

quidem Deus Evæ dixerat [a] : *In doloribus paries filios* [b]. *Ave, gratia plena ;* solvitur enim Evæ dolor. Eva in doloribus pariebat ; hoc igitur gaudium dolorem illum abigit Propterea dixit, (Angelus): *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Erat enim cum ea, qui paulo post ab ipsa oriturus erat.

IV. Illa vero *turbata est in sermone* [c] ; non enim mulier mulierem salutaverat, sed cælestis civis in terris degentem allocutus fuerat. *Ipsa autem in sermone turbata est.* Fortassis porro expavit etiam ad vocem quasi virilem ; quod enim ad virorum salutationes attinet, nullatenus sancta illa his erat assueta. Hæret igitur vocis illius timore perculsa, et intra se cogitat [d], *qualis sit ista salutatio ;* quid nempe sibi vult iste sermo?

[a] *Gen.* III, 16.

[b] Ecce tibi illa nunquam apud Patres non recurrens antithesis Mariam inter ac protoparentem Evam, atque ea quidem sic instituta, ut dum prioris lapsæ posterior nova Eva vices excellentiori modo obit, non solum ab illius vitio ac miseria sit aliena, sed in medelam malis ejusdem cedat.

[c] *Luc.* I, 29.

[d] *Ibid.*

V. Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ ἐν γαστρὶ συλλήψῃ[1]. Τὸ εὗρες χάριν, κοινὸν ἦν· εὗρον γὰρ ἄλλοι πρὸ αὐτῆς χάριν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, συλλήψῃ, οὐκ ἔτι κοινὸν ἦν, ἀλλ' ἰδιάζον εἰς ἐπαγγελίαν· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ παρθένος· ξένον τὸ πρᾶγμα[2]. Εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· δεῖ μὲν γὰρ τοῦ τικτομένου ἀναγκαίως ἐκ παρθένου· σὺ δὲ τῶν ἄλλων παρθένων προτετίμησαι.

VI. Εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσεις[3] τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Ὅτε μὲν οὖν ἐδέξατο τὴν ἀγγελικὴν προσηγορίαν, ἠγωνία[4] καὶ διελογίζετο ἡ παρθένος· ὅτε δὲ ἀκούει τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, οὐκ ἔτι ἀγωνιᾷ πρὸς τὸν λόγον· ἀλλ' ἐπα-

[1] Cod. heic et paulo post, συλλήψει: communem autem sacri textus lectionem sequendam duxi.

[2] Cod. heic et alibi, πράγμα.

[3] Cod. καλλσείς, at in margine corrigitur eadem manu καλέσεις.

[4] Cod. ἠγονία.

V. Porro ad eam Angelus : *Ne*[a] *timeas*, inquit, *Maria; invenisti enim gratiam apud Deum : et ecce in utero concipies.* Illud, *invenisti gratiam*, commune aliis fuit; nam et alii ante eam gratiam invenerunt. Quod vero additur, *concipies*, non jam commune erat, sed prorsus singulare ratione promissionis[b]; et *ecce in utero concipies* virgo : novum sane ac mirabile! *Invenisti gratiam apud Deum;* cum enim prorsus necesse sit ut ex virgine prodeat qui nasciturus est, præ omnibus virginibus tibi hic honor delatus est.

VI. *Invenisti enim gratiam apud Deum, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum.* Virgo itaque cum ab Angelo salutata esset, angebatur animo, et rem secum ipsa perpendebat; ubi vero persentit, quo spectet fausta illa annuntiatio, non amplius adversus sermonem obnititur, verum de re, quæ sibi proponitur,

[a] *Luc.* I, 30.

[b] Prædictum nempe fuerat, Virginem parituram, voce Isaiæ (cap. VII, v. 14) : *Ecce Virgo concipiet et pariet filium.*

πορεῖ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν. Καὶ λέγει πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Οὐκ ἀπιστεῖ πρὸς τὸν λόγον· ἀλλ' ἀπαιτεῖ τὸν τρόπον. Ὁ μὲν οὖν Ζαχαρίας ἠπίστησεν· ἡ δὲ παρθένος οὐκ ἀπιστεῖ. Ἐκεῖνος γοῦν ἔλεγεν· Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; Ἐζήτει γὰρ σημεῖον λαβεῖν, ἵνα πιστεύσῃ. Ἡ δὲ παρθένος ἔλεγεν· Πῶς ἔσται τοῦτο; Ὁ μὲν λόγος ἀξιόπιστος· ὁ δὲ τρόπος ἄπορος· οὐκ οἶδεν ἡ φύσις, ἃ λέγεις· τὸ γὰρ, ἰδοὺ συλλήψῃ, τὸ παρὸν ἐσήμανεν, οὐκ ἄνδρα ἐξεδέχετο. Πῶς ἔσται τοῦτο; Εὖα συνέλαβεν οὐ πρὶν ἡ συνελθεῖν τὸν Ἀδάμ· οὗτος ὁ βαθμὸς τῆς φύσεως· αὕτη ἡ κάθοδος τῆς παιδοποιίας· οὗτος ὁ θεσμὸς τῆς διαδοχῆς. Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

VII. Ἐπειδὴ καλῶς ἠρώτα, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· συγγνώμη σοι ἀπορούσῃ [1]· τῷ μὲν Ζαχαρίᾳ οὐ συγγινώσκει· ἀλλ' ἐπεστόμι-

[1] Cod. ἀπορούσῃ.

---

anceps hæret. Hinc dicit Angelo[a] : *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Fidem dictis non negat; sed de modo inquirit. Incredulum ergo utique se Zacharias præbuit; non autem Virgo pariter incredula exsistit. Idcirco ille scitatus est[b] : *Unde hoc sciam?* Ut enim crederet, signum sibi exhiberi postulabat. Virgo vero inquit : *Quomodo hoc erit?* Nempe, sermo quidem fide dignus est; at modus menti impervius : naturalis intellectus nequaquam assequitur, quæ dicis : nam illud, *ecce concipies*, ad præsentem mei conditionem spectat, neque locum viro præbet. Quomodo hoc erit? Eva non prius concepit, quam cum Adam congrederetur : talis est ordo naturæ; hæc ratio prolis suscipiendæ; hæc lex in propaganda sobole. Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?

VII. Quandoquidem Virgo sapienter interrogabat, Angelus ipsi reponit : quod ambigas, facilis tibi venia; Zachariæ quidem

[a] *Luc.* I, 34.
[b] *Luc.* I, 18.

σεν αὐτὸν κακῶς ἀπιστήσαντα· τῇ δὲ παρθένῳ συγγινώσκει· οὐ γὰρ ἦν ὑπόδειγμα παρθένου. Συγγνώμη σοι ἀπορούσῃ, ἐπειδὴ οὐ γέγονε πρότερον· ἀλλ' ἀπὸ σοῦ καὶ ἕως σοῦ στήσεται τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ δέ σοι λέγω καὶ τὸν τρόπον· μὴ ἐκδέχου ἄνδρα· μὴ ἀνάμενε ἀνδρὸς κοινωνίαν· ἄνευ σαρκὸς ἡ σάρξ· ἄνευ κοινωνίας τὸ τικτόμενον. Τίνα δὴ τρόπον; Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ. Πνευματικῶς ἄκουε περὶ πνεύματος. Ἄνευ σπέρματος, καταβολῇ πνεύματος· βουλήματι γὰρ Θεοῦ συνίσταται τὸ γινόμενον.

VIII. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ. Πῶς ἐπελεύσεται; Οὐκ ὄψει τὸ ἐπερχόμενον· ἐνεργήσει δὲ μὴ φαινόμενον. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ. Ἵνα τί[1] ἐπέρχεται πνεῦμα ἅγιον; Ἐπειδὴ ἁγία μὲν ὑπάρχεις· δεῖ δέ σε γενέσθαι ἁγιωτέραν. Ὅταν γὰρ λάβῃ

[1] Cod. ἵνατί.

---

non parcit (Angelus); verum male fidem abnuenti os obstruxit; at Virgini ignoscit : neque enim virginis (quæ genuisset) exemplum præcesserat. Venia (inquit) tibi, quod addubites, tribuitur; quoniam numquam antea id factum est; immo hoc idem et initium abs te et finem in te habebit. Modum autem ipse tibi promo; ne suspiceris accessurum ad te virum : ne timeas de viri consuetudine : sine carnis opera caro prodibit; sine viri conversatione erit partus. Quo tandem pacto? *Spiritus Sanctus superveniet in te*[a]. Spiritualiter accipe, quæ sunt Spiritus. Sine semine (gignes), descendente (in te) Sancto Spiritu : Dei enim voluntate formatur, quod nascitur.

VIII. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Quomodo superveniet? Dum supervenit, oculis eum non videbis; sed, utcumque invisibilis, operabitur. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Quorsum supervenit Spiritus Sanctus? Quia scilicet sancta quidem es; sed opus est ut adhuc sanctior fias. Nam et cum faber ligna-

[a] *Luc.* I, 35.

ὁ τέκτων ξύλον, ἡ χαλκεὺς σίδηρον, ἔτι αὐτὸ καθαίρει, καὶ ἐπιτηδειότερον πρὸς τὴν τέχνην ἐργάζεται. Καὶ σὺ τοίνυν παρθένος μὲν εἶ· δεῖ δέ σε ἁγιωτέραν γενέσθαι, ἵνα τὸν ἅγιον συλλάβῃς.

IX. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Δύο λέγει· πνεῦμα ἅγιον, καὶ δύναμιν. Τίς ἡ δύναμίς ἐστιν; Χριστὸς Θεοῦ δύναμις. Ἔρχεται τοίνυν τὰ δύο· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁ Χριστὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ τὸ γεννώμενον[1] ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται. Ὅρα μοι[2], πῶς ὅλον ἤκουσεν, πνεῦμα ἅγιον, καὶ δύναμιν ὑψίστου. Ὁ ἄγγελος οὐδὲν ἀφῆκεν, οὐδὲν ἐσιώπησεν. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, περιβαλεῖ καὶ ἐνδύσει[3] σε, καὶ

[1] Cod. γεννόμενον.
[2] Cod. μή.
[3] Cod. ἐνδύση.

---

rius sumit lignum, aut ærarius ferrum, idem etiam expoliunt, et aptius ad opus efficiunt. Et tu igitur es quidem virgo[a]; sed sanctior evadas oportet, ut sanctum illum concipias.

IX. *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*[b]. Duo dicit : Spiritum Sanctum, et virtutem. Quænam ista est virtus? *Dei Virtus est Christus*[c]. Duo igitur adveniunt; nempe et Spiritus Sanctus, et Christus Dei unigenitus. *Quod enim ex te nascitur, Sanctum vocabitur.* Vide, quæso, quomodo totum (illa) percepit, Spiritum Sanctum et Altissimi virtutem. Nihil Angelus omisit, nihil tacuit. *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi,*

[a] Palam est, *Virginem* heic Deiparam appellari nedum propter corporis tantum, sed maxime propter animæ integritatem; secus enim hæc non cohærerent cum sequentibus, *opus est ut sanctior fias.* Asseritur ergo Mariæ illa virginitas, e qua, auctore Chrysostomo, ob Adæ prævaricationem mortalium genus excidit. Vide quæ adnotavimus eadem de re *ad chartam Ugonis De Summo*, part. I, pag. 20.

[b] *Luc.* I, 35

[c] I *Cor.* I, 24.

κύκλῳ σου γενήσεται καὶ περιχαρακώσει σε, καὶ σκέπη σοι ἔσται.

X. Πνεῦμα ἅγιον, δύναμις, ὕψιστος· ἀρίθμησόν μοι τὰ πράγματα, καὶ εὑρίσκεις ὅλα ἠκριβωμένα. Τί γάρ ἐστι ταῦτα; Ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς· ἄγγελος ἐν οὐρανῷ· πνεῦμα ἅγιον, καὶ υἱός, καὶ πατήρ. Ὅτ' ἂν ἀναβῇς εἰς τὴν ἀρχήν, οὐκ ἔτι χωρεῖς ἀνώτερον· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ὕψιστος, οὗ οὐδὲν φαίνεται. Τοίνυν ὡς ἐν τῷ λόγῳ τῷ[1] περὶ γενέσεως τοῦ υἱοῦ, ὅλα συνῆπτε, καὶ ὅλα κεκοινώνηκε, καὶ εἰς ἑνότητα συνῆλθεν. Ἔστιν γὰρ μόνα ταῦτα· ἄγγελος, ἄνθρωπος, πνεῦμα ἅγιον, υἱὸς, καὶ πατήρ· καὶ παρὰ ταῦτα, ἄλλα οὐκ ἔνι. Ἄφες γάρ μοι τὰ ἄλογα ζῶα, ἃ ἔστι διὰ τὸν ἄνθρωπον· λόγου οὐ μετέχει, οὐχ ἁμαρτάνει[2], οὐ κρίνεται, οὐ κατορθοῖ, οὐκ ἐπαινεῖται, ζωὴν αἰώνιον οὐκ ἔχει, ὧδε γίνεται καὶ ὧδε ἀπόλλυται. Ἄνθρωπος δὲ λογικὸν ζῶον, βασιλικώτατον τῶν ζώων, κό-

[1] Cod. τῶ.
[2] Cod. οὐκ ἁμαρτάνει.

---

circumdabit et circumvestiet te, et circumquaque te cinget, ac vallabit te, et tegimen tibi erit.

X. Spiritus Sanctus, Virtus, Altissimus : enumera mihi ejusmodi, et universa reperis accurate recensita. Sane quænam hæc sunt? Homo in terra; in cœlo angelus; Spiritus Sanctus, et Filius, et Pater. Quandoquidem si initium versus ascendas, profecto altius non excurres; ipse enim est Altissimus, qui plane invisibilis est. Igitur cum agitur de Filii generatione, colliguntur omnia, et omnia conveniunt, atque in unitatem concurrunt. Hæc enim tantummodo habentur : angelus, homo, Spiritus Sanctus, Filius, et Pater; et præter hæc, nil inest aliud. Irrationalia enim fac mihi omittas animalia, quæ sunt propter hominem; rationis sunt expertia, non peccant, non subeunt judicium, recta facta non norunt, non habent laudem, vitam non sortiuntur æternam, talia nascuntur, talia moriuntur. Ast homo animal

σμου πολίτης, κύριος τῶν[1] δι' αὐτὸν γενομένων. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτά ἐστι μόνα, ἄνθρωπος, ἄγγελος, πνεῦμα ἅγιον, υἱὸς καὶ πατήρ, ὅρα, πῶς συνῆπται τὰ πράγματα. Ἄνθρωπος ἡ παρθένος, παρθένος παρθένου ἀνακαλουμένη τὸ σφάλμα· ἔχεις ἄνθρωπον τὴν παρθένον· ἄγγελος ὁ Γαβριήλ· πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐπερχόμενον· δύναμις ὑψίστου, ἡ ἐπισκιάζουσα δύναμις. Ὅρα, πῶς τῷ λόγῳ ἐν τῇ γενέσει τοῦ Κυρίου συνῆλθεν τὰ ὄντα. Ἄγγελος κατῆλθε πρὸς τὴν παρθένον· πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάζει· αὐτὸς ὁ ὕψιστος ὁ γεννήσας τὸν μονογενῆ, καὶ οἰκονομήσας, αὐτὸν καὶ ἐκ παρθένου τεχθῆναι, ἵνα ὁ ἐξ ἀρχῆς σφαλεὶς διὰ τῆς Εὔας, αὐτὸς διασωθῇ διὰ τῆς συλλήψεως τῆς παρθένου.

[1] Cod. τόν.

---

est ratione præditum, animantium omnium nobilissimum, mundi civis, dominus eorum, quæ in gratiam ipsius creata sunt. Quoniam igitur hæc sola habentur, homo, angelus, Spiritus Sanctus, Filius, et Pater, vide, quomodo hæc in mysterio conveniunt. Homo (adest) Virgo, virgo nempe lapsum virginis[a] reparans; in Virgine itaque habes hominem; Angelus (adest) Gabriel; Spiritus Sanctus est qui descendit; virtus Altissimi est virtus quæ obumbrat. Vide, quomodo vere in generatione Domini quotquot sunt, concurrant. Angelus ad Virginem descendit: Spiritus Sanctus supervenit; et virtus Altissimi obumbrat[b]; Altissimus ipse est, qui unigenitum filium generavit, et constituit ut e Virgine quoque hic generaretur, quo is, qui ab initio per Evam deceptus fuerat, ipse per conceptum Virginis salvaretur.

[a] Egregie comparatur Virgo Maria cum virgine Eva; utriusque enim virginitas in eo consentit, quod non corporis modo sed animæ innocentiam integritatemque designat, quam dein prima illa omnium mater peccando amisit.

[b] Antipatrum habes iis consentientem, qui Virginis obumbrationem Dei Verbo attribuunt. Vide quæ diximus in not. ad § XLIII Homiliæ S. Sophronii sup. pag. 113.

XI. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν. Καὶ δίδωσι σημεῖον τῇ παρθένῳ σύλληψιν τῆς στείρας. Καὶ οὗτος αὐτῇ μὴν ἕκτος [1]· ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Θεὸς ὁ ἐνεργῶν· μὴ ἀμφίβαλλε.

Εἶπεν δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Δούλη εἰμὶ κυρίου· πίναξ εἰμὶ γραφόμενος· ὃ βούλεται ὁ γραφεύς, γραφέτω· ἕτοιμος ἡ ὕλη· ποιείτω ὃ θέλει ὁ τεχνίτης. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος· ἔλαβε τὰ πιστὰ ῥήματα, καὶ ἀπῆλθεν.

Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ οὐκ εἶπεν ἡ παρθένος· ἄπαγε, περιττὸν ὃ λέγεις· ἐγὼ παρθένος εἰμί· ἄνδρα οὐ γινώσκω· οὐκ ἔχει λόγον, ὃ λέγεις· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν ὁ

[1] Cod. ἕκτος.

XI. Et respondens Angelus dixit illi[a] : *Et ecce Elisabet cognata tua et ipsa concepit filium.* Sterilis nempe conceptum Virgini præbet veluti signum. *Et hic mensis sextus est illi*[b], *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Scilicet, Deus est qui operatur ; ne ambigas.

Dixit autem Maria[c] : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Ancilla Domini sum, tabella sum, in qua scribatur; scriptor quod vult scribat : in promptu est materia ; quod vult, artifex faciat. *Et discessit ab ea* Angelus[d] ; accepit verba consensus, et discessit.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Videlicet non reponit Virgo : apage, vanum est quod dicis ; ego sum virgo ; non cognosco virum ; haud consentaneum est, quod

[a] *Luc.* I, 36.

[b] *Ibid.* Verba tamen sacri textus sic, paulo aliter ac Antipater scribat, leguntur : καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ : in sequenti autem versiculo 37 omittit Antipater articulum τῷ qui in sacro textu præmittitur voci Θεῷ.

[c] *Luc.* I, 38.

[d] *Ibid.*

ἄγγελος· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ· ἡ πνευματικὴ πνευματικῶς ἀκούσασα καὶ ἡ ἁγία τοῖς ἁγίοις ῥήμασιν ἁγίως πιστεύσασα, ἔμεινε τὴν πίστιν τηροῦσα, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐκδεχομένη. Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτῆς.

XII. Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς πρὸς τὴν συγγενῆ. Καὶ ἦλθεν Μαριὰμ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Ἐχρῆν γὰρ ἐλθεῖν τὴν Ἐλισάβετ πρὸς τὴν Μαριάμ· καὶ αὕτη ἦν τῆς ἀκολουθίας ἡ τάξις μᾶλλον, ὥστε τὴν μητέρα τοῦ προδρόμου ἐλθεῖν πρὸς τὴν μητέρα τοῦ δεσπότου. Ἀνίσταται δὲ Μαριὰμ, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἡ τὸν κύριον τίκτουσα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ δούλου.

XIII. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν

---

loqueris; sed postquam Angelus dixit : *Spiritus Sanctus superveniet in te*, spiritualis spiritualiter audiens, et sancta sanctis verbis sancte credens, constans in fide perstitit, ac promissiones excepit. Discessit igitur Angelus ab ea.

XII. *Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione*[a] ad cognatam. Maria nempe venit ad Elisabet, quemadmodum et Christus venit ad homines. Nam decebat ut Elisabet veniret ad Mariam; et magis congruus hic erat ordo, ut mater præcursoris se conferret ad matrem Domini. Sed Maria exsurgit, et venit ad Elisabet, mater Domini ad matrem servi.

XIII. *Et intravit in domum Zachariæ*[b]. Postquam enim An-

[a] *Luc.* I, 39. Adeo constans est lectio ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ut neque *de Matthæi* neque *Schulz* ullam variantis lectionis suspicionem injiciant. Petrus tamen Sabatier innuerat, unum quempiam codicem mss. haberi, ubi legitur ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις : huic lectioni suffragatur et hic locus Antipatri; atque adeo conjicere possumus, non gratis in Vulgata latina legi, *in diebus illis.*

[b] *Luc.* I, 40.

αὐτῇ ὁ ἄγγελος· Ἰδοὺ ἡ συγγενής[1] σου συνείληφεν, εἰσῆλθεν αὐτῇ συγχαρῆναι, ἐπειδὴ παρὰ προσδοκίαν συνείληφεν. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἤκουσεν ἀσπασαμένης Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, παρέπεμψε διὰ τῶν ὤτων πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ἡ διάνοια πρὸς τὸν πρόδρομον· καὶ ἤκουσεν ὁ πρόδρομος πρὶν ὦτα λαβεῖν· ἤκουσεν οὐ τῇ κατασκευῇ τῆς διανοίας, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματος. Καὶ σκιρτᾷ ὁ πρόδρομος εἰς ἔμφασιν χαρᾶς, καὶ δήλωσιν προφητείας· καὶ σκιρτᾷ τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ. Καὶ ἐνόησεν ἡ Ἐλισάβετ τὸ πρᾶγμα· οὐκ ἐνόησε δὲ λογισμῷ ἀνθρωπίνῳ· ἀλλὰ κατέλαβεν πνεύματι ἁγίῳ τὸ γινόμενον.

XIV. Καὶ ἀνεβόησεν κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη

[1] Cod. συγγενῆ.

---

gelus ei dixit : *Ecce cognata tua concepit*, eam adivit, ut ipsi congauderet, quod præter spem concepisset. *Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabet. Et factum est, ut audivit salutantem Mariam Elisabet*[a], (salutationis vocem) per aures transmisit ad mentem, mens vero (transmisit) ad Præcursorem; et Præcursor, antequam aures acciperet, audivit; audivit (inquam), non mentis facultate ad hoc jam parata, sed Spiritus (Sancti) virtute. Et Præcursor ad significandum gaudium, et ad indicandum suum prophetæ munus, exsultat; exsultat scilicet in utero Elisabet. Elisabet autem rem advertit; non tamen humana advertit intelligentia, sed Sancto Spiritu (revelante), quid fieret percepit.

XIV. *Et exclamavit voce magna et dixit : Benedicta tu in mulieribus*[b]. Quid me tu salutans prævertis? Quid prior tu me

[a] *Luc.* I, 41 : at paulo aliter sacri textus verba habent : Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας : *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabet.*

[b] *Luc.* I, 42. Sacer textus : Καὶ ἀνεφώνησεν φωνῇ μεγάλῃ, κ. τ. λ.

σὺ ἐν γυναιξίν. Τί με σὺ προασπάζῃ; Τί με σὺ πρώτη προσαγορεύεις; Μὴ γὰρ ἐγώ εἰμι ἡ τὸν σωτῆρα τίκτουσα; Ἐμὲ ἐχρῆν ἐλθεῖν πρὸς σέ· σὺ ἦλθες πρός μέ; σύ με ἠσπάσω προλαβοῦσα; Σὺ δὲ εἶ εὐλογημένη ἐν γυναιξί· μονογενῶς εὐλόγησαι μονογενῆ τίκτουσα. Παρθένος μόνη σὺ τίκτεις· οὐ συνείληφεν ἄλλη [1] πρὸ σοῦ, οὐ συλλήψεται μετὰ σὲ παρθένος ἐν γυναιξίν· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ γένει τῶν γυναικῶν μόνη οὕτως εὐλογημένη τυγχάνεις. Καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· οὐχ ὁ καρπὸς τοῦ μὴ ἀνδρός σου· οὐ γὰρ ἐξ ἀνδρὸς τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ τῆς κοιλίας σου.

XV. Ὅρα τὴν μητέρα τοῦ Ἰωάννου, ὁποῖα φθέγγεται, πνεύματος ἁγίου πληρωθεῖσα. Καὶ πόθεν μοι, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρὸς μέ; Παρθένον ὁρᾷ, καὶ μητέρα καλεῖ, φθάνουσα προφητικῶς τῷ λόγῳ τὴν ἔκβασιν· καὶ ἡ μηδέπω μήτηρ καλουμένη, καίτοι πάλαι συνειληφυῖα, μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον.

[1] Cod. ἀλλ' ἡ.

---

compellas? Numquid ego sum, quæ Salvatorem pario? Me oportebat ad te venire; et tu ad me venisti? Tu me salutando præoccupasti? Sed benedicta tu es in mulieribus : instar unigenitæ benedicta fuisti, quæ paris unigenitum. Tu sola parturis virgo; non alia ante concepit, non concipiet post te alia inter feminas virgo; tu sola in universo muliebri sexu ratione ista es benedicta. *Et benedictus fructus ventris tui* : non fructus sane illius, qui ne vir quidem est tibi; non enim ex viro est, quod nascitur, sed ex utero tuo.

XV. Inspice matrem Johannis, quænam, postquam Spiritu Sancto impleta est, loquatur[a] : *Et unde mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Virginem videt, et matrem appellat, exitum scilicet per spiritum prophetiæ sermone prævertens; et quæ nondum mater, utut jamdiu concepisset, appellabatur, matrem

[a] *Luc.* I, 43.

Καὶ γέγονεν ἡ στείρα τῆς παρθένου πρόδρομος, ὡς τοῦ σωτῆρος Ἰωάννης.

Ἡ δὲ Μαρία πανταχόθεν εὐηγγελίζετο. Ἀγγέλου μὲν ἀνήκοος γενομένη, τῆς δὲ συγγενοῦς τὰ παραπλήσια διαλεγομένης, προστιθείσης τὸ, Μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου, βεβαιοτέρα πρὸς τὴν πίστιν ἐγένετο, ὧν ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου, μακαριζομένη ἐὰν πιστεύσῃ, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενοῦς παραπλήσια προφητευούσης ἐπὶ τούτοις, θεοτόκος ἔσεσθαι.

XVI. Πανταχόθεν ἡ παρθένος εὐαγγελισθεῖσα, οὐκ ἔτι μὲν ἀμφιβάλλει· ἀλλὰ τὸν ἑκατέρωθεν ῥηθέντα αὐτῇ λόγον τῶν συμβησομένων, παρ' ἀγγέλου τε καὶ τῆς Ἐλισάβετ, δεξαμένη, ἐνδέχεται τὴν ἔκβασιν. Καὶ σιωπᾷν οὐκ ἀνέχεται· ἀλλ' ἤδη τὸ γεῦμα καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἐπελθόντος αὐτῇ ἁγίου πνεύματος δίδωσι, δι' ὧν φθέγγεται. Τοῦ γὰρ ἀγγέλου φήσαντος, καὶ σαφῶς ἐπαγ-

---

eam dicit, quæ adhuc erat virgo. Hinc sterilis facta est Virginis præcursor, quemadmodum Salvatoris Johannes.

Mariæ autem felicia omni ex parte denuntiabantur. Etsi Angeli vocem tunc non audiret, at quum cognata, consimilia eloquens, et illud adjecisset[a], *beata, quæ credidisti; quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino*, magis ad ea credenda confirmabatur, quæ ab Archangelo audierat, beata prædicata, si et Angelo prius significante et cognata paria per prophetiam portendente, propterea crederet, se Dei genitricem futuram.

XVI. Boni ominis verbis Maria undique confirmata, non amplius profecto fluctuat animo; sed iis, quæ sibi ab utrisque, ab Angelo nempe et Elisabet, de futuris dicta fuerant, plane confisa, eventum exspectat. Sed nec cohibere linguam potest; verum per voces, in quas erumpit, specimen ac primitias Sancti Spiritus, qui in eam supervenerat, jam præbet. Cum enim An-

[a] *Luc.* I, 45.

γειλαμένου, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπ' αὐτήν· ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν τῆς συγγενοῦς λόγων, πλήττεται καὶ αὐτὴ[1] τὸν νοῦν, καὶ κινεῖται παραπλησίως ἐκείνῃ τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἵνα καὶ ὁ ἄγγελος ἀληθεύσῃ, ὀξέως τοῦ λόγου εἰς ἔργον μεταβαίνοντος, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀρξαμένου ἐπιέναι τῇ Μαρίᾳ.

XVII. Ὅτε δὲ καθ' ἕνα καιρὸν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐν δυσὶ γυναιξὶν ἐνεργοῦν ἐφαίνετο, ἐν στείρᾳ τε καὶ παρθένῳ, τῆς μὲν στείρας προλαβούσης, ἐπεὶ καὶ πρόδρομον συνειλήφει, καὶ μακαριζούσης τὴν θεοτόκον, τῆς δὲ παρθένου ἐπακολουθούσης, ἐπειδὴ τὸν κηρυττόμενον συνελάμβανεν· καὶ εἷς τεχνίτης τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δύο λύρας ἀνεκίνει, δύο ψυχὰς ἁγίων γυναικῶν· ἡ μὲν γὰρ Ἐλισάβετ ἐμακάριζεν· ἡ δὲ Μαρία τί φησιν; Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.

[1] Cod. αὐτῇ.

---

gelus dixisset, atque aperte denuntiasset[a], Spiritum Sanctum superventurum in ipsam; postquam eumdem sanctum Spiritum per cognatæ sermones (loquentem) audivit, percellitur et ipsa, et eodem pariter, ac illa, spiritu agitur, ut pollicitatione statim in opus deducta, Sancto nempe Spiritu Mariæ illabi incipiente, etiam Angelus verax appareret.

XVII. Quum autem eodem tempore eodemque loco in duabus mulieribus operari cerneretur (Spiritus), et in sterili scilicet et in virgine, sterili quidem, postquam Præcursorem conceperat, præeunte, et beatam prædicante Deiparam, virgine vero, postquam prænuntiatum conceperat, sequente, et unus artifex, Spiritus Sanctus, duas animas sanctarum mulierum, ceu duas lyras pulsaret; Elisabet quidem beatam (Mariam) prædicabat; Maria vero quid effatur[b]? *Magnificat anima mea Dominum.*

[a] *Luc.* I.
[b] *Luc.* I, 47.

XVIII. Καὶ πρῶτον δείκνυσιν ὅτι πιστεύει τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ διὰ τὸ, Μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ παρὰ κυρίου, φάσκουσα· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Ἔπειτα οὐκ ἀντιδίδωσι μακαρισμὸν, ἵνα μὴ ἴσα γένηται τὰ πράγματα, πλεῖστον ὅσον διεστηκότα[1]· ποίαν γὰρ ἔχει σύγκρισιν δοῦλος πρὸς τὸν δεσπότην, ἢ στρατιωτικὸν πρόσωπον πρὸς βασιλέως ἀξίωμα; Ὅθεν μακαρίζεται μὲν, ἀναπέμπει δὲ εἰς τὸν κύριον τὴν δοξολογίαν, φάσκουσα· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Ἐπειδὴ γὰρ παρθένος οὖσα ἐν γαστρὶ σωματικῶς παρὰ τὴν κοινὴν συνελάμβανεν φύσιν, σωματικῶς μέντοι, ὡς ἐν σώματι, πνευματικῶς δὲ, ὅτι ἄνευ κοινωνίας· ὅμως δὲ ἐπειδὴ[2] ἐν σώματι ἐγένετο τὸ παραδόξως οἰκονομούμενον, φησίν· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. Κἂν γὰρ ἐν τῷ ἐμῷ σώματι θαυμαστὰ ἐπαγγειλάμενος

[1] Cod. διεστικῶτα.

[2] Vox ἐπειδή in margine eadem manu adscripta huic loco inserenda visa est.

XVIII. Ac primo quidem dum dicit : *Magnificat anima mea Dominum*, ostendit se fidem iis habere, quæ dicta sibi fuerant per illud[a] : *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi a Domino*. Deinde non beatam vicissim prædicat Elisabet, ne exæquari ea viderentur, quæ mirum quantum invicem differant. Quam enim comparationem servus ad Dominum, seu persona militis ad regiam majestatem habet? Quocirca beatæ quidem ipsa prædicationem habet, sed laudis gloriam in Dominum refert, dicens : *Magnificat anima mea Dominum*. Quandoquidem enim præter communem naturæ ordinem in utero, virgo exsistens, corporaliter conceperat, corporaliter inquam, quippe in corpore, sed spiritualiter, quia sine viri communione; attamen quoniam in corpore completa fuerat admiranda illa dispensatio, ipsa dicit : *Magnificat anima mea Dominum*. Etsi enim, inquit, utique in substantia hac mea corporea Deus se

[a] *Luc.* I, 45.

Θεὸς ἐνεργήσῃ, ἀλλά γέ μου, φησὶν, ἡ ψυχὴ, οὐκ ἔστιν ἄκαρπος πρὸς τὸν κύριον. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα καρπὸν μέγιστον κατὰ τὸν σὸν, φησὶν, Ἐλισάβετ, λόγον προσοίσει· σὺ γάρ μοι ἔλεγες· Μακάριος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ καρπὸς οὐ τῆς ἐμῆς προαιρέσεως κατόρθωμα, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ θαυματουργοῦντος ἐν ἐμοὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν. Χρὴ δέ με καὶ προαιρέσεως καρπὸν προσενεγκεῖν· ἵνα μὴ μόνον τὸ σῶμά μου καρποφορήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου τὸν προαιρετικὸν καρπὸν τῷ ἐν ἐμοὶ θαυματουργοῦντι Θεῷ προσαγάγῃ· καί φησι· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον· οὐ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου. Ὅσον γὰρ ὑπηρετοῦμαι μεγάλῳ θαύματι καὶ κατορθώματι, τοσοῦτον ὀφείλω πρώτη δοξάζειν τὸν ἐν ἐμοὶ παράδοξα ἐνεργοῦντα.

XIX. Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου· σωτήρ μου γάρ ἐστιν ὁ Θεός. Τὸ ἐμὸν πνεῦμα· διττῶς ὀνο-

---

admiranda effecturum significaverit, ac porro effecerit, at certe coram Domino neque anima mea est fructus expers. Et sane maximum quidem fructum, prout ipsa inquiebas, o Elisabet, corpus præbebit; tu enim mihi dixisti: *Benedictus fructus ventris tui;* verumtamen ejusmodi fructus censeri haud potest in voluntatis meæ recte factis, sed opus est Dei quæ sunt supra naturam in me mirabiliter efficientis. Par est autem, ut etiam voluntatis fructum proferam; adeo ut non modo corpus meum fructificet, sed et anima mea Deo in me mirabilia operanti fructum liberæ voluntatis offerat; ideo inquit: *Magnificat anima mea Dominum;* scilicet non modo corpus, sed etiam anima mea. Quantum enim deservire et ingenti miraculo et recte factis mihi contingit, tantundem glorificare eum, qui operatur in me portenta, ante omnia debeo.

XIX. *Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo*[a]; meus enim Salvator Deus est. *Spiritus meus*, duplici scilicet

[a] *Luc.* I, 47.

μάζουσα τὴν ἑαυτῆς ψυχήν. Ἠγαλλίασεν, φησὶ, τὸ πνεῦμά μου· ἐπειδήπερ τοιούτων καταξιοῦμαι. Ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, ὅ ἐστιν, ὁ Θεὸς σωτῆρα ἐξ ἐμοῦ τῷ κόσμῳ χαριζόμενος.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ [1]. Τίς γάρ εἰμι ἐγὼ πρὸς τοσοῦτον ἔργον; Αὐτὸς ἐπέβλεψεν· οὐκ ἐγὼ προσεδόκησα· ταπεινὴ γὰρ ἦμην, ἀπερρίμμένη [2], οὐδὲν ἕτερον ἀπεκδεχομένη, ἢ ἀνδρὸς παρουσίαν· ἀντὶ ἀνδρὸς ἐπέρχεται πνεῦμα ἅγιον· ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταβαίνω, καὶ εἰς ἄῤῥητον οἰκονομίαν ἔλκομαι· διὰ τοῦτο, ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ [3].

XX. Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. Καὶ ἑαυτὴν μακαρίζει· οὐκ ἐκ γλώττης λαλοῦσα, ἀλλὰ τὸ γεῦμα

[1] Cod. αὐτοῦ.

[2] Cod. ἀπερῤῥιμμένη : et Trommius quidem (ad v. ἀπορῥίπτω) vocem ἀπέῤῥιμαι, quasi in Psalmo XXX, v. 23 legatur, indicat; at neque in editis neque in variantibus codicum mss. lectionibus invenire id mihi licuit.

[3] Cod. αὐτοῦ.

---

nomine designat suam ipsius animam. *Exsultavit*, inquit, *spiritus meus;* quoniam tam amplis donis digna habeor. *In Deo salutari meo*, hoc est, Deus mundo Salvatorem ex me largitur.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ [a]. Quid enim sum ego, si cum tanto opere conferor? Ipse respexit; ego ne suspicata quidem id sum; nam abjecta ego eram et contempta, nec aliud quidpiam cogitare poteram præterquam virum advenisse; at pro viro supervenit Spiritus Sanctus : e terra in cœlum transeo, et ad ministrandum ineffabili dispensationi adsciscor. Propterea, *respexit humilitatem ancillæ suæ.*

XX. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* [b]. Et se ipsa beatam prædicat; non quasi ex ore proprio loquens,

[a] *Luc.* I, 48.

[b] *Luc.* I, 48.

τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἐπελθόντος αὐτῇ, παρεχομένη[1], καὶ προφητεύουσά φησιν· Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαὶ, οὐ σὺ δὴ μόνη. Ποία γὰρ γενεὰ ἐξ ἐκείνου τὴν Μαριὰμ οὐ μακαρίζει[2], τὴν ἀπειρόγαμον κατ' ἄνδρα, θεοφόρον δὲ κατὰ πνεῦμα; Καὶ προέλαβεν μὲν ὁ λόγος τῆς προφητείας· ἠλήθευσεν δὲ ἡ ἔκβασις πρὸς τὸν λόγον.

XXI. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός. Πῶς γὰρ οὐ μεγαλεῖα; Ὅτι παρθένος οὖσα συλλαμβάνω, ὑπερβᾶσα βουλήματι Θεοῦ τὴν φύσιν, καὶ καταξιουμένη ἄνευ ἀνδρὸς οὐχ ἁπλῶς εἶναι μήτηρ, ἀλλὰ καὶ τοῦ μόνου σωτῆρος εἶναι μήτηρ.

Λέγει, ὁ δυνατός· ἐπειδήπερ ἀπιστήσειεν ἄν τις πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς συλλήψεως. Εἰ γὰρ παρθένος οὖσα συλλάβῃ, φησὶν, ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός· τῷ ὀνόματι τοῦ δυνατοῦ τὴν

[1] Cod. παρεχομένη.
[2] Cod. μακαρήζει, et alia manu supra lineam μακαρίζει.

---

sed ad specimen Spiritus Sancti, qui in eam supervenerat, verba facit ac vaticinatur, inquiens : *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, nedum profecto tu sola. Et sane quænam ex tunc generatio non beatam appellat Mariam, nuptiarum nesciam, quod ad virum spectat, sed Deo fœtam ex Sancto Spiritu? Præcessit scilicet sermo propheticus; exitus vero sermonem veracem comprobavit.

XXI. *Quia fecit mihi magna qui potens est*[a]. Quomodo enim non (fecit) magna? Quandoquidem voluntate Dei ordinem naturæ transcendens, virgo exsistens fœtum gero, et digna habeor, quæ sine viro non solum sim mater, sed insuper mater ejus sim, qui solus est Salvator.

Dicit, *qui potens est;* quandoquidem fidem abnuere de vera conceptus ratione quis posset. Et merito sane, si concepit virgo perseverans, *fecit*, inquit, *mihi magna qui potens est*, potentis

[a] *Luc.* I, 49.

ἀπιστίαν παρὰ φύσιν ἐκβάλλουσα· ἵνα τις τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναπέμψῃ τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὴ κατὰ φύσιν ἐξετάζων ἐκπέσῃ τῆς ἀληθοῦς συγκαταθέσεως τῶν ἀληθῶς γεγενημένων.

Καὶ ἐπάγει· Καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔρχεται ὁ μονογενὴς αὐτοῦ εἰς γυναῖκα, ἤδη παρὰ τοῦτο μιαίνεται. Ἅγιον γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐπειδὴ κἀγὼ παρθένος ἁγία. Οὐδὲν παρα-

---

nempe nomine incredulitatem removens, quæ ex re ordinem naturæ prætergrediente oritur, adeo ut ad potentiam (Dei) efficientis referre quis opus debeat; qui vero subtiliter perscrutari id velit, quod non est secundum naturæ leges, a veraci eorum, quæ vere facta sunt, fide excidat.

Addit porro, *et sanctum nomen ejus*. Non enim quod unigenitus ejus ad mulierem diverterit, propterea jam polluitur. Sanctum enim est nomen ejus, quoniam et ego virgo sancta".

" Jam superius (in not. ad § VIII, p. 459) advertimus, *Virginem* heic ab Antipatro dici Deiparam non propter corporis modo, verum etiam propter animæ numquam temeratam integritatem. Iis vero mire congruit et ista sententia, *sanctum* nempe *fore nascituri nomen*, quoniam genitrix *sancta virgo* erat. Id enim non ex sola virginei corporis integritate repetendum esse tum res ipsa clamat, tum citato loco edixerat Antipater, affirmans ad idoneam mysterio efficiendam Virginem, uberiori adhuc opus fuisse Sancti Spiritus sanctificatione. Rursus autem, si non *a Virgine* solum, sed a Virgine *sancta* proficisci debuit, ut *sanctum* vocaretur quod nasciturum erat, palam est, non intelligi id posse de sanctitate quæ Virgini tunc solum inesset quando Dei Verbum concepit, adeo ut satis fuerit, si a peccato, quo sanctitati nihil est infensius, tunc emundata jam fuerit, utut prope ad eam usque horam peccatrix exstiterit. Ecquid enim singulare hæc sanctitas præferret, ut ex ea *sancti* nomen in prolem redundaret? Atqui hoc, quod nemo diffitebitur, admisso, facile patet, haud sane immutari rei naturam, atque adeo nullatenus argumentationis hujus vim ex eo deperire, quod plus minusve temporis intercessisse quispiam fingat peccatum ac peccatricis conditionem inter et Dei Verbi conceptionem; ac propterea illud unum superesse, ut beata Dei genitrix quemadmodum corpore, ita etiam anima et *semper* et *tota* et *perfecte* integra et *sancta Virgo* affirmetur.

χραίνεται οὔτε ὁ συλλαμβανόμενος σωτὴρ ἐν ἐμοὶ τῇ παρθένῳ πλάττων[1] τὸ ἴδιον σῶμα. Ἅγιος γὰρ ἁγίως φορεῖ τὸ ἴδιον πλάσμα. Διὰ τοῦτο καὶ πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· ἵνα ἁγία γενομένη ἡ σύλληψις ἅγιον παρασκευάσει καὶ τὸν τόκον γενέσθαι. Ἅγιον τοίνυν τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

[1] Cod. πλάττον, sed in margine alia manu πλάττων.

Nihil contaminatur neque dum concipitur Salvator, suum in me virgine corpus plasmans. Sanctus enim sancte induit opus ipse suum[a]. Idcirco etiam Spiritus Sanctus supervenit, quo sancta exsistens conceptio, ut partus quoque sanctus sequatur, efficiat. Sanctum igitur nomen ejus[b].

[a] Nolim sententiæ hujus vim prætereas. Affirmaverat Antipater, Dei Verbum nascendo ex muliere contaminatum non fuisse, quia hæc *Virgo sancta* erat; quod vero contaminatus non sit ex *assumpta humanitate*, ex eo evincit, quod Dei Verbum *opus ipse suum induit*. Atqui (quod in Commentario commodius persequemur) posterius hoc ipsissimum est argumentum, quo sæpius utuntur Patres, ut statuant, ex muliere matre Dei Verbum non fuisse inquinatum, quia nempe opus ipse suum, quodque suis formaverat manibus, inhabitavit : adeo ut, dispari quidem de causa, communis tamen sanctitatis prærogativa utriusque, genitricis scilicet et geniti, plasmationem exornaverit. Satis sit nunc verba attulisse Auctoris *Tractatus adversus quinque Hæreses* (in Append. tom. VIII Opp. S. Augustini, cap. V), qui furentibus in Africa arianis floruit : *Ego matrem, de qua nascerer, feci : ego viam meo itineri præparavi, atque mundavi. Hanc quam despicis, Manichæe, mater mea est, sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerem, potui inquinari cum ex ea nascerer.*

[b] Inspice heic demum, unde, auctore Antipatro, exsurgat illud, *Et sanctum nomen ejus :* videlicet quia *sancta* est *Virgo;* qui *sanctus* (Verbum) *sancte* induit *sanctum opus suum;* quia supervenit *Spiritus Sanctus sanctam conceptionem* juxta ac *partum sanctum* parans : inde *sanctum nomen ejus*. At vero quisnam vel cæcus non videat sanctitatem Virginis nullo prorsus pacto reliquis omnibus respondere posse, ac proinde ab eorum censu heic excludendam, utpote omnino disparis ac plane deterioris conditionis, fuisse, si omnimoda illa ab omni nævo puritas, quæ in reliquis relucet, adeo ab ipsa abfuisset, ut nedum levi quadam labecula, sed fœdissima labe olim deturpata fuisset?

XXII. Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν. Κἀγὼ συλλαμβάνω, καὶ αὐτὸς σῶμα φορεῖ· καὶ εἰς κόσμον ἔρχεται, καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἀναστρέφεται, καὶ κάτω πολιτεύεται, καὶ πάντα οἰκονομεῖ· ἵνα ἐλεηθῶσιν οἱ ἀνάξιοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν τυγχάνοντες. Τοῖς μέντοι φοβουμένοις αὐτόν. Οὐ γὰρ οἱ πάντη ἀνάξιοι ἐλεοῦνται· ἀλλ' οἱ διὰ μετανοίας πρὸς φόβον μετατρεπόμενοι.

XXIII. Ἐποίησεν οὖν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ[1]· αὐτοῦ γὰρ ἡ χεὶρ, οὐκ ἀνθρώπου τὸ ἔργον. Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους. Εἰ γὰρ ἀλαζονείᾳ χρώμενος, οὐκ οἴεται δεῖσθαι μετανοίας, οὗτος διασκορπίζεται. Αἰνιττομένη[2] τῶν Ἰουδαίων τὸν λαὸν τὸν διασκορπισθησόμενον δι' ὑπερηφανίαν τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος. Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Αὐτὸς γάρ τις ἑαυτῷ ἕκα-

[1] Cod. αὐτεῦ.
[2] Scilicet Μαρία.

XXII. *Et misericordia ejus a progenie in progenies*[a]. Et ego concipio, et ipse corpus assumit; et venit in mundum, et cum hominibus conversatur, et terrestrem vitam agit, et omnia disponit, ut qui indigni erant propter multitudinem peccatorum, misericordiam consequantur. Verumtamen *timentibus eum*. Non enim participes sunt miserationum, qui penitus iis indignos se exhibent; sed qui per pœnitentiam ad timorem flectuntur.

XXIII. *Fecit igitur potentiam in brachio suo*[b]; illius enim manus, non opus est hominis. *Dispersit superbos*. Nam si quis superbia tumens, haud putat se pœnitentia indigere, hic disperditur. Subindicat autem Judæorum populum, qui propter superbiam, qua Salvatori restitit, disperdendus erat. *Dispersit superbos mente cordis sui*. Unusquisque enim per se pro mentis

[a] *Luc.* I, 50.
[b] *Luc.* I, 51.

στος, ἐφ' οἷς διανοεῖται, ἑαυτὸν σκορπίζει, ἀνάξιος τῆς τοῦ Ἰησοῦ κλήσεως γενόμενος.

XXIV. Καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Μεγάλα γὰρ ἐφρόνουν Φαρισαῖοι καὶ γραμματεῖς, τὰς πρωτοκαθεδρίας μετιόντες· ὧν[1] καθῃρέθησαν διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀντιλογίαν.

Καὶ ὕψωσεν ταπεινοὺς τοὺς ἀπεσκορπισμένους, ἐπειδὴ τῷ οὐρανόθεν καὶ ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἐλθόντι πεπιστεύκασιν. Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Ἐλίμωττε γὰρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πλὴν Ἰουδαίων. Καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς. Ἰουδαίους δηλαδή, πεπλουτηκότας τῇ νομοθεσίᾳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων προφητῶν. Οἵτινες ὑπηρηφανίᾳ ὑπερμαχήσαντες, καὶ λίαν τῷ ἀξιώματι ἐπαρθέντες, διὰ τὸ μὴ ταπεινῶς προσελθεῖν τῷ ἐνανθρωπί-

[1] Cod. ὧν.

---

suæ sensu semet ipse disperdit, et indignum se præstat, quem Jesus vocet.

XXIV. *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*[a]. Magnos enim spiritus gerebant pharisæi ac scribæ, et primas cathedras ambiebant[b]; e quibus, propterea quod Jesu contradixerunt, deturbati sunt.

Et exaltavit humiles dispersos, quoniam ipsum e cœlo et ab alto venisse crediderunt. *Esurientes implevit bonis*[c]. Universum enim hominum genus, Judæis exceptis, fame laborabat. *Et divites dimisit inanes;* Judæos videlicet, qui et accepta lege et sanctorum prophetarum doctrinis ditati fuerant. Qui quidem quoniam, pro eorum superbia acriter contendentes, suaque dignitate valde elati, ad Salvatorem humano habitu inter eos versantem accedere humiliter animum non induxerunt, vacui

[a] *Luc.* I, 52.
[b] *Matth.* XXIII, 6, et *Luc.* XI, 43.
[c] *Luc.* I, 53.

σαντι, ἐξαπεστάλησαν κενοί, μηδὲν[1] ἐπιφερόμενοι, μήτε πίστιν, μήτε γνῶσιν, μήτε ἐλπίδα ἀγαθῶν· ἀλλ' ἐκπεπτώκασι καὶ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλήμ, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

XXV. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ· οὐκ ὀνοματίζει, τὸν ἀληθινὸν σημαίνει· οὐ τοὺς ὀνόματι σεμνυνομένους, ἀλλὰ τοὺς τὴν πίστιν διατετηρηκότας τῆς προσηγορίας. Μνησθῆναι ἐλέους, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακώβ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

Τελειοῖ τὴν προφητείαν, οὐ μόνον τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν προφητῶν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ μέλλοντος ἐξ αὐτῆς γεννᾶσθαι, τοῦ κοινοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐκ οὖν εὐτελέστερα μὲν ἡ Μαρία προφητεύει, τῇ τελειοτάτῃ οἰκονομίᾳ διακονουμένη· καὶ ἀγάλλεται αὐτῆς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ κυρίῳ. Εὐφραινέσθω δὲ καὶ ἡ ἐκκλησία ἐπὶ τῷ νυμφίῳ καὶ σωτῆρι. Εἰ γὰρ ἐκείνη εὐφραίνετο καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ ἔργου, πῶς οὐ μᾶλλον χρὴ τὴν

[1] Cod. μὴ δὲν.

---

dimissi sunt, nihil secum afferentes, neque fidem, neque cognitionem, neque spem bonorum; sed a terrestri Hierusalem juxta et a futura vita exciderunt.

XXV. *Suscepit Israel puerum suum*[a]; non ad nomen (Israelis) spectat, sed verum (Israelem) designat, scilicet non eos qui nomine gloriantur, sed qui nominis fidem servaverint. *Recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et Isaac et Jacob, et semini ejus in sæcula*[b].

Vaticinium non suum dumtaxat, sed et prophetarum absolvit pollicitatione Dei, qui ex ipsa nasciturus erat communis Salvator Jesus Christus. Non humiliora itaque vaticinatur Maria, dum perfectissimæ dispensationi ministrat; et exsultat spiritus ejus in Domino. Exsultet et Ecclesia in sponso ac salvatore. Si enim lætatur illa vel ante operis exitum, quî non magis congruit ut

[a] *Luc.* I, 54.
[b] *Luc.* I, 55.

ἐκκλησίαν νυμφευθεῖσαν, καὶ ἤδη τὰ σπέρματα τοῦ ἁγίου νυμφίου δεξαμένη, τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀγγελικῶν λόγων, πλέον μὲν εὐφραίνεσθαι, ἀδιαλείπτως δὲ ἀγαλλιᾶσθαι, εὐχαριστεῖν δὲ ὑπερβαλόντως, εὐδοκιμεῖν δὲ ἀρεσκόντως ἐν ἔργοις ἀρετῆς τῷ παραγενομένῳ σωτῆρι Χριστῷ; Ὧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ecclesia jam desponsata et per angelici sermonis doctrinam sancti sponsi semine jam fœcundata, multo magis gaudeat, et gaudeat indesinenter, et mirificas gratias agat, et virtutis operibus placere studeat Christo, qui factus est ei Salvator? Cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

DE JACOBI MONACHI

ORATIONEM

IN VISITATIONEM DEIPARÆ

MONITUM.

Titulum homiliæ apposui *in Visitationem Deiparæ;* quippe in hoc mysterio explicando pars ejusdem potior ac nobilior versatur. Reipsa tamen latius oratio excurrit, atque ea S. Virginis gesta, partim Visitationem ipsam præcedentia partim subsequentia, persequitur, quæ in *Protevangelio Jacobi* leguntur. Ejusmodi est, quod antequam ad Elisabet ascenderet, quoddam purpuræ opus, quod elaborandum illi a sacerdotibus commissum fuerat, perficere voluerit et ad templum deferre[1]; tum vero quod domum post S. Præcursoris nativitatem reversa, ubi deprehensa est uterum gerens, ad semet ab omni criminis suspicione purgandam in templo *aquam redargutionis* potaverit, etc. Quæ quidem omnia dum pro more suo Auctor in orationis titulo enuntiat, prolixiorem hanc epigraphen partim ex S. Evangelii verbis, partim ex dictis apocryphis præmittit : Λόγος Ἰακώβου μοναχοῦ, ἐκλεγεὶς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, εἰς τὴν τῆς πορφύρας τοῖς ἱερεῦσιν ἀπόδοσιν· καὶ εἰς τὸ, Ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένη ἐν πάσαις ταῖς

[1] *Protevang. Jac.* cap. X et XII.

γενεαῖς· καὶ εἰς τὸ, Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς· καὶ εἰς τὸ, Ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς καὶ εἰς τὸ, Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς· καὶ εἰς τὴν γεγενημένην ὑπὸ Ἰωσὴφ ἐξέτασιν· καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ διαπορήσεως· καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερέων ἐξετάσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ ἀποπείρας τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ· καὶ εἰς τὸ, Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. *Jacobi Monachi sermo ex divinis Scripturis excerptus, in purpuram sacerdotibus traditam; et in illud* [1], Magnificavit Dominus Deus nomen tuum, et eris benedicta in omnibus generationibus; *et in illud* [2], Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione; *et in illud* [3], Factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabet, exsultavit infans in utero ejus; *et in illud* [4], Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, et reversa est in domum suam; *et in factam a Josepho inquisitionem; et de ipsius dubitatione; et de sacerdotum inquisitione in sanctissimam Deiparam, et de aqua redargutionis; et in illud* [5], Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.

Porro ut integram hanc inscriptionem Sermoni non præfigerem, illud etiam suasit, quod eam tantummodo partem edendam putaverim, quæ de beatissimæ Virginis itinere ac mora apud cognatam Elisabet pertractat. Reliquam enim partem, quippe quæ hinc quidem mere historica sit ac valde prolixa, inde vero non modo nihil contineat, quod ad scopum opellæ huic propositum conferat, sed præterea nonnulla præferat, quæ haud incongrua utique illorum temporum simplicitati dici poterunt, at simul quæ a gravitate forte ac dignitate tantisper deficere videantur, omittendam censui.

[1] *Protevang. Jac.* cap. XII.
[2] *Luc.* I, 39.
[3] *Ibid.* v. 41.
[4] *Ibid.* v. 56.
[5] *Matth.* I, 25.

ΙΑΚΩΒΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟ, ΑΝΑΣΤΑΣΑ ΔΕ ΜΑΡΙΑΜ ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ ΕΚΕΙΝΑΙΣ, ΕΠΟΡΕΥΘΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΡΕΙΝΗΝ ΜΕΤΑ ΣΠΟΥΔΗΣ, κ. τ. λ.

I. Οἱ σφόδρα τῶν ἐρωμένων αὐτοῖς ἐφιέμενοι, καὶ τῇ τούτων μνήμῃ συνεῖναι διηνεκῶς ποθοῦντες, οὐ μόνον ἐν διανοίᾳ τὴν αὐτῶν ἀνατυποῦσι θέαν, καὶ καθάπερ ἐν πίνακι τὸ φανταζόμενον ἀνιστοροῦντες εἶδος, τὴν τοῦ ποθουμένου διαζωγραφοῦσι λαμπρότητα. ἀλλὰ καὶ εἴ τι γενναῖον καὶ περιχαρὲς αὐτοῖς ἐρρήθη, καὶ μνήμῃ

JACOBI MONACHI

IN ILLUD [a]: *EXSURGENS AUTEM MARIA IN DIEBUS ILLIS ABIIT IN MONTANA CUM FESTINATIONE*, ETC.,

SERMO.

I. Quicumque vehementi eorum, quos charos habent, affectu feruntur, illorumque usque memores esse discupiunt, non solum imaginem eorum in mente sibi effingunt, et conceptam animo speciem veluti in tabula expressam intuentes, venustatem ejus, quem diligunt, ad vivum sibi repræsentant; sed insuper si quid præclari de illis, si quas eorum res lætas jam audierint, eaque

[a] *Luc.* I, 39.

φυλαχθὲν διετηρήθη, καὶ τοῦτο κατασπαζόμενοι ἀεὶ παντα-χόσε περιφέρονται. Ἔστι γὰρ δὴ κἀντεῦθεν πλείστην ὅσην αὐτοὺς τὴν ἡδονὴν καρποῦσθαι, τοὺς λόγους ἀντὶ τῶν εἰρηκότων κατέχοντας· διὸ καὶ συνηδομένοις αὐτοῖς συμβαίνει τὴν αὐτῶν ἀνάπτυξιν διηνεκῶς ποιεῖσθαι, ὁμοῦ μὲν ἐγκαλλωπιζομένοις αὐτοῖς, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ φίλτρον ἀναζωπυροῦσι τῶν φιλουμένων.

Ἐπεὶ οὖν ἡ τῶν σκεδαστῶν τε καὶ ῥᾴον διαλυομένων σχέσις τοῦτον ἔχειν καταναγκάζεται τὸν τρόπον, πόσην εἰκότως τοῖς τῷ καθαρωτάτῳ τετρωμένοις τῆς παννυμήτου πόθῳ προσγίνεσθαι συμβαίνει τὴν τυραννίδα; Ἔνδον μὲν ἔχουσι τὸ πῦρ τῆς ἀγαπήσεως ἀναφλέγον, αὐτήν τε διαπαντὸς προσβλέπειν, καὶ ἀσπασίως τὰ ταύτης ἀναπτύσσειν λόγια. Κοινὸν τοίνυν τὸ ἐπαινετὸν τοῦτο πάθος ἡγούμενος, κοινὰς οἶμαι καὶ τὰς περὶ αὐτὸ συνισταμένας ὑπολήψεις διομολογεῖσθαι. Καὶ εἰ μέν τι τῶν παρέργως δοκούντων εἰ-

memoriæ defixa servaverint, ista quoque animo veluti amplexati semper circumquaque secum ferunt. Inde enim ipsis sane uberrimum percipere licet voluptatis fructum, quando, licet illos secum habere loquentes non possint, ipsorum saltem verba penes se retinent; fitque propterea, ut magna cum voluptate jugiter ea mente evolvant, simul videlicet de iisdem sibi placentes, simulque suum erga dilectos amorem novo semper igne incendentes.

Cum itaque affectio erga ea, quæ alioqui et fluxa sunt et tam facile intereunt, non possit ejusmodi habitum non inducere; quantum enimvero amoris vi adstringi eos continget, qui purissimo illius omni laude dignissimæ desiderio cor saucium habeant? Intus enim flagrant dilectionis igne, qui et ad eam jugiter contemplandam, et ad ejusdem dicta peramanter animo evolvenda illos excitat. Quandoquidem ergo communem nobis omnibus laudabilem hunc affectum inesse arbitror, sensa quoque, quæ circa idipsum oboriuntur, communia dicenda existimo. Quodsi in verbis (Virginis), quæ præ manibus habemus, quid-

ῥῆσθαι τῇ βασιλίδι τὰ ἐν χερσὶν ἐτύγχανε λόγια, ἔδει πολὺν μὲν τὸν ἀγῶνα, πολλὴν δὲ τὴν σπουδὴν εἰς τὴν αὐτῶν ἐπιδείκνυσθαι ἑρεύνην, σαφῶς εἰδότας, ὡς πάρεργον μὲν οὐδὲν παρ' αὐτῇ, πάντα δὲ τῆς χάριτός ἐστιν ἀποφθέγματα, καὶ τῆς ἰσχύος τοῦ πνεύματος ἐνεργήματα.

II. Ἐπεὶ δὲ πάσης μὲν ὑποθέσεως ἐξῄρται τῶν λόγων, πάντων δὲ τῶν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀγαθῶν πλήρης ἡ παροῦσα καθέστηκε διδασκαλία, πῶς ἂν καταμελήσαντες τὸ μεγαλωφελὲς ταύτης ζημιωθείημεν; Πῶς δὲ μὴ περιπτυσσόμενοι τὰ εἰρημένα τῆς θείας ἐκείνης κατατρυφήσομεν μνήμης; τὸν ἀοίδιμον ὑπερεκκαύσομεν πόθον; τῆς καθαρωτάτης ἡδονῆς ἀποπολαύσομεν, ὅπως στέφανον

---

piam forte occurrat, quod minus convenienter a regina nostra[a] dictum videatur; multum profecto laboris, multum diligentiæ in illis investigandis impendamus necesse est, probe scientes, nihil sane ab ipsa prolatum, quod abs re esset, sed omnia ejus effata gratiæ plena esse, et e virtute Sancti Spiritus elicita.

II. Cum autem doctrinæ hujus ratio quodlibet dicendi argumentum transcendat, et bonis omnibus redundet, quæ salutem nobis concilient; quanto non afficiemur detrimento, si magnam, quæ ex illa profluit, utilitatem negligamus? Quomodo ea, quæ dicta fuerint, summo cum affectu excipientes, non jucundabimur divinæ illius memoria? Quomodo nobilissima in nobis supra modum non incendemus desideria? Quomodo non purissima

[a] Spectant hæc ad colloquium, quod intercessisse nonnulli finxerunt Deiparam inter et sponsum ejus Josephum, quando hic prægnantem eam invenit. Fatendum est enim, scriptores quosdam in alloquiis hisce texendis suo ipsorum ingenio potius quam rei verisimilitudini serviisse, et interdum non satis decori aut sanctæ Virginis aut beati Josephi prospexisse. Quidpiam ejusmodi videre licet et in quadam incerti auctoris homilia *in Annuntiationem Deiparæ*, quæ edi consuevit inter opera S. Jo. Chrysostomi (edit. Montf., tom. IX, pag. 841); dum enim Virgo describitur Angelum ceu seductorem repellens, inter alia, ut ad mature fugiendum hunc impellat, inducitur dicens, *senem*, Josephum nempe, *esse zelotypum*.

μὲν καυχήσεως τοὺς λόγους, πλοῦτον δὲ πολυτελῆ τὰ νοήματα θησαυρίσαντες, αὐτὴν ἐκείνην ἐν ταῖς καρδίαις συνεισοικισώμεθα τὴν ἀναφαίρετον ἀφθονίαν, τὸν πλοῦτον τῆς ἡμῶν σωτηρίας, τὸ πολυτίμητον κειμήλιον, τὸ ταμεῖον τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας, τὸν θησαυρὸν τῶν ἀποκρύφων ἀγαθῶν, τὸν στέφανον τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ ἐγκαλλώπισμα τῆς φύσεως; Ὅπου γὰρ ἡ ταύτης διηνεκῶς ἐναπόκειται μνήμη, ἐκεῖ ἀναμφιβόλως καὶ ἡ ταύτης οὐκ ἀπολείπεται παρουσία. Ἐναποθώμεθα τοίνυν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ταύτην, ἐν ἑαυτοῖς τὸν πολυτίμητον ταμιευσώμεθα θησαυρόν, ἐμπορευσώμεθα τὸν τῆς σοφίας αὐτῆς πλοῦτον κἀντεῦθεν τὸ περισπούδαστον συναθροίσαντες κέρδος, διανείμωμεν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὴν κατὰ δύναμιν διακονίαν. Ποικίλον γὰρ δὴ τοῦτο καὶ πολυτελὲς, καὶ κρείττονος τῆς ἐμπορεύσεως.

III. Ἄρτι μὲν οὖν τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν χαρὰν ἡ τῆς χαρᾶς αἰτία

---

perfruemur voluptate, ut cum (ejus) verba quidem ceu coronam gloriæ, sensa vero seu pretiosam gazam instar thesauri collegerimus, illam ipsam quoque, quæ opulentia est diripi nescia[a], divitiæ salutis nostræ, pretiosum prorsus cimelium, dominicæ dispensationis promptuarium, arcanorum bonorum thesaurus, humanitatis sertum, naturæ nostræ ornamentum, in cordibus nostris inhabitatum introducamus? Ubi enim illius jugiter inest memoria, ibi dubio procul neque ipsius desideratur præsentia. Eam itaque collocemus in animis nostris; in nobis ipsis pretiosissimum hunc thesaurum recondamus; divitias sapientiæ ipsius, eximiam utique mercem, importemus; et cum inde studiose exquisitum lucrum corrogaverimus, iis, qui quærant, ministerium pro viribus tribuamus. Varium enim hoc est, et multiplex, atque optimam habet negotiationem.

III. Mox itaque illa gaudii nostri auctrix, cum gaudium,

[a] Prorsus egregie *diripi nescia* Virgo dicitur, quam latro infernus prædari numquam potuerit.

δεξαμένη, ἔργῳ δὲ τῷ ἀπορρήτῳ καθυπουργοῦσα μυστηρίῳ, ἔσπευδε καὶ τῶν τῆς Ἐλισάβετ ἐν πληροφορίᾳ καταστῆναι θαυμάτων. Ἀλλ' ἐπεὶ σχολαιοτέραν τὴν σὺν αὐτῇ διατριβὴν ἐκεκρίκει ποιήσασθαι, τὰ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῇ διατέμνοντα προευμαρίζει πρῶτον, ὡς ἂν μὴ ταῖς αὐτῶν ἐννοίαις ἐπειγομένη, διαμάρτοι τῷ τάχει τοῦ προτεθέντος σκοποῦ. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον τῶν ἀναγκαίων αὐτῇ κατεφαίνετο, τὸ τοῖς ἱερεῦσι προηγουμένως ἀποδοῦναι τὸ ἱερὸν ἔργον. Σαφῶς γὰρ ἐν ἑαυτῇ λογιζομένη, διέκρινεν οὕτως· ὡς εἴπερ μὴ τοῦτο διοικονομηθῇ, ἀνάγκη δύο κατεπειγόντων περὶ τὸ ἓν διαμαρτεῖν συμβήσεται· τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ κίνδυνον ἐπαπειλεῖ· τὸ δὲ τὴν ἀποτυχίαν διαβεβαιοῖ. Εἰ μὲν γὰρ ἡ πρὸς τὴν συγγενίδα καθηγήσοιτο πορεία χρονιωτέραν τὴν διάσκεψιν ἀπαιτοῦσα, ἡ τοῦ ἐν χερσὶν ἔργου ἀργία εἰς ἀναζήτησιν τοὺς ἱερεῖς διανίστησι. Διὸ πολὺν

---

quod omnem sensum exsuperat, in se excepisset, et ineffabili mysterio jam opere præstaret ministerium suum, de Elisabethæ præterea portentis coram certior fieri exoptabat. Sed quoniam longiorem apud illam facere moram constituerat; ab iis, quæ studium suum alio distrahebant, in antecessum se expedit, ne hujusmodi pressa curis propter nimiam festinationem a proposito sibi scopo excideret. Illud porro præ reliquis necessarium ipsi videbatur, ut sacerdotibus sacrum (purpuræ) opus[a] prius traderet. Sapienter enim, secum ipsa rem perpendens, ita ratiocinabatur : nisi consultum huic rei fuerit, prorsus continget, ut, cum bina urgeant, quoad alterutrum haud recte mihi res cedat : et utique aut molestum subeundum discrimen erit, aut certe explendi desiderii mei spes omnis est abjicienda. Et sane si ad cognatam prius proficiscar, quod utique diuturniores curas exigit, cunctatio exhibendi opus, quod præ manibus habeo, ad perquirendum de eo sacerdotes permovebit. Haud mediocres

[a] Velum scilicet purpureum, quod texendum in usum templi sortita fuerat. Vide, quæ de ea re in præfatione adnotatum est sup. pag. 479.

μὲν τὸν θόρυβον ἐν τῇ οἰκίᾳ, πολλὴν δὲ τὴν ἔρευναν ἐν τῷ γένει ποιήσοιντο, πλείσταις δὲ ταῖς κωμῳδίαις τὸν γέροντα μᾶλλον, ἢ ἐμὲ καταντλήσουσι. Τί οὐ λέγοντες; τί δὲ οὐ βουλευόμενοι τῶν τοιούτων ἐπιχειρήσαιεν σκωμμάτων; Ὅρα, φήσουσι, καταφρονήσεως ὑπερβολήν· ὅρα τὴν τῶν θείων παραγγελμάτων ἐπιλήσμονα γνώμην τοῦ Ἰωσήφ· ὅρα πρεσβύτου νεανικὴν τόλμαν· τὴν τοῦ Θεοῦ παρεῖδε ψῆφον· εἰς οὐδὲν τὸ φοβερώτατον τῶν ἠπειλημένων ἔθετο· διὸ τῇ καθ' ἑαυτὸν πλάνῃ τῆς τοῦ Θεοῦ κατημέλησε παρακαταθήκης. Ποῦ νῦν ἐστιν ἡ θαλαμευομένη παρθένος; Ποῦ τὸ δεσποτικὸν ἀνάθημα περιάγει; Πῶς ἀμφοτέροις τὸ ἱερὸν ἔργον παρωράθη, καὶ λήθῃ τὰ προδιδαχθέντα παρεπέμφθη; Ἀλλότριον τῶν πατρῴων ἠθῶν τὸ τόλμημα, ξένος ὁ τρόπος καὶ παρθενικῆς ἀσφαλείας καὶ πρεσβυτικῆς ἐπιμελείας. Τούτων πάντως συναισθόμενον τὸν Ἰωσήφ, ἀνάγκη τὸ τῆς αἰτίας ἅπαν πρὸς τὴν τολμηθεῖσαν ἀπο-

---

propterea turbas domi excitabunt, inter cognatos sollicite indagare instituent, atque acerbis sermonibus senem magis, quam me, exagitabunt. Quid porro non sunt dicturi? Quæ autem consilia non agitabunt? Hujusmodi simul dicteriis conviciantes : Vide, inquient, despectus excessum : vide divinarum jussionum obliviosam Josephi mentem : vide senis juvenilem ausum : contemptui ducit divinum decretum : maxime tremendas minas pro nihilo habet; propterea ex propria culpa in servando Dei deposito incurius fuit. Ubi nunc est virgo, quæ se intra parietes continebat? Quo circumit donum[a] illud Deo devotum? Quonam pacto sacrum illud opus ambo neglexerunt, et ea quæ sane prius edocti fuerant, oblivioni tradiderunt? Alienum prorsus a paternis moribus id facinus : abhorrens hæc agendi ratio est tum ab ea, quæ virginem decet, cautela, tum a sedula, quæ in senibus requiritur, sollicitudine. Porro cum plane ejusmodi ad aures sibi insonare Joseph auditurus sit, omnem culpam in

[a] Virgo Maria scilicet, quæ Deo oblata fuerat, ac Deo sacra habebatur.

δημίαν τρέψαι. Διὸ χρὴ σεμνοτέρως ταύτην οἰκονομηθῆναι, ὅπως καὶ τὸ δεκτὸν ἐπίμωμον διαφεύξηται, καὶ τῆς ἀγούσης ἐφέσεως μὴ ἀποτύχοι. Οὕτω δὴ σοφῶς ἡ ὑπέρσοφος βουλευσαμένη, καὶ εἴτι ἀκατέργαστον διαμεῖναν ἔτυχεν ὂν τῆς εἰργασμένης πορφύρας, τοῦτο ταχείαις ἐπιμελείαις συντελέσασα, σπουδῇ πρὸς τὴν ἀπόδοσιν ἴετο.

IV. Ἦν οὖν τότε κατιδεῖν τὰ τῆς βασιλικῆς ἀξίας σύμβολα ἐν χερσὶ τὴν βασιλίδα κατέχουσαν, καὶ ὡς τίμια ταῦτα περιπτυσσομένην ἀναθήματα· τῷ δὲ παμβασιλεῖ καὶ δεσπότῃ τῇ σαρκὶ τὴν ἀλουργίδα ὑπὲρ λόγον ὑφαινομένην ἐν ἑαυτῇ μὴ συνορῶμεν. Ὦ τοῦ ἀνερμηνεύτου μυστηρίου. Ὦ τῆς ἀνεκλαλήτου μητρός. Ἐν αὐτῇ τὴν ἡμετέραν ἐμορφοῦτο φύσιν ὁ λόγος, καὶ τῶν πραττομένων ἐκείνη τὸ παράδοξον ἠγνόει· τὸν τῆς σαρκὸς χιτῶνα τῷ δεσπότῃ παρεῖχε, καὶ τὰ οἰκεῖα διδοῦσα οὐκ ἠπίστατο ἡ παρέχουσα. Εἰ γὰρ καὶ

---

profectionem a me temere susceptam necessario refundet. Hanc itaque prudentius oportet disponere, ut et illud caveatur, quod reprehensione dignum utcumque videri potest, et desiderium, quo teneor, impleatur. Sic plane sapienter cum sapientissima illa deliberasset, et mature accurateque absolvisset, si quid adhuc imperfectum elaborandæ purpuræ supererat, sollicite, ut eam sacerdotibus traderet, profecta est.

IV. Cernere ergo tunc erat reginam in manibus tenentem regiæ dignitatis insignia, eaque ceu pretiosa donaria Deo sacra amplectentem; at non datur oculis nostris intueri purpuream illam vestem, quam sua ipsius carne omnium regi ac Domino intra se ineffabiliter contexebat. O inenarrabile mysterium! O ineffabilem matrem! In ipsa Verbum naturæ nostræ formam induebat; ipsa vero prodigium, quod perficiebatur, non norat[a]: præbebat Domino carnis tunicam; et cum sua daret, ipsa, quæ dabat, hoc idem nesciebat. Etsi enim illa pro certo rem factum

[a] Nescio, an quisquam facile Auctori daturus sit, celatum prorsus Virgini fuisse, quando Dei Verbum carnem assumens ad inhabitandum in ea descendit.

ἀσφαλῶς τὸ πρᾶγμα κατεῖχεν, ἀλλ' ἀρχὴν ἤδη λαμβάνον, τελούμενον ἠγνόει· προϊόντι γὰρ τῷ χρόνῳ τοῦτο πρὸς τὸ φανερώτερον προῆλθε, καὶ πρὸς τὸ βεβαιότατον ἐπερείσθη. Ἦγε τοίνυν τὸ ἔργον ἡ ἀμίαντος παρθένος, ἐβάδιζε πρὸς τὸ ἱερὸν ἡ ἀδιάβατος χώρα, ἐπορεύετο θείαις ἐλλάμψεσιν ἐν κύκλῳ καταυγαζομένη, καὶ ἀπείρῳ φωτὶ καταλαμπρυνομένη. Διὸ χαρίτων ἀπολάμπουσα πανταχόθεν ἀκτῖνας, καὶ φαιδροτάτη μὲν τοῖς ὁρῶσιν, αἰδέσιμος δὲ πάσῃ καθίστατο τῇ κτίσει, ἡ πολύφωτος αὔγλη, τὸ πολύαστρον στερέωμα, ὁ ἥλιος, ἐξ οὗ τὸ σῶμα ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέλαβεν ἥλιος.

V. Ἴετο τοίνυν ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς προσομιλοῦσα, καὶ τὴν ξένην τοῦ τηνικαῦτα ἱερατεύοντος συνομιλίαν μελετῶσα. Καὶ γὰρ προσιωπήσαντος ἤδη τοῦ Ζαχαρίου, Συμεών τις τῶν ἱερωμένων, τὴν αὐτοῦ λειτουργίαν ἐπλήρου· ὃς ἤδει μὲν ἐν μέρει τὰ τῆς παρ-

---

iri teneret; tamen initium jam sumpsisse id, quod perficiebatur, ignorabat; hoc siquidem progressu dumtaxat temporis plane manifestum evasit, ac prorsus indubiam nactum est certitudinem. Gestabat igitur perfectum opus virgo immaculata, ad templum ibat inaccessa illa Sedes[a]; incedebat divinis circumquaque refulgens splendoribus, et immensa luce coruscans. Quocirca gratiarum radios undique emittens, lucidissimus ille splendor, firmamentum illud multiplicibus stellis nitens, ille sol, e quo sol justitiæ sibi corpus assumpsit, tum fulgentissima se intuentibus apparebat, tum creaturis universis veneranda.

V. Pergebat igitur comites habens suas ipsius virtutes, et interim futurum cum eo, qui tunc sacerdotii munus obibat, insolitum colloquium secum ipsa perpendebat. Etenim, adempto jam Zachariæ usu linguæ, ministerium illius implebat quidam e sacerdotibus nomine Simeon[b]; et noverat hic quidem ex parte

[a] Sedem seu regionem *inaccessam* (ἀδιάβατον) intellige quibusvis inimici insidiis. Ideo enim, ut Germanus dixit (sup. pag. 370) non prius concepta fuit, quam illam Cherubinis flammeo gladio custodiendam Deus tradiderit.

[b] Haud obscurum est, heic ab Auctore indigitari illum Simeonem, qui

θένου παράδοξα· οὐ μὴν δὲ κατ' ἐκεῖνον, τὸν Ζαχαρίαν λέγω, τὸν πολλὰ μὲν τῶν αὐτῆς μυηθέντα, πλείσταις δὲ ταῖς κρείττοσιν αὐτῆς ἀρεταῖς τὸ πιστὸν ἔχοντα, καὶ διὰ τοῦτο τὰς μαρτυρίας ἀσυγκρίτως ποιούμενον.

Τοῦτο τοίνυν ἡ ἀπειρόκακος συννοοῦσα, λογισμοὺς ἀνεκίνει, πῶς ἂν τῷ ἱερεῖ ὁμιλήσειεν· οὐχ ὡς τῶν κατ' αὐτὴν ἀγνώστων ὄντων αὐτῷ, οὐδὲ γὰρ τοῦτο διεσκόπει ἡ πάσης ἐπιδείξεως καθαρά· ἀλλ'

Virginis mirabilia; non tamen æque ac ille, Zacharias scilicet, qui et multa de ea divinitus edoctus fuerat[a], ac plurimis illius præclaris virtutibus fidem habebat, ac propterea testimonium, cui nullum aliud comparari posset, de illa reddebat.

Hoc itaque cum nosset illa cujusvis malitiæ nescia[b], secum ipsa reputabat, quanam ratione sacerdotem allocutura esset; non quod quæ ad ipsam pertinebant, incomperta isti forent, neque enim de hoc sollicita erat pura illa ab omni ostentatione;

deinde, ut S. Lucas in Evangelio (cap. II) narrat, Jesum infantem in ulnis suis excepit. Quanquam vero opinio, quæ fert hunc Simeonem sacerdotio insignitum fuisse, exiguis (ut scite monet Franc. Xaverius Patritius, *de Evangel.*, lib. III, dissert. XXVI, n. 5) argumentis firmetur, negari tamen non potest, eam antiquissimam esse. Quin imo ad summum sacerdotium evectum eum fuisse tradunt tum Protevangelium Jacobi (cap. XXIV, apud Thilo pag. 271), tum Evangelium Nicodemi (cap. XVI, apud eundem Thilo pag. 653 seqq.).

[a] Vulgata ferebatur opinio, sacerdotem, qui Mariam triennem a parentibus oblatam excepit, non alium fuisse quam Zachariam patrem S. Præcursoris, illumque ea occasione edoctum divinitus fuisse de beatæ Virginis magnalibus.

[b] Hæc quoque pluribus aliis addenda est nomenclationibus, quibus Virgo Deipara exornabatur. Et ista quidem (ἀπειρόκακος) vim prorsus majorem habet ad omnimodam ejus puritatem celebrandam, quam plures aliæ, ἄμωμος, v gr., ἀμίαντος, ἄμεμπτος, ἀμόλυντος, ἄσπιλος, etc.; quippe quæ suam habeant veritatem, licet ii, de quibus prædicantur, turpes in antecessum maculis exstiterint (vid. *Eph.* I, 4, Coloss. I, 22, et *Suicer.* ad VV. ἄμεμπτος et ἄμωμος), cum tamen nemo vere ἀπειρόκακος dicit queat, qui vel semel labe quapiam infectus fuerit. Quod vero Virgo Deipara hac τῆς ἀπειροκάκου appellatione antonomastice designetur, id aperte indicat, omnimodam hanc Virginis puritatem peculiari quodam honore suspici a fidelibus consuevisse.

ἐπειδὴ ξένῳ προσδιαλέγεσθαι μέλλουσα ἦν, αἰδοῖ τοῦ ἀσυνήθους κατεκαλύπτετο. Ἡ γὰρ δὴ τῶν καλῶν αὐτῆς πεῖρα, οὐ τοῖς προτεθεαμένοις καὶ χρονικωτέρᾳ σκέψει τῶν μετεντυγχανόντων μᾶλλον προσεγίνετο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀκοῇ προκατελαμβάνετο· οὕτω δὴ προσβάλλουσα τοῖς ὁρῶσιν ἡ τοῦ ἡλίου φωτεινοτέρα νεφέλη, πᾶσι μὲν ἀκατανόητος διέμενε, δυσθεώρητος δὲ τοῖς νεωστὶ προσεντυγχάνουσιν αὐτῇ ταῖς τῆς χάριτος αἴγλαις καθίστατο.

VI. Τούτῳ μὲν τῷ τρόπῳ τὴν τοῦ προσόντος ἱερέως ἐδυσχέραινεν ὁμιλίαν· ὅμως δὲ τῷ συνευδοκοῦντι καὶ τῷ τὸ μυστήριον ἐνεργοῦντι Θεῷ τοὺς λόγους ἀνατιθεμένη, οὕτω προσδιελέγετο· Σὺ, δέσποτα, λέγουσα, ὡς καὶ τῶν ἤδη φθασάντων εἰς ἐμὲ τὸ πέρας ἀγαθωτέρως διῳκονόμησας, ἀκατάγνωστόν τε τὴν οἰκέτιν σου διετήρησας, καὶ τὸ τοῦ μέλλοντος δυσάνυστον ἐποπτεύων διευθύνοις.

---

sed cum ignotum hominem alloqui oporteret, rei insolitæ verecundia suffundebatur. Et sane quod ad præclara ejus introspiscienda spectat, non magis ea comperta illi habebant, qui oculis eam conspexerant, et longiori inspectione contemplati fuerant, quam et alii ex auditu perciperent : atque ita dum nubes illa sole lucidior in contuentium aspectum veniret, cujusvis quidem intellectui manebat impervia ; ab iis vero, qui primo in ipsam inciderent, ne aspectari quidem ob emicantes gratiæ fulgores facile poterat.

VI. Hac itaque ratione ad proximum sacerdotis colloquium addubitabat ; simul vero ad Deum, qui in illa sibi complacebat, ac mysterium operabatur, sermonem erigens, his cum dictis affabatur. Tu, Domine, inquiebat, quemadmodum ea quoque, quæ in me impleta jam sunt, ad prosperum finem pro summa tua bonitate perduxisti, ancillamque tuam servasti irreprehensam[a], pari itidem benignitate, quicquid ardui dein instet,

[a] Mire hæc congruunt cum iis, quæ Isidorus Thessalonicensis habet in Homilia de S. Deiparæ nativitate (§ XVI. Sup. part. I, pag. 242). Proclamat enim Isidorus, sortitam Deiparam fuisse communem hominum conditionem

Τῆς σῆς γὰρ ὄντα προμηθείας ἑκάτερα, κύριε, ὑπὸ σοῦ παραδόξως ἀποπληροῦνται, ξένην ἔχοντα καὶ τὴν ὕπαρξιν καὶ τὴν ἔκβασιν. Τίς γάρ, ὦ δημιουργέ μου, τῶν προγεγενημένων δικαίων, τοιούτων καὶ τηλικούτων ἠξίωται τῶν δωρεῶν; Τίς κατάλληλον ἐμοὶ τὴν μέχρι τῆς παρούσης ἐκ βρέφους διαγωγὴν ἐκληρώσατο; Τίς πατριαρχῶν κατήκοος παραπλησίως γέγονεν ὑποσχέσεων τοιούτων; Τίνος ὦτα τοιαύτας ἠνωτίσθησαν ἐπαγγελίας; Μεγάλας μοι δοκῶ καὶ τῷ γένει τὰς εὐεργεσίας σου περιγίνεσθαι, δέσποτα, ξένας τὰς δωρεάς, καινότερα τὰ τέλη· καὶ γὰρ καὶ τὰ προοίμια καινά. Τί ἂν περὶ πάντων τούτων ἀνταποδοίην σοι, κύριε; Ποίους εὐχαριστηρίους ἐφευρίσκουσα λόγους, ἀμείψομαί σε τὸν εὐεργέτην; Ἰδοὺ γάρ, κύριε, τῷ σῷ πειθομένη μυστηρίῳ, τοῖς προκηρυχθεῖσιν ἐφέπομαι πράγμασιν.

---

considerans, fac me dirigas. Cum enim ad providentiam tuam, o Domine, utraque spectent, abs te præter opinionem habent, ut mirum principium juxta ac finem sortiantur. Quis enim, o Creator meus, quis antiquorum justorum talibus, tamque præclaris donis dignus unquam est habitus? Quis eam sortitus est vitæ rationem, quæ cum vita mea, ab infantia ad præsentem usque diem, comparari queat? Cuinam patriarcharum similiter contigit, ut tam ampla sibi proponerentur? Cujusnam aures hujusmodi promissiones exceperunt? Ingentia, o Domine, mihi, et generi meo abs te parari video beneficia, dona peregrina, et quæ ad exitum plane novum pertingant, quippe quorum et primordia plane sunt inaudita. Quid tibi pro hisce omnibus, Domine, retribuam? Quæ verba reperire queam, ut promeritas gratias agam, vicemque tibi benefactori meo rependam? Ecce nempe tuis, Domine, arcanis fidem habens, iis, quæ prænuntiata sunt, assentior.

in iis, quæ a reprehensione absunt : Jacobus vero Virginem inducit gratias Deo agentem, quod semet ab iis omnibus, quæ reprehensioni sint obnoxia, integram servaverit.

VII. Ἐπεὶ τοίνυν προσεγγίσασαν αὐτὴν ὁ ἱερεὺς κατεῖδε, τοιαύτας προμυηθεὶς τὰς εὐχαριστίας, διεξῄει· Ὢ τῶν ὀφθησομένων μοι τήμερον ἀγαθῶν. Ὢ χαριεστάτης ἡμέρας, ἥτις τὴν τοιαύτην συνήνεγκεν εὐφροσύνην. Ὢ ἐπιδημίας τὸ ὑπὲρ πᾶν κομιζούσης καλόν. Ὢ παρθένε, ἡλίκον τὸ περὶ σὲ θαῦμα, ὅσον τὸ περὶ σὲ μυστήριον· ἀκατανόητον ἄρα καὶ ἄφραστον καὶ πάσης διηγήσεως ἐπέκεινα. Ποίοις σε τοίνυν τοῖς προσήκουοι δεξιώσομαι λόγοις; Τίνα περιχαρῆ σοι προσφθέγξομαι τιμήν; Ποῖόν σοι ἁρμοδίως διατυπώσω τὸ σέβας; Τίνα προσλαλοῦσαν ἡδύτερον ἐπινοήσας φωνήν, τῇ σῇ γλυκυτάτῃ προσείπω θέᾳ; Νικᾷ τὸ θαῦμα τὸν λόγον· δεσμεῖ τὴν γλῶτταν τὸ ξένον, οὐ τῶν ἐν σοὶ κρυπτομένων πειρωμένην ἔρευναν· τούτοις γὰρ οὐδὲ προσβαλεῖν τολμᾷ, τὰ δὲ περὶ σὲ κατανοεῖν καὶ ἀγορεύειν ἐθέλειν μόνον. Ταῦτά σου τὸν ἀπόῤῥητον ἐμφαίνει πλοῦ-

---

VII. Cum itaque accedentem illam sacerdos conspexisset, in gratiarum actiones mente divinitus illustrata sic erumpebat. O qualia oculis meis hodierna die contemplanda sunt bona! O diem faustissimam, quæ tantam lætitiam obtulit! O adventum, qui bonum super omne bonum adducit! Quantum in te, o Virgo, miraculum, quantum in te latet mysterium! Omnem utique mentis captum, et omnem vim sermonis excedit, ac super omnem dicendi facultatem extollitur[a]. Quibus ergo te congrue excipiam verbis? Quibusnam te gratulabundis vocibus compellem, quove gaudens honore prosequar? Quam tibi apte reverentiam exhibebo? Quosnam excogitem oris sonos suavissimos, ut ad suavissimum aspectum tuum eloqui instituam? Sermonem vincit miraculum : præcludit linguam rei novitas, ne de iis, quæ in te sunt abscondita, disceptare aggrediatur; ad hæc enim ne prope quidem accedere præfidit, sed ea tantum, quæ te circumstant, contemplari et enarrare exoptat. Hæc palam ineffa-

[a] Habes familiarissimam SS. Patribus sententiam, quæcumque ad Virginem Deiparam pertinent, omnia instar miraculi habenda, ut eorum celsitudinem neque mens cogitando, neque lingua disserendo assequi ea possit.

τον· ταῦτα τὸν ἐναποκείμενον τεκμηριοῖ σου θησαυρόν· ἐκ τῶν ἔξω καταπλησσόντων, τὴν ἔνδον ἀμηχανίαν διασκοποῦμαι· ἐκ τῶν ἀμυδρῶς ὁρωμένων, τὴν ἀφανῶς ἀπορουμένην κατανοῶ μακαριότητα.

VIII. Ὦ τῆς τοῦ γένους εὐφορίας· εἰς ὅσον τὸν καρπὸν ἐπλεόνασεν. Ὑπερῆρε τὴν τῶν ἀγγέλων εὐθηνουμένην φύσιν τῷ μεγαλουργεῖ τῆς καροφορίας ταύτης βλαστήματι. Ἐξέτεινε τὴν παραφυάδα ταύτην ἕως θαλάσσης, καὶ ἕως οὐρανοῦ τὸ ἑαυτῆς ἀνέδωκε κλῆμα, τὴν ἀποτίστως φύουσαν ἄμπελον, τὴν τῷ ἁγίῳ πνεύματι πυκαζομένην, τὴν πιαινομένην τῇ χάριτι, τὴν τὸν ἀγεώργητον καρποφοροῦσαν βότρυν, ἐξ οὗ τὸ τῆς ἀθανασίας ἀποθλίβεται γλεῦκος, ἀφ' οὗ τὸ τῆς μυστικῆς εὐφροσύνης προχέεται ῥεῖθρον, ἐξ οὗπερ ὁ

biles divitias tuas ostendunt; hæc thesaurum in te reconditum manifestant; ex exterioribus, quæ stupore percellunt, immensam interiorum magnitudinem percipio ex iis, quæ suboscure cernuntur, prorsus latentem animadverto beatitatem.

VIII. O generis nostri fœcunditas[a]! Quam exuberanti fructu ditatum illud est! Fertilitatis hujusmodi nobilissimo germine præcelsam Angelorum naturam superavit[b]. Propaginem istam extendit usque ad mare, et usque ad cœlum suum ipsius palmitem extulit, vitem illam scilicet fructus sine irrigatione gignentem, Sancto Spiritu fœcundatam, gratiæ ubertate saginatam, racemum nullo præeunte cultu ferentem, e quo dulcedo distillat immortalitatis, e quo mysticæ lætitiæ torrens effunditur,

[a] Consonat hæc sententia cum iis, quæ a Petro Argorum episcopo statui vidimus in Homilia *in Deiparæ conceptionem* (§ X, part. I, p. 137); sterilitatis nempe maledictione laboraverat humana natura, quousque Mariam gignens tandem fructum Deo dignum protulit. Hinc paulo infra videas licet, Virginis parentes laudari, ut tali prole beatissimos, ac nulla satis laude celebrandos.

[b] Auctor, uti patet, non modo pro certo habet, Deiparam fructum Deo gratum fuisse exortam, sed a prima illa origine sua (quod est nobilissimorum Theologorum scitum) tam præclaris a Deo donis fuisse exornatam, ut ex tunc cœlestibus spiritibus longe præcelleret.

σωτήριος πληρούμενος κρατὴρ, ἀφθαρσίας τοὺς μεθέξοντας ἐμπλήσει.

Ὦ φυτοῦ τῶν οὐρανίων ἁψίδων ἐξικνουμένου, ὅπερ αὐτούς τε παρελάσει, καὶ πάσας νοερὰς ὑπερβήσεται δυνάμεις. Ὦ κατασκίου δένδρου τοῦ πᾶσαν λογικὴν κατακαλύψαντος φύσιν, καὶ παντὸς ὑπεραρθέντος νοουμένου ὑψώματος· ἐξ οὗπερ ὁ φυτουργὸς τῷ συγκεκαλυμμένῳ τρόπῳ, ὡς ἐκ δασέος ὄρους ἀνατελεῖ, καὶ συστελεῖ τοὺς τύπους εἰς τὴν ἀληθείας κατάπαυσιν· οὗ μεταληφθησόμενος ὁ καρπὸς ἀθανασίας τροφὴ τοῖς μεθέξουσιν ὀφθήσεται. Τίνες, ὦ παρθένε, τοῖς μεγαλείοις σου συνοίσοντες ἐπινοηθεῖεν λόγοι; Ποῖαι καινοτομούμεναι τοῖς πράγμασιν ἁρμόσειαν ἔννοιαι; Τίνες ἐγκωμίων ἐφευρέσεις τὸ τῶν γεννησάντων σε διαγορεύσειαν κλέος; Ὦ τῆς τούτων εὐτεκνίας. Ὦ εὐπαιδίας, πάσης γεννητῆς ὑπεραρθείσης ἐπιτυχίας.

---

e quo salutare poculum impletum omnes, qui ex eo bibant, incorruptionis munere ditabit.

O planta, cœli convexa attingens, quæ sane et ipsos cœlos prætergredietur, et universis intelligentibus virtutibus sublimius ascendet! O umbrosa arbor, quæ universam naturam rationalem contexit[a], et super omnem, quæ excogitari possit, altitudinem est evecta; e qua plantator recondito plane modo veluti e monte nemoroso orietur, et figuras in finem, ad quem tendunt, veritas contrahet; cujus qui percipietur fructus, omnibus degustantibus alimentum immortalitatis exsistet. Quinam, o Virgo, excogitari queant sermones, qui magnalibus tuis congruant? Quæ nova sensa rebus ipsis respondere possint? Quæ inveniri laudes poterunt ad eorum, qui te genuerunt, decus efferendum? O felices tali prole parentes! O fœcunditas, quæ cujuslibet creatæ felicitatis assecutionem superat!

[a] Describitur nempe Virgo ceu arbor, quæ languidum humanum genus umbra sua reficiat; ex quo sponte profluit, hanc arborem communi languore censeri non posse laborantem, atque adeo primævo vitio immunem esse affirmandam.

Δεῦρο τοίνυν ἡ μόνη πλησίον Θεοῦ, ἡ τῷ τοῦ μυστηρίου διαλάμπουσα κάλλει, ἡ ὑπὲρ πᾶσαν μυρεψικὴν εὐωδίαν, τὴν τοῦ πνεύματος διαπνέουσα μυρωδίαν· ἧς ἡ τῶν τῆς καθαρότητος ἱματίων ὀσμὴ πᾶσαν καταθέλξει νοητὴν αἴσθησιν, ἧς ὀπίσω τοῦ μύρου θυγατέρες δραμοῦνται βασιλέως, λέγω δὴ ψυχαί, τὸ ἀρχέτυπον καὶ βασιλικὸν εἶδος διαφυλάττουσαι. Δεῦρο καλὴ ἡ πάλαι καλουμένη, ἧς ἐπιθυμητῶς ἡ παρουσία ποθεῖται, ἣν ἄνωθεν ὁ χορὸς τῶν προφητῶν ἐπικαλεῖται, ἣν ἡ τῶν δικαίων ἐπιζητεῖ συμφωνία περιχαρῶς, ἡ προελπισθεῖσα χαρὰ, ἡ προκηρυχθεῖσα θυμηδία. Ποῖαι περιχαρεῖς ὁμιλίαι τὴν σὴν προϋπαντήσουσιν ἐπιδημίαν; Πᾶσα τῶν ἐπινοουμένων τιμὴ κατόπιν τῆς ὑπερτίμου σου μεγαλειότητος ἔρχεται, ἐκ τοῦ δεσπότου μόνου τὴν κατ' ἀξίαν κληρουμένης δόξαν.

Huc igitur age, quæ sola prope ad Deum accedis, quæ mysterii splendore refulges, quæ super omnem unguentorum fragrantiam suavissimum exhalas odorem spiritus, cujus vestimenta, puritas scilicet, spiritalem omnium sensum demulcebit, in cujus unguentorum odorem current[a] filiæ regis, animæ inquam, quæ archetypam regiamque speciem custodiunt. Veni, quæ olim pulchra es vocata[b], cujus adventus ardenti desiderio concupiscitur, quam jamdiu invitat prophetarum chorus, quam justorum concordes voces magna cum lætitia exquirunt, quæ gaudium jam antea speratum, quæ jucunditas jam olim prænuntiata exsistis[c]. Quænam lætissima alloquia adventum tuum primo excipient? Quicumque excogitari possit honos infra tuam jacet magnificentiam, quæ honore quolibet præcelsior est, et a solo Domino gloriam, qua digna est, nanciscitur.

[a] *Cant.* I, 3.

[b] Auctor manifesto alludit ad illud Canticorum (cap. I, v. 14) : *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.*

[c] Vide constantem Patrum sententiam, plurima in SS. Bibliis recurrere, quæ de Virgine Deipara intelligi debent.

IX. Οὕτω τοίνυν ἐγγυτέρω τῇ βασιλίδι γενομένῃ προϋπαντήσας ὁ ἱερεὺς, ἐκ τῶν αὐτῆς ἀχράντων χειρῶν φόβῳ καὶ χαρᾷ τὴν εἰργασμένην δέχεται πορφύραν, ἣν δὴ περιπνυσσόμενος, εἰκὸς τοιαῦτα προσεφώνει.

Ὦ ἔργου τοιαύταις ἀπηρτισμένου ταῖς ἐμμελείαις. Ω καταπετάσματος τὴν τοῦ Θεοῦ σκηνὴν ἔριθον εἰς τὴν οἰκείαν παρειληφότος σύστασιν. Τί τοιοῦτον ἐν τῷ περιωνύμῳ τούτῳ ναῷ ἀνετέθη τίμιον; Ποῖον οὕτω καθηγιασμένον κειμήλιον ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καθιερώθη σκηνῇ; Τοῦτο παντὸς καλλιερήματος σεμνότερον, τοῦτο πάσης θυσίας ἱερώτερον, τοῦτο προσφορᾶς ἁπάσης εὐπροσδεκτότερον, ὑπὲρ τὴν Ἄβελ ἀπαρχὴν, ὑπὲρ τὴν Ἀβραὰμ ὁλοκαύτωσιν, ὑπὲρ ἅπαν ὁλοκάρπωμα δικαίων. Ὃ γὰρ ἐκεῖνοι τυποῦντες προέφερον, νῦν παραδόξως τελούμενον ἐν τῇ παναμώμῳ προσκομιζούσῃ τοῦτο κατανοεῖται.

X. Τοιαῦτα προσειπὼν μεγαλοφώνως, τὰ αὐτῆς ἀνεκήρυξε με-

IX. Sic igitur Reginæ jam propius accedenti sacerdos occurrens, ex immaculatis ipsius manibus cum timore et gaudio elaboratam accipit purpuram ; quam utique cum amplexus teneret, has voces, uti credere fas est, effundebat :

O opus, mira concinnitate et elegantia perfectum! O velamen, quod texturæ suæ opificem sortitum est ipsum Dei tabernaculum[a]! Quid unquam tam pretiosum celeberrimo hoc templo dedicatum est? Quænam adeo sancta supellex in sancto hoc tabernaculo oblata unquam fuit? Qualibet hoc victima venerabilius est, hoc quovis sacrificio sanctius, hoc quacumque oblatione acceptius, super Abelis primitias, super Abrahami holocaustum, super quodlibet a justis oblatum e frugibus munus excellit. Quod enim per ejusmodi oblationes illi præsignabant, nunc mirabiliter perfectum in illibatissima ista, velum hoc afferente, conspicitur.

X. Hæc (Simeon) elata voce profatus, Virginis dein magnalia

[a] Virginem nempe Deiparam, quæ passim apud Patres appellatur *Dei tabernaculum*.

γαλεῖα· Ὦ Μαριάμ· ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένη ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς. Θαυμάζοντος καὶ καταπλησσομένου τὸ ῥῆμα, ἐξισταμένου καὶ πρὸς τὸ ἀπόῤῥητον ἀμηχανοῦντος. Τούτῳ γὰρ εἰώθαμεν ἀποροῦντες τῷ θαυμαστικῷ κεχρῆσθαι προσρήματι.

Ὦ, φησὶν, οἷα τὰ περὶ σὲ τελούμενα· ἐμεγάλυνε κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου· ὑπερύψωσε, φησὶ, τὴν δόξαν σου· πάσης ὁράτου τε καὶ ὁρατῆς ταύτην ὑπερεβίβασε κτίσεως, ἐξῃρημένην ταύτην τῆς ἀνθρωπίνης ἀνέδειξεν, ἀσύγκριτον τῇ ἀγγελικῇ πεποίηκε· μέγα, καὶ λεγόμενον πάσῃ νοερᾷ φύσει, τὸ σὸν κατεσκεύασεν ὄνομα· μέγα τοῦτο ἐν ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, μέγα ἐν θρόνοις καὶ κυριότησι, μέγα καὶ ποθεινὸν ἐν τῷ οἰκείῳ γένει· καὶ οὐκ ἐδόξασεν, ἔφη, ἀλλ' ἐμεγάλυνεν, ὡς τοῦ ἀνακεχωρηκότος τῆς ἀξίας καὶ τοῦ ἀνερμηνεύτου σημαινομένου ἐντεῦθεν.

---

celebrare instituit : *O Maria! Magnificavit Dominus Deus nomen tuum, et eris benedicta in omnibus generationibus.* Hæc demirantis et stupore perculsi sunt verba, hominis qui præ ineffabili portento vix compos est sui, et mente defixus hæret. Tunc enim mirabunda ejusmodi allocutione uti solemus, cum veluti attoniti obstupescimus.

O qualia, inquit, in te complentur! *Magnificavit Dominus Deus nomen tuum;* superexaltavit, inquit, gloriam tuam; hanc super creaturas omnes invisibiles juxta ac visibiles extulit; hanc omni humana gloria ostendit sublimiorem, hanc angelica incomparabiliter celsiorem effecit; magnum et universis intelligibilibus naturis prædicandum nomen tuum reddidit; magnum idem in Principatibus et Potestatibus, magnum in Thronis et Dominationibus, magnum et desiderabile in tuo hominum genere. Et quidem non dixit, *glorificavit,* sed *magnificavit,* tamquam si exinde significaretur, ejusmodi hoc nomen esse, quod nec pro merito æstimari, nec ulla ratione explicari possit.

XI. Ποῖον δὲ τῆς πολυωνύμου χαρᾶς ἐμεγάλυνε κύριος ὁ Θεὸς ὄνομα; Ποίαν ταύτης ὑπερεδόξασε προσηγορίαν; Ἆρα τὴν κυρίαν καὶ ὑποστατικὴν, καὶ τὴν τῶν ὁμοειδῶν ἀριθμῷ καὶ ἰδιότησι διαφέρουσαν, ἢ τὴν κοινὴν καὶ ἰδικὴν [1] καὶ πᾶσιν ὁμοτίμως τοῖς αὐτοῦ μεταδιδομένην εἴδους; Οὐδεμίαν δοκεῖ τῇ ἀληθείᾳ τῶν τοιούτων κλήσεων ἐμφαίνειν ἐνταῦθα τὸν λόγον, κἂν τῇ δεδοξασμένῃ συνεδοξάσθησαν· ἀλλ' ἐνὸν πρότερον εἰπεῖν, ποῖον δὴ λεγόμενον καὶ μεγαλυνόμενον ὄνομα τοῦ δημιουργοῦ νοεῖται, ὅπερ αἰώνιον τίθεται καὶ ἅγιον θαυμαστόν τε καὶ φοβερὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἶθ' οὕτω καὶ περὶ τῆς πολυωνύμου χαρᾶς διαλαβεῖν. Δῆλον γὰρ ὡς τὸ θεῖον ἀκατανόητόν τε ὂν καὶ ἄῤῥητον, ἀκατονόμαστον μένει, τὴν τῶν κλήσεων μὴ προσιέμενον θέσιν. Ποῖον οὖν ἐστιν ὁ πολυθρυλλήτως αὐτοῦ δοξάζεται ὄνομα; Καὶ πόθεν τοῦτο τὰς ἀφορμὰς

[1] Legendum εἰδικήν.

XI. Quale porro est hoc nomen, tam præclari gaudii parens, quod Dominus Deus magnificavit? Quamnam hujus Virginis appellationem tanta gloria Deus cumulavit? Num propriam ac personalem, eam scilicet, quæ illam ab reliquis ejusdem generis et numero et singularibus proprietatibus discernit, an vero communem ac specialem, quæ scilicet pari ratione omnibus ejusdem speciei individuis communicatur? Nullam reapse harum appellationum videtur hic sermo innuere; quanquam et istæ, glorificata illa, simul conglorificatæ fuerint. Sed liceat præmittere, cujusmodi illud sit, quod et celebrandum et magnificandum intelligitur, creatoris nomen, quod sane et æternum est, et sanctum et admirabile, et in omnibus gentibus terribile; eadem deinde ratione et de præclarissimi nostri gaudii nomine statuere. Et sane quidquid divinum est, cum nec mente comprehendi nec verbis efferri queat, nullo, uti patet, nomine significari potest, nullam appellationis impositionem subire. Quodnam igitur est ejus nomen, quod omnium ore glorificatur?

τῆς ἐπιθέσεως εἴληφε; Πάντως συνομολογεῖται τὸ, Θεός· ὃ καὶ κυρίως αὐτοῦ καὶ μόνως εἶναι πιστεύεται. Εἰ γὰρ καὶ πλείονας ἡ θεία γραφὴ κατονομάζει θεοὺς, ἀλλὰ τῶν μὲν οὐκ ὄντων ὡς ὄντων τὸ ἀπατηλὸν στηλιτεύει. Οὕτω γὰρ ἐκ τοῦ διευκρινηθέντος νόει, καὶ τὸ τῆς παρθένου σαφεστάτην ἔχειν τὴν εὕρεσιν. Ὃ γὰρ ἐκεῖ τὴν Θεοῦ προσηγορίαν μεγαλυνομένην ἔδειξεν, ἐνταῦθα τῇ καταλλήλῳ τιμωμένῃ δόξῃ, τὴν τῆς θεοτόκου καθυποφαίνει κλῆσιν. Τοῦτο γὰρ αὐτῇ μόνως ὄνομα, τοῦτο κυρίως, τοῦτο ἀληθῶς· τοῦτο μεγαλύνει ἡ κτίσις· τοῦτο δοξάζοντες ὑπερευλογοῦσιν ἄνθρωποι· τοῦτο ἐν πάσαις οὐκ ὠνομάσθη ταῖς γενεαῖς· τοῦτο μόνης αὐτῆς ἰδιαίτατον, ὥσπερ μόνου τοῦ δημιουργοῦ τὸ, Θεός. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων ἁρμόδιον ἡγεῖσθαι. Καιρὸς δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὴν ἱστορίαν ἀναδραμεῖν.

XII. Ἀναστᾶσα γάρ, φησὶ, Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις,

Aut undenam, ut imponeretur, accepit? Plane fatentur simul omnes, hoc nomen esse *Deus;* hoc illius et proprium et solum esse creditur. Etsi enim plures divina Scriptura Deos nominat; at de ipsis, qui reipsa nihil sunt, tamquam si aliquid essent, ad eorumdem fallaciam redarguendam loquitur. Sic itaque ex hoc ipso, quod sane rite discussum est, intellige, et Virginis nomen plane perspicue deprehendi posse. Quod enim ibi ostendit, magnificandam esse appellationem *Dei*, heic respondente honoris gloria appellationem innuit *Deiparæ*. Hoc siquidem solum illius nomen, hoc proprium, hoc verum; hoc universæ creaturæ magnificant; hoc homines glorificant ac supra modum benedicunt; hoc in omnibus antea generationibus inauditum; hoc illius tantummodo proprium omnino est, quemadmodum et unius Creatoris proprium est nomen *Deus*. Et sic quidem de his existimare congruum fuerit. Nunc vero tempus ad historiam nos reverti.

XII. Inquit enim[a] : *Exsurgens Maria in diebus illis, abiit*

[a] *Luc.* I, 39.

ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς. Ὅρα τὴν συμφωνίαν τῶν διηγήσεων· οὐ γὰρ αὐτὴν ἔφη τὴν ἡμέραν, ἢ μετὰ δευτέραν, καὶ τὴν καθεξῆς ἐκείνης, ἀλλ' ἐν ταύταις, τῷ ἀορίστῳ τοῦ χρόνου τὸ τῆς κατεχούσης ἐργασίας ἀναγκαῖον ἡ τοῦ εὐαγγελίου σημαίνουσα· ὅπερ ἡ ἱστορία διὰ τοῦ συμπληρῶσαι τὸ ἔργον ἐδήλωσεν· ὥστε σφοδροτέρα μὲν ἠπείγετο γνώμη πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, κατείχετο δὲ τῷ προλελεγμένῳ τρόπῳ. Μίαν δὲ πρός τε τὸν ἱερέα καὶ πρὸς τὴν συγγενίδα τὴν ἄφιξιν ἑκατέρα καθυποδείκνυσι γραφή· ἀπὸ μὲν τοῦ οἰκήματος Ἰωσὴφ πρὸς τὸν ἱερέα, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς τὸν οἶκον Ζαχαρίου. Διό φησιν ἡ ἱστορία· χαρὰν δὲ λαβοῦσα Μαριάμ, ἀπῄει πρὸς τὴν συγγενίδα αὐτῆς.

Ἔχαιρε τὰς συμφώνους λογιζομένη προρρήσεις. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ τοῦ ἱερέως ἀσυνήθει διαλέξει, πρὶν ἐν ὄψεσιν ὀφθῆναι, τὰ τῆς παρρησίας ἀφῄρητο, ὑπὲρ ἐλπίδα δὲ ταύτης ἀπώνατο, τῇ παρὰ προσδοκίαν ἔχαιρεν ἐπιτυχίᾳ· ἢ μᾶλλον ταύτην εἰληφέναι χαρὰν ὁ

---

in montana cum festinatione. Vide narrationum consonantiam ; non enim evangelica narratio dixit, *eadem die*, aut *post diem alteram*, aut *alia quapiam ex sequentibus*, sed *in diebus illis*, per indefinitum scilicet tempus innuens, Mariam domi instanti opere fuisse necessario detentam : quod quidem alia historia manifesto tradit, ad perficiendum (veli) opus id factum fuisse ; adeo ut vehementissimo quidem desiderio ad (invisendam) Elisabet impelleretur ; ratione tamen, quam antea diximus, detineretur. Utraque vero historia simul composita edocet, illam tum ad sacerdotem tum ad cognatam eodem se itinere contulisse, videlicet ab ædibus Josephi ad sacerdotem, ab isto vero ad domum Zachariæ. Quocirca historia dicit : *Gaudium autem cum percepisset Maria, profecta est ad cognatam suam.*

Gaudebat porro concordes secum reputans prædictiones. Cum enim ob insuetum cum sacerdote colloquium omnem fandi libertatem, vel antequam in conspectum illius veniret, amisisset, hanc vero supra spem deinde nacta esset, inexspectato successu

λόγος αἰνίττεται, τὴν μόνην ὄντως χαρὰν, καὶ ἣ μόνῃ συνήδετο, ἣν μόνην ἐπόθει, καὶ ἣν σωματουμένην ἔνδον κατεῖχε, τὸν ὑπερούσιον λόγον, τὸν τῆς χαρᾶς φυτουργὸν, τὸν τῆς ἀγαλλιάσεως ταμίαν, τὸ ὑπερπόθητον κάλλος, τὸ ὑπερὸν ὡραῖον ἐγκαλλώπισμα, τὸ μόνον ὀρεκτὸν ἀγαλλίαμα, τὴν ὑπὲρ ἔφεσιν ἡδονὴν, τὴν ἀκόρεστον γλυκύτητα, τὴν ἄληκτον ἐπιθυμίαν, τὸν ἐφετοῖς ἔρωτος τιτρώσκοντα βέλεσι. Τοῦτον ἡ κεχαριτωμένη λαβοῦσα, τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν ἔχαιρε χαράν.

XIII. Ἀναστᾶσα δὲ, φησὶ, Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις· πόθεν ἀνέστη τὸ ἀμετάθετον στήριγμα, ἡ ἀσάλευτος πόλις, τὸ τῆς ἀγνείας ἐδραίωμα, ἡ βάσις τοῦ ἀνθρωπείου γένους, τὸ τοῦ προπάτορος ἔρεισμα, ὁ τῆς ἀναστάσεως θεμέλιος, ἡ κρηπὶς τῆς ἀνα-

---

lætabatur; seu potius gaudium illud historia indicat adeptam eam esse, quod solum vere est gaudium, et quo solo delectabatur, quod solum discupiebat, et quod carne jam indutum intra sinum suum gestabat, supersubstantiale nempe Verbum, primum gaudii auctorem, lætitiæ dispensatorem, pulchritudinem vota quælibet excedentem, ornamentum quamvis venustatem vincens, unicam appetendam exsultationem, voluptatem omne desiderium superantem, dulcedinem quæ numquam satietatem affert, jugem ardentium votorum scopum, qui exoptatis amoris jaculis animos sauciat. Hunc cum in se excepisset illa *gratia plena* gaudio, quod mentis transcendit captum, exsultabat.

XIII. *Exsurgens autem*, inquit, *Maria in diebus illis* : undenam exsurrexit immotum illud fulcrum, civitas inconcussa, innocentiæ firmamentum, basis humani generis, primi gentis nostræ parentis fulcimentum, novæ erectionis sustentaculum, reparationis omnium fundamentum[a], gaudii radix, naturæ

[a] Plures heic habes sententias, quæ nullatenus permittunt ut Virgo Deipara primævo laborasse vitio existimetur. Quomodo enim fulcimentum esset lapsi primi parentis, si et ipsa lapsa in eodem hærebat luto? Quomodo *novæ erectionis sustentaculum*, si cum aliis jacebat, et cum aliis erat erigenda?

κλήσεως, ἡ ῥίζα τῆς χαρᾶς, ἡ ἀπαρχὴ τῆς φύσεως, τὸ τεῖχος, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἡμῶν ἐπωκοδομήθη σωτηρίας ἐρείσματα; Πόθεν τοίνυν ἀνέστη; Ἐκ τοῦ οἰκήματος Ἰωσήφ, ἐν ᾧπερ ἀμετακινήτως τῇ ἀρετῇ προσήδρευε. Καὶ διὰ τί μὴ, ἐξῆλθεν, ἔφη, ἀλλ' ἀνέστη; Τὴν διηνεκῆ καὶ ἔμμονον αὐτῆς ἡσυχίαν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς διὰ τούτου ἐνίξατο. Ἦν γὰρ ὥσπερ ἡδρασμένη καὶ ἀμετάθετος ἐν τῷ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἁγιότητος πεπηγυῖα θεμελίῳ· μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῆς ἐπειγούσης ἀνάγκης ἐκ τοῦ καθεστηκότος μεταβαίνουσα.

XIV. Αὕτη τοίνυν ἡ καθάπερ ἐν ἀδύτοις ἐν τῷ οἰκήματι κρυπτομένη, πρὸς τὸν ἱερέα καὶ πρὸς τὴν ὀρεινὴν σπουδῇ συνέτρεχε, τοιαῦτα τάχα διεξιοῦσα τῷ λόγῳ· Ἐγὼ, φησὶν, ὦ δέσποτα, τῇ σῇ κυβερνωμένη χάριτι μέχρι τῆς παρούσης ἡλικίας καὶ χρόνου τοῦ ἐνεστῶτος, ἐκ πάντων ἐμαυτὴν ἐπέσχον τῶν, ὅσα διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐπινοθεύειν πέφυκε τὴν τοῦ νοῦ καθαρότητα. Ὀφθαλμοῖς μὲν

---

totius primitiæ, murus, super quem inædificata salutis nostræ firmitas innititur? Unde ergo exsurrexit? Ex Josephi domo, in qua sane sua ipsam virtus constantissime detinebat. At vero quam ob rem non dixit, *egressa est*, sed *exsurrexit?* Jugem scilicet et constantem illius quietem sapientissimus Evangelista per hæc significare voluit. Nam stabilita quodammodo et immota super fundamentum patientiæ et sanctitatis defixa consistebat; neque forsitan citra impellentem necessitatem ab instituto suo discedebat.

XIV. Quæ ergo in domicilio suo veluti in sacrario abscondita solebat manere, ad sacerdotem et in montana cum festinatione se conferebat, hisce facile vocibus Deum alloquens : Ego, inquiebat, o Domine, tua me gratia gubernante, ad hanc usque ætatem et ad præsentem diem ab iis omnibus me custodivi, quæcumque ad corrumpendam per sensus puritatem mentis

Quomodo *reparationis omnium fundamentum*, si communi omnium involvebatur ruina?

τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀντίληψιν μετρίαν ἐπιτρέπουσα, τὸ θεωρητικὸν αὐτῶν ἅπαν πρὸς τὴν σὴν ἀνήρτησα μεγαλειότητα. Καθαρὰν δὲ καὶ ἀνέπαφον διατηροῦσα τὴν ἀκοὴν, ἐμφάσεων θείων ἀκροατήριον ταύτην παρεσκεύασα. Χείλη τε καὶ γλῶτταν εἰς τὴν σὴν δοξολογίαν ἀπασχολοῦσα, τὴν ἀσώματον ἐν σώματι παρεζήλωσα φύσιν. Ὑπ' οὐδενὸς τῶν παρόντων τὸν λογισμὸν παρετράπην· πρὸς γὰρ τὴν σὴν μόνην ἀπησχόλησα τοῦτον μελέτην, ὄργανον ἐμαυτὴν ὑμνολογικὸν κατεσκεύασα, ὄργανον ἡρμοσμένον τῷ πνεύματι, ὄργανον τῆς καθαρότητος ἐνηχοῦν μελῳδίαν, τὸ τῶν ἀΰλων δυνάμεων ἀνακρουόμενον ᾆσμα, τῇ χερουβικῇ δοξολογίᾳ συμφθεγγόμενον. Ἀκόρεστον ἔχουσα τὴν ἔφεσιν, ἄληκτον διετήρησα τὴν αἴνεσιν, ἔνδον τὸν σὸν ἐπιφερομένη πόθον, ἀδιαλείπτως τὰ τῆς αὐτοῦ ἀγάπης προβάλλομαι ῥήματα. Οὗτος συννυξήθη τῷ σώματι, οὗτος συνακμάζει τῇ διανοίᾳ, τούτῳ ἡ ψυχὴ προσφυομένη τὴν ἀκατάπαυστον ὑμνολο-

---

sunt idonea. Et oculis quidem concedebam ut, ubi opus esset, cernerent; sed quantacumque videndi vis inerat, totam ad magnificentiam tuam contemplandam erexi. Aures porro puras illibatasque servans, paratas habebam ad divinarum rerum explicationem excipiendam. Tum labia tum linguam in te collaudando assidue exercens, incorporeas naturas in corpore studebam æmulari. Nulla unquam terrenarum rerum meam a te mentem avertit : ad unam enim tui contemplationem jugiter eam intendere consuevi, organum memetipsum exhibens tuis laudibus resonans, organum a Sancto Spiritu ad supernas harmonias aptatum, organum suavissimos puritatis concentus modulans, quod cœlestium Virtutum canticis respondet, quod cherubicis gloriæ tuæ carminibus concinit. Insatiabili tui ardens desiderio, indesinenter prosequor laudationem tuam; amore tui cor saucium intus gerens, in verba amoris incessanter erumpo. Hic amor mihi cum corpore succrevit, hic cum mente adolevit; cum hoc simul congenita anima mea[a] hymnodiam

[a] Nihil sane præclarius ad sanctitatem primæ origini Virginis coævam

γίαν διαπλέκει. Φῶς γὰρ εἶ, δέσποτα, φῶς τὸ μόνως γλυκύτατον· φῶς τὸ ἀσυγκρίτως ποθούμενον· φῶς τὸ ἀχρόνως νοούμενον· φῶς τὸ μὴ τεμνόμενον χρόνῳ· φῶς τὸ καταλάμπον ἐν τῇ ἀγνείᾳ μου· φῶς τὸ κατευθῦνον τὰς ὁδούς μου· φῶς ὅπερ διὰ τῶν παραδόξων μηνυμάτων ὑπεδεξάμην, ὅπερ διὰ τῆς χαρᾶς κατεπλουτίσθην· τὸ παντὸς ἐπέκεινα γλυκασμοῦ, τὸ πάσης φωτοφανείας αἴτιον· τοῦτο νῦν ὡς λύχνον κατέχουσα, καὶ ὡς ἀσφαλέστατον φύλακα φέρουσα, πρὸς ἀσυνήθεις στέλλομαι πορείας.

XV. Ἦν τοίνυν τότε καθορᾶν τόπους μεταμείβουσαν τὴν ἄχραν-

---

intermitti nesciam pertexit. Lux enim es, Domine; lux undequaque suavissima; lux citra omnem comparationem desiderabilis; lux quæ citra temporum spatia intelligitur; lux quæ temporis vicibus non subditur; lux in innocentia mea refulgens; lux dirigens gressus meos; lux, quam per admirandum illum nuntium in me excepi", qua multo cum gaudio locupletata sum; quæ omnem vincit dulcedinem, quæ cujusvis illuminationis origo est; hanc modo ceu lampadem tenens, et ceu fidelissimum custodem mecum habens, insuetis me itineribus committo.

XV. Cernere ergo tunc erat immaculatam illam e loco in

prædicandam dici poterat : si enim cum vehementissimo Dei amore beata Deiparæ anima congenita est; divinamque charitatem non secus ac ex communi theologorum sententia Angelici spiritus et primi parentes, simul cum natura accepit; semper ergo sancta fuit, semperque Deo dilectissima; nec tartareus tyrannus hanc animam sibi olim fuisse sedem, jactare superbus potest.

" Hæc verba, ut puto, ab Jacobo vel incogitante extorsit communis omnium sententia, quæ non modo tenet divinum Verbum incarnatum ex tunc fuisse, cum illud inter Gabrielem ac Virginem colloquium habebatur, sed uti certum habet, id beatæ Deiparæ ignotum non fuisse. A qua quidem sententia, ut vidimus (sup. § IV, pag. 487) discessisse Auctor videtur, et huic præivisse dixeris Chrysostomum, ubi scribit (*in Ps.* 49, n. 1) : *Nec ipsa Virgo, quæ eum utero gestabat, noverat arcanum mysterii.* Οὐδὲ αὐτὴ ἡ κυοφοροῦσα παρθένος ᾔδει τοῦ μυστηρίου τὸ ἀπόῤῥητον.

τον, συνεχῆ τε μεταποιοῦσαν βήματα, καὶ τοῖς οἰκείοις τὸ ἔδαφος καθαγνίζουσαν ἴχνεσιν Ὢ γῆς ἐκείνης, ἥτις τῶν ἀμώμων αὐτῆς ἰχνῶν τοὺς τύπους ἐδέξατο. Ὢ τίς ἂν ἀκώλυτόν μοι παράσχοι τὴν εἰς ἐκείνους τοὺς σεβασμίους τόπους ἄφιξιν; Τίς ἄν μοι δοίη περιουσίαν δυνάμεως, ὥστε τὰ ἐκεῖσε κατειληφότι τῆς ἐπιθυμίας ἐμφορηθῆναι, ὥστε τὴν γῆν ἐκείνην περιπτύξασθαι, ἐφ' ἣν οἱ πανάκραντοι πόδες ἐπέβησαν ἐκεῖνοι, ἐφ' ἧς τὰ πανάσπιλα διεσημάνθησαν βήματα; Ὥστε τὸν χοῦν ἐκεῖνον ἀναλεξαμένῳ, ὀφθαλμοῖς ἐπιθεῖναι καὶ στόματι, καὶ πᾶσαν αἴσθησιν καθαγιάσαι, καὶ ὡς πολύτιμον θησαυρὸν ἐγκολπώσασθαι τοῦτον.

XVI. Ἰδοὺ γὰρ μεσοπορούσῃ ταύτῃ ἡ κτίσις πᾶσα προϋπαντῶσα, τοῖς χαριστηρίοις προσεπιδεξιοῦται λόγοις. Γῆ μὲν, ὡς οἰκείῳ πρώτως σεμνυνομένη βλαστήματι, τοιαῦτα σχεδὸν ἐπιβοᾶται·

---

locum transeuntem, et jugi incessu gressus alternantem, subjectumque solum vestigiis suis puritate perfundentem. O terra illa, quæ impressa purissimorum illius gressuum signa excepit! O quis expeditam mihi viam ad veneranda illa loca præbeat? Quis mihi tribuat tantum virium, ut illuc appellens desiderium meum expleam, ut terram illam deosculer, quam immaculatissimi illi pedes calcaverunt, in qua illibatissimi illius incessus relicta sunt vestigia"? Ut humum illam apprehendens, et oculis et ori apponam, meosque sensus omnes sanctificem, eamdemque in sinu meo ceu pretiosissimum thesaurum recondam.

XVI. Ecce enim creaturæ omnes illi per medium transeunti obviam veluti occurrentes, gratulabundis lætisque illam vocibus excipiunt. Et terra quidem, tamquam proprio in primis germine superbiens, ita propemodum exclamat. En floridissimus

" Vide sis, quomodo prærogativa, quæ maxime in Virgine enitebat, atque adeo præ reliquis obversabatur fidelium mentibus, easque percellebat vehementer, puritas est illa singularissima, quæ circumstantia omni veluti sanctificabat.

Ἰδοὺ τὸ ἀνθηρότατόν μου στέλεχος· ἰδοὺ τῆς εὐφορίας μου ὁ καρπός, ὁ ἄφθονος τῆς ἐμῆς εὐθηνίας πλοῦτος, ἡ τῆς εὐθηνίας καὶ εὐλογίας καρποφορία, δι' ἧς τῆς τῶν ἀκανθῶν ἀπαλλαγήσομαι καταδίκης, δι' ἧς τῆς τῶν τριβόλων ἐλευθερωθήσομαι τραχύτητος. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐμὴ προσφορά, δι' ἧς ἀποσμηχθήσομαί τε καὶ καθαρισθήσομαι, καὶ μυστικῆς θυσιαστήριον χρηματίσω θυσίας· ἡ ταῖς εἰδωλικαῖς μιαινομένη κνίσσαις, καὶ ἀνοσίοις καταχραινομένη λύθροις. Αὕτη ἐστὶ, δι' ἧς τῶν βδελυγμάτων ἀπαλλαττομένη, ἐξιλασμάτων χωρίον ὀφθήσομαι. Αὕτη τὸν ἀποφορτίζοντά με τῶν ἀνθρωπίνων πλημμελημάτων ἐπιφέρει. Αὕτη τὸν ἀφαιρούμενον ἐξ ἐμοῦ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος, σωματούμενον βαστάζει, τὸν ἐπ' οὐδενὶ τοὺς ἐμοὺς καθιδρύσαντα θεμελίους, τὸν ἰδίᾳ ὄρακι τὸν ἐμὸν περιγράψαντα γῦρον, τὸν ὕδασί με σπαργανοῦντα, καὶ εἰσαεὶ διακρατοῦντα. Αὕτη ἐστὶν ἡ ῥάβδος, ἡ τὸ τῆς ἀφθαρσίας

---

ramus meus; ecce fertilitatis meæ fructus, exuberantes ubertatis meæ divitiæ, ubertatis et benedictionis fœcundissima feracitas[a], per quam a damnatione ferendi spinas eripiar, per quam a tribulorum asperitate liberabor. Ipsa est oblatio mea, per quam a maculis abstergar et mundabor[b], et quæ idolorum nidoribus ante polluta, et impiis lavacris contaminata eram, jam mystici sacrificii altare evadam. Ipsa est, per quam ab abominationibus liberata, domus expiationum conspiciar. Ipsa illum infert, qui me ab humani generis delictis exonerabit. Ipsa corpore indutum eum gestat, qui grave peccati onus a me tollit, qui super nihilum fundamenta mea collocavit, qui proprio pugillo amplitudinem meam complectitur, qui aquis me veluti fasciis circumdat, et me perenniter continet. Ipsa est virga, incorruptionis flore

[a] Habes heic, quid sit feracitas, de qua terra hæc nostra gloriatur. Quæ nempe nihil prætequam spinas ac tribulos dederat, tandem floridissimum ramum protulit, cum Mariam progenuit. Quæ profecto sententia, nisi ad hominum ortum eumque maxime referatur, plane, uti patet, falsa esset.

[b] Oblatio, per quam maculæ emundentur, non potest, uti manifestum est, iisdem maculis fœda censeri.

ἄνθος ὠδίνουσα, (ἐξ) ἧς, ὥσπερ ἐκ καλύκων προκύψαν, τὸ ἀηδὲς τῆς πλάνης ἀποσοβήσει, καὶ τὴν τῆς χάριτος ὀσμὴν διαπνεύσει. Ὦ τῆς ἐμῆς παραφυάδος. Ὦ κόλπων, ἐν οἷς τοῦτο τὸ φυτὸν ἡδρύνθη· ἐξ οὗ προϊὸν ὁ τῆς ἀθανασίας καρπὸς, τὴν τῶν ἐμῶν τέκνων ἀκαρπίαν εἰς καροποφόρον εὐσέβειαν μεταποιήσει, οὗ ὁ λόγος ἐν τοῖς πέρασι διασπαρεὶς, εἰς ἑκατὸν ἐπιδώσει τὴν εὐφορίαν, πολύχουν ἀποθήσει τὴν γεωργίαν. Ὦ τῶν ἐμῶν πεδίων εὐωδέστατον κρίνον, ὅπερ τῷ τῆς καθαρότητος μύρῳ πάσας τὰς ψυχικὰς περιπνεύσει κηλῖδας. Σὺ εἶ ἡ εὐωδία· σὺ εἶ, ἡ τοῖς τῶν ἀρετῶν ἀρώμασι τὸ ἐμὸν μυρίζουσα πλήρωμα· ἡ ἀθόλωτος πηγὴ, ἐξ ἧς, ὡς σταγόνες ὑετοῦ, αἱ τῶν χαρίτων ἐπιστάζουσαι ῥανίδες, τὸ ἐμὸν πιαίνουσι πρόσωπον, τὰ τῆς ἐμῆς τερπνότητος καταρδεύουσιν ὡραῖα· ἡ λαμ-

---

fœta, e qua tanquam e calice hic prodiens, erroris procul abiget insuavitatem, et gratiæ fragrantiam exhalabit. O propaginem meam! O sinum, in quo hæc planta[a] ad maturitatem venit; e qua progerminans immortalitatis fructus, filiorum meorum sterilitatem in fructiferam pietatem commutabit; et cujus verbum, in omnibus finibus terræ disseminatum, in centuplum augebit ubertatem, excultique soli labores multiplici cumulabit usura! O agrorum meorum suaveolentissimum lilium, quod puritatis suæ unguentum omnibus animarum ulceribus affundet[b]! Tu suavissimus es odor : tu es, quæ virtutum tuarum aromatibus totum mei ambitum aspergis : tu fons es illimis, e qua, tanquam imbrium stillæ, defluentes gratiarum guttæ faciem meam pingui ubertate fœcundant, et jucundam venustatem meam irrigant : tu es lampas, quæ me per universum cir-

[a] Quænam enimvero laus esset sinus B. Annæ, siquidem hæc planta, quod ad originem spectat inde deductam, vitiata fuisset?

[b] Imagine paulo diversa eamdem expressam habes sententiam. Nisi enim Deiparam gloriosam communi originis vitio exemptam statuas, non suaveolentissimum tibi parebit lilium, cujus unguentum ulceribus aliorum sit medela; sed et ipsa eodem ulcere fœtere dicenda erit.

πὰς, ἡ τὸν ἐμὸν φωτίζουσα κύκλον, ἡ τὰς ἡλιακὰς ὑπερνικῶσα φαιδρότητας, ἡ ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ἀφιεῖσα τὰς ἀκτῖνας, δι' ἧς τὰ τούτου ὑπερῆρα κάλλη· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λαμπρυνόμενος ἐπαγάλλεται φωστῆρσιν· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ ἐκεῖνόν σε κατέχουσα, σεμνοτέρα τῆς αὐτοῦ διακοσμήσεως δείκνυμαι· ἐκεῖνος τῷ γεγενημένῳ καταγλαΐζεται φωτὶ, ἐγὼ τῷ γενεσιουργῷ διὰ σοῦ ἐπιδημήσαντι, κατασεμνύνομαι· ἐκεῖνος τοῖς ποιήμασιν, ἐγὼ τῷ ποιητῇ περικαλλύνομαι· ἐκεῖνος ἀποσκιαζομένῳ καὶ δυομένῳ καταυγάζεται ἡλίῳ, ἐγὼ δὲ τῷ τῆς δικαιοσύνης ἀνεσπέρῳ καὶ ἀδύτῳ ἡλίῳ, δι' οὗ κἀκεῖνος τὸ εἶναι εἴληφεν, ἐπαίρομαί τε καὶ καταλάμπομαι, ὄχημά σε τούτου περιφέρουσα, τὴν τὸ μυριοπλάσιον τῶν ἀγγέλων ὑπερέχουσαν ἅρμα, τὴν χερουβικὴν παστάδα, τὴν σεραφικὴν λαβίδα, τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν, τὸ ὑπερουράνιον παλάτιον. Ὢ πόσαι τῶν ἐμῶν αὐχημάτων αἱ ἀφορμαί. Ὢ τοῦ ἐμοῦ καυχήματος αἰτία. Ἐπαγάλλομαί σοι, ἐπιτέρπομαι τῇ δόξῃ σου, ἐπισεμνύνομαί σοι

---

cuitum illuminas, quæ solares longe vincis fulgores, quæ radios tuos super ipsos cœlos expandis, et per quam his quoque pulchritudine antecello; et hi quidem propriis illustrati luminaribus sese magnifice ostentant; ego vero præ illis cum te possideam, quovis eorum ornatu magnificentior appareo; illi genita luce exornantur, ast ego generationis auctore per te adveniente condecoror : illi facturis nobilitantur, ego autem factore; illi sole illuminantur, qui et nubibus obumbratur, et occasum subit; at ego sole justitiæ, qui neque vesperam neque occasum novit, per quem et ille accepit ut esset, et glorior et resplendeo, quippe te gesto, quæ illius es vehiculum, quæ infinito intervallo angelorum currum superemines[a], quæ thalamus cherubicus, quæ forceps seraphica, quæ regius thronus, quæ cœlis sublimius palatium exsistis. O quot, et quantæ mihi gloriandi caussæ! O gloriæ meæ auctrix! In te memet effero, gloria tua oblector,

[a] Deus in sacris litteris cherubicis humeris veluti quodam curru invectus describi solet.

ὡς οἰκείῳ βλαστήματι. Καθαίρομαι τῶν ἀνθρωπίνων μολυσμῶν ἐπὶ νῶτά σε φέρουσα· ἁγιάζομαι τοῖς ἀχράντοις καὶ τιμίοις σου βήμασιν· εὐωδιάζομαι τῷ τῆς καθαρότητός σου μύρῳ· σκιρτῶ ἐπὶ σοί, παῤῥησιάζομαι διὰ σὲ, καὶ ἡ σὺν ἐμοὶ πᾶσα διακόσμησις.

XVII. Οὕτως ὑπὸ πάντων ἡ τῶν ἁπάντων δοξαζομένη δέσποινα, τὰ τῆς πορείας διήνυσε. Διό φησιν· ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ.

Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο, φησί· τί ἐγένετο; Καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ τῆς φύσεως ἀλλότριον. Φωνὴ μόνη ἐξενεχθεῖσα τοὺς ταύτης ἐκαινοτόμησεν ὅρους· ἦχος ἀσπασμοῦ εἰς τὴν ἀνεπίδεκτον φωνῆς ἐνήχησεν ἀκοήν· ῥθόγ-

---

te tanquam germine meo proprio superbio. Te dorso meo ferens, ab humanis inquinamentis emundor[a]; sanctificor immaculatis et honorandis tuis gressibus; suavi odore perfundor a puritatis tuæ unguento; in te exsulto, propter te fiduciam sumo, et mecum omnes creaturarum ordines.

XVII. Sic omnium Domina, ab omnibus glorificata, iter suum confecit. Quocirca (Evangelista), *Abiit*, inquit[b], *in montana cum festinatione, in civitatem Juda*; et *intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabet.*

Et factum est, subdit[c], *ut audivit salutationem Mariæ Elisabet, exsultavit infans in utero ejus. Et factum est*, inquit; quid factum est? Novum prorsus, et admirandum, et a naturæ ordine alienum. Sola vox, ut prolata est, naturæ leges innovavit : sonitus salutationis auribus insonuit, quæ vocem audire non poterant;

[a] Nisi Deiparam vitio quovis immunem affirmes, illius non secus atque aliorum inquinamentis terra deturpata pari jure diceretur.

[b] *Luc.* I, 39, 40.

[c] *Ibid.* v. 41.

γος παρθενικὸς, δυνάμει τοῦ ἐνοικοῦντος, τὸ ἐγγάστριον διεθόνησε βρέφος. Ὡς ἤκουσε, φησὶν, ἡ Ἐλισάβετ, ὁ λόγος ἐν τοῖς ὠσὶν εἰσέδυ, καὶ ἡ χάρις τὸ ἔμβρυον ἐκίνει· ἡ φωνὴ ἐνηργεῖτο, καὶ ἡ δύναμις ἐβεβαιοῦτο. Ὢ ἰσχύος ῥημάτων. Ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. Ἤσθη τῆς δεσποτικῆς παρουσίας, ἤκουσε τῆς ἀκηράτου φωνῆς, ἔγνω τὸν δημιουργὸν ταύτην κινοῦντα, καὶ σχεδὸν διὰ τῶν σκιρτημάτων τοιαῦτα τῇ μητρὶ προσεφώνει.

XVIII. Πρόφθασον, ὦ μῆτερ, πρόδραμε συντόνως, προϋπάντησον τῇ τὸν δημιουργὸν ἐπιφερούσῃ σωματούμενον. Ὁ δεσπότης ἐν ταύτῃ, ὡς ἐν οὐρανίῳ ἐποχεῖται θρόνῳ. Οὗτος τὰς φύσεις καινοτομεῖ· οὗτος τὰ πράγματα μεταπλάττει. Οὐ στέγω σιωπῇ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἄγειν· οὐ φέρω μὴ κηρύττειν τὸν εἰς τοῦτό με παραγαγόντα, εἰς ὅπερ προετάγην. Σπεύδω χρησιμεύειν, φωνὴ βοῶντος προορισθεὶς ἐμηνύθην, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν διακονίαν

---

vox virginalis, virtute illius, qui in Virgine inhabitabat, infantem materno adhuc utero inclusum excussit. *Ut audivit*, inquit, *Elisabet*, verbum ingrediebatur in aures, et gratia fœtum uteri commovebat. Vox operabatur, et addebatur virtus. O verborum vim! *Exsultavit infans in utero ejus*. Persensit præsentiam Domini, immaculatæ illius voces audivit, creatorem, qui hanc movebat, agnovit, et saltibus suis hæc matri suæ propemodum loquebatur :

XVIII. Anteverte, o mater, præveni festina, præcurre obviam ferenti creatorem incarnatum. In ipsa Dominus, tamquam in cœlesti throno, advehitur. Hic naturam innovat; hic res immutat. Præsentiam ejus ferre silentio non valeo; non possum non prædicare eum, qui me ad hoc excitavit, ad quod præordinatus fui. Usumfructum ferre festino, quippe qui, ut prædictum est (a prophetis), prædestinatus[a] fui, ut essem *vox clamantis*, et propterea ad ministerium meum explendum impellor. Ne ergo

[a] *Johan.* I, 23.

ἐπείγομαι. Μὴ μέλλε τοίνυν, ὦ μῆτερ· χρῆσον ἐμοὶ τὴν φωνήν, ἵνα κηρύξω τὴν ζωήν· πλήρωσον τὴν τοῦ λόγου χρείαν, ἵνα μὴ τὸ τῆς ὠδῖνος ἀναγκαῖον βιάσωμαι· μὴ καινοτομηθῆναι τῇ ὑπερθέσει τὸν τόκον ἐάσῃς· μὴ τὴν εὐχαριστίαν ἀναβαλλομένη, τὴν φύσιν κατίδῃς μεταβαλλομένην· διαῤῥῆξαι τὰ αὐτῆς καταναγκάζομαι κλεῖθρα, ὑπερβῆναι τοὺς ὅρους ἐπείγομαι· οὐκ ἀναμένει τούτους ὁ μεταπλάττων τὴν φύσιν, λύει τὴν τάξιν ὁ ταύτην συνδήσας. Ἔχεις ἐν ἑαυτῇ τὴν τῶν πραγμάτων ἀσφάλειαν· νενεκρωμένα σου τὰ μέλη πρὸς ζωοτοκίαν αὐτὸς ἐνίσχυσεν, ἐξηραμένην [1] τὴν φύσιν τῷ οἰκείῳ κατεπίανε προστάγματι. Οὗτος, ὁ ἐν ἀχράντῳ βρεφουργούμενος κοιλίᾳ, ἐν ταῖς μητρώαις κοιλίαις τὰ βρέφη διαπλάττει· οὗτος διαμορφοῖ τὴν φύσιν· οὗτος τοὺς χαρακτῆρας ἐξεικονίζει· οὗτος δημιουργεῖ τὰς ψυχάς· οὗτος τὴν ἐπίῤῥυτον οὐσίαν εἰς ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ σάρκας συμπήγνυσιν· οὗτος τὰς ἁρμονίας διαρθροῖ, καὶ λελυμένῳ ταύτας δεσμῷ συνδέων, καὶ ἀλύτους τῇ οἰκείᾳ συν-

[1] Ita Cod. pro ἐξηραμμένην seu ἐξηρασμένην.

---

cuncteris, o mater; commoda mihi vocem, ut vitam deprædicem; supple meæ loquendi impotentiæ, ne constitutis partus legibus vim inferam; ne committas cunctatione tua, ut nova partus ratio tibi contingat; ne velis, gratiarum actiones differens, naturæ leges cernere immutatas : ego sane hujus claustra cogor perrumpere, terminos ejusdem transilire compellor; non patienter hos ille perfert, qui naturam immutat; qui ordinem constituit, is ordinem solvit. Ipsa in te habes certam rerum fidem; emortua enim membra tua ipse ad generandum viventem corroboravit, arefactæque naturæ ubertatem jussu suo contulit. Iste, qui in utero impolluto factus est infans, in uteris maternis infantes format : hic naturam effingit; hic lineamenta configurat : hic animas creat : hic seminalem substantiam in ossa et nervos et carnes effingit; hic artus compagine jungit, solubili eos vinculo colligans, insolutos tamen sua providentia conser-

τηρῶν προνοίᾳ· οὗτος εἰς φῶς τὰς ὠδῖνας ἐξάγει, καὶ τῷ νοητῷ τοῦ λόγου φωτὶ τὰς ψυχικὰς δυνάμεις καταφαιδρύνει. Ὑπόδεξαι τοίνυν σὺν εὐφημίᾳ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν· ὑπόδεξαι σωματικῶς τὸν θεϊκῶς πληροῦντα τὰ σύμπαντα.

XIX. Εἰπὲ πρότερον τὰ τῆς κυοφορούσης αὐτὸν ἐγκώμια· προσκύνησον ὡς βασιλίδα τὸ τῆς φύσεως ἐγκαλλώπισμα· πλέξον εἰσόδιον τὴν εὐφημίαν τῇ τοῦ γένους εὐλογίᾳ· ἅρμοσον τοὺς κατ' ἀξίαν ἐπαίνους τῇ πάσης τιμῆς ὑπεροχίᾳ. Ὑπόδεξαι τὸ ὑπερουράνιον τοῦ βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον, τὴν νοητὴν καὶ ὑπερκόσμιον παστάδα, ἐφ' ἧπερ αὐτὸς ὁ δημιουργὸς ἑαυτῷ τὴν τῆς σαρκὸς παχύτητα μνηστεύεται, ἐν ᾗ τὸ τῆς οἰκονομίας τελεσιουργεῖται μυστήριον. Περίπτεξαι τὴν φωτεινὴν νεφέλην, ἣν ὁ τῆς δικαιοσύνης περιεβεβλημένος ἥλιος τὸ τῆς σαρκὸς οὐσιοῦται περιβόλαιον· ἐξ ἧς τὴν φύσιν ἐνδυσάμενος, τοὺς τῆς ἀρᾶς ἀπαμφιάσει χιτῶνας τοὺς προπάτορας. Αὕτη ἐστίν, ὦ μῆτερ, δι' ἧς αἱ τῶν

---

vans; hic in lucem fœtus educit, et animæ potentias intellectuali rationis luce irradiat. Ejus ergo adventum honorificis excipe verbis : excipe corpore indutum eum ipsum, qui divinitate sua implet universa.

XIX. At prius laudes in eam confer, quæ illum suo sinu gestat : venerare ceu reginam illud naturæ nostræ decus; acclamationem huic generis humani benedictioni plecte festivam, qua ejus gratuleris adventum; contexe pro meritis illi encomia, quæ quolibet est honore dignissima. Excipe illud cœlis præcelsius palatium Regis Angelorum, intelligibilem ac mundo præcelsiorem thalamum, in quo ipse Creator crassitudinem carnis nostræ sibi desponsat, in quo dispensationis mysterium perficitur. Amplectere lucidam nubem, qua circumtectus sol justitiæ amictum corporeæ substantiæ sibi circumdedit; ex qua naturam nostram indutus primis parentibus tunicas maledictionis detrahet. Hæc est, o mater, per quam dissolvuntur partuum

ὠδίνων λύονται λῦπαι· δι' ἧς τὰ τῶν προγόνων ἀφαιροῦνται δάκρυα. Αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς εὐλογίας ἀπαρχή, ἡ τῆς εὐφροσύνης πρόξενος. Συνεισάγαγε τὴν χάριν τῇ τοιαύτης εἰσόδῳ· ταμίευσαι τὴν χαρὰν τῇ ταύτης ὑποδοχῇ· χαρᾶς τοὺς ὑποδεχομένους ἀνταμείβεται δωρεαῖς. Ταύτην οἰκείαν ποιησάμενος πύλην ὁ δεσπότης, εἴσοδον τῶν οὐρανῶν προσθήσεται, θύραν ἐν παραδείσῳ καθυπερείσει. Αὕτη τῶν χερουβικῶν ὑπερετέθη θρόνων· αὕτη τῶν νοερῶν ὑπερεδοξάσθη ταγμάτων. Αὕτη εὐρυχωροτέρα τῶν οὐρανῶν ἐχρημάτισε σκηνή· αὕτη λαμπροτέρας ἡλίου τὰς ἀκτῖνας ἐκπέμπει· αὕτη φαιδροτέρας τὰς μαρμαρυγὰς ἀποστίλβει. Αὕτη τὸ ἀκαλλὲς ἐγκαλλωπίζει τῆς φύσεως, καὶ τὴν ἐκ παραβάσεως προσγενομένην ἀδοξίαν τῷ οἰκείῳ δοξάζει τόκῳ.

XX. Ταῦτα σχεδὸν τοῖς σκιρτήμασι τοῦ Ἰωάννου βοῶντος, καὶ ἡ Ἐλισάβετ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἐμπνευσθεῖσα χάριτος, ἐνάρθρῳ φωνῇ

---

mœrores; per quam progenitorum lacrymæ absterguntur. Ipsa est primitiæ benedictionis, ipsa lætitiæ conciliatrix. Introduc simul cum introeunte ipsa gratiam : repone tibi, hanc suscipiendo, gaudium; gaudii enim donis ipsa suscipientes se remunerat. Hanc Dominus cum portam suam effecerit, eamdem ad cœlos aditum apponet, ipsam ad paradisum januam constituet. Hæc cherubicis thronis est superposita : hæc præ cœlestium spiritnum ordinibus glorificata est. Hæc tabernaculum ipsis cœlis latius est effecta : hæc radios sole lucidiores emittit : hæc micantioribus fulgoribus coruscat. Hæc vestit decore naturæ nostræ deformitatem[a], et ignominiam ex veteri prævaricatione inustam per partum suum gloria commutat.

XX. Hæc saltibus suis Johanne quodammodo clamante, etiam Elisabet ejusdem gratiæ spiritu afflata, inarticulatam (in-

[a] Heic quoque contextus nullatenus patitur, ut eam deformitatem, quam Virgo tegit, Virgini ipsi inesse quispiam putet : quæ porro ibi deformitas intelligenda sit, quæ mox sequuntur aperiunt, *ignominia* scilicet *veteris prævaricationis*.

τὴν ἀναρθρον εὐχαριστίαν ἐδημοσίευσε, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ τόκου τῷ φθόγγῳ τοῦ λόγου καθυπέφηνεν. Ἐπλήσθη γάρ, φησὶ, πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου πρὸς μέ; Ἀναξία μὲν γάρ, φησὶν, ἐγὼ τῆς τοιαύτης ὑποδοχῆς καθέστηκα· παρ' ἐλπίδα τὸ πρᾶγμα· ἡ δέσποινα πρὸς τὴν δούλην, ἡ κυρία πρὸς τὴν οἰκέτιν, ἡ πάσης τιμῆς ἀνωτέρα τὴν διακονίαν ἐκπληροῖ τῶν ταπεινοτέρων· ἡ ὑπὸ ἀγγέλων δορυφορουμένη τὴν τῶν δορυφορούντων ἐπέχει τάξιν· ἡ τὸν τοῦ παντὸς δεσπότην κατέχουσα, ἐν εὐτελεῖ ἐπεδήμησε καταγωγίῳ. Καινὸν δὲ καὶ παράδοξον περὶ σὲ τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα κατανοῶ. Πῶς ἡ ἐν ἀσύλοις τῆς ἡσυχίας ταμείοις ἐνιδρυμένη, τὴν τοιαύτην ὁδοιπορίαν ἐστείλω; Ἡ καθάπερ νυμφικῇ παστάδι, ταῖς τῶν ἀρετῶν περιβολαῖς ἐνδιαιτωμένη,

---

fantis) gratulationem et gratiarum actionem articulata voce deprompsit, et fœtus sui affectum sonitu vocis manifestavit. *Repleta est enim*, inquit[a], *Spiritu Sancto Elisabet; et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Ego enim, ait, hujusmodi te suscipiendi honore plane sum indigna; spem omnem res excedit: regina ad servam, domina ad ancillam venit; quæ honore quolibet celsior exstitit, eorum, qui abjectiores sunt inter homines, ministerium impendit; quæ Angelorum satellitio honoratur, ad famulantium conditionem se demittit; quæ rerum omnium Dominum in se continet, ad pauperculum diversorium se recepit. Novum vero ac mirum de te, Domini matre, considero. Quomodo tu, quæ in sacris illis silentii penetralibus considere consuescebas, ejusmodi te itineri commisisti? Quomodo quæ in virtutum tuarum recessibus, veluti in nuptiali thalamo, moras

[a] *Luc.* I, 41-42.

ἡ μόνην τὴν αὐτῶν διανύουσα τρίβον, ἡ μηδὲ τοῖς γειτνιῶσι παραβάλλουσα γνωρίμοις, πῶς ἐν τοῖς πλείστον διεστηκόσιν ἐπεφοίτησας ἡμῖν;

Τοῦτο γὰρ δὴ μᾶλλον τὴν Ἐλισάβετ κατέπληττε, τὸ τῆς μακροτέρας ὁδοιπορίας φημὶ θαῦμα· καὶ ἡ τῶν αἰσθητῶς συνεπομένων μὴ προσοῦσα δορυφορία. Ὅθεν ἐξισταμένη τότε παράδοξον καταγγέλλει.

XXI. Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ μου. Τί λέγεις, ὦ Ἐλισάβετ; Πόθεν συνῆκας τὸ ἐν ἀγαλλιάσει σκίρτημα; Τίνα χαρᾶς τεκμήρια τοῖς κινήμασι κατενόησας; Τίς λαλιὰ τοῦ μήπω φανοῦντος ἐμβρύου τὴν τοιαύτην ἐτράνωσε διάθεσιν; Ποῖα σχήματα τοῖς ἤθεσι τυπούμενα ταύτην τὴν εὐφροσύνην ἐδήλωσαν; Ἡ μὲν οὖν τοῦ σκιρτήματος αἴσθησις φανερά σοι καθί-

---

agere tuas, solamque harum semitam deambulare solebas, quæ ne ad vicinos quidem familiares pedem admovebas, quomodo, inquam, ad nos tam procul dissitos advenisti?

Et sane id majorem in modum Elisabetam in admirationem rapiebat, longioris scilicet itineris hujus portentum, simulque absentia cujusvis humani comitatus, qui eam ministerii ergo sequeretur. Et exinde velut attonita stupenda hæc profert.

XXI. *Ecce enim*, inquit[a], *ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.* Quid dicis, o Elisabet? Unde nosti, saltus illos a gaudio profectos esse? Quænam gaudii indicia in illis motibus advertisti? Quæ loquela hunc fœtus nondum loquentis affectum animi prodidit? Quinam gestus, cordis motus designantes, hujusmodi lætitiam manifestaverunt? Nam, esto, saltationis sensus etiam nolenti

[a] *Luc.* I, 44.

στατο καὶ μὴ βουλομένη· τὸ δὲ ἐν ἀγαλλιάσει ταύτην γεγενῆσθαι, πόθεν στοχαζομένη διέγνως;

Τί οὖν ἡμεῖς, τὸν ταύτης ποιούμενοι λόγον, ἐροῦμεν πρὸς τοῦτο; Ὅτι σὺν τῷ γεγονότι σκιρτήματι, χαρᾶς ἡ μήτηρ ἐνεφορήθη, καὶ ἀναλόγως τούτῳ τὰ τῆς ψυχῆς ἐπεδείκνυτο κινήματα· διὸ ἐκ τούτων καὶ τὴν τοῦ ἐμβρύου κατενόει ἐνεργουμένην ἀγαλλίασιν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ ἑτέρου ταύτην εἰκὸς διεσκοπεῖτο. Τίνος τούτου; Τοῦ ἀνωδύνως τὴν τοιαύτην ὑποστῆναι κίνησιν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν οὕτως συμβαινουσῶν περιδινήσεων, οὐκ ἔστιν ὑπονοεῖν ἀναλγήτως διαμένειν τὰς μητέρας· ὠδῖνες γὰρ ὠδῖνες ταύτας συνέχουσι, καὶ ὀξύτεροι βελῶν κατατιτρώσκουσι πόνοι· καὶ τούτων ἀψευδὲς τεκμήριον, αἱ ἐν τῷ τίκτειν καθεστήκασι περιστάσεις, παντὸς ἀλγεινοῦ πόνου ὑπερβάλλουσαι. Ἐπεὶ οὖν ἡ Ἐλισάβετ σφοδρὸν μὲν τὸ σκίρτημα συναισθομένη, ἀπόνως δὲ τοῦτο γεγενημένον κατενόησεν,

---

certus tibi fuerit; at quod saltatio ista suum ab exsultatione ortum ducat, quibusnam conjecturis cognovisti?

Quid itaque nos, qui de ipsa (Elisabet) verba facimus, quoad hæc dicemus? Nimirum interim dum saltatio perageretur, matrem repletam gaudio fuisse, et consentanee per id motiones animæ fuisse detectas; ex his igitur etiam in fœtu excitatam lætitiam intelligebat. Magis vero et ex alio indicio lætitiam illam probe animadvertebat. Ex quonam signo? Ex eo nempe, quod hi saltus sine ullo ejusdem dolore acciderint. Non enim existimandum est, nullo vexari dolore matres, cum fœtus hoc modo hinc inde agitatur; nam vehementes utique ærumnæ illas corripiunt, et sagittis ipsis acutiores sauciant easdem dolores; et horum sane certum argumentum sunt molestiæ, quæ illas in partu invadunt, quæ quovis alio dolore ac molestia utique graviores sunt. Quandoquidem ergo Elisabet ingentem illam saltationem persenserat, eam tamen sine ulla sui molestia evenisse considerabat; facile perspexit, novam illam commotionem fœtus,

ἔγνω διὰ τοῦ ἐνεργήσαντος πνεύματος ἐν ἀγαλλιάσει γεγονέναι τὴν ἐν τῷ ἐγγαστρίῳ καινοτομηθεῖσαν κίνησιν.

XXII. Διὸ ταύτην ἐξειποῦσα, τὰ ὑπὲρ λόγον ἐγκώμια τῆς παρθένου καταγγέλλει· καὶ μακαρία, φησὶν, ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου. Ὦ ἀνερμηνεύτου πίστεως. Ὦ μακαρίας καὶ τρισμακαρίας ὡς ἀληθῶς τῆς διανοίας ἐκείνης· ἥτις πρὸς τοσοῦτον ἤρθη τῆς πίστεως ὕψος. Τοῦτο αὐτῇ ἡ Ἐλισάβετ προσεμαρτύρησεν, ὅτι τοιαῦτά ἐστι τὰ ἐν σοὶ τελούμενα, καὶ τοσοῦτον ἀπέχει πρὸς παραδοχὴν, ὥστε οὐδεὶς ἂν καταγγελλομένοις αὐτοῖς ἀναμφιβόλως ἐπείσθη, πλὴν τῆς σῆς ὑπερφυοῦς καὶ ἀκηράτου πίστεως. Οὐ γὰρ δὴ Ἀβραὰμ, ἢ Ἰσαὰκ, ἢ Ἰακὼβ, ἢ Μωϋσῆς ἀβασανίστως ἂν ὑπείξαν τῇ καινῇ ταύτῃ καὶ ξένῃ λειτουργίᾳ. Πῶς γὰρ οἱ τεκμήρια παρὰ Θεοῦ τῶν ταπεινῶν ζητήσαντες πάλαι, νῦν τῷ ὑπὲρ ἔννοιαν ἀνενδοιάστως ἐπείσθησαν; Τί

---

quem utero gestabat, in gaudio ex Sancti Spiritus operatione factam fuisse.

XXII. Quocirca cum illud edixisset, in laudes dein Virginis plane singulares erumpit; *Et Beata*, inquit[a], *quæ credidisti; quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino.* O fidem nulla oratione enarrabilem! O beatam ac vere ter beatam illam mentem, quæ ad tantam fidei celsitudinem evecta est! Hoc nempe testimonium est, quod virgini perhibuit Elisabet: ejusmodi, inquit, sunt, quæ in te perficiuntur, atque adeo longe sunt supra fidem, ut nemo, præter te, quæ purissima atque omnem naturæ ordinem transcendente fide excellis, iis sibi denuntiatis absque hæsitatione crediturus fuerit. Neque enim aut Abraham, aut Isaac, aut Jacob, aut Moyses inusitato huic tamque novo ministerio facile ac nullis sibi signis ostensis sese promptos exhibuissent. Et sane quomodo illi, qui testimonia olim a Deo exquisiverunt in rebus levis momenti, nunc rei, quæ omnem superat cogitatum, nihil hæsitantes credidissent?

[a] *Luc.* I, 45.

γὰρ ὑπῆρχε πρὸς τὸ ἐπὶ γῆς ὀφθῆναι Θεὸν, καὶ ἐκ σοῦ τὴν ἀνθρωπείαν ἀναλαβεῖν φύσιν, γῆς κατάσχεσις καὶ πληθυσμὸς σπέρματος, καὶ δουλείας ἀπαλλαγὴ, ἐν οἷς ἐκεῖνοι τῆς διὰ τῶν τεκμηρίων ἐδεήθησαν βεβαιώσεως; Διὰ δὴ τοῦτό φησι· Σὺ μόνη μακαρία, ἡ ἀμφιβόλοις μὴ περιπεσοῦσα λογισμοῖς, ἡ ὡς ἐν ἅπασιν, οὕτω καὶ ἐν τῇ πίστει, τῆς ὅλης κατακρατοῦσα φύσεως.

XXIII. Ὅτι δὲ ταῦτα τὸν τοιοῦτον συνίστησι λόγον ἀληθῆ τε ὄντα καὶ τοῖς πράγμασι τὸ βέβαιον ἔχοντα, καιρὸς ὡς ἐφικτὸν ἐπιδεῖξαι. Καὶ μηδεὶς κατάγνωσιν τὴν τῶν δικαίων σύγκρισιν ὑποτοπάσῃ· ἄτοτον γὰρ τὸ τοιοῦτον διανοεῖσθαι· ἀλλὰ δεχέσθω τὸν λό-

---

Quî enim aut terræ possessio, aut seminis multiplicatio, aut a servitute liberatio, de quibus illi ad firmam fidem signa postularunt, quî, inquam, comparari ista queant cum mysterio, quod Deus in terra visus fuerit, et humanam naturam ex te assumpserit? Et hac sane de causa dicit : Tu vere sola beata, quæ nullatenus dubiis cogitationibus hæsitasti, quæ cum ceteris omnibus, tum etiam fidei excellentia creaturas omnes vicisti[a].

XXIII. Quod vero omnimoda veritate constent, quæ affirmo, ac plenam ex rebus ipsis fidem habeant, jam tempus est, ut pro viribus demonstrem. Nemo porro suspicetur, in reprehensionem forte justorum cedere hanc inter illos comparationem; absurdum

[a] Vim sententiæ fac probe advertas. Nullum, inquit, virtutis aut dotis eximiæ genus est, quo non quaslibet creaturas Virgo Deipara superaverit. At enim si de iis sermo sit, quæ ad prima cujusque initia spectant, quis nesciat, cœlestes Spiritus hac gloria beatitateque auctos fuisse, ut in ipsa eorum creatione lucidissimis gratiæ spendoribus nitescerent, Deique amicitia fruerentur? Quis nesciat, hoc idem munus primis quoque parentibus collatum fuisse, imo vero et dæmones hanc ortus sui nobilitatem jactare posse? Postulat ergo allata sententia, ut et Virgo beata a prima sui origine præclarissimis divinæ gratiæ muneribus exornata fuerit. Sin aliter, tanto Angelis ac primis parentibus Virgo Deipara inferior erit, quantum a divinæ gratiæ luce distant peccati tenebræ.

γον ἐπιδεικνύντα ὥσπερ ἐκείνους ὑπερκειμένους ἐν τῇ πίστει, οὕτω ταύτην ἀνερμηνεύτως τὴν αὐτῶν ὑπεραναβᾶσαν ἀρετὴν, οὐ τῇ δωρεᾷ τῆς χάριτος, οὐδὲ τῷ ξένῳ τῆς κυήσεως, ἅπερ ἄῤῥητα διαμένει, ἀλλὰ τῇ τῆς προαιρέσεως φιλοτιμίᾳ καὶ τῷ οἰκείῳ τῶν ἀγαθῶν πλεονεκτήματι.

Τίς οὖν ἐστιν ὁ περιβοητοτέρως ἁπάντων ἐν τῷ τῆς πίστεως μεγαλοφυεῖ κηρυττόμενος; Ἀβραὰμ πάντως· οὗ τὰ ἄλλα μὲν ἅπαντα τῆς κρείττονος ὑποδοχῆς γέγονεν ἄξια, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς θυσίας εὐπροσδεκτότερον, καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασιώτερον κατελείφθη. Ἀλλ' ἔστι καὶ τοῦτον ἐν τισὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις περιπίπτοντα κατιδεῖν λογισμοῖς, διελεγχόμενόν τε τῇ τῶν σημείων τῆς κληροδοσίας ἐπιζητήσει. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ, ἀναγκαῖον γὰρ αὐτὴν εἰς μέσον παραγαγεῖν τὴν ἱστορίαν.

XXIV. Εἶπε, φησὶν, ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἀβραάμ· Ἐγώ εἰμι ὁ

---

quippe est hoc vel cogitare; sed orationem exspectet, quæ ostendat, quemadmodum illi virtute fidei excelluerunt, ita Virginem non quidem gratiæ muneribus neque novo partus prodigio, quæ sane nullus potest sermo attingere, sed egregio voluntatis proposito suaque operum strenuorum præstantia, eorum virtutem ineffabiliter supergressam esse.

Quis est itaque, qui majori plausu præ reliquis omnibus fidei suæ excellentia celebratur? Abraham profecto; cujus cuncta quidem alia gesta digna exstiterunt, quæ plurimum probarentur: sed longe majorem æstimationem, majoremque apud posteros admirationem illius sacrificium sibi vindicavit. Hunc tamen videre licet in humanas quasdam cogitationes prolapsum, et notatum, propterea quod de obtinenda hæreditate signa postulaverit Quomodo autem et qua ratione, utique opus est, ut ipsa palam faciat historia.

XXIV. *Dixit Deus*, ut sacræ litteræ tradunt[a], *ad Abraham* :

[a] *Gen.* XV, 7-8.

Θεός σου, ὁ ἐξάγων σε ἐκ γῆς Χαλδαίων, ὥστε δοῦναί σοι τὴν γῆν ταύτην κληρονομῆσαι αὐτήν. Εἶπε δὲ· Δέσποτα Κύριε, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ὅτι κληρονομήσω αὐτήν; Ὁρᾷς τὸ ἀμφίβολον τοῦ πατριάρχου; Διὰ τεκμηρίων ἐπεζήτει φανερωθήσεσθαι τὸ ζητούμενον. Καίτοι ἱκανὸν ἦν αὐτῷ σημεῖον ἡ τῆς εὐεργεσίας ὑπόμνησις, καὶ τὸ αὐτὸν εἶναι τὸν ὑπισχνούμενον εὐεργέτην. Ἀλλ' ὅμως ἐπεζήτει, καὶ ἀπιστεῖν οὐκ ἔχων τῷ λέγοντι, περὶ τὸ ξένον τῆς ὑποσχέσεως διεφέρετο, καὶ τεκμήρια ταύτης ἀπήτει, καὶ τὸν τρόπον, ὁποῖος, διεπυνθάνετο.

XXV. Τί οὖν ὁ πανάγαθος δεσπότης; Οὐ σφοδροτέρως φερόμενος τοῖς ὀνειδισμοῖς αὐτοῦ καθήψατο· οὐ βαρέως ἐπιτιθέμενος τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπετείνατο· Τί τοῦτο, ὦ Ἀβραάμ; Τοιαύτην τὴν τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων ἐν ἑαυτῷ κατέχεις πεῖραν; Οὕτω πεπληροφορημένως περὶ τῶν γεγενημένων εἰς σὲ προδιετέθης εὐεργεσιῶν;

Ego sum Deus tuus, qui eduxit te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, ut possideres eam. At ille ait : Domine Deus, unde hoc sciam, quod possessurus sim eam? Videsne patriarchæ dubitationem? Poscebat, ut per signa certior de eo fieret, quod desiderabat. Atqui sufficiens profecto signum esse illi debuisset beneficiorum, quæ jam acceperat, recordatio, et quod ille idem promitteret, qui se jam beneficum ostenderat. Postulat tamen; et cum non posset fidem abnegare loquenti, nihilominus ex peregrina promissorum ratione ansam dubitandi sumebat, et exquirebat eorumdem signa, ac modum, qualis demum futurus esset, sciscitabatur.

XXV. Quid porro ad hæc benignissimus Dominus? Neque gravius id ferens acerbis cum verbis cœpit increpare; neque vehementer indignatus illum hisce dictis aggressus est : Quidnam hoc est, o Abraham? Talemne eorum, quæ a me dicuntur, habes in te ipso experientiam? Istamne tibi post ea, quæ in te collata sunt, beneficia, persuasionem inducere in animum po-

Τί ἐν ταύταις διαμαρτὼν τῶν ὑποσχέσεων κατέγνως; Οὐκ ἐγώ σε, καθάπερ ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν, τῆς προγονικῆς ἀναλεξάμενος δυσδαιμονίας, εἰς τὴν ἐμὴν ἐπίγνωσιν μετεφύτευσα; Οὐκ ἐγώ σοι παρακελευσάμενος ἐκ τοῦ πατρῴου κλήρου καὶ τῆς συγγενείας ἀπαίρειν, τὰ τῆς κατασκηνώσεως προηυτρέπισα; Οὐ τὴν τῶν ἀλλογενῶν Χαναναίων ἐγώ σοι καθυπέταξα γῆν, καὶ ἔρεμον τὴν ἐν ταύτῃ κατεσκεύασα κατοικίαν; Τίς ὁ τὴν εἰς Αἴγυπτον διευθύνας σοι κάθοδον; Τίς ὁ χαλεποῖς ἑτασμοῖς τὸν Φαραὼ καθυποβαλὼν διὰ τὴν σύνοικόν σου Σάῤῥαν; Τίς ὁ πανοικὶ φοβερὸν αὐτῷ τὸν ὄλεθρον ἐπισεισάμενος, καὶ ἐν περιουσίᾳ σε πολλῇ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπιβουλῶν ἀναγαγόμενος; Ποίαις δυναστείαις εἰς ἄμυναν χρησάμενος, τὸ στῖφος τῶν βασιλέων συνέκοψας; Τίνας ἀνταγωνιζομένας αὐτοῖς συμμαχίας εἶχες, ἡνίκα τὴν πρὸς αὐτοὺς συνῆρας μάχην; Μὴ γὰρ ὁ συνασπισμὸς τῶν τριακοσίων οἰκογενῶν τὸ τοιοῦτον κατώρθωσε τρόπαιον; Πῶς, καὶ τίσιν ἐμπειρίαις πολεμικαῖς προ-

tuisti? Quid in his habes, quod redarguas, quasi fraudatus promissis fueris? Nonne ego te ex paterna infelicitate, tamquam rosam e spinis colligens, in mei agnitionem transtuli? Nonne ego, cum auctor tibi fuissem, ut a paterna sorte et cognatione discederes, domicilium in antecessum tibi adornavi? Nonne alienigenarum Chananæorum terram ego tibi subjeci, et tranquillam in ea tibi sedem comparavi? Quis est, qui tuam in Ægyptum migrationem direxit? Quis Pharaonem gravi subjecit animadversioni propter conjugem tuam Saram? Quis tremendam illi ac toti ejus domui cladem intulit, te vero multis opibus onustum ex Ægyptiorum insidiis eripuit? Quibusnam viribus ad vindictam instructus, bellicas regum phalanges concidisti? Quasnam adversus illos pugnantes acies tibi socias habuisti, cum prælium adversus eos committeres? Numne enim tercentórum vernarum agmen hujusmodi crexit tropæum? Quomodo et quibus exercitationibus ad pugnam instructa turba illa, quæ

ασκηθεὶς, ὁ ταῖς κατ' οἶκον μόναις ὑπηρεσίαις γεγυμνασμένος, καὶ μηδὲν πλέον τῶν ἰδιωτικῶν ἐν μελέτῃ ποιούμενος πραγμάτων, τὴν ἄπειρον ἵππον ὑπὸ τὴν σὴν ποιησάμενος χεῖρα; Τίς ὁ διὰ Μελχισεδὲκ τὰς εὐλογίας σοι παρασχόμενος; Οὐκ ἐγώ σοι διὰ ταῦτα πιστεύσαντι εἰς δικαιοσύνην τὴν πίστιν λελόγισμαι; Τί τοῦτο πέπονθας, ὁ θεράπων ὁ ἐμός; Πῶς ἀλλότρια τῆς οἰκείας ἀρετῆς προέτεινας ῥήματα;

XXVI. Οὐδὲν τούτων ὁ πανάγαθος προσωνείδισε δεσπότης· ἀλλὰ δίδωσι μὲν τὸν τῆς διαπορήσεως χρησμὸν, οὐκ ἀθρόως δὲ οὐδὲ κατὰ ταὐτὸ, ἀλλὰ μεταξὺ τὴν τοῦ πατριάρχου γυμνάζων γνώμην· διό φησι· λαβέ μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ αἶγα τριετίζουσαν, καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα, καὶ περιστεράν, πάντα καιροῦ καὶ ἀσχολίας δεόμενα· ἐπειδὴ γὰρ ἔσπευδεν ὁ δίκαιος τὴν ἔκβασιν τοῦ μέλλοντος εἰσδέξασθαι χρησμοῦ, παρέτεινεν αὐτῷ τὸν χρόνον, διὰ τῆς τῶν ἀναφερομένων ζώων ἐπιλογῆς.

---

mere domesticis ministeriis operam dederat, neque aliud amplius, quam res privatas curare assueverat, innumerabilem potuit equitatum in tuam potestatem redigere? Quis benedictiones tibi per Melchisedechum impertivit? Nonne ego, cum propter hæc credidisses, fidem tibi ad justitiam reputavi? Quid sic afficeris nunc, serve meus? Quomodo verba a virtute tua tam aliena prætendisti?

XXVI. At nihil ejusmodi benignissimus Dominus exprobravit : sed ad hæsitationem abigendam vaticinium addit, non tamen subito et eodem illo tempore; sed interim patriarchæ animum exercet, et idcirco dicit[a] : *Sume mihi vitulam triennem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam;* quæ quidem omnia exquirebant tempus ac negotium facessebant : nempe cum justus ille valde cuperet futuri oraculi enarrationem, tempus illi Deus prorogavit, dum animalia, quæ

[a] *Gen.* XV, 9 sec. LXX.

Εἶτα εἰκὸς ἐκ τοῦ προχείρου τὰ τετράποδα συναθροισθῆναι· πάλιν περὶ τὴν τῶν ὀρνέων θήραν ἡ ἀσχολία συνέβαινε· κἀντεῦθεν τὸ τοῦ πατριάρχου κατετιτρώσκετο συνειδός.

Ἔλαβε δὲ, φησὶν, αὐτῷ ταῦτα πάντα, καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσον [1]· τὰ δὲ ὄρνεα οὐ διεῖλεν. Ἐμοὶ δοκεῖ, ἐπισπεύδων τὴν τῶν ὀρνέων οὐκ ἐποιήσατο διαίρεσιν· εἰ καί τινα μυστικὸν τὸ τοιοῦτον ἐμφαίνει λόγον.

XXVII. Ἀπαρτίσας τοίνυν τὰ τῆς θυσίας, ἐκάθητο τὸ πέρας διασκοπούμενος, καὶ ταῖς ἀναβολαῖς τοῦ χρησμοῦ ἀνιώμενος. Ὅσον γὰρ ὁ τῆς ἡμέρας παρέτρεχε χρόνος, τοσοῦτον αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀθυμίας ἐπλεόναζε. Προσετέθη δὲ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν πτηνῶν ἐπιδρομὴ, κολαφίζουσα καὶ παρενοχλοῦσα· Κατέβη γὰρ, φησὶν, ὄρνεα ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομήματα αὐτῶν. Καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἀβραάμ· ὅπερ τις τῶν ἑρμηνευσάντων, ἀπεσόβησεν, ἔφη· ὥστε τὴ

[1] Comm. lect. LXX, μέσα.

---

offerenda erant, colligeret. Porro verisimile quidem est, facile inventa et congregata fuisse quadrupedia; sed rursus negotium haud leve illi exhibebat avium venatio; et exinde patriarchae animus excruciabatur.

Accepit autem, inquit[a], *sibi hæc omnia, et divisit ea per medium, aves autem non divisit*. Et has quidem, ut mihi videtur, non divisit propter festinationem; quamvis hoc ipsum aliquem mysticum sensum præseferat.

XXVII. Cum igitur ea, quæ pertinebant ad sacrificium, perfecisset, sedebat rei eventum exspectans, et oraculi dilatione discruciatus. Quantum enim illius diei tempus protendebatur, tantumdem illi augebatur anxietas. Accessit autem et volucrum incursus, qui afflictionem illi molestiamque addebat. *Descenderunt* enim, inquit[b], *volucres super cadavera* dissecta, *et Abraham illis assidebat* (quod quidem aliquis interpres reddidit,

[a] *Gen.* XV, 10.
[b] *Ibid.* v. 11, sec. LXX.

ἐπιθυμίᾳ τῶν σαρκῶν, τὰ καταπτάντα ὄρνεα καὶ τὸ θυσιαστήριον περικυκλοῦντα, πλείστην αὐτῷ τὴν ὄχλησιν ἐνεποίει. Διὸ πρός τε τὴν αὐτῶν ἀποσόβησιν καὶ πρὸς τὴν τοῦ χρησμοῦ μεριζόμενος μέλλησιν, ἀνήκεστον τὸ ἄλγος ἐδέχετο. Εἶτά τι παρέδραμε τὸ τῆς ἡμέρας πλεῖστον, καὶ τὸν οἰκεῖον ὁ ἥλιος διήνυε δρόμον. Ὁ τοίνυν πατριάρχης, ἀτενὲς μὲν τὸ ὄμμα πρὸς οὐρανὸν ἔχων, τὴν δὲ τοῦ ἡλίου πορείαν ἀναμετρούμενος, τήν τε ψυχὴν διεσπαράττετο, καὶ εἰς ἄπορον αὐτῷ τὰ τῆς ἐκβάσεως καθίστατο. Τέλος δυομένῳ τῷ ἡλίῳ καὶ τὰ τοῦ χρησμοῦ συνῆλθε προοίμια, οὐ κατὰ τὸ ἐλπιζόμενον πέρας, πολὺ δὲ τῆς προσδοκίας ἐναντία. Περὶ δὲ ἡλίου δυσμάς, φησὶν, ἔκστασις ἐπέπεσε τῷ Ἀβραάμ· καὶ ἰδοὺ φόβος μέγας[1] σκοτεινὸς ἐπιπίπτει αὐτῷ· καὶ ἐρρέθη πρὸς Ἀβραάμ γινώσκων γνῶσι, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ. Τοῦτο τῆς ἀντιλογίας τὸ πέρας.

[1] Abest vox μέγας a communi lectione LXX.

---

abigebat); adeo ut aves ob carnium aviditatem advolantes et altare circum undique occupantes plurimam illi molestiam ingererent. Quocirca ille in diversa distractus partim ut volucres depelleret, partim ut oraculo animum intenderet, intolerabili angore vexabatur. Interim prope maxima decurrebat diei pars et cursum suum jam sol absolvebat. Patriarcha ergo modo in cœlos obtutum defigens, modo iter solis dimetiens, et tristabatur animo et dubium illi de rei exitu suboriebatur. Tandem occidente jam sole primordia quoque vaticinii simul apparuere, non quidem secundum exitum quem sibi pollicebatur, sed prorsus contra ac sperabat. *Cumque sol occumberet*, inquit[a], *sopor irruit super Abraham; et ecce horror magnus et tenebrosus invasit eum, dictumque est ad Abraham : Scito prænoscens, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua.* Atque hic oppositionis finis.

[a] *Gen.* XV, 13.

Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πάρεργον τὸν τοῦ ἔργου διακωλύῃ[1] σκοπὸν, τὸ ἀψευδὲς τοῦ λόγου διὰ τῶν εἰρημένων, δίκαιον ἐπισφραγίσαι, τὸ πάντας ἡττᾶσθαι δικαίους ταῖς κατὰ μέρος ἀρεταῖς τῆς ἀνερμηνεύτου καθυποδείκνυται παρθένου. Ἀλλ' ἀκόλουθον πρὸς τὸ τῆς ἱστορίας ἑξῆς ἰέναι.

XXVIII. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Ἄξιον μὲν οὖν διαπορῆσαι πρότερον· ὅτου χάριν τὸν τριμηναῖον χρόνον ἐν τοῖς τῆς Ἐλισάβετ ἡ παναμώμητος ἐνδιατρίβει, καὶ διὰ τί οὐκ ἐρρέθη μῆνας τρεῖς, ἀλλ' ὡσεὶ τρεῖς.

Διττὴ γέγονεν αὕτη τῆς ἀπεκδοχῆς ἡ ἀνάγκη· πρώτη μὲν γὰρ καὶ εὐλόγως κατεπείγουσα, ἡ τῶν ὠδίνων Ἐλισάβετ περαίωσις, καὶ ἡ τοῦ τόκου φανέρωσις. Μέχρι γὰρ τούτου συνῆν τῇ κυοφορούσῃ στείρᾳ· ἑβδόμῳ μὲν ἐπιδημήσασα τῆς συλλήψεως μηνὶ, πρὸς δὲ

[1] Cod. διακωλύῃ.

Verum ne quod est operi accessorium, operis ipsius scopum impediat, ex iis quæ dicta sunt, præmissæ sententiæ veritatem jam pronum est legitime inferre, videlicet justos omnes in singulis virtutibus manifestissime ab ineffabili Virgine superari. Restat nunc ut ad reliquum historiæ ex ordine procedamus.

XXVIII. *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, et reversa est in domum suam*[a]. Et primum quidem operæ pretium est in quæstionem adducere, curnam purissima illa per trium mensium spatium maneat in domo Elisabet, et cur non dictum sit *tribus mensibus*, sed *quasi tribus mensibus*.

Duplex porro ista fuit longioris hujus moræ necessitas. Ac prima quidem, et quæ merito ad id permoveret, causa fuit, ut tempus gestationis Elisabetæ impleretur, fœtusque ederetur in lucem. Ad id enim usque temporis cum sterili illa uterum gestante permansit; quippe quæ cum septimo a conceptione illius

[a] *Luc.* I, 56.

τῷ τῆς ἀποτεύξεως, ὃς δὴ ἔννατός ἐστι, παλινοστήσασα. Τοῦτο δὲ ἐποίει, τὸ τεχθησόμενον ἰδεῖν βουλομένη, καὶ τῇ χαρᾷ τῆς τικτούσης συνευωχηθῆναι. Εἰ γὰρ τούτῳ πάντες τελεσθέντι συνήδοντο τῷ τόκῳ ὅσοι τῆς φυλῆς μετέσχον, πολλῷ μᾶλλον ταύτην ἔδει παρεῖναι, τὴν τὸ γνησιώτερον τῆς συγγενείας βεβαιοῦσαν. Ὅτι δὲ πολλοὶ τῇ παρ' ἐλπίδα συνευφραίνοντο κυοφορίᾳ, ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς διατρανοῖ· ἤκουσαν γάρ, φησὶν, οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, καὶ συνέχαιρον αὐτῇ, τῇ Ἐλισάβετ δηλονότι· ὥστε αὐτῶν συνευφραινομένων, προσῆκε μὲθη ταύτην ἀπολείπεσθαι, αὐτῶν καὶ μὴ βουλομένην βίᾳ κατασχόντων.

XXIX. Δευτέρα δέ ἐστιν αἰτία, ἥτις ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοῖς ἐκεῖσε ταύτην κατεῖχε, καὶ μᾶλλον ἀναγκαιοτέρα κρινομένη· ἡ εἰς ὅ τι ἂν ἡ τοῦ Ζαχαρίου συναποβήσεται σιωπή. Συνεπάθει γὰρ τῇ ἀφωνίᾳ,

---

mense, advenisset, ipso partus mense, qui palam est nonus, ipsa reversa est. Hoc autem præstitit, utpote quæ et puerum nasciturum videre, et parientis gaudio congaudere cupiebat. Si enim quotquot erant ejusdem tribus, omnes isto partu ad felicem exitum perducto una jucundabantur, multo magis hanc oportebat inde non abesse, quæ arctiorem hoc pacto cognationem suam testabatur. Quod vero multi insperato hoc partu collætati fuerint, manifeste tradit divinitus afflatus Evangelista[a]: *Audierunt* enim, inquit, *vicini et cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei*, Elisabetæ scilicet. Istis igitur congaudentibus, prorsus congruum erat, ut hæc quoque non desideraretur, præsertim vero quod vel nolentem ipsi vi detinuissent.

XXIX. Sed et altera adest causa, quæ tamdiu illic eam continuit, et quidem quæ merito majorem induxisse necessitatem existimetur : ut scilicet videret, quem tandem finem habiturum esset Zachariæ silentium. Condolebat enim illi, quod voce care-

[a] *Luc.* I, 58.

ἐκ διαφερόντων ἔχουσα τὰς ἀφορμάς. Πρώτη μὲν ἐκ τοῦ τῆς συγγενείας ὑπογύου· ἔπειτα δὲ καὶ τῆς τῶν μαρτυρηθέντων αὐτῇ μνήμης. Γλῶσσαν γὰρ ἐκείνην τὴν προφητεύσασαν, καὶ μυστικῶς τὰ μέλλοντα προσφθεγξαμένην, ἀργὴν τέως καὶ ἀνενέργητον ἐντὸς χειλέων καθειργμένην ἑώρα. Ἤδει μὲν γὰρ τῷ προφητικῷ λαμπρυνομένη χαρίσματι, ὡς δὴ συναπολυθήσεται ταῖς ὠδῖσι, καὶ πάλιν ἐνάρθρῳ φωνῇ τὰ τῆς γλυκείας ἐκείνης διατρανώσει προφητείας· διῳκονόμει δὲ ἄριστα ἐνεργουμένῳ τούτῳ παρεῖναι, καὶ συνησθῆναι τελουμένῳ.

XXX. Ἐπεὶ οὖν ἕνεκα τούτων τὴν αὐτόθι διατριβὴν ἐπεποίητο, τὰς μέχρι τῆς ἀποκυήσεως καὶ ἀπολύσεως τῆς γλώττης ἡμέρας ἐγκαρτερήσασα, παλινοστεῖν κατεπείγετο. Διὰ τοῦτο καὶ ὡσεὶ τρεῖς μῆνάς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ οὐχὶ τρεῖς, δῆλον ὡς οὐκ ἀπηρτημένων τούτων, διὰ τὸ ἐν ὑστάτοις τοῦ ἑβδόμου ταύτην ἐπιδεδημηκέναι.

---

ret, dolendique non una ei ratio erat. Ac primo quidem ob arctæ vinculum cognationis; deinde vero ex recordatione quoque eorum quæ sibi ille testatus fuerat. Linguam enim illam, quæ prophetare et futura prænuntiare arcana ratione solebat, otiosam interim suaque destitutam virtute, intra labia constrictam cernebat. Prophetiæ porro charismate exornata, illum a gravi hac calamitate certe liberandum noverat, ac rursus articulata voce dulcissimæ illius prophetiæ mysteria revelaturum; atque adeo ibidem consistebat, quo illi divina inspiratione eximie acto ac perfecto et adesse et congaudere posset.

XXX. Quandoquidem ergo hisce de causis ibi moram fecerat, cum jam sustinuisset usque ad diem quo partus in lucem est editus, et lingua soluta est, ad sua remeare jam festinabat. Hinc etiam *quasi tres menses* Evangelista dicit, et non *tres*, plane quia nondum expleti isti erant, quippe sub ultimis septimi mensis diebus ipsa advenerat.

Τεχθέντος τοίνυν τοῦ προδρόμου τοῦ ἀπορρήτως κυοφορουμένου βασιλέως, καὶ τῶν τῆς σιγῆς δεσμῶν διαῤῥαγέντων προστάγματι, πάλιν ἡ εὐχαριστία τῷ δεσπότῃ, καὶ πάλιν εὐφημίαι τῇ παναχράντῳ διεπλέκοντο. Πρότερον μὲν ὁ Ζαχαρίας τὰ τῆς συγκαταβάσεως εὐχαριστήρια τῷ οἰκονομοῦντι νείμας· ὑμνήσας δὲ τὸ μυστήριον, καὶ τὴν, δι' ἧς ἐπραγματεύθη, μεγαλύνας μητέρα, οὕτω τὴν ᾠδὴν ἧσε τῆς προφητείας. Ἔχει γὰρ ἡ αὐτῷ προοιμιασθεῖσα δοξολογία, καὶ τὸ ὑπερφυὲς μεγαλύνουσα τοῦ θαύματος οὕτως·

XXXI. Ὦ θείας καὶ παναγάθου ἐπισκοπῆς. Ὦ καινῆς καὶ παραδόξου κηδεμονίας. Ὁ ἐν ὑψίστοις Θεὸς, ἐπὶ γῆς διὰ φιλανθρωπίαν· ὁ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, τὴν ἀνθρωπείαν ὑποδύεται φύσιν· ὁ πλάστης καὶ Κύριος, ξενοπρεπῶς βρεφουργεῖται· ὁ ἐν κόλποις πατρικοῖς ἐπαναπαυόμενος, ἐν κοιλίᾳ μητρικῇ περιέπεται· ὁ ἐν φλογερῷ ἐποχούμενος θρόνῳ, ἐν μήτρᾳ πανακηράτῳ συνέχεται.

Nato igitur præcursore illius regis qui in utero ineffabiliter gestabatur, atque hujus imperio vinculis silentii perruptis, rursus gratiarum actiones Domino, ac rursus immaculatissimæ illi laudationes persolvebantur. Ac primum cum Zacharias gratiarum canticum œconomiæ auctori pro ineffabili condescensione persolvisset; tum et mysterium ipsum celebrans, et matrem, per quam perfectum fuerat, magnificans, sic prophetiæ hymnum canere cœpit. Glorificatio enim, quam ipse exorsus est, et qua mysterii extulit ineffabile portentum, ejusmodi est :

XXXI. O divina et benignissima visitatio! O nova prorsus et admiranda sollicitudo! Qui in altissimis sedet Deus, propter suam erga homines charitatem in terra apparet : qui creator est omnium, humanam induit naturam : qui omnium plasmator est et Dominus, stupenda prorsus ratione factus est infans : qui Patris quiescit in sinu, in utero fovetur matris : qui flammeo throno insidet, vulva purissima continetur. Nunc apparuit inef-

Νῦν ἡ ἀπόῤῥητος ἐπεδήμησε χάρις· νῦν ἡ προσδοκωμένη παραγέγονε σωτηρία· νῦν οἱ παλαιοὶ παρατρέχουσι θεσμοί· νῦν ἡ καινὴ ἀντεισάγεται νίοθεσία. Ἄρτι τῶν τῆς ἁμαρτίας ἡ ἀνθρωπότης ἀπολύεται δεσμῶν· ἄρτι τὸ ἀρχαῖον ἀμφιέννυται κάλλος, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἐγκαινίζεται. Ἰδοὺ νῦν πάρεστιν ὁ ταύτην ἀνυψώσων δεσποτης· πάρεστιν ἀποκρύφως κυοφορούμενος, ὁ ὑπὸ πάντων προσκυνούμενος· πάρεστιν ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ σὺν ἡμῖν διὰ φιλανθρωπίαν συνών. Ὢ τοῦ ἐπιλάμψαντος φωτός. Ὢ χαρᾶς τῆς ἐπιφοιτησάσης. Ὢ πλούτου τοῦ ἐν τοῖς ἐμοῖς εἰσοικισθέντος ταμιείοις. Ὢ δωρεᾶς τοῦ ἐν εὐτελεῖ θησαυρισθέντος ταμιείῳ.

XXXII. Τί ἄν σοι τῇ φερούσῃ παρθένῳ τῶν τοιούτων ἀντεισφέροιμεν εὐεργεσιῶν; Οἷον ἀντάξιον ἐγκώμιον προσενέγκωμέν σοι; Τῇ τῶν ἐλπίδων ἐκβάσει, τῇ τῶν ἀπορῥήτων ἀγαθῶν προξένῳ, τῇ μεσίτιδι τῶν ὑπὲρ λόγον ἀγαθῶν; Σὺ εἶ τῶν ἀποκεκρυμμένων μυστηρίων ἡ δήλωσις· σὺ τῶν προσδοκωμένων καλῶν ἡ τελείωσις· σὺ

---

fabilis gratia ; nunc exspectata salus advenit : nunc veteres ritus prætereunt : nunc vicissim nova filiorum adoptio inducitur. Jam solvitur a peccati vinculis humana natura : jam antiquam induit pulchritudinem, et ad cœlum renovatur. Ecce nunc adest qui illam in sublime eriget Dominus : adest in utero matris absconditus, qui ab omnibus adoratur : adest qui ubique præsens est, et nobiscum propter suam in nos homines dilectionem familiariter versatur. O quæ nobis lux resplenduit! O quod nobis gaudium advenit! O quales in promptuaria mea affluxerunt divitiæ! O quale donum ceu thesaurus in paupere cella repositum est.

XXXII. Quid tibi retribuam, o Virgo, quæ ejusmodi beneficia contulisti? Quale tibi condignum rependamus encomium, quæ et spes nostras ad exitum deducis, et ineffabilia nobis bona concilias, et mediatione tua nobis munera impetras, quæ captum omnem excedunt? Tu revelatio es absconditorum mysteriorum ; tu bonorum, quæ exspectabamus, es implementum : tu cogita-

λογισμοῖς ἅπασιν ἀνεπίβατον νόημα· σὺ νοεροῖς ὄμμασιν ἀπερίληπτον θέαμα· σὺ φρικτὸν ἄκουσμα, καὶ μόνον ἐνηχούμενον· σὺ ξένον διήγημα καὶ γλώσσαις φερόμενον. Σὺ φέρεις σωματούμενον, τὸν τὰ πάντα τῷ νεύματι φέροντα. Σὺ τῶν οὐρανῶν εὐρυχωρότερος οὐρανός· σὺ τῶν σεραφικῶν θρόνων πολυφωτότερον ὄχημα· σὺ καθέδρα πυρὸς φωτοειδεστέρα· σὺ παλάτιον βασιλικῆς κατασκηνώσεως· σὺ σκηνὴ θεϊκῆς ἐπιφοιτήσεως· ὁ δεδοξασμένος ναός, τὸ λευϊτικὸν ἐγκαλλώπισμα, ὁ τῆς ἱερατείας κόσμος, τὸ προφητικὸν πλήρωμα, ἡ διηνεκὴς τῶν προπατόρων ἀπεκδοχή, ἡ τῆς φύσεως καταστολή, ὁ ἀναφαίρετος αὐτῆς ὡραϊσμός, τὸ πολυποίκιλον διάδημα, ἡ τῶν ἐν κατηφείᾳ τελούντων παραγενομένη θυμηδία, ἡ παῤῥησία τῶν ἐπταικότων, ἡ τῶν σεσιγηκότων γλῶσσα, ἡ τῶν τὰ δεσμὰ τῆς ἐμῆς διαῤῥήξαντα σιωπῆς κυοφοροῦσα· οὗ φωνὴν, ὡς λόγου, σήμερον ὑπὲρ ἐλπίδας ἐκαρποφόρησα· οὗ λύχνον, ὡς ἡλίου δικαιοσύνης, ἀνῆψα πρόδρομον, τὸν τὰς αὐτοῦ διευθύνοντα

---

tum es cuivis intellectui inaccessum : tu spectaculum intelligibilibus oculis incomprehensibile : tu auditio tremenda, et sola ubique resonans : tu narratio peregrina, omniumque linguis celebrata. Tu corpore indutum cum portas, qui nutu suo portat universa. Tu cœlis spatiosius es cœlum ; tu currus seraphicis thronis es longe lucidior : tu sedes igne micantior : tu regalis habitationis palatium, tu tabernaculum Dei præsentis ; tu templum glorificatum, leviticum ornamentum, sacerdotii decus, prophetiarum implementum, jugis primorum parentum exspectatio, naturæ stola, non periturus ejusdem ornatus ac variegatum diadema : tu mœrentium præsens lætitia, lapsorum fiducia, tacentium lingua, quæ in utero cum gestas, qui silentii mei vincula disrupit ; cujus, utpote Verbi, vocem præter spem omnem ego fructum protuli ; cujus, utpote solis justitiæ, lucernam egomet accendi, præcursorem nempe, qui semitas ejus rectas faciat, qui adventum ejus annuntiet, qui velut tuba sit

τρίβους, τὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας κήρυκα, τὴν σάλπιγγα τῆς οἰκονομίας, τὸν μάρτυρα τῆς συγκαταβάσεως, τὸν νυμφοστόλον τοῦ ἐν σοὶ θαλαμευομένου νυμφίου. Σὺ εἶ παστάς, ἐξ ἧς ὡραιότατος προελθὼν οὗτος, πᾶσαν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσι καταυγάσειε τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ περιελεύσεται τὰ πέρατα, ἀπ' ἄκρων τῶν οὐρανῶν μέχρι τερμάτων ὁ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἐνηχηθήσεται φθόγγος. Διαβοηθήσονται σὺν τῷ κηρύγματι καὶ τὰ σὰ μεγαλεῖα, δεδοξασμένα περὶ σοῦ λαληθήσεται, τρανωθήσεται τοῖς πᾶσιν ἡ δόξα σου. Πάντα τὰ ἔθνη συνευλογηθήσονται τῇ σῇ εὐφροσύνῃ· κροτήσουσιν ἅπαντες ἐπὶ σοί· καὶ ἀγαλλιάσονται τὴν σὴν ὑπερυφῶν.ες κυοφορίαν· καυχώμενοι ἐν σοὶ, μεγαλύνουσι τὸν τόκον σου. Σὺ γὰρ ὄντως καὶ τῶν καλῶν εἶ πρόξενος, καὶ τοῦ κόσμου καύχημα.

XXXIII. Ταύτην, οἶμαι, τὴν δοξολογίαν ἐν προοιμίων μέρει λέξας ὁ Ζαχαρίας, ἤδη τὰ τῆς προφητείας μεγαλοφωνότερον ἐξεβόησεν. Οἷα δὲ ταῦτα καὶ ὅσα, οὐκ ἀγνοεῖν οἶμαι τῶν ἁπάντων

œconomiæ, condescensionis ejusdem testis, et sponsi, qui in te diversatur, paranymphus. Tu es thalamus, e quo pulcherrimus iste procedens, omnem, quæ sub cœlo est, terram divinitatis suæ radiis illuminabit, et quæ resonabit vox charitatis ejus in homines, fines omnes a summis cœlorum usque ad extrema perlustrabit. Etiam magnalia tua cum laude celebrabuntur, gloriosa de te dicentur, gloria tua omnibus manifesta apparebit. Universæ simul gentes cum gaudio tuo benedicentur, applaudent tibi, et conceptum tuum superextollentes exsultabunt, ac partum tuum, in te gloriantes, magnificabunt. Vere enim tu et bonorum auctrix es, eademque mundi gloriatio exsistis.

XXXIII. Et hæc quidem præconia cum veluti dicendi proœmium Zacharias præstruxisset, jam clariori voce, quæ ad vaticinia spectabant, edicere aggressus est. Hæc autem qualia quantaque sint, neminem unum e fidelibus arbitror ignorare.

πιστῶν οὐδένα. Ὅσοι γὰρ τῆς παναγάθου ταύτης ἐτύχομεν εὐεργεσίας, κοινὴν ταῦτα καθεκάστην εὐχαριστίαν ἀναφέροντες, ὥς τισι δώροις τὸν εὐεργέτην τούτοις ἀμειβόμεθα. Ὧν τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεολογίας καὶ τὸ τρανὸν τῆς προφητείας, τό τε δυσθεώρητον τῶν νοημάτων, ἑτέρῳ ταμιευσάμενοι καιρῷ καὶ λόγῳ διεξιέναι, νῦν παραλιμπάνομεν.

Ἁπάντων τοιγαροῦν τελεσθέντων τότε, ὧν δὴ κατὰ σπουδὴν τὸ πέρας τῇ κεχαριτωμένῃ προσῆν, εἰς τὴν οἰκίαν αὐτὴν μεταστέλλεσθαι ἦν ἀναγκαῖον. Διό φησιν ὁ εὐαγγελιστής· Καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Ἀλλὰ σκόπει πάλιν τὰ προπεμπτήρια παρὰ τῆς Ἐλισάβετ, ὡς τὸ εἰκὸς αὐτῇ ἐπᾳδόμενα· μείζονα γὰρ ἢ κατὰ τὴν ἐπιδημίαν, τὴν εὐχαριστίαν προσήρμοσεν· ὅσῳ καὶ μᾶλλον τοῦ μυστηρίου κατετρύφησεν.

Quotquot enim præstantissimi hujus beneficii participes effecti sumus, hæc ipsa quotidie celebrantes quasi communem gratiarum actionem offerimus, ac benefico largitori hæc instar cujusdam doni rependimus. Quæ porro ad eorum theologiam sublimissimam, et ad vaticiniorum perspicuitatem, et ad sensus reconditos pertinent, cum explananda ea alio tempore atque alio sermone reservaverimus, in præsens prætermittimus.

Omnibus itaque tunc expletis, quæ perficere *gratia plena*[a] studiose satagebat, jam oportebat, ut domum suam reverteretur. Hinc Evangelista ait[b] . *Et reversa est in domum suam.* Sed rursus attende, quibusnam vocibus abeuntem Virginem, uti par erat, Elisabet sit prosecuta. Uberiores enim, quam in ejusdem adventu, gratiarum actiones illi persolvit, quanto uberiorem ex mysterio jucunditatem perceperat.

[a] Vide quomodo laus illa præstantissima, qua Virgo ab Angelo salutante prædicata est *gratia plena*, in appellationem deinde, qua antonomastice a fidelibus designaretur, ipsi accessit.

[b] *Luc.* I, 56.

XXXIV. Ἔχει γὰρ ὧδε ταῦτα· Ἡδὴ μέν σου, μητροπάρθενε, τῇ παρουσίᾳ συνευωχηθεῖσα, ἐπιβατήριον ὥσπερ τὴν εὐφημίαν ἐκρότησα· παρ' ἐλπίδα μὲν ἐπιδημοῦσάν σε κατανοοῦσα, καινὰ δὲ καὶ παράδοξα συνεπιφέρουσαν μυστήρια. Διὰ τοῦτο χαρᾷ τὴν ἔκπληξιν ἀναμίξασα, ἥσθην, ἐσκίρτησα, οὐρανοδρομεῖν μᾶλλον ἐνόμιζον, ἢ ἐπὶ γῆς ἐνδιατρίβειν, ὑπερβῆναι τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἐθάκουν μέτρα, ὑπεράνω τῆς φύσεως ἐφανταζόμην. Πῶς γὰρ ἂν μὴ ταῦτα εἶναι κατενόησα, τὸν δημιουργὸν αὐτῶν ὁρῶσα, καθάπερ ἐν οὐρανῷ, σοὶ ἐποχούμενον, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἑστίαν ἀφικνούμενον, τὸν ἐν τοῖς χερουβικοῖς ἐφεζόμενον θρόνοις, ἐν ἀκηράτῳ σωματούμενον νηδύϊ, οὐρανὸν ἐξ ἀνελπίστου τὴν εὐτελῆ μετασκευαζομένην σκηνήν; Μύστιν ἑαυτὴν τότε πραγμάτων ἀπορρήτων ἠσθανόμην, παρθένον κυοφόρον ὑπεδεχόμην, νεφέλην φωτοδόχον ἐδεξιούμην. Ταῦτα δὴ κατανοοῦσα, ὡς συγγενίδα μὲν περιεπτυξάμην, ὡς δὲ

XXXIV. Ejusmodi porro erat illius alloquium : Equidem in adventu tuo, o Mater Virgo, jucundissimo voluptatis sensu affecta, gratulatorium ascensui tuo veluti hymnum applaudens cecini; cum scilicet te et præter spem omnem huc advenientem, et nova ac mirabilia tecum adferentem mysteria cernerem. Quocirca gaudio simul et stupore abrepta, lætitia gestiebam, exsultabam, super cœlos magis me excurrere, quam in terris versari existimabam, conditionis humanæ modulos supergressa mihi videbar, ac super ordinem naturæ elatam me quodammodo intuebar. Et sane quomodo hæc ita se habere non putarem, cum eorum creatorem in te, tanquam cœlo quodam, insidentem, atque ad domum meam divertentem, et illum, qui cherubicis sedet in thronis, in immaculato tuo sinu indutum corpore viderem, meumque pauperculum tabernaculum ex insperato in cœlum commutatum? Memetipsam tunc ineffabilia arcana edoctam persensi; excipiebam scilicet prægnantem Virginem, nubem, quæ servabat in se lucem, amplectebar. Hæc cum mihi animo obversarentur, profecto te amplexata sum

βασιλίδα ἐπευφήμησα, ὡς τῶν ἁπάντων ἀνύμνησα δέσποιναν, ὡς μητέρα κατηδέσθην τοῦ κτίσαντος, ὡς κυρίαν ἐν τοῖς ἐμοῖς συνωκισάμην ταμιείοις. Εὐλογίας φωναῖς τὴν τῆς εὐλογίας ἐφιλοτιμησάμην ῥίζαν· χαρᾶς καὶ μακαρισμοῦ ῥήμασί σε τὴν τῆς ὄντως χαρᾶς κατεστεφάνωσα πρόξενον.

XXXV. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τῆς ἐπιδημίας σου καλά. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἐπὶ πλεῖστον συνδιατριβῇ μεῖζον ἢ κατὰ χάριν τῶν σῶν ἀπήλαυσα μυστηρίων, ὑπὲρ ἐλπίδα τῆς δωρεᾶς ἀπωνάμην, διότι τὰ μὲν τῆς προσδοκίας συνηυξήθη τοῖς πράγμασι, σὲ δὲ πρὸς τὴν οἰκαδε πορείαν ἐπειγομένην κατανοοῦσα, ἔχω μὲν τῶν συλλεγέντων μυστηρίων τὸν θησαυρὸν ἀναφαίρετον· ἀνία δὲ, ἡ τῆς ἀποδημίας, τὴν τῆς ἡδονῆς ἀνακόπτει θυμηδίαν. Αἱ γὰρ τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ἀπογεύσεις, χαλεπὴν τῆς ἀφαιρέσεως τὴν ὀδύνην καὶ τοῖς ἐν μεθέξει τούτων γινομένοις ἐμποιοῦσιν. Ἀμαυροῖ γὰρ τὴν ἐν μέρει κοινωνίαν, ἡ τοῦ παντὸς μὴ προσοῦσα ἀπόλαυσις· καὶ καλὸν ἐκεῖνο

---

quidem uti cognatam; at acclamavi simul tanquam reginæ, celebravi velut omnium dominam, reverita sum ceu Creatoris matrem, et tanquam heræ habitandam tibi domum meam obtuli. Benedictionis vocibus benedictionis radicem honoravi; gaudii et felicitatis verbis tibi, quæ verum gaudium affers, coronam texui.

XXXV. Et hæc quidem mihi ex adventu tuo bona. Cum vero magis quam pro meritis, ex diuturniori tua consuetudine mysteriis tuis perfrui mihi licuerit, atque ultra spem omnem hoc munere oblectari; propterea hinc quidem desiderium factis ipsis adauctum est; inde vero cum te domum tuam versus iter festinantem videam, utut collectum mysteriorum thesaurum ita apud me servem, ut auferri mihi non possit, dolor tamen de discessu tuo jucunditatis meæ gaudium retundit. Ampliorum enim bonorum fruitio, gravis tristitiæ, si quando auferatur, illis quoque origo est, qui aliquam eorum partem teneant. Subtracta enim plena cujuspiam boni possessione, vilescit quod adhuc ex

τοῖς μετόχοις γίνεται, οὐ μὴ ἐνδεῶς ἔχοντες, τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς κτήσεως ἐξελέγχονται. Ἀγαθὸν δὲ εἰκότως ἂν ἐκεῖνο μεῖζον λέγοιτο, ὃ συγκρίσει τῇ πρὸς τὸ ἧττον, τοῦτο εἶναι κεκλήρωται. Τὸ δὲ πάσης ἀντεξετάσεως ἀνωκισμένον, καὶ συγκριτικὴν ἅπασαν διαδιδράσκον ἔννοιαν, πῶς ἂν τὴν τοῦ μείζονος ἐπιθέζηται προσηγορίαν, αὐτοαγαθότης τε ὄν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν παρεκτικόν; Τοῦτο δέ ἐστιν, ὁ διὰ σοῦ ἐπιδημήσας δεσπότης, ἡ πηγὴ τῆς ἀγαθότητος, τὸ μόνως ἀναλλοίωτον καλόν, τὸ ἄτρεπτον ἀγαθόν, τὸ ὡσαύτως ἔχον ἐφετόν, ἡ γλυκεῖα καὶ κόρου παντὸς ἐπέκεινα ἡδονή, ὁ ὑπερμεγέθης τῇ αὐτεξουσιότητι, οὗ πάντα ὡς δημιουργοῦ καὶ φιλαγάθου ἐφίεται δεσπότου· πῶς οὖν τὸ ὑστεροῦν, οὐκ ἂν ἀνάλογον ἐμποιήσειε τὸ λυπηρόν; Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναλγήτως μὲν τὴν διάστασιν φέρω· φέρω δὲ ὅμως τὰ τοῦ μυστηρίου εἰς τὸ ἐμφανὲς προχωροῦντα βλέπουσα, κατ' εὐθεῖαν προβαίνουσαν τὴν οἰκονομίαν,

---

parte habere licet; et illud parumper degustantibus sese ceu bonum exhibet, cujus cum plane non sint exsortes, totius potiundi desiderio non cruciantur. Majus porro bonum merito illud appellabitur, quod ex comparatione cum minori, ut tale habeatur, assecutum fuerit. Quod vero commensurationem omnem excedit, et quamlibet comparationis rationem prætergreditur, quomodo majoris boni appellatione donari poterit, cum et ipsa per se bonitas idem sit, et ad maxima quæque bona tribuenda proclive? Ejusmodi autem est, qui per te huc advenit Dominus, fons ille bonitatis, pulchritudo illa indeficiens, bonum immutabile, semper desiderabile, dulcedo ac satietatis omnis expers suavitas, supremus ille immensæ potestatis rex, quem cuncta utpote creatorem ac benignissimum Dominum concupiscunt. Quo ergo pacto hujus boni absentia consentaneam non afferat tristitiam? Et idcirco non equidem sine dolore disjunctionem hanc fero; sed tamen fero, dum mysterium jam revelari incipiens, divinam faustissime progredientem dispensationem,

λαμπρῶς τὰς τῆς φιλανθρωπίας ἐφαπλουμένας ἀκτῖνας, ἐπαφιεῖσαν ἤδη τὴν πηγὴν τοῦ ἐλέους κοινῇ τῷ γένει τοὺς τῶν ἀγαθῶν ὀχετούς.

XXXVI. Ἄπιθι τοίνυν ὁ θησαυρὸς τῆς σωτηρίας, ἡ σκηνή, ἐν ᾗ ὁ τῆς εὐεργεσίας ἐταμιεύθη πλοῦτος. Ἄπιθι τὸ τῆς χαρᾶς εὐαγγέλιον, ἡ προκήρυξις τῆς εὐφροσύνης, ἡ ἐπιθυμητὴ τοῦ γένους ἀπεκδοχή, τὸ πολυτίμητον ἐνέχυρον, ἡ ἀξιόλογος καταλλαγή, ἡ πολυζήτητος μεσιτεία, ἡ ἐλπιζομένη παῤῥησία. Ἄπιθι δεδοξασμένως, ἡ δόξα τῆς ἀνθρωπότητος, ἡ νοητὴ ὡραιότης, τὸ πάσης εὐπρεπείας ἐξῃρημένον κάλλος, ἡ τῆς ἀγγελικῆς ὑπεραστράπτουσα λαμπρότητος, ἡ φωτεινοτέρας πάντων λαμπτήρων ἐπαφιεῖσα τὰς ἀκτῖνας. Πορεύου τὸ δυσθεώρητον ὕψος, τὸ πολύφθογγον διήγημα, τὸ ἥδιστον τῶν σε ποθούντων θέαμα, τὸ γλυκὺ καὶ μὴ νοούμενον θαῦμα. Ἄπιθι, τὸ τῶν ἐμῶν ὠδίνων ἐγκώμιον, τὸ σεμνολόγημα τοῦ τόκου μου, ἡ τοῦ προελθόντος κήρυκος τὸν κηρυττόμενον κυοφοροῦσα, ἡ τοῦ τεχθέντος στρατιώτου τὸν βασιλέα καὶ κτίστην

---

divinæ in homines charitatis radios late circum undique sese effundentes, ac misericordiæ fontem bonorum rivos universis in commune hominibus emittentem cerno.

XXXVI. Abi igitur, salutis thesaurus, tabernaculum divitias recondens beneficentiæ ac liberalitatis. Abi, fausta gaudii annuntiatio, lætitiæ promulgatio, concupita generis nostri exspectatio, arrha pretiosissima, eximia reconciliatio, mediatio cupide quæsita, sperata fiducia. Abi, gloriose, o humanæ gloria naturæ venustas sola mente conspicienda, cujusvis pulchritudinis selectus decor, præ angelico fulgore renitens, ac lucidiores splendoribus quibuslibet radios emittens. Abi, sublimitas nulla oculorum acie assequenda, narratio linguis omnium celebranda, suavissimum te desiderantium spectaculum, dulce et cogitationi impervium miraculum. Abi, o partus mei encomium, prolis meæ ornamentum, utero eum gerens, quem præcurrens annuntiabit præco, natique militis regem creatoremque circumferens.

ἐπιφέρουσα. Πορεύου τῆς στειρωθείσης φύσεως ἡ εὐφορία, τῆς ἐν λύπαις ὠδῖνος ἡ ἐλευθερία, χαρὰ τὴν σὴν προοδοποιεῖται ἄφιξιν, εὐφροσύνη τῶν σῶν προτρέχει διαβημάτων, δόξα σε κύκλῳ περιστοιχίζουσα, δορυφορεῖ ὡς βασιλίδι, ὡς μητέρα τοῦ κτίστου κατακοσμεῖ, ὡς δέσποιναν περιαστράπτει ταῖς χάρισιν· ἐντεῦθεν ἄρα εὐλογημένη σου ἡ παρουσία, καὶ δεδοξασμένη ἡ ἀποδημία.

XXXVII. Οὕτω τάχα περιπτυσσομένη τὴν ὁλοπόθητον ἡ Ἐλισάβετ, τὰ ἐξιτήρια προσέλεγεν. Αὐτὴ δὲ τὴν ἐπ' οἴκου ποιουμένη πορείαν, συνοδοιπόρον ἑαυτῆς, τὴν διηνεκῆ δοξολογίαν ἐπεφέρετο· καὶ ὅσῳ τὰ τοῦ μυστηρίου εἰς τὸ φανερώτερον ἐχώρει αὐτῇ, τοσούτῳ τὴν εὐχαριστίαν γεγωνοτέραν ἐπεκρότει, οὐ τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν τῇ διανοίᾳ μετεωριζομένη· τῷ δὲ τῶν χαρίτων ἀναλόγῳ ὕψει, τὸ ἄπειρον τῆς ταπεινότητος ἐπιδεικνυμένη.

Abi, sterilis naturæ fœcunditas, doloris partum comitantis exemptio; viam abeunti sternit gaudium, gressus tuos lætitia præcurrit, te gloria, circum undique cingens, tanquam reginam comitatur, tanquam creatoris matrem exornat, tanquam dominam fulgentissimis circumdat gratiis. Exinde sane benedictus adventus tuus, et discessus tuus glorificatus.

XXXVII. Ilisce verisimiliter vocibus totam desiderabilem illam Virginem Elisabet amplexata, abeuntem prosecuta est. Ipsa vero domum versus iter faciens, jugem Dei laudem quasi sibi viæ comitem deducebat; et quo manifestius mysteria illi revelabantur, tanto elatiori voce plaudens, gratias Deo agebat, non supra se ipsam vanis cogitationibus ob donorum amplitudinem semet erigens, sed consentaneæ gratiarum celsitudini infinitam humilitatem præseferens.

IN HOMILIAM

JOHANNIS EUCHAITENSIS

ADMONITIO.

Quo loco habendus sit Auctor, cujus homiliam subjicimus, luculenter testatur Jo. Albertus Fabricius[1], ex cujus sententia *Johannes Mauropus*[2] *monachus atque inde metropolita Euchaitensis poetis christianis elegantioribus accensendus venit.* Huic Fabricii sententiæ consentit Græcorum suffragium, uti patet ex brevi elogio, quod tum in codice Cæsareo inter græcos theologicos ducentesimo undecimo[3], tum in codice, quem præ manibus habuit Matthæus Bustus[4], iambicis ejusdem Jo-

[1] *Biblioth. Græc.* vol. VIII, pag. 627, et. Harl.

[2] Petrus Lambecius (*Comment. de Biblioth. Cæsar.* lib. I, pag. 149) eumdem hunc Johannem invenit designatum nomine *Johannis Mapropadis*; qua de re ita scripsit : *Legendum est* τοῦ μαβρόποδος, *sive* Mabropodis, *hoc est, cognomine* Nigripedis. Μαβρός *enim et* μαυρός *Græcis recentioribus idem est ac* μέλας. Μαβρόπους *igitur vel* μαυρόπους *idem est atque* μελανόπους.

[3] Vid. Lambecius in *Comment. de Biblioth. Cæsar.* lib. V, p. 28-29.

[4] Matthæus Bustus iambicos Johannis versus edidit Etonæ anno 1610 cum hoc titulo : *Johannis metropolitani Euchaitensis versus iambici in principalium festorum pictas in tabulis historias atque alia varia compositi, nunc primum in lucem editi cura Matthæi Busti Etonensis.* Collatione autem instituta apparet, aut ab eodem archetypo deductum esse utrumque, et

hannis carminibus præfigitur cum titulo, ὁ βίος, et ita se habet[1] : Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ Βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, καὶ Ζωῆς τῆς Βασιλίσσης. Ἔτη δὲ τὰ ἀπὸ τότε συντείνει ἑξήκοντα τέσσαρα πρὸς τοῖς πεντακοσίοις. Ἀνὴρ δὲ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος ὤν, συνέγραψε πλείους τῶν λόγων, καὶ ἐπιστολὰς, καὶ στίχους ἰαμβικοὺς, καὶ ἄλλα πολλὰ λόγου καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε, πεπληρωμένος ὢν τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος. *Hic vivebat sub Imperatore Romanorum Constantino Monomacho, et Imperatrice Zoe. Exinde autem anni extenduntur sexaginta quatuor supra quingentos. Cum vero sapientia et sanctitate vitæ in primis excelleret, conscripsit plures orationes et epistolas et versus iambicos, aliaque multa, digna quæ laudentur grataque habeantur : multos insuper homines pie erudivit, utpote repletus gratia Spiritus Sancti.* Hoc tamen elogium, uti patet ex annorum supputatione, non est antiquissimum; immo Bollandiani[2] opinantur, illud auctorem habere *Andream Darmarium Epidauriotam*, qui et tanquam codicis exscriptor ibidem adnotatur. Matthæus vero Bustus[3] cum monuisset, hoc elogium *in ipso quidem codicis frontispicio reperiri summo scriptum artificio, in quo tamen hellenismum præstare* non posset, dein autumare se dicit, *ista omnia non aliunde desumpta esse videri, quam ex hoc ipso libro* (videl. ex versibus iambicis); *statim enim*, inquit, *inter legendum in oculos incurrunt.*

Lambecii scilicet et Busti, exemplar, aut ipsorum alterum alterius esse apographum. Nam in Cæsareo codice, quem Lambecius l. c. describit, eam cernere est ordinis perturbationem, quam Bustus in suo codice lamentatur et pro viribus emendare studuit, ut ipse in præmisso ad lectorem monito affirmat. Utut vero commendandi sint Busti labores ad ordinem illorum carminum restituendum suscepti, plura sunt tamen, quæ adhuc correctione indigent, idque si quando otium dabitur, alias palam faciam.

[1] Hoc breve elogium legitur non modo apud Lambecium (l. c.) et apud Bustum (in not. in fine adjectis), verum etiam apud Bollandianos (*in Comm. de tribus Dorotheis* § III, n. 17, ad Junii diem V, tom. I, pag. 594), et apud Le Quien (*Orient. Christ.* tom. I, col. 546).

[2] L. c. n. 18.

[3] In not. ad calc. adjectis.

Verum necesse non est, ut hanc Busti conjecturam amplectamur, easque Johannis laudes unico carminum ipsius testimonio inniti putemus. Nam hæc eadem legimus in Græcorum Menæis, et quidem ea reperio in Veneta illa Menæorum editione, quæ cum prodierit anno 1551, epocham elogii scripti in codice *Andreæ Darmarii* aperte antecedit. In his dum enarratur[1], quæ occasio ac ratio impulerit ad sanctos Doctores Basilium magnum, Nazianzenum Gregorium et Johannem Chrysostomum die XXX Januarii simul honorandos, reperis Johannem Euchaitensem, cui tres SS. Doctores apparuisse feruntur, omnigena doctrina et virtutis eminentia summopere commendatum. Ὀπτάνονται (ita Menæa de tribus illis SS. Doctoribus) *οἱ μέγιστοι οὗτοι, καθ' ἕνα πρότερον, εἶτα καὶ ἅμα, ὕπαρ οὐκ ὄναρ, τῷ τότε τῆς Εὐχαΐτων πόλεως τῶν ἱερῶν ἐξηγουμένῳ, Ἰωάννῃ τῷ πάνυ, ἀνδρι τ' ἄλλα μὲν ἐλλογίμῳ, καὶ παιδείας ἑλληνικῆς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοντι, ὡς τὰ αὐτῷ πονηθέντα δείκνυσιν, ἀρετῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλακότι. Sacro Euchaitensis urbis antistiti, Johanni illustri viro, cum propter alia celebri, tum disciplinis græcis, sicut scripta ejus fidem faciunt, non inerudito, et ad sublime virtutum provecto, summi illi* (tres SS. Doctores) *primum quidem singuli seorsim, deinde vero simul omnes non per somnium, sed in visione conspiciendos se præbent.* Quanta vero existimatione et auctoritate in ipsa constantinopolitana civitate Johannes polleret, ostendunt quæ inibi sic leguntur : Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἀναστὰς, ὁ Εὐχαΐτων δηλαδὴ Ἰωάννης, καθὼς οἱ ἅγιοι εἰσηγήσαντο, διεπράξατο· τό τε πλῆθος καὶ στασιάζοντας καταστείλας (ἐδόκει καὶ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος ὁ ἀνὴρ) τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέδωκε ἐκκλησία ἑορτάζειν Θεῷ. *Surgens autem vir ille divinus, Euchaitensis nimirum Johannes, fecit sicut beati illi præceperant; et cum multitudinem atque contendentes compescuisset* (*etenim insignis erat ob famam virtutis*), *hanc in Dei honorem solemnitatem celebrandi ecclesiæ auctor fuit.* Dixi autem, Johannem ejusmodi auctoritate Constantinopoli potitum esse; nam hæc in constantinopolitana urbe evenisse sub Alexio Comneno, diserte hisce

[1] Januarii die XXX *in Synaxario.*

verbis ipsa præmittunt Menæa[1] : Ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς μετὰ τὸν Βοτανειάτην τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐδέξατο, ἐν Κωνσταντινουπόλει στάσις γέγονε παρὰ τῶν ἐλλογίμων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν κ. τ. λ. *Regnante Alexio Comneno, qui post Botoniatem imperii sceptrum accepit, contentio exorta Constantinopoli est inter viros doctrina ac virtute præstantes*, etc.

His vero, quod majoris est momenti, accedit Johannis nostri encomium, quod a juniore Michaele Psello conscriptum commemorat Le Quien[2] cum hoc titulo : Ἐγκώμιον εἰς τὸν θεοσεβέστατον μητροπολίτην Εὐχαΐτων καὶ Πρωτοσύγκελλον, illudque in codice Reg. 1857 asservari affirmat. Pretium fuerit operæ heic exscribere, quæ pauca ex illo encomio idem Le Quien collegisse videtur : *Hunc*, inquit, *pastoralibus muneribus excelluisse ait Psellus, ut, quamvis non politica admodum aut sæculari scientia, attamen eloquentia, quæ ad Isocratis characterem accederet, philosophia præsertim christiana ac theologia ita claruerit, ut Gregorius alter esse videretur.*

His porro laudibus non indignam esse eam homiliam, quam edimus, facile lector persentiet, dummodo tamen textus potius græci, quam interpretationis latinæ rationem habeat; nam non diffiteor ipse, valde esse dolendum, quod meliorem, quam ego sim, interpretem oratio hæc nacta non fuerit.

De gestis ejusdem Johannis communis est querela resciri nihil posse præter ea, quæ ex allatis testimoniis colliguntur, gravioremque hanc querelam ingeminavit Matthæus Bustus[3], cui præter breve illud elogium iambicis versibus præfixum, nihil ad manum adfuit. Diligentem autem et felicem operam idem Bustus adhibuit[4], ut aliquam Euchaitarum seu Euchaitorum civitatis notitiam suppeditaret; nec minori diligentia, atque etiam felicius in id ipsum adlaborarunt Bollandiani[5]; e quibus

[1] Loc. cit.
[2] *Orient. Christ.* tom. I, col. 645.
[3] In not. jam cit.
[4] *Ibid.*
[5] *Comment. de tribus Dorotheis* § III, a n. 22, tom. I, pag. 595.

disces, sitam fuisse Euchaitarum urbem in Helenoponti provincia, cujus metropolis erat Amasea, et ab hac iter unius diei fuisse dissitam; deinde vero triplex illi fuisse nomen; nam prius Εὐχαΐτων, et Εὐχανείας, posterius vero Θεοδωροπόλεως appellatio illi facta est, ex quo Johannes Zimisces, Russis ope S. Theodori martyris devictis ac profligatis, novum cœlesti Patrono in urbe Euchaitensi, ubi reliquiæ ejus servabantur[1], templum exstruxit, et ex eo tempore etiam metropolitici honoris titulo ea Ecclesia exornata est[2].

Johannis recensendis scriptis haud opus est immorari, postquam ea diligenter enumeravit Johannes Albertus Fabricius[3], quibus et nonnulla sunt addenda, quæ Michael Le Quien commemorat[4] : neque tamen ab horum utroque adnotata integrum operum catalogum exhibent, qua de re commodius dixerim, si quando nonnulla alia Johannis ejusdem scripta in lucem producere mihi per otium dabitur. Interim homiliæ in Deiparæ Dormitionem, quam edo, duplici usus ms. codice, Vaticano nempe, quem et Eminentissimus Maius coævum Auctori judicavit, et Laurentiano, e quo apographum diligentissime exscriptum humanitati acceptum refero præclarissimi viri Petri Del Furia

[1] Magno in honore habitas S. martyris Theodori reliquias et illud evincit, quod Constantinus Porphyrogenitus in libro I de Thematibus (Them. XIII), Seleuciæ urbes enumerans ac decimam Dalisandum memorans, subdit : Δαλισανδὸς, ἐν ᾗ τὸ σκουτάριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου ἐν τῷ τρούλλῳ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ ἀποκρέμαται. *Decima Dalisandus, in qua clypeus seu scutum magni illius Martyris sancti Theodori in trullo templi ipsius pendet.*

[2] Hisce de rebus Georgius Cedrenus (*Hist. compend. in Johanne Tzimisce*, tom. II, pag. 411, edit. 1839) : Τὸν μάρτυρα δ' ὁ βασιλεὺς τιμῶν, καὶ τῆς ἐπικουρίας ἀποτινύς αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς, τὸν ναὸν, ἐν ᾧ τὸ θεῖον αὐτοῦ ἀπόκειται σῶμα, ἐκ βάθρων καταβαλὼν, μέγαν τε καὶ κάλλιστον ᾠκοδόμησε, μεγαλοπρεπεῖς αὐτῷ κτίσεις προσαγορίσας· ὃν καὶ ἀντὶ Εὐχανείας Θεοδωρόπολιν κατωνόμασεν.

Non aliter Zonaras (*Annal.* lib. XVII, § III) : Τὸν μάρτυρα δ' ὁ βασιλεὺς τῆς βοηθείας ἀνταμειβόμενος, ναὸν αὐτῷ κατὰ τὴν Εὐχάνειαν ἢ Εὐχαΐταν περικαλλῆ ἐδημήσατο, τὸν πρώην καταβαλὼν, ἐν ᾧ τὸ πολύαθλον ἐκείνου σῶμα κατέθετο, καὶ τὴν πόλιν ἀντὶ τῆς προτέρας αὐτῆς κλήσεως Θεοδωρόπολιν ἐπωνόμασεν.

[3] *Biblioth. Græc.* l. c.

[4] *Orient. Christ.* tom. I, col. 547.

Bibliothecæ Laurentianæ Præfecti, quinque juvat præmittere ejusdem Johannis epigrammata necdum edita, quæ in vetusti illius Vaticani codicis initio reperi : aliquam tamen interpretationem addere animus refugiebat, quia, ut Matthæi Busti eadem de re verbis utar[1], *exsangue latinæ versionis cadaver græco poetæ animato et vivido alligare non sustinui.*

I[2]

Ἰωάννου φρόντισμα ταῦτα καὶ πόνος,
Ἀνδρὸς φυγόντος κλῆσιν ἄλλην δευτέραν.
Ὡς ἀσθενὴς γὰρ, ἀξιώματος βάρος
Ὄγκον τε δόξης οὐχ ὑπέστη βαστάσαι.
Κοῦφος διέπλει τὴν θάλασσαν τὴν βίου,
Καὶ τῆς προνοίας ἐτρύφησε τὴν χάριν.
Οὐκοῦν ἄμοιρος προσθέτων ἐπωνύμων,
Τῇ κυρίᾳ κλήσει δὲ κοσμεῖται μόνῃ·
Πλὴν εἴ τις αὐτὸν ἐν Θεοῦ διακόνοις[3]
Τάττων, ἐκεῖθεν μείζονα κλῆσιν νέμοι
Φέρουσαν οὐδὲν εἰς διάγνωσιν πλέον.
Οὐ δ', εἰ θέλεις, τρίσσευε τὸν τοῦ Κλαυδίου,
Φθόνος γὰρ οὐδεὶς πατρικῶν γνωρισμάτων.

II

Πάλαι μὲν οὕτως, ἀλλὰ νῦν οὕτω πάλιν·
Ποιμὴν μὲν οἰκτρὸς Εὐχαΐτων ὁ γράφων,

[1] Op. cit. in monit. ad lect.

[2] Primo huic et sequenti epigrammati titulum non præfiximus, quia in resarciendo olim codice ita charta recens superposita fuit veteri folio, ut in utraque facie recta et versa titulus legi non possit. Non tamen longe aberraverit, qui conjiciat, primo quidem εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα, alteri vero εἰς ἑαυτὸν, titulos fuisse præfixos.

[3] Patet hinc, a Johanne hæc fuisse conscripta, cum adhuc diaconus esset.

Ἔστι δὲ καὶ Σύγκελλος[1]· ὢ πῶς καὶ πόθεν·
Θεία πρόνοια, σοὶ χάρις· σὰ γὰρ τάδε.
Αὐτὴ γὰρ οἷς ἔκρινας εἰργάσω τρόποις·
Πρὸς ταῦτα δ' ἡμεῖς οὐδέν· αὐτὴ μαρτύρει.

III

Εἰς τὴν αὐτοῦ βίβλον.

Τίς ἄν σε προσβλέψειε, φιλτάτη βίβλε;
Τίς ἐντύχοι σοι; Τίς δ' ἂν εἰς χεῖρας λάβοι;
Οὕτως ἔχει φόβος με τῆς ἀχρηστίας,
Κἄν τι προσείη χρήσιμον τοῖς σοῖς λόγοις.

IV

Ἄλλοι.

Φεῦ, φεῦ· ποθῶ μὲν πανταχοῦ πλείω γράφειν·
Ὁρῶ δ' ἐπιβλέποντας οὐδὲ πρὸς τάδε.
Ἄλλους γὰρ ἄλλοι νῦν ἐπείγουσι πόνοι·
Λόγων δὲ τούτων καὶ γραφῶν οὐδεὶς λόγος.
Ὅθεν τὸ δῶρον τοῦ Θεοῦ μου, τὸν λόγον
Ἔχων πρόχειρον, οὐκ ἔχω τούτου χάριν,
Ἀλλ' εἰς σιωπὴν συγκεκλεισμένον βλέπων,
Ὡς τἄλλα πάντα καρτερῶ που καὶ τόδε.

[1] Συγκέλλου imo et Πρωτοσυγκέλλου titulum Johanni Euchaitensi tributum certis etiam in epigraphe orationis encomiasticæ a Psello juniore habitæ, quam superius ex Le Quien retulimus : quem tamen titulum conjunctum cum dignitate Episcopi tum in hoc epigrammate tum in illa epigraphe invenimus. Id vero nihil is mirabitur qui noverit, penes Græcos non modo Syncellum dictum fuisse presbyterum qui cum Patriarcha habitabat, atque adeo primaria inter honoratiores dignitate potiebatur, sed præterea, ut notat Cangius (Gloss. Vet. Latin. v. *Syncellus*) *Syncelli dignitatem a Constantinopolitanis Imperatoribus Episcopis et Archiepiscopis titulo tenus attribui consuevisse.*

V

Αλλοι.

Καὶ ταῦτα πολλὰ πρός γε τοὺς κεχρημένους,
Μᾶλλον δ' ὅλως ἄχρηστα ταῖς νῦν ἡμέραις·
Καθ' ἃς δοκεῖ δεῖν χρημάτων, οὐ ῥημάτων,
Ζήλου κρατοῦντος πραγμάτων, οὐ γραμμάτων.
Τοιοῦτόν ἐστιν, ὦ πόνοι τε καὶ λόγοι,
Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμῶν σπουδασμάτων.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΥΧΑΙΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΝΣΕΠΤΟΝ ΚΟΙΜΗΣΙΝ
ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ [1] ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

Σοὶ τοῦτο πλεκτὸν ἐξ ἀκηράτου στέφος
Λειμῶνος, ὦ Δέσποινα, κοσμήσας φέρω.

[1] Laur. addit ἡμῶν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOHANNIS EUCHAITARUM ARCHIEPISCOPI

IN AUGUSTISSIMAM DEIPARÆ SANCTISSIMÆ DORMITIONEM

SERMO.

PROOEMIUM [a].

Intaminatis e vireto floribus
Sertum tibi, Regina, contextum fero,

[a] Habetur hoc epigramma inter græce edita a Matthæo Busto (pag. 16-18), et titulum præfert : Πρόγραμμα εἰς τὸν τῆς Κοιμήσεως λόγον. Ipsum ex Vaticano codice accuratius descriptum, et latina præcl. viri *P. Henrici Valle* poeticæ tradendæ apud Collegium hoc Rom. Professoris interpretatione auctum sermoni, quem Deiparæ offert, visum est conjungere.

Ἀλλότριον πρόσφθεγμα, σοὶ μάλα πρέπον.
Ἅπαντα γὰρ σὰ δοῦλα καὶ τὰ τῶν ξένων.
Λόγων ὁ λειμὼν, τῆς Ἐδὲμ φυτὰ τρέφων,
Βρύων τε πολλοῖς ἄνθεσι καὶ ποικίλοις,
Ὧν οὐ μαραίνει τὴν καλὴν ὥραν χρόνος,
Οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τὴν χάριν φθείρει τρόπος·
Ἀλλ' εἰσαεὶ θάλλει τε καὶ λάμπει πλέον
Τῶν ἄρτι φαιδρὸν ἐξανισχόντων ῥόδων.
Ἐκεῖθεν ἐδρέφθησαν ἡμῖν καὶ τάδε,
Τοῖς νῦν γεωργεῖν αὐτὸν ἠξιωμένοις.
Ἐκεῖθεν οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη.
Οὐκ ἀξίως μὲν (καὶ γὰρ οὐδὲ πᾶν τόδε
Ἐπάξιόν σου) τοῦ πόθου δ' ἐπαξίως,
Ὃς πᾶσαν εἰσήνεγκεν ἰσχὺν ἐνθάδε,
Οἷς εἶχε, τιμᾷν τὴν ὑπέρτιμον θέλων.
Σὺ δὲ πρὸς αὐτὸν εὐμενὲς βλέψασά μοι,

Munus peregrinum, tibi decens tamen :
Nam, vel peregrina, cuncta serviunt tibi.
Laudum hortus est, Eden et plantas educat,
Multis renidens herbulisque et floribus,
Queis nulla demunt vernum honorem tempora
Nullæque cœli gratiam lædunt vices;
Perenne sed virescit et nitet magis,
Rosarum quam recentium nitet decor.
Ex hoc mihi demessa sunt hæc germina,
Cui hortulum mollire cultu contigit :
Ex hoc corona florum conserta hæc fuit,
Indigna te, Virgo (nihil nam te viget
Mortale dignum), verum amori convenit;
Huc namque cunctas contulit vires amor
Te gestiens ornare opimis laudibus.
Ergo benigno conspicata lumine

Δέχου παρ' ἡμῶν ὡς βασιλὶς μὲν στέφος,
Ὡς τοῦ Λόγου μήτηρ δὲ τὸ πρὸς τῶν λόγων
Τῆς δουλικῆς τε χειρὸς ἀντειλημμένη.
Εὔθυνε πρὸς σὲ, καὶ δίδου παῤῥησίαν,
Ὡς ἄν σε λαμπρῶς, ᾧ φέρει, στέψῃ στέφει.
Εἰ δὲ οὖν τὸ δῶρον δεξιᾶς σῆς ἀξίου,
Αὐτή τε σαυτὴν εὐπρεπῶς τούτῳ στέφε·
Ἢ μᾶλλον εὐπρέπειαν αὐτὴ τῷ στέφει
Προσψαύσεως σῆς ἀξιουμένῳ δίδου.
Ἡμᾶς δὲ τοὺς λόγοις σε τιμῶντας μόνοις
Ἔργοις σὺ πάντως ἀντιτίμησον πλέον.
Οἴκῳ τε τῷ σῷ γειτονοῦντας ἐνθάδε,
Καὶ τῆς ἐκεῖ σου στῆσον ἐγγὺς οἰκίας,
Ἧν ἀμφέπουσιν οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων,
Ἧν προσκυνοῦσι πᾶσα τάξις τῶν ἄνω.
Ταύτην ἀμοιβὴν τοῦ πόθου καὶ τοῦ λόγου

Hanc tu coronam ceu Regina suscipe,
Quæ texta verbis te, Parens Verbi, decet :
Servique munus dedicantis dum capis,
Illum fove, fiduciamque ultro insere,
Ut splendide te floribus circumtegat.
Ergo tua dignare donum dextera,
Sertoque te decenter ipsa cingito;
Quin muneri, Virgo, novum præbe decus
Dum destinata te corona protegis.
Nosque ore tantum, Diva, plaudentes tibi
Tu re vicissim fac honores amplius;
Et quos tuæ sedi hic habes domesticos,
Et alteri sursum propinquos advoca,
Quam cœlites circum angelorum stant chori,
Quam cuncta certatim colit divum cohors.
Hac nos amoris, debitæ hac laudis vice

Λάβοιμεν ἐκ σοῦ, καὶ τὸ τῆς δόξης στέφος·
Κἂν ταῦτα μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐλπίσαι.

I. Ἐπὶ τὴν μητέρα τοῦ λόγου, μετὰ[1] τὸν λόγον, ὁ λόγος. Τὸν γὰρ βασιλέα προπέμψας, τῇ βασιλίδι προσυπαντᾷ, ἀπὸ δόξης δόξαν ἀμείβων, καὶ μεταβαίνων εἰς δύναμιν ἐκ δυνάμεως. Οὕτως ἐντρυφᾷ τῇ τῶν καλῶν εὐπορίᾳ, καὶ τοσοῦτον χαίρει φιλοτιμούμενος τῇ περιουσίᾳ τῶν ὑποθέσεων.

Χριστὸς μὲν ἡμῖν, ἡ πάντων ἑορτὴ τῶν αἰώνων[2] ἑορτὴ[3] χθὲς ἦν, ἀλλ' ἑορτή, φωτισμός, καὶ πηγὴ φωτὸς ἀϊδίου, καὶ αὐτοφῶς. Διὰ τοῦτο καὶ φῶς ἀναβαλλόμενος ὡς ἱμάτιον, τὴν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀναβολήν, καὶ τῷ προσώπῳ λάμψας ὡς ἥλιος, ἐξ ὄρους

[1] Mendose apud Fabricium (*Biblioth. Græc.* tom. X, pag. 285) κατὰ τὸν λόγον.

[2] Laur. αἰωνίων.

[3] Cod. Vat. addit καί.

Per te fruamur cum coronæ gloria,
Majora quanquam hæc sunt spei fiducia.

I. Ad matrem Verbi oratio, postquam cum Verbo versata est, se convertit. Postquam enim Regem comitata est, Reginæ occurrens, gloriam alternat gloria, et de virtute transit in virtutem. Adeo in bonorum deliciatur copia, et de thematum ubertate adeo sibi placens collætatur.

Et superiore quidem festo[a] celebrandus nobis proponebatur Christus, qui sæculorum omnium festum est, sed festum qui et illuminatio sit, imo fons lucis æternæ, atque ipsa per se lux. Propterea et[b] *amictus lumine sicut vestimento*, vestimento inquam, quod ipse ex natura sua induit, et[c] *facie resplendens*

[a] Indicat Auctor solemne transfigurationis dominicæ festum, quod paucis ante diebus celebratum fuerat.

[b] *Ps.* CIII, 2.

[c] *Matth.* XVII, 2.

ἁγίου ταῖς ἀστραπαῖς ἡμᾶς ἔβαλε, καὶ τὴν θέαν οὐ φέροντας παρῆλθε ταχύ· μᾶλλον δὲ μεθ' ἡμῶν ἐστιν ἀεὶ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ λάμπει τοῖς ἀξίοις καὶ νῦν, ἀλλὰ πρὸς ἀξίαν, καὶ μετριώτερον.

II. Ἡ σήμερον δὲ τὴν Χριστοῦ μητέρα ποιεῖται μυστήριον, ἐκ μεγάλου τε μέγα καὶ λαμπρὸν ἐκ λαμπροῦ, καὶ προφθάνει φαιδρότητα φαιδρότης δημοτελὴς καὶ μείζστη πανήγυρις τηλικαύτην καταλαμβάνει. Οὕτω παντὰ τρόπον ἡμῖν ἀγαθυνούσης τῆς ἀγαθότητος, καὶ χάριν διδούσης κατὰ καιρὸν ἀντὶ χάριτος. Οἶδε γὰρ ἡ σοφία παραμυθεῖσθαι σοφῶς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἀψίκορον[1]· ἵν', ὥσπερ κακόσιτοι[2], τῷ πολυτελεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν προκειμένων ἀνακτώμεθα τὴν ὄρεξιν κάμνουσαν, καὶ ταῖς προθυμίαις

[1] Cod. uterq. ἀψίκορον.
[2] Cod Laur. κακώσιτοι.

---

sicut sol, fulgetris suis[a] *e sancto monte* nos ejaculavit, ac cito non ferentes splendorem vultus ejus pertransiit[b], seu melius dixerim, semper nobiscum est secundum promissionem suam, et nunc quoque eorum, qui digni sint, pro cujusque tamen meritis et qua ferri possit ratione, oculis resplendet.

II. Hodierna vero dies solemni cultu celebrat Genitricis Christi mysterium, magnum utique post magnum, ac splendidum post splendidum, et lætitia communem omnium lætitiam præeuntem habet, ac maxima solemnitas maximam excipit solemnitatem. Sic nempe modis omnibus bonitas ipsa beneficiis nos cumulat, et gratiam gratiæ opportune adjungit. Novit enim (divina) sapientia infirmitatis humanæ desiderium ad fastidium proclive provide reficere; ut non secus ac qui stomacho laborant, exquisitis variisque epulis propositis elanguentem rursus excitemus appetentiam, desiderioque alacres effecti, ad ea, quæ nobis prodesse

[a] II *Petr.* I, 18.
[b] *Exod.* XXXIII, 22.

ἀκμάζοντες, ὁσάκις[1] ἂν δέοι, πρὸς τὴν τῶν χρησίμων ἀπαντῶμεν ἀπόλαυσιν.

III. Ἀλλά με θερμότερον κινεῖ τὰ παρόντα, καὶ φέρειν μετρίως οὐκ ἔχω τὴν ἡδονήν, καὶ ζητῶ φωνὴν ἀξίαν τοῦ θαύματος. Βοήσομαι τοίνυν λαμπρόν τι καὶ διαπρύσιον[2], καὶ τῆς ἡμέρας τὴν χάριν ὑψηλῷ κηρύξω[3] κηρύγματι.

Μητρὸς Θεοῦ κοίμησιν ἑορτάζομεν σήμερον, μητρὸς Θεοῦ κατάπαυσιν, μητρὸς Θεοῦ μετάστασιν, ἀνάβασιν, ἔπαρσιν· καὶ προσθήκη τοῦ θαύματος, ὅτι καὶ θυγάτηρ ἡ μήτηρ, ἔστι δ' ὅτι καὶ νύμφη, καὶ παρθένος αὖθις ἡ νύμφη, καὶ διὰ πάντα βασίλισσα,

[1] Cod. Laur. ὡσάκις.
[2] Cod. Laur. διαπύρσιον.
[3] Laur. κηρύξων.

---

queant, degustanda, quoties opportunitas se nobis offerat, occurramus.

III. Verum quæ nunc geruntur, vehementiorem in me affectum accendunt, nec facile exuberantem ferre jucunditatem possum, et verba, quæ miraculo respondeant, me deficiunt. Quidpiam igitur splendidum atque præclarum inclamabo, et hujus diei gratiam sublimi præconio efferam.

Genitricis Dei hodierna die celebramus dormitionem, Genitricis Dei depositionem, Genitricis Dei resurrectionem, ascensionem[a], exaltationem; ac miraculo accedit, quod et filia sit quæ mater, et quod insuper sponsa, ac rursus quod virgo sit quæ sponsa est, atque per omnia regina, et ante omnia an-

[a] Licet communis titulus hujus solemnitatis apud Græcos sit *Dormitio SS. Deiparæ*, et homiliæ hac occasione habitæ inscribi consueverint *in sanctissimæ Deiparæ Dormitionem*, ex hoc tamen loco manifeste liquet, eadem festivitate celebratam fuisse non *dormitionem* modo, sed etiam ejusdem Virginis *resurrectionem*, corporisque simul cum anima in cœlos *assumptionem*.

καὶ δούλη πρὸ πάντων, καὶ τῶν χαρισμάτων τὸ πλῆθος ποικίλον καὶ πολυώνυμον.

IV. Ταύτης αἴρεται νῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωή· καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀνυψοῦται τῶν οὐρανῶν τὸ μυστήριον, τῶν ἀγγέλων τὸ θαῦμα, τῶν ἀνθρώπων τὸ κράτος, ἡ τοῦ γένους εὐγένεια, ἡ χριστιανῶν παῤῥησία, τὸ παντὸς καλοῦ μεῖζον [1] ἀσυγκρίτως καλόν· καὶ τὸν θνητὸν τοῦτον κόσμον τοῖς θνητοῖς καταλείψασα [2], αὐτὴ πρὸς ἣν ἔτεκε ζωὴν μεταχωρεῖ [3].

Ἡ δὲ τὴν μητέρα καὶ δεξιοῦται λαμπρῶς, καὶ φιλοτίμως ἀσπά-

[1] Cod. Laur. μεῖζων, ubi ipse accentus circumflexus ostendit mendum alterius syllabæ.

[2] Cod. Laur. καταλήψασα.

[3] Vat. ἐκδημεῖ.

---

cilla, divinorumque charismatum varia ac præclarissima plenitudo [a].

IV. Hujus nunc vita ab hac terra sursum evehitur; ac cœlum versus ea attollitur, quæ est cœlorum mysterium, stupor Angelorum, hominum fortitudo, generis sui nobilitas, christianorum fiducia, bonum quovis bono incomparabiliter majus [b]; et mortalem hunc mundum mortalibus dimittens, ipsa ad eam, quam genuit, vitam transmigrat.

Hæc [c] vero matrem et data dextera liberaliter salutat, et co-

[b] Observa, quæso, quomodo non modo Deipara gratia plena dicatur, sed *plenitudo* quoque *charismatum* appelletur; quo sane nihil significantius dici potest ad perfectissimam munerum ipsi collatorum copiam exprimendam. At vero plane ista plenitudo abesset, si charisma illud tantopere exoptandum, quo a fœda diaboli captivitate est præservata, ipsi defuisset.

[a] Hoc sane de bonis creatis intelligendum est. Videsis tamen, quam alte de Virgine Patres senserint, et in eamdem transferant, quæ de solo Deo prædicantur; et simul quam longe hæc notio Virginis ab eo malo distet, quod a prima origine miseri filii Adæ contrahunt.

[b] Hæc nempe *Vita*, de quo Paulus (Coloss. III, 4) : Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν : *Cum Christus apparuerit vita nostra.*

ζεται. Ὁ κρατῶν γοῦν ἀῤῥήτως τῇ χειρὶ πνοὴν ἅπασαν ἐπὶ ταύτην κάτεισιν [1] αὖθις, οὐκ ἐνοικήσων, ὡς πρὶν, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, ἐξοικίσων, μᾶλλον δὲ κατοικίσων, οὗ πρεπωδέστερον, καὶ μετάξων ἐντεῦθεν πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἐν σπλάγχνοις ἀχράντοις κενωθέντα βαστάσασαν. Διὰ τοῦτο καὶ πάρεστι· καὶ στρατὸν ἀγγελικὸν καὶ οὐράνιον ἑαυτῷ [2] συνεπάγεται· μεθ' ὧν [3] πάλιν ἄνεισι [4], τὴν τεκοῦσαν ἀπάγων, καὶ μεγάλην ἀντέκτισιν μεγάλου καταβάλλων [5] δανείου, παλιγγενεσίαν ἀντὶ γεννήσεως, καὶ ἀντὶ σαρκώσεως θέωσιν.

V. Τοῦτο ἡμῖν τῆς ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον· αὕτη [6] τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις. Τίς οὐ χαίρει πρὸς ταῦτα, καὶ τὴν ψυχὴν ἠρέμα πτεροῦται, καὶ τὸ σῶμα κουφίζεται, καὶ ὅλος εἰς ὕψος μετεωρίζεται;

[1] Cod. Laur. κάτισιν.
[2] Cod. Vat. ἐν αὐτῷ.
[3] Cod. Laur. ὅν.
[4] Cod. Vat. ἄεισι.
[5] Cod. Laur. καταβάλλων.
[6] Laur. αὕτη.

---

miter amplexatur. Is itaque, qui ineffabiliter auram omnem manu continet, ad hanc rursus descendit, non ut in ea, sicut prius, sedem defigat, sed, prope dixerim, ut a sua illam sede educat, seu potius ut eam ad sedem deducat quæ congruentior sit, et penes semetipsum hinc illam transferat, quæ cum exinanitum immaculatis visceribus gestavit. Idcirco et præsens ipse adest, et secum Angelorum ac cœlestium civium exercitum simul adducit; quibus stipatus ascendit rursus, suam secum genitricem attollens, et ingens illi fenus pro ingenti usura persolvens, pro generatione regenerationem, et pro humana carne deificationem.

V. Hæc solemnitatis hujus nostræ summa est : hæc præsentis festivitatis tessera. Quis ad ista non lætetur, et anima sensim non attollatur, atque ipso corpore levis non sublevetur, totusque

Τίς τοιούτοις θεάμασιν ἐντυχὼν, οὐκ ἐπαίρεται, καὶ περιφρονεῖ τἄλλα πάντα, καὶ πρὸς ἓν τοῦτο φέρεται; Τίς ἡδίων ἀπόλαυσις; Τίς ἀμείνων τρυφή; Τίς ἑτέρα τέρψις χαριεστέρα τῆς [1] τοιᾶσδε φαιδρότητος; Ἦν Θεός τε παρὼν, καὶ χορὸς ἀγγέλων συνὼν, καὶ λειτουργοῦντες ἀπόστολοι, καὶ μήτηρ Θεοῦ τιμωμένη, δι' ἣν ταῦτα πάντα, καὶ περὶ ἣν λαμπρὰν λαμπρῶς συγκροτοῦσιν;

VI. Ἀλλ' οἷον ἐκεῖνό μοι παρ' ἐλπίδα προσέστη. Τοιαύτης γὰρ ἤδη τῇ θεομήτορι παρασκευασθείσης πομπῆς ἐκ τηλικούτου συστήματος, τίς ἐκεῖ δοθήσεται [2] χώρα τοῖς ἐλαχίστοις ἡμῖν πρὸς τὴν τῆς κοινῆς δεσποίνης ἡμῶν [3] τιμήν; Τίς δὲ [4] ἱκανὸς καταλαβεῖν τινα θέαν ἐν οὕτω θεσπεσίῳ θεάτρῳ, καὶ καλλίστης ὁράσεως βραχύ τι παραπολαῦσαι; Ἆρ' οὐκ ἐδείσατε; Οὐχὶ μὴ κατόπιν, ὃ δή φα-

[1] Τῆς abest a Cod. Vatic.
[2] Cod. Laur. δοθείσεται.
[3] Abest ἡμῶν a Vatic.
[4] Heic Vatic. addit ἡμῶν.

---

in sublime feratur? Cujusnam oculis ejusmodi spectaculum obversetur, et non sursum attrahatur, et contemnat reliqua omnia, atque ad hoc unum non rapiatur? Quænam suavior oblectatio? Quænam potiores deliciæ? Quæ alia voluptas præ hujusmodi hilaritate jucundior? Ubi et præsens adest Deus, et simul astat Angelorum chorus, et sacro ministerio funguntur Apostoli, et honoribus cumulatur Dei mater, in cujus gratiam hæc omnia, et cujus splendoribus splendido plausu gratulantur?

VI. Verum quidnam illud mihi præter exspectationem contingit! Cum enim Dei genitrici tam nobilis ex ejusmodi conventu jam parata sit pompa, ecquis nobis minimis locus ibi dabitur, ad communem dominam nostram honorandam? Ecquis e nobis dignus est, ut in theatrum adeo divinum vel oculos injiciat, et pulcherrimo horum adspectu vel obiter ad brevem aliquam horam perfruatur? Numquid non vos tremor occupavit? Num-

σιν, ἔλθοιμεν[1] ἑορτῆς; Ἀλλὰ τὸ δεινότερον ἔτι, μὴ, καὶ παρόντες, ἁμάρτοιμεν αὐτῆς, ὡς ἀνάξιοι;

Ἀλλά μοι[2] θαρσεῖτε· μάτην γὰρ ἡ δειλία, καὶ τὸ δέος οὐκ εἰς καιρόν. Τίς γὰρ αὕτη καὶ πόθεν, περὶ ἣν ἡ ξένη τιμὴ, καὶ τὸ τῆς δόξης ἀπρόσιτον; Οὐκ ἐξ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων; Ἐξ ἡμῶν δηλαδή· καὶ κἂν ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ ἄνθρωπος. Τί δ' ὁ ταύτην δοξάσας ἐπὶ τοσοῦτον; Οὐχὶ καὶ αὐτὸς καθ' ἡμᾶς ἀπὸ ταύτης δι' εὐσπλαγχνίαν, ὁ καὶ πρὸ ταύτης ἀῤῥήτως ὑπὲρ ἡμᾶς ὢν[3] ἀεί; Τῶν ἀριδήλων καὶ τοῦτο. Κατ' οὐδὲν τοίνυν ἔλαττον καὶ ἡμῖν ἀνθεκτέον[4] τῆς τοῦ καλοῦ μετουσίας. Ἡ γὰρ ἐκ τοῦ γένους οἰκείωσις ὀρέγει

[1] Laur. ἔλθωμεν.
[2] Cod. Laur. ἀλλ' ἄμοι.
[3] Cod. Laur. ὤν.
[4] Cod. Laur. ἀνθεκταῖον.

---

quid non, quod utique est in proverbio, post festum accurremus? Nonne, quod etiam gravius est, etsi præsentes festo astemus, ejusdem tamen exsortes, utpote indigni, manebimus?

Verumtamen bono animo, quæso, estote : inanis enim est iste metus, neque hic timor opportunus nunc accidit. Quæ enim et unde ista est, cui peregrinus hic honor, et incomparabilis hæc gloria defertur? Nonne ex nobis hominibus? Ex nobis sane; et licet humanam conditionem transcendat[a], attamen homo est. Quid vero ille, qui ad tantum gloriæ hanc provexit? Nonne et ipse propter misericordiam suam ab ea natus est homo nobis similis, qui utique ante ipsam, natura hac nostra supra quam dici possit præcelsior, ab æterno exsistebat? Et hoc prorsus manifestum. Nihilo igitur minus et nos communis boni participes esse debemus. Nam quæ ex communi genere oritur necessitudo,

[a] Si humanam conditionem transcendit, ergo frustra ex iis, quæ propria sunt conditionis humanæ, ineluctabile quoddam argumentum duci quidam putarunt, quo Virgo Deipara communi hominum vitio infecta evinceretur.

τὴν παῤῥησίαν· καὶ τὴν φύσιν οὐχ ὅπως ἀνθισταμένην, ἀλλὰ καὶ συμπράττουσαν ἔχομεν.

Ὡς ὄφελον οὕτω καὶ τὸν τρόπον ἔχοιμεν συναιρόμενον. Ἂν γὰρ δὴ καὶ τοῦτο προσῇ, θαυμαστή τις εὐτυχία τὸ πρᾶγμα, καὶ μηκέτι μέλλωμεν ἄνθρωποι, ἀλλὰ τοῖς ἀγγέλοις θαῤῥοῦντες ἑαυτοὺς ἀναμίξωμεν. Οὐ γὰρ κτίσις ἐνταῦθα τῆς ἀξίας τῶν φύσεων, ἀλλὰ θυμηδίας ἰσομοιρία, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν φύσεων ἐντεῦθεν ἰσοτιμία[1], διὰ τὸν ἐκ τοιαύτης ἡμῖν ὁμοιωθέντα μητρὸς, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις[2] ἑνώσαντα θεοπρεπῶς τὰ ἐπίγεια.

VII. Τοιγαροῦν ἐπεὶ ταῦτα καὶ τοσούτου θεάματος μεταλαβεῖν ἀξιούμεθα· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ συνελήλύθαμεν· τιμήσωμεν ἁγνῶς τὴν παρθένον, τὴν μητέρα γνησίως, τὴν νύμφην πολυτελῶς, τὴν δεδοξασμένην ἐνδόξως, ὑπερκοσμίως τὴν ὑπερκόσμιον· καθαροὶ τὰ

[1] Absunt a Laur. Cod. verba μᾶλλον δὲ καὶ τῶν φύσεων ἐντεῦθεν ἰσοτιμία.
[2] Cod. Laur. ἐπ' οὐρανίοις.

---

hanc plane facultatem facit; nos porro non modo non pugnantem, immo vero consonam naturam habemus.

Atque utinam et vivendi rationem pari elatam nobilitate servaremus! Si enim etiam mores ita compositos gereremus, in miram quandam felicitatem res tota verteret, et mox non amplius homines essemus, sed cum fiducia nosmetipsos Angelis permisceremus. Neque enim ex naturarum nobilitate res heic dijudicatur, sed par omnibus ex æquo jus est participandæ lætitiæ; seu melius dixerim, æqualis ipsarum quoque naturarum exinde fit honor propter illum, qui per tam præcelsam matrem factus est nobis similis, et terrestria cœlestibus divinitus conjunxit.

VII. Quandoquidem ergo hisce de causis digni effecti sumus, ut etiam tam miri spectaculi participes simus; nam et propter hoc idem in hunc cœtum convenimus; puris mentibus Virginem, sincero affectu Matrem, magnifice Sponsam, gloriose refulgentem gloria, terrenis omnibus præcelsiorem laudibus non terrenis

καθήκοντα τῇ καθαρᾷ λειτουργήσωμεν, εὐλαβῶς τῇ δεσποίνῃ, τῇ βασιλίδι λαμπρῶς τὰ πρὸς θεραπείαν ἐπιτελέσωμεν. Μηδὲν τῶν ἀνάγνων προσφερέσθω τῇ παναγίᾳ· μηδὲν τῶν κάτω κειμένων τῇ τῶν οὐρανῶν ὑπερτέρᾳ· ἔστω κράτιστα πάντα, καὶ μεγαλοπρεπῆ [1], καὶ φιλότιμα, καὶ τηλικαύτῃ πομπῇ καὶ πανηγύρει προσήκοντα.

Ἐγὼ μὲν ἐπάσω τῇ δεσποίνῃ τὰ προπεμπτήρια [2]· ὑμεῖς δὲ ἄλλοθεν ἄλλος ἀκολούθως ἐπευφημεῖτε, καὶ τὸ πρὸς δύναμιν ἕκαστος παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρων, τὴν ὁσίαν αἰσίως τῆς ἑορτῆς συμπληροῦτέ μοι. Οὐ χεῖρον μέντοι, τὸν λόγον ἀνωτέρω προαγαγεῖν, ἵν' ἀπὸ τοῦ τόκου τοῦ θείου τιμήσω τὴν Θεοτόκον, καὶ καλὴν ἀρχὴν ὑποθῶ καλῷ πράγματι.

VIII. Ἦν ὅτε κόσμος πρὸς κόσμον ἀλλοτρίως εἶχε καὶ πολεμίως, ὁ ὁρώμενος οὗτος πρὸς τὸν ἀόρατον, ὁ τῆς φθορᾶς πρὸς τὸν

[1] Cod. Laur. μεγαλοπρεπεῖ.
[2] Cod. Laur. προμπτήρια.

---

honoremus : quæ puram deceant, sacra puri peragamus, reverenter Dominæ, splendide Reginæ exhibeamus famulatum. Nihil non purum sanctissimæ offeratur; nihil, quod terram redoleat, illi, quæ cœlis est sublimior; omnia prorsus eximia sint, omnia munificentiæ decorisque plena, et pompæ tam augustæ, atque conventus solemnitati congrua.

Atque ego quidem, quæ ad abeuntem Dominam deducendam spectant, decantabo; vos autem alii alia ex parte vosmet consociantes fausta acclamate, et quod quisque possit, quantum in se est, simul omnes offerentes, solemnia mecum parentalia decenter persolvite. Verumtamen non abs re erit sermonis exordium paulo altius petiisse, ut Deiparæ laudes e divino partu deducam, et egregiæ pertractationi egregium initium faciam.

VIII. Fuit, quando mundus alienus et inimicus erat mundo, videlicet aspectabilis hic invisibili, corruptibilis incorrupto,

ἄφθαρτον[1], ὁ ἀπιὼν[2] πρὸς τὸν μένοντα, καὶ τὰ[3] τοῦ αὐτοῦ κτίστου κτίσματα κακῶς ἐστασίαζεν. Ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, ὡς θέμις, ποιητὴν περιεῖπε[4], κἀκείνῳ τὴν δόξαν ἀπεδίδου καὶ τὴν τιμήν· ὁ δὲ ῥᾳθυμίᾳ τοῦ ὄντος διαμαρτὼν, ἀπηνέχθη πρὸς τὰ μὴ ὄντα· καὶ τοὺς ἐχθροὺς εὐεργέτας ἀνοήτως ὑπέλαβε, καὶ ὡς ἀληθείᾳ τῇ πλάνῃ δι' ἀπροσεξίαν κατηκολούθησεν. Ἐντεῦθεν τοῦτο τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ ποίημα, ὀλεθρίων δαιμόνων γίνεται παίγνιον· καὶ τὸ κατ' εἰκόνα πατεῖται πρὸς ὕβριν τοῦ ἀρχετύπου· καὶ ὁ βραχὺ παρ' ἀγγέλους, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν.

IX. Ἐντεῦθεν τὰ σπλάγχνα πάσχει τοῦ ἀπαθοῦς· καὶ τὸ πάθος, οἶκτος περὶ τὸ πλάσμα, καὶ φιλανθρωπία περὶ τὸν ἄνθρωπον.

[1] Cod. Laur. πρὸς ἀφθαρσίαν.
[2] Cod. Laur. ὁ ὁπωιῶν.
[3] Cod. Laur. τό.
[4] Cod. Laur. περιεῖπτε.

---

dilabens firmiter consistenti, et creaturæ contra ipsum Creatorem suum impie rebelles erant. Et alter quidem conditorem proprium, ut par est, reverebatur, eique gloriam reddebat et honorem; alter vero animi socordia ab eo, qui est, declinans, abductus est ad ea quæ non sunt; et tamquam beneficos stulte amplexus est inimicos, et per segnitiem errori ceu veritati adhæsit. Hinc nobile hoc Dei opus exitialium dæmonum fit ludibrium; et in contumeliam archetypi proculcatur quod ad ejusdem imaginem factum fuerat; et[a] *comparatus est jumentis*, qui[b] *paulo minus erat ab Angelis*.

IX. Exinde vero illius, qui nescit affici, viscera afficiuntur; affectus autem miseratio fuit in opus suum, et clemens erga homines charitas. Hinc[c] *consilium* illud *antiquum ac verum*, et

[a] *Ps.* XLVIII, 13
[b] *Ps.* VIII, 6.
[c] *Is.* XXV, 1 sec. LXX.

Ἐντεῦθεν ἡ ἀρχαία βουλὴ καὶ ἀληθινὴ, καὶ βοηθεῖν ἐδόκει καιρός. Καὶ τῆς βοηθείας ὁ τρόπος, ὡς ὑπερφυὴς καὶ παράδοξος.

Μετὰ πᾶσαν ἄλλην μηχανὴν ἀπρακτήσασαν, αὐτὸς, ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ὑπέρχεται· καὶ ὁ [1] Θεὸς τῶν ἀνθρώπων διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἐνανθρωπεῖ· καὶ ὁ ταπεινοὺς ὑψῶν, ταπεινοῦται· καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀντίπαλον πάλην ἐκ τοῦ ἴσου τοῖς πίπτουσιν ἡμῖν ὑποδέχεται. Τί γὰρ, εἰ καὶ νεύματι μόνῳ τὸν ἐχθρὸν ἐξ ὕψους ἀνάλωσεν, ἐν ἀσφαλεῖ καθεστὼς ἐπὶ τῆς οἰκείας περιωπῆς, καὶ μηδένα πόνον ἢ κίνδυνον περὶ τὴν συμπλοκὴν ὑποστάς; Τί δὲ μέγα, δραπέτην, πονηρὸν καὶ ἀγνώμονα, ὑπὸ Θεοῦ χειρωθῆναι, καὶ ἀναχθῆναι [1] κάκιστον δοῦλον παρὰ δεσπότου δυνατοῦ δέσμιον; Τοῦτο μὲν οὖν ῥᾴδιον μᾶλλον,

[1] *In Cod. Laur. eadem manus e regione in rubrica subjecit:* τίς ὁ λόγος τῆς θείας σαρκώσεως.

[2] Laur. ἀπεχθῆναι.

---

certum ferendi auxilii tempus definiebatur. Ipsa autem opitulandi ratio quam longe naturæ fines prætervolans, quamque admiranda illa fuit!

Postquam alia adminicula omnia nihil profecerant, is ipse[a], *qui omnia portat verbo virtutis suæ*, certamen hoc subit; et qui Deus est hominum, fit homo propter homines; et[b] qui exaltat humiles, ad humilem conditionem se demittit; et luctam contra adversarium non secus ac unus e nobis, qui prosternebamur, suscipit. Quid enim, si vel solo nutu e cœlo, tuto ipse in sublimi sua consistens sede, ac nullum in conflictu laborem aut periculum sustinens, inimicum perdidisset? Quid vero magnum (fuisset), fugitivum illum, improbum et ingratum, a Deo subjici scelestissimumque servum a Deo potente vinctum abduci? Id enimvero facile potius fuisset, quam admiratione dignum, ac

[a] *Hebr.* I, 3.

[b] *Luc.* I, 52.

ἡ παράδοξον ἦν, καὶ τῆς θείας πλέον ἰσχύος ἡ φιλανθρωπίας κατόρθωμα[1].

Ὁ δὲ τῆς ἰδίας ὥσπερ ἀξίας τὴν ἐμὴν προθεὶς εὐδοξίαν· ὢ βάθος εὐσπλαγχνίας Θεοῦ· ὢ χρηστότητος πέλαγος· ἐμὲ μορφοῦται τὸν χοϊκόν, ἵνα τὸ ἐμὸν ἀσθενὲς, τῆς ἑαυτοῦ πληρώσας δυνάμεως, δι' αὐτοῦ[2] καταβάλοι τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τῇ τὴν ἧτταν εἰς φύσιν[3] ἐξ ἔθους δεξαμένῃ σαρκὶ παραδοὺς ἀνέλπιστον νίκην ποιήσοι[4] τὸ τρόπαιον ταύτης μᾶλλον ἢ ἑαυτοῦ· καὶ οὕτως ἀφελὼν τὸ μεσότοιχον, καὶ καταργήσας ἐν ἐκείνῃ τὴν ἔχθραν, συνάψοι τὰ διεστῶτα, καὶ πρὸς μίαν ὁμόνοιαν ἁρμόσοι τὸ πᾶν. Οὗτος ὁ λόγος τῆς τοῦ λόγου παχύτητος· τοῦτο τῆς μεγάλης κενώσεως τοῦ Θεοῦ τὸ μυστήριον.

X. Ἐπεὶ δὲ τῇ θείᾳ σαρκώσει θείας ἔδει γεννήσεως, καὶ τοι-

[1] Laur. κατῶρθωμα.
[2] Laur. δι' αὐτοῦ.
[3] Laur. abest εἰς φύσιν.
[4] Laur. ποιήσει.

res feliciter gesta divinæ magis fortitudini, quam ejusdem erga homines charitati adscribenda esset.

Verum ille gloriam meam suæ ipsius quodammodo dignitati anteponens (o misericordiæ Dei abyssum! O pelagus bonitatis!), terrenam formam meam induit; ut infirmitatem meam sua ipsius virtute supplens, ipse per se prosternat fortem[a], et carni quæ prava agendi ratione cladem passa fuerat in natura, insperatam tribuens victoriam, huic potius quam sibi tropæum statueret; atque ita demum[b] intermedium tollens parietem, in ea carne inimicitiam destruens, dissita in unum conjungeret, et omnia ad perfectam concordiam componeret. Hæc ratio exstitit, cur Verbum materiæ crassitiem indueret; hoc magnum est Dei sese ad ima exinanientis mysterium.

X. Porro cum ad divinam hanc incarnationem divina opus

[a] *Matth.* XII, 29.
[b] *Eph.* II, 14, 15.

αὐτῇ γεννήσει καὶ[1] τοιαύτης μητρός· ἐνταῦθα τὸ μέγα τοῦ καθ' ἡμᾶς τοῦδε[2] γένους δῶρον[3] καὶ καρποφόρημα, ἡ κοινὴ φιλοτιμία τῆς φύσεως, τὸ ἐν ἀνθρώποις ἐξαίρετον, τῶν ἐν κόσμῳ τὸ κάλλιστον, ἡ τηνικαῦτα[4] μὲν κόρη καθαρὰ καὶ ἀνέπαφος, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ γυνὴ καθαρωτέρα πολλῷ, καὶ τὴν ἀγνείαν τῷ τόκῳ μεθ' ὑπερβολῆς ἁγιάσασα. Οὐ κατὰ μητέρας γὰρ μήτηρ ἡ τοῦ πατρὸς πάντων μήτηρ· οὐδὲ κατὰ παρθένους παρθένος ἡ τὸν ἁγιασμὸν τεκοῦσα· ἀλλ' ἀμιγὲς μὲν οὐδ' ἕτερον· ἀκριβὲς δὲ ἑκάτερον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀμφότερα πολὺ καθ' ὑπεροχήν[5]. Παρθένος μὲν, ἀλλ' οὐκ

[1] Laur. omitt. καὶ τοιαύτῃ γεννήσει.
[2] Vat. omitt. τοῦδε.
[3] Laur. ἐνταῦθα τοῦ καθ' ἡμᾶς τοῦδε γένους μέγα κ. τ. λ.
[4] Laur. τοινικαῦτα.
[5] Laur. καθυπεροχήν.

---

esset generatione, et ad tam divinam generationem etiam condigna mater requireretur; ecce magnum illud donum, eximiusque fructus hujusce nostri generis[a], communis ista naturæ gloriatio, singulare hoc in hominibus portentum, omnium, quæ in mundo sunt, pulcherrimum, quæ tunc quidem virgo erat pura et illibata, deinde vero et mulier multo purior, quippe quæ puritatem suam per ipsum partum puritate incomparabiliter splendidiori exornavit. Neque enim secundum communium matrum rationem mater illa fuit, quæ omnium Patris mater exstitit; neque aliis virginibus similis illa Virgo fuit, quæ virtutem sanctificatricem genuit; sed et horum neutrum sine alterius participatione, imo perfecte utrumque, quin etiam utrumque eminentissima ratione fuit. Et sane Virgo fuit, sed non infœcunda,

[a] Duo heic habemus, quæ ad primam Deiparæ originem sponte sua referuntur; tunc enim nobis hoc donum collatum est, ac pari modo eatenus solum generis nostri laudari potest fructus, quatenus prima illius origo spectatur. Atqui ex tunc, uti patet, exhibetur non modo ut quidpiam excellens, ac donum Deo dignum, sed ut portentum quoddam, et omnium, quotquot sunt, quid pulcherrimum.

ἄκαρπος, οὐδὲ ταῖς[1] μητράσι δοθείσης[2] εὐλογίας ἐπιδεής· τὸ δ' ἔτι καινότερον, ὅτι οὐκ ἄλλον[3] ἡμῖν, ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον τίκτει, τὸν ταῖς τικτούσαις τὸ τίκτειν ἐπ' εὐλογίαις δωρούμενον. Πρῶτος γὰρ αὐτὸς, μετὰ τῆς τοῦ χαίρειν προσρήσεως τὴν ἁγίαν μήτραν εἰσδὺς, καὶ λύσας ἑτοίμως τῇ πρὸς τὴν[4] μητέρα χαρᾷ τὴν εἰς τοὺς προγόνους ἀρὰν, εὐλογημένην[5] τε προσειπὼν τῇ τοῦ ἀγγέλου φωνῇ, καὶ κεχαριτωμένην καλέσας τὴν καὶ προϋπάρχουσαν[6] ταῦτα, καὶ παραχρῆμα πλέον ὑπάρξουσαν, ἀπ' αὐτῆς αὐτίκα καὶ δι' αὐτῆς ὁλοκλήρῳ[7] τῷ γένει, τὴν εὐλογίαν διέθωκε. Μήτηρ μὲν, ἀλλ' ἀκήρατος καὶ γαμικῶν νόμων κρειττων, καὶ τῶν ἀναγκαίων ταῖς ἀλ-

[1] Vat. τῆς.
[2] Laur. δοθήσης.
[3] Laur. ἄλον.
[4] Laur. τῇ μητέρα.
[5] Laur. εὐλογημένη.
[6] Laur. πρὸ καὶ ὑπάρχουσαν.
[7] Laur. ὁλοχλήρῳ τῷ γαίνει.

---

neque benedictionis illius expers, quæ matribus impertitur; et quod vel magis est inauditum, non alium nobis parit, sed illum eumdem, qui parientibus largitur, ut cum benedictione pariant. Primus enim ipse, cum post salutationem gaudii sanctum sinum ingressus esset, perque gaudium matri denuntiatum protinus maledictionem protoparentibus inflictam dissolvisset, ac per Angeli vocem allocutus esset *benedictam* illam, eamque *gratia plenam* compellasset, quæ et prius jam erat ejusmodi[a] et mox pleniori copia id ipsum futura erat, statim post ipsam et per ipsam universo generi benedictionem effudit. Porro et mater fuit, sed intacta, et nullatenus nuptialibus legibus obnoxia, et

[a] Ergo *varia illa ac præclarissima charismatum plenitudo*, prout Auctor superius loquebatur (§ III, pag. 552), Maria exstitit etiam antequam ei nuntium de Verbo Dei concipiendo ab Angelo deferretur; ac proinde eo nomine donata est etiam propter ea charismata, per quæ ad Deum gignendum apta evaserat.

λαις εἰς κυοφορίαν ἐπέκεινα. Καὶ θαυμαστοῖ τὴν τεκοῦσαν ὁ γεννηθεὶς τῇ καινῇ μίξει ταύτῃ τῶν ἐναντίων, καὶ μαρτυρεῖ τῷ τεχθέντι τὸ περὶ τὰς φύσεις διπλοῦν δι' ἑαυτῆς ἡ γεννήσασα.

XI. Ὃ μὲν γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς [1], εἶτα γέγονε· καὶ προσλαβὼν, ὃ οὐκ ἦν, καὶ ὅπερ ἦν, συντηρεῖ· καὶ μένει πάλιν οὐχ ἧττον ὢν Θεὸς προαιώνιος, καὶ ὁ νεόκτιστος ἄνθρωπος· ὅλος τοῦτο κἀκεῖνο, φύσει κατ' ἄμφω, καθ' ἑκάτερον τέλειος· ἡνωμένος μὲν ἀσυγχύτως [2] εἰς ὑπόστασιν μίαν· διῃρημένος δὲ τοῖς θελήμασι καὶ ταῖς τῶν φύσεων ἰδιότησιν. Ἐχρῆν γὰρ, αὐτὸν τῶν θαυμασίων ὄντα Θεὸν, θαυμαστὰ πανταχοῦ τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖν πράγματα· καὶ μὴ μόνον ἁπλῶς ἢ τῇ συμφωνίᾳ δεικνύντα τὸ ἐναρμόνιον, ἢ τῷ διαφόρῳ πρὸς τὸ καινὸν ἐξαλλάττοντα· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτὰ ξενοτρόπως ἀντίθετα καὶ ἀντίστροφα.

[1] Laur. ἀπαρχῆς.
[2] Laur. ἀσυγχήτως.

---

ab ærumnis libera, quibus ratione partus reliquæ subjiciuntur. Cumque nova hac invicem sibi adversantium conjunctione mirabilem præstat genitus gignentem, tum gignens genito testimonium de duplici natura per se reddit.

XI. Et sane is deinde nascitur, qui erat ab initio; et dum illud assumit, quod non erat, etiam id, quod erat, conservat; et rursus manet nihilo secius Deus ante sæcula exsistens, qui et homo est recens conditus, totus hoc et illud, in utroque atque unoquoque eorum natura perfectus; in unam quidem hypostasim sine confusione unitus; distinctas tamen voluntates habens, et naturarum proprietates. Par erat enim, ut qui Deus est[a] mirabilium, etiam quæ sua ipsius sunt, omni ex parte mirabilia faceret; adeo ut non modo vel in concordia concinnitatem ostenderent, vel novitatem sua ipsorum diversitate præferrent, verum etiam ut mira quadam ratione sibi invicem opposita atque adversantia apparerent.

[a] *Ps.* LXXI, 18; *Ps.* LXXVI, 14.

Διὰ τοῦτο διπλοῦς καὶ τὴν γέννησιν, διπλοῦς καὶ τὴν φύσιν· τὸ μὲν ἐν ἀμφοῖν ὑπερκόσμιον καὶ ὑπέρχρονον· τὸ δὲ κατὰ κόσμον καὶ περὶ χρόνον. Τοῦτο μὲν τὸ ἀκόλουθον, ἀμήτωρ τὸ πάλαι· τίς γὰρ μήτηρ ἐκεῖ τοῦ τοὺς αἰῶνας γεννήσαντος; Ἀπάτωρ τὸ νῦν· ποῦ γὰρ κάτω πατὴρ, τοῦτον μόνον ἔχοντος ἄνωθεν; Τίς δ' ἀνὴρ τῆς ἀχράντου καὶ παναμώμου, ὁ παρ' ἑαυτοῦ συντελέσας τι πρὸς τὴν ἄῤῥητον γέννησιν; Σὺ δ' ἐντεῦθεν ἐκδέχου τὸ ἀντιστρέφον [1]· μόνος οὖν ἀμήτωρ, ὁ καὶ ἀπάτωρ· μόνος δ' αὖ ἀπάτωρ, ὁ καὶ ἀμήτωρ· τῆς αὐτῆς γὰρ ἄμφω δυνάμεως· μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἀμφότερα.

XII. Ἐκεῖ Θεὸς εἷς, ἀλλ' οὐχ ἓν ἁπλῶς ὡς καὶ τρία· καὶ τὰ τρία δ' οὖν ἕν, ἐπειδήπερ εἷς πάλιν Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, ἡ Τριὰς ἡ μακαρία, καὶ Πνεῦμα· Υἱὸς ἄναρχος ἐξ ἀνάρχου πατρὸς, ὁ νῦν

[1] Laur. τὸ ἀντιστρέφων.

Idcirco et nativitatem duplicem habet, habet duplicem et naturam : et in ambobus unum quidem est, quod mundi hujus ordinem ac tempus omne excedit; aliud vero, quod mundanis legibus ac tempori est obnoxium. Hoc enimvero inde consequitur, ut quatenus est ab æterno, matrem non habeat; quæ enim ibi mater illi esset, qui sæcula condidit? Sine patre vero sit, quatenus natus est in tempore; nam quomodo terrestris ei sit pater, qui hunc solum habet in cœlis? Quis autem vir intemeratæ illius atque immaculatissimæ, qui ad ineffabilem illam generationem quidpiam ex se contulerit? Tu vero hinc vide inversam rei rationem : solus igitur sine matre, qui est et sine patre; rursus autem solus sine patre, qui et sine matre : nam utrumque eamdem requirit virtutem, seu, melius dixerim, idem ipse est utrumque.

XII. Unus ibi Deus, sed non unum simpliciter eadem ratione, qua et tria : consequenter autem et tria sunt unum, quandoquidem unus denuo sunt Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, quæ est beata Trinitas. Æterno ex Patre æternus est Filius, qui

ὑπ' ἀρχὴν ἀπὸ μητρὸς τοιαύτης γενόμενος. Μία φύσις τὸ πᾶν, μία βούλησις, κίνησις, ἐνέργεια, δύναμις, οὐσία, θεότης, τὸ συνεκτικώτατον ἁπάντων καὶ κυριώτατον· τἆλλα μὲν, τὸ[1] καθόλου μοναδική τις ἁπλότης καὶ ἐνιαία, τρισσουμένη δὲ μόνον ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τοῖς[2] ἐπ' αὐταῖς[3] ἰδιώμασιν. Εἷς κἀνταῦθα Θεὸς, ἄχρι τούτου, καὶ μόνον ἡ ὁμοιότης· τὸ δ' ἑξῆς ὅρα δὴ παραλλάττον πῶς ὁμοῦ, καὶ ἀνταναπλώμενον[4]. Οὐ γὰρ ἁπλοῦς ἔτι νῦν, ὡς καὶ[5] ἄνθρωπος· τὴν οὖν φύσιν διπλοῦς, ἀλλὰ τὴν ὑπόστασιν εἷς· ὅπερ ἔμπαλιν πάλιν πρὸς τὸ ἐκεῖ. Οὕτω κρείττοσι[6] λόγοις ἡ κρειττων οἰκονομία, τὸ μὴ διαφέρον ἅμα καὶ διαφέρον, πρὸς τὸν ἄνω φέρεται τρόπον· ἵνα καὶ τὸ ἄτρεπτον δείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὸ πρόσ-

[1] Laur. τά.
[2] Laur. ταῖς.
[3] Laur. ὑπ' αὐταῖς.
[4] Laur. ἀνταναπλώμενος.
[5] Laur. abest καί.
[6] Laur. κρείτωσι.

---

nunc, a tali matre genitus, exsistendi initio factus est obnoxius. At quod summa potestate omnia continet ac moderatur, una omnino natura est, una voluntas, actio, energia, virtus, substantia, divinitas; et in ceteris quidem simplicitas quædam prorsus monadica atque una, solum vero quoad hypostases, et quoad proprietates, quæ ipsis insunt, trina. Hactenus itaque unus ibi Deus, ac nil nisi æqualitas; quod ad aliud vero spectat, videsis, quomodo et dissimilia habeat, et simul in idem recidat. Nunc enim jam non amplius simplex cernitur, quippe qui etiam homo est. Duplex itaque est, quantum ad naturas attinet; verumtamen unus quoad hypostasim : quod sane inversa, atque illic, ratione se habet. Sic dispensationis mysterium, præstantiori quavis ratiocinatione sublimius, ad divinitatis rationem se habet tum secundum id quo convenit, tum secundum id quo discrepat, adeo ut et id ostendat, quod est immutabile, et id,

λημμα, ἔτι δὲ τῆς ὅλης θεότητος τὸ περὶ τὰ πρόσωπα πλούσιον, εἰς ἓν αὐτῇ στενωθὲν ἀναπληρώσῃ πανσόφως τῇ συνθέσει τῶν φύσεων.

XIII. Ἀλλὰ τί μοι τούτων νυνί; Τοῖς τοίνυν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν τεκοῦσαν ἑπόμενα. Καθὸ μὲν ἐκεῖνος ἄνθρωπος ὕστερον, καὶ μήτηρ ἡ ἐνεγκοῦσα· καθὸ δὲ καὶ Θεός, οὐδὲν ἧττον καὶ παρθένος, οὐχ ἧττον καὶ μετὰ γέννησιν κἀκείνη[1]. Τὸ μὲν, τῆς πληρώσεως· τὸ δὲ, τῆς κενώσεως· καὶ τὸ μὲν, ὡς μόνου[2] Θεοῦ, θεῖον ὅλον· τὸ δὲ, ὡς καὶ ἀνθρώπου[3], ἀνθρώπινον. Τούτου τί συμφωνότερον, ἢ Θεῷ πρεπωδέστερον, ἢ μητρὶ χαριέστερον;

XIV. Πλὴν ὁ μὲν τοῦτο δεύτερον, τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς τε καὶ καθ' ἡμᾶς γέννησιν ταύτην, γεννηθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἀξίας, ἣν[4] ὑποτασ-

[1] Vat. alio verborum ordine, ἧττον κἀκείνη καὶ μετὰ γέννησιν.
[2] Vat. μόνως.
[3] Laur. ἄνθρωπος.
[4] Codd. ἥν.

---

quod assumptum est, palam exhibeat, insuper autem per naturarum compositionem summa sapientia illud suppleat, quod ratione personarum in tota deitate latius protenditur, in ipsa vero in unum coarctatur.

XIII. Verum horum nunc mihi satis; his autem, quæ sunt filii Dei, qui et filius est et Deus, connectuntur et ea, quæ ad genitricem pertinent. Et quidem quatenus ille dein factus est homo, ea, quæ ipsum gestavit, etiam mater est; quatenus autem etiam est Deus, rursus illa nihilo minus et Virgo est, et talis non minus etiam post partum perseverat. Alterum plenitudinis est (divinitatis), alterum exinanitionis; alterum, quippe solius Dei opus, totum divinum; alterum, utpote etiam hominis, humanum. Quid hoc magis consentaneum, vel quid magis Deo conveniens, aut matri jucundius esse possit?

XIV. Ceterum ille, qui in secunda hac forma a digna matre nativitate ista præcellentiore juxta ac nostræ simili genitus est,

σόμενος τοῖς γονεῦσι, κατὰ τὸ λόγιον, δῆλον δ' ὅτι γονεῦσι τῇ μὲν κατὰ φύσιν καὶ ὑπὲρ φύσιν, τῷ δὲ κατά τινα σχέσιν, εἴτ' οὖν θέσιν, εἰ βούλει, καὶ πρὸς φύσιν οὐδέν. Ὡς[1] γὰρ ἀνὴρ, ὁ μνηστὴρ καὶ τοῦ τεχθέντος πατήρ. Γονεῖς τοίνυν ὁμῶς, εἰ καὶ μὴ[2] ὁμοίως ἀμφότεροι· ὑφ' ὧν καὶ λαμβάνει τὸ σωτήριον ὄνομα τὸ χρηματισθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου καὶ πρὸ συλλήψεως.

Καὶ ὡς πρωτότοκον[3] ἅγιον κυρίῳ προσάγεται. Βαβαὶ[4] καρποφορίας ὑπερφυοῦς. Θεὸς Θεῷ δῶρον καὶ υἱὸς πατρὶ δίδοται, μεγαλοπρεπέστατον δῶρον ἁπάντων καὶ γνησιώτατον. Ὑφ' ὧν ὁ πάντα πληρῶν, καὶ εἰς Αἴγυπτον φυγαδεύεται, καὶ ἐξ[5] Αἰγύπτου κληθεὶς, ἀνακομίζεται πάλιν· καὶ μετ' ὀλίγον ζητεῖται προσεδρεύων τῷ

[1] Laur. *in marg. eadem manu* ὡραῖον.
[2] Laur. abest μή.
[3] Laur. πρωτότοκον.
[4] Laur. in marg. rursus, ὡραῖον.
[5] Laur. ἐς.

---

secundum evangelicum oraculum[a], *erat subditus parentibus*, videlicet et illi, quæ secundum naturam ac simul supra naturam ipsum genuit, et illi qui, relatione quadam, scilicet, si ita vis, adoptione, nullatenus vero natura, eidem pater fuit. Sponsus enim etiam nati pater habebatur, utpote (Mariæ) vir. Ambo igitur pariter genitores, sed non eadem ambo ratione; a quibus et nomen accipit *Salvatoris*, quod vel ante conceptum divinitus ab angelo revelatum ipsis fuerat.

Tum tamquam primogenitum sanctum Domino sistitur. Proh oblationem fructus, qui excedit naturam! Deus Deo, et Filius Patri donum datur, donum præ omnibus magnificentissimum, ac maxime congruum. Qui omnia implet, ab iisdem per fugam et in Ægyptum defertur, et ex Ægypto vocatus denuo reportatur, et paulo post cum in templo versaretur, requiritur;

[a] *Luc.* II, 51.

ἱερῷ· πρὸς οὓς εἰς καιρὸν καὶ παῤῥησιάζεται, ἐν τοῖς τοῦ ὄντως δεῖν λέγων εἶναι τὸ πλέον, οὐκ ἐν τοῖς τοῦ δοκοῦντος[1] πατρός. Ἣ καὶ χαρίζεται τὴν παρὰ τῷ γάμῳ θαυματουργίαν, λόγῳ μόνῳ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον ἐκβιασάμενος. Ἔκ τε τῆς ἄχρις ἐντελοῦς ἡλικίας περὶ τοὺς πατέρας ὑποταγῆς, καὶ τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ἐκείνοις προσαναθεῖναι[2], νομοθετῶ ἡμῖν ἄντικρυς τὴν εἰς τοὺς τεκόντας τιμήν.

XV. Ἀλλὰ Χριστὸς μὲν ἐντεῦθεν τῶν θαυμάτων ἀρξάμενος, περὶ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν ἀπασχολεῖται, καὶ τὴν βασιλείαν κηρύσσει τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῖς εἰς τοῦτο φερούσαις ἐνεργίαις καὶ πράξεσιν, ἑαυτὸν ἐπιδίδωσιν, ἕως τὸ ἔργον τοῦ ἀληθινοῦ πατρὸς ἐτελείωσε· καὶ τῷ σταυρῷ δοξασθείς, πρὸς ἀξίαν κἀκεῖνον ἑαυτῷ[3] ξυνεδόξασεν· ὅτε πάλιν εὑρίσκει τὴν μητέρα πλησίον, καὶ τῇ μα-

[1] Laur. δοκοῦντως.
[2] Laur. προσαναθῆναι.
[3] Laur. ἑαυτόν.

---

quibus in præsentia et illud libere respondet; *in iis* potius, inquiens[a], *quæ* veri *patris mei sunt, oportet me esse*, non in iis, quæ patris sunt putatitii. Ad nuptias insuper in genitricis gratiam miraculum largitur, sola verborum vi aquam in vinum convertens; et tum ejusmodi erga parentes ad perfectam usque ætatem subjectione, tum initio patrandi signa in gratiam eorum anticipato, honorem parentibus deferendum nobis aperte præscribebat.

XV. Porro Christus cum miraculis suis initium inde fecisset, jam ad salutem mundi labores suos confert, et prædicat regnum cœlorum, seque actis et operibus, quæ ad id conducerent, totum impendit, quousque[b] veri patris sui opus perfecit; et cruce gloriam adeptus, istam quoque pro dignitate sua ad eamdem gloriam secum evexit; quando matrem denuo prope adstantem

[a] *Luc.* II, 49.
[b] *Johan.* XVII, 4.

κρόθεν αὐτῇ προμηνυθείσῃ[1] ῥομφαία δεινῶς τὴν καρδίαν σπαρασσομένην ἰδὼν (καὶ τί γὰρ ἡ μήτηρ ἐπὶ ξένῳ πάθει μονογενοῦς;) παραμυθεῖται καὶ προνοεῖ, καὶ παρθένον παρθένῳ μαθητῇ παρατίθησιν, ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν στεργόμενον εἰσποιήσας τῇ στεργομένῃ· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς ἱλαρῶς τε διάξοι τὸν λοιπὸν βίον, καὶ τὴν μόνωσιν[2] ταύτην ὑπενέγκοι ῥᾷον, οἰκονομήσας.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ θρηνεῖ τὸν ἑαυτῆς ὡς νεκρὸν ἡ θεόπαις[3], καὶ μυρίζει, καὶ τὸν ἐπιτάφιον νόμον, ὡς εἶχε, σὺν ταῖς ἄλλαις ἐκπληροῖ γυναιξίν. Εἶτα παραυτίκα καὶ βλέπει τὸ καλὸν ἐκεῖνο καὶ μέγα καὶ γλυκὺ θέαμα· Χριστὸν τὸν ἄρτι ταφέντα (ὢ τῆς θεϊκῆς ἐξουσίας· ὢ τῆς δυνάμεως), ζῶντα πάλιν εἰς τρίτην, καὶ γνωρίζει τὸν φίλτατον, καὶ περιχεῖται τῷ ποθουμένῳ, αἰδοῖ τε καὶ φόβῳ

[1] Laur. προσμηνυθήσει.
[2] Laur. μόνοσιν.
[3] Vat. alio verborum ordine ἡ θεόπαις ὡς νεκρὸν.

---

cernit, ejusque animam gladio, de quo jamdiu[a] prænuntiatum illi fuerat, videns acerbe dilaceratam (ecquid enim aliud matri fieret in unigeniti inaudita passione?), solamen præbet, et providas curas impendit, et virginem virgini discipulo committit, dilectum pro se ipso dilectæ tradens; et hoc pacto prospicit, ut et reliquum vitæ tempus ducat mœrore vacuum, et ejusmodi solitudinem facilius ferat.

Verumtamen Dei filia[b] natum suum utpote mortuum lamentatur, et imbuit unguentis, et, prouti potest, justa funebria cum aliis mulieribus persolvit. Mox vero et pulchrum illud et magnum et dulce præ oculis habet spectaculum, Christum nempe, qui paulo ante sepulcro fuerat reconditus (o potestatem divinam! o virtutem!), ad tertiam diem rursus viventem, et dilectissimum agnoscit, et desideratum amplectitur, ac reverentiam

[a] *Luc.* II, 35.
[b] Ecce tibi singulare illud Deiparæ encomium, ut antonomastice *Dei filia* appelletur.

καὶ πόθῳ μεριζομένη καὶ τῇ χαρᾷ περιγάννυται, τὰ παρόντα τε μετ' ἐκπλήξεως ὁρῶσα πολλῆς, καὶ τὰ προλαβόντα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Καὶ θαυμαστήν τινα πάσχουσα [1] πρὸς πάντα τὴν ἡδονὴν, μεταξύ τι βραχὺ καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἐν νεφέλαις ἐπαρθέντα ὁρᾷ, καὶ τῆς ἀγγελικῆς ὁμιλίας [2] καὶ παρηγορίας [3] ἀκούει, εὐαγγελιζομένης καὶ πάλιν τοῦ ἀπιόντος τὴν ἔλευσιν.

XVI. Ἀλλ' οὐδὲν ἄρα ταῦτα μητρικῷ πόθῳ κάμνοντι, καὶ παιδὸς ἐκδημίαν, ὅσον πρὸς τὸ φαινόμενον (ἀλλὰ παιδὸς πῶς ἂν εἴποιμι θεοπρεπῶς καὶ ἀξίως παιδὸς ἡλίκου καὶ τίνος), φέρειν οὐκ ἔχοντι. Διὰ τοῦτο ζητεῖ τὴν πρὸς αὐτὸν ἄφιξιν [4]· καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνει καὶ τοῦτο προθύμως, διδόντος [5] φιλοφρόνως, ὡς εἴωθεν. Ἀπόδειξις αὐτάρκης τοῦ λόγου ἡ μετ' ὀλίγον ἐντεῦθεν τῆς ἀθανάτου

[1] Uterq. Cod. πάσχουσαν.
[2] Laur. ὁμηλίας.
[3] Laur. παροιγορείας.
[4] Laur. ἄφηξιν.
[5] Laur. διδόντως.

---

inter ac metum, amoremque et gaudium, tum præsentia ingenti cum stupore considerans, tum præterita in corde suo conferens, collætatur. Et cum interim mirabilem quandam ad hæc omnia experiretur jucunditatem, paulo post etiam ad cœlos in nubibus evectum eum videt, et colloquium audit Angelorum, lætumque eorum nuntium, eum, qui abierat, rursus esse venturum.

XVI. Verum nihil utique hæc valebant ad leniendum desiderium matris, quæ dolebat, et filii (atque utinam quanti et qualis filii, dicere possem, prout Deum decet ac filio condignum est) quoad visibilem ejusdem aspectum, absentiam ferre non poterat. Quocirca ad ipsum venire discupit; et hoc etiam prompte ab eo consequitur, qui benevole, prouti consueverat, id concedit. Hoc ipsum vero, quod dixi, satis evincit quæ paulo post subsecuta

μετάθεσις· ἣν πανηγυρίζομεν [1] σήμερον, κλητὴν ἁγίαν ἡμέραν, τὴν ἡμέραν ἄγοντες ταύτην, καὶ μετὰ τοσαύτης [2] αὐτὴν ὑποδεχόμενοι τῆς τιμῆς.

XVII. Καλὰ μὲν γὰρ ἤδη καὶ τἄλλα, καὶ καλῶν κάλλιστα, τὰ τῆς θεομήτορος θαύματα. Τίνα ταῦτά φημι; Τὰ πρὸ τοῦ [3] τόκου παράδοξα, τὰ ἐν τόκῳ, τὰ [4] μετὰ τόκον· τὴν ἄσπορον σύλληψιν, τὴν ἄλυπον κύησιν, τὴν ἄφθορον γέννησιν, τὴν ὄψιν [5] ἐκείνην τοῦ ἀγγέλου τὴν φοβερὰν, τὴν φωνὴν ἐκείνην τὴν θείαν, καὶ λαμπρὰν, καὶ χαρμόσυνον [6]· τὰ Ἰωάννου τοῦ πάνυ θαυμαστὰ σκιρτήματα [7], τιμῶντος ἐγγάστρια τὸν ἔτι κατὰ γαστέρα· τὴν Ἐλισάβετ ἐπίγνωσιν τῆς τοῦ τιμηθέντος ἀξίας, καὶ τὴν ἀξίαν περὶ τὴν κυοῦσαν εὐλάβειαν, καὶ ἀνάῤῥυσιν [8]· τοὺς ἀγγέλους μετὰ βραχὺ,

[1] Laur. πανηγυρίζομεν.
[2] Laur. τοσούτης.
[3] Vat. abest τοῦ.
[4] Laur. abest τά.
[5] Laur. ὄψιν.
[6] Laur. τὴν λαμπρὰν, καὶ θείαν χαρμόσυνον.
[7] Vat. θαυμαστὸν σκίρτημα.
[8] Ita codd., sed forte ἀνάῤῥησιν legendum.

---

est immortalis illius translatio; quam hodie, festivitatem hanc agentes, quæ et dies sancta vocari promeruit, et hanc ipsam tanto honore prosequentes solemni conventu celebramus.

XVII. Nam et cetera Dei genitricis portenta sane eximia sunt, et in eximiis maxime eximia. Quænam hæc dico? Scilicet quæ ante partum, quæ in partu, quæ post partum mirabilia suspicimus : conceptum satus expertem, gestationem ab ærumna vacuam, partum corruptionis nescium, tremendum illum Angeli adspectum, vocem illam divinam, præclaram, ac jucundam; plane admirandas Joannis exsultationes, honorantis ex utero adhuc in utero gestatum; Elisabetæ conscientiam de dignitate illius qui honorabatur, tum ejusdem erga gestantem (Virginem) reverentiam condignam, ac præconium; angelos

τοὺς ποιμένας, τοὺς μάγους, τοὺς ὕπαρ, τοὺς ὄναρ, τοὺς ἐν ἐκστάσει χρηματισμούς· τὴν Συμεὼν προφητείαν, τὴν Ἄννης ἀνθομολόγησιν· πρὸς δὲ τούτοις ἢ καὶ πρὸ τούτων, τὰ ταύτης αὐτῆς ὥσπερ ἴδια, ὡς εὐχῆς δῶρον ἄνωθεν τοῖς ἱεροῖς ἐδόθη πατράσιν· ὡς μητρικὴν παραδόξως ἀγονίαν διέλυσεν· ἔδει γὰρ, ἔδει προδραμεῖν θαῦμα θαύματος, καὶ καρπὸν νεκρᾶς μήτρας, παρθενίας τόκον πιστώσασθαι· ὡς εὐθὺς δοτὸν δῶρον ἀντεδόθη πάλιν τῷ δεδωκότι [1]· ὡς χερσὶν ἱερέων τῷ ἱερῷ προσαχθεῖσα [2] τὴν ὑπὲρ πᾶσαν πίστιν [3] ἀνήχθη παρὰ τοῖς ἁγίοις ἀδύτοις ἀναγωγὴν, τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ξένον ἄρτον, τὴν ἀγγέλων τροφὴν ἐκεῖ δεχομένη· τἄλλα, οἷς καλῶς αὕτη πόρρωθεν ἁγνιζομένη Θεῷ πρὸς ὑποδοχὴν νυτρεπίζετο τῆς θείας ἁγιωσύνης, ὧν οὐδὲν ἀπεικὸς ἐπὶ μυστη-

[1] Laur. δεδκότι.
[2] Uterq. cod. προσαχθήσαν.
[3] Laur. πίστην.

---

paulo post, pastores, magos, et divina modo per vigiliam, modo per somnum, modo per exstasim oracula; Simeonis vaticinium, Annæ confessionem; ad hæc autem, seu etiam ante ista, ea quoque, quæ ejusdem hujus (Virginis) propria quodammodo exstiterunt, videlicet quod precibus sanctorum parentum veluti donum divinitus concessa fuerit : quod maternam sterilitatem mirabili ratione dissolverit; oportebat enim, plane oportebat, ut miraculo præcurreret miraculum, et ut virginitatis partui fidem faceret effœti uteri fructus; quod concessum donum statim ei, qui dederat, redditum rursus fuerit; quod sacerdotum manibus templo oblata, in sacris penetralibus, eo vitæ instituto, quod omnem fidem excedit, novum e cœlo panem, cibum ibi angelicum accipiens, educata fuerit; tum alia, quibus eam Deus diu in antecessum sibi pulchre purificans, ad suscipiendam in se divinam ipsam sanctitatem parabat, et quorum nihil in tanto mysterio non congruum reperitur, etsi sint quæ supra com-

ρίῳ τοσούτῳ, κἂν πολύν [1] ἐστιν ἃ τὸν παράλογον ἐν τῷ ὑπερβάλλοντι φέρει.

Πόσαι μοι καθ' ἕκαστον τούτων πανηγύρεις καὶ τελεταί, ὧν κεφάλαιον ἓν ὑπερφυές τε καὶ μέγιστον, Θεοῦ ἐνανθρώπησις ἐπὶ τῷ τὸν ἄνθρωπον θεωθῆναι. Καὶ τούτων ἑκάστην μετὰ τοῦ ἰδίου καιροῦ τε καὶ μυστηρίου δεχόμεθα καὶ προπέμπομεν, ὥσπερ ὥρας ἄλλας εὐτάκτους ὑπαπιούσας ἀλλήλαις ἐν κόσμῳ, καὶ ἐπιούσας, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἡμῖν χάριν ἐκ διαδοχῆς φιλοτιμουμένας.

XVIII. Τὰ δὲ νῦν ἡ σφραγὶς ἐκείνων πασῶν, καὶ βεβαία συμπλήρωσις· ἡ ἐσχάτη καὶ πρώτη καὶ μεγίστη τῶν ἑορτῶν· χρόνῳ μὲν ἐσχάτη, καὶ τάξει· τἆλλα δὲ δυνάμει καὶ ἀξιώματι.

Παλλεταί μοι τὸ πνεῦμα πρὸς τὰ παρόντα, καὶ ἡ καρδία σκιρτᾷ· καὶ περισκοπεῖ τινας λόγους λογισμοῖς ὑψηλοὺς [2] καὶ ἀξίους

[1] Ita codd. Num legendum, πολλά ἐστιν ἃ τὸ παράλογον....
[2] Laur. ὑψηλοῖς.

---

munem ordinem eminentia communem rationem longe prætergrediuntur.

Quot mihi ad horam unumquodque festivitates, ac sacra sollemnia, quorum una est radix augustissima juxta ac nobilissima, divina scilicet humanæ naturæ assumptio, ut ad divinam naturam homo proveheretur! Et horum quidem singula secundum proprium et tempus et mysterium excipimus ac præmittimus, non secus ac annuas mundi tempestates, quæ pulchro ordine altera alteri locum præbent, et succedunt, et sua ipsarum beneficia per vices nobis largiuntur.

XVIII. Quæ autem in præsens agitur sollemnitas, illarum omnium obsignatio est ac stabilis consummatio; festivitatum postrema est, et prima simul, et maxima : tempore scilicet et ordine postrema; prima vero et summa, si dignitatem ac virtutem spectes.

Vehemens mihi spiritum ad præsentia commotio ciet, et cor exsultat, atque conceptus sensu sublimes ac portenti magnifi-

τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ θαύματος. Ἀπαίρει, πρὸς οὐρανοὺς ὁ ἔμψυχος θρόνος τοῦ Θεοῦ μετατίθεται· ὑψοῦται τῆς δόξης ἡ κιβωτός· ἡ πηγὴ τοῦ φωτὸς μεταχωρεῖ πρὸς τὸ φῶς· ὁ τῆς ζωῆς θησαυρὸς μεταβαίνει πρὸς τὴν ζωήν. Καὶ τὰ συντρέχοντα θαύματα περὶ τὴν ἐκδημίαν, ἡλίκα.

XIX. Χριστὸς αὐτὸς ἄνωθεν ἐνταῦθα[1] προσυπαντᾷ, τὰς αὐτῷ καὶ φίλας καὶ δούλας[2] δυνάμεις συνεπαγόμενος ἐν κύκλῳ δορυφορούσας· καὶ τὴν ἀγκαλισαμένην[3] πολλάκις, φιλόστοργος εὖ μάλα καὶ γνησίως ἀνταγκαλίζεται· καὶ γίνεται πλοκὴ θαυμαστὴ καὶ συμφωνία τοῦ πράγματος. Ὁ δεσπότης ἄγει τὴν δέσποιναν· ὁ βα-

[1] Laur. ἐνταῦτα.
[2] Laur. abest καὶ δούλας.
[3] Laur. ἀγγαλισαμένην.

---

centia dignos circumspiciens requirit. Abit, ad cœlos transfertur animatus Dei thronus; attollitur arca gloriæ; fons lucis[a] ad lucem transmigrat; thesaurus vitæ transit ad vitam. Miracula porro, quæ discessum illius comitantur, quanta ea sunt!

XIX. Christus ipse e cœlo, sibi et amicas et famulantes secum adducens Virtutes, quæ circumcirca satellitium agunt, huc usque in occursum advenit; et eam, quæ toties ipsum ulnis complexa gestaverat, summo et utique sincero filii affectu vicissim amplectens sustinet; ac mira quædam fit compositio atque rei parilitas[b]. Dominus deducit Dominam, reginam rex,

[a] Vide, an sibi constet, fontem lucis aliquando in tenebris, peccati scilicet, fuisse.

[b] Plane mirum est, quam sæpe ac studiose Patres inculcent Deiparæ cum Deo similitudinem, ac parilitatem, adeo ut Virgini per gratiam, quantum creatura capax esse potest, collata suspicere debeamus ea, quæ divinitatis sunt propria, ejusque perfectiones ad perfectionem divinam, quoad creaturæ licet, accedant. Advertas porro velim, hanc comparationem ad puritatem ac sanctitatem extendi; quod quidem per se satis est ad repellendam quamlibet suspicionem cujusvis peccati, quod ipsam aliquando contaminaverit.

τιλεὺς τὴν βασίλισσαν· ὁ νυμφίος τὴν νύμφην· ὁ υἱὸς τὴν μητέρα· τὴν παρθένον ὁ καθαρός· τὴν ἁγίαν ὁ ἅγιος· ὁ πάντων ἐπέκεινα τὴν πάντων ὑψηλοτέραν· καὶ δέχεται ψυχὴν ὁ [1] οὐρανὸς ἑαυτοῦ πλατυτέραν· καὶ προπέμπουσιν ἄγγελοι τὴν ἀγγέλων ἐνδοξοτέραν· καὶ συντρέχουσιν ἄνθρωποι, καὶ πονοῦσιν ἀπόστολοι [2] ἄλλος ἄλλοθεν ἄρτι συνεκφανέντες ἀθρόον, καὶ, ἵν' οἰκειότερον εἴπω τι, ἐξ ἀέρος, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ἐπιβραχέντες τῇ γῇ.

Ὦ καινῆς ἐπομβρίας. Ὦ πτηνῶν ὁδοιπόρων. Ω πεζῶν ἀερίων [3]. Τίνες οἵδε, ὡς νεφέλαι, πέτανται, καλῶς Ἡσαΐας μεθ' ἡμῶν ἀπορεῖ; Τίς ὁ λόγος τῆς οὕτω παραδόξου καινοτομίας; Πόθεν ἐκ νεφῶν ἡμιν ἄνθρωποι; Πῶς ἐπίγειον στάτευμα τοσοῦτον ἐξ οὐρανοῦ; Οὐ γὰρ εἷς ὧδε μόνον Ἠλίας αἰθεροδρόμος· οὐχ εἷς Ἀββα-

[1] Vat. abest ὁ.

[2] Laur. in margine : περὶ τῆς μετεωροπορίας τῶν ἀποστόλων : *de apostolorum per æthera adventu.*

[3] Laur. ἀερίων.

---

sponsus sponsam, filius matrem, virginem qui purus, sanctus sanctam, cunctis præcelsior præcelsiorem omnibus; et cœlum animam semetipso ampliorem suscipit; et angeli comitantur gloriosiorem angelis; et simul accurrunt homines, et apostoli, alii aliis ex mundi plagis, eodem tempore jam in unum convenientes, immo, ut magis proprie dicam, ex aere, nescio unde, in terram pluentes, adproperant.

O novam pluviam! O viatores volantes! O pedites æthereos! *Qui sunt isti, qui, ut nubes, volant,* pulchre nobiscum Isaias scitatur[a]? Quæ causa tam admirandi novique eventus? Unde nobis e nubibus homines? Quomodo e cœlis tantus terrestris exercitus? Non ergo unus dumtaxat Helias[b] heic per æthera graditur; non solus Abbacum[c] sublimis supra nubem attollitur;

[a] *Is.* LX, 8.
[b] IV *Reg.* II, 11.
[c] *Dan.* XIV, 35.

κοὐρμ[1] ἐπὶ νεφέλης μετάρσιος· οὐδὲ Παῦλος μόνος ἐκ γῆς πρὸς οὐρανὸν τρίτον· ἀλλ' οὐρανόθεν εἰς γῆν μετὰ πολλῶν ἄλλων πάρεστι· μυστηρίῳ γὰρ μείζονι καὶ πλειόνων ἔδει τῶν λειτουργῶν.

XX. Ἡ μὲν οὖν χερσὶ δεσποτικαῖς καὶ γνησίαις ἑαυτὴν ἡδέως πιστεύσασα[2], τῷ βασιλικῷ[3] προσάγεται θρόνῳ ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη πεποικιλμένῃ κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῇ παλαιὰν συγγενικὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἑαυτῆς βασιλείαν τε καὶ δόξαν παραλαμβάνει ἐκ δεξιῶν ἡ[4] βασίλισσα παραστᾶσα τοῦ βασιλέως ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἴσης ἀϊδίου μακαριότητος.

Οἱ δὲ ταφῆς μνημονεύουσι, καὶ περὶ τὸ ἄχραντον σῶμα καὶ θεοδόχον φιλοπονοῦσι[5]. Φεῦ δεινῆς ὕβρεως, καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἄξιον

[1] Laur. Ἀβακούμ.
[2] Laur. πιστεύσασαι.
[3] Laur. βασιλεικῷ.
[4] Laur. abest ἡ.
[5] Codd. ad oram : περὶ τῆς τοῦ σώματος μεταθέσεως : *de corporis depositione.*

---

neque solus Paulus e terra ad tertium cœlum rapitur; sed a cœlo in terram hic simul cum multis aliis se sistit; quippe nobiliori huic mysterio et amplior ministrorum cœtus opus erat.

XX. Illa itaque Domini ac filii sui manibus semetipsam suaviter cum credidisset, *in vestitu*, juxta vetus congeneris de ipsa oraculum[a], *deaurato circumdata varietate*, ad regium thronum adducitur, et regina a dextris regis astans, ejusdemque cum eo æternæ beatitatis particeps, debitis sibi et regno et gloria potitur.

Hi vero quæ sunt funeris, haud oblivioni tradunt, et ad corpus illud immaculatum ac Dei hospitio nobile curas suas convertunt. Proh dirum probrum! Quomodo enim non dignum id fuerit,

[a] *Ps.* XLIV, 10.

τὸ πρᾶγμα σχετλιασμοῦ; φεῦ ζημίας[1] οὐ φορητῆς, εἰ θάνατος εἶχε[2] τὴν ἀπαρχὴν τῆς ζωῆς, καὶ τάφος κατέσχε τὴν τοὺς τάφους κενώσασαν τῷ τόκῳ τῷ ζωηφόρῳ.

Ἀλλ' εὐλαβείσθω μηδεὶς, μηδ' ἀγωνιάτω τὸν κίνδυνον. Ἐπὶ καινοῖς γὰρ καινὰ, καὶ τοῖς ἀεὶ παραδόξοις ἐπισυμβαίνει παράδοξα. Οὐ γὰρ ἤνεγκεν ἡ γῆ[3] τὸ οὐράνιον, οὐδ' ἡ φθορὰ[4] τὸ ἀκήρατον. Ἔνθεν[5] τοι κἀκεῖνο ταχὺ τὴν αὐτὴν ἀπαίρει[6] κατόπιν, καὶ ψυχὴν

[1] Laur. ζημείας.
[2] Laur. εἶχε.
[3] Vat. γῇ.
[4] Laur. ὁ φθορά.
[5] Laur. ἐνθέν τι.
[6] Laur. ἐπαίρει.

---

quod lamentemur? Proh injuriam non ferendam, quod mors primitias vitæ possederit, atque illam sepulcrum tenuerit, quæ partu suo vivifico sepulcra evacuavit!

At nemo hæc vereatur; neque de ejusmodi angatur discrimine. Novis enim nova congruunt[a], atque iis, quæ jugi quodam portento constant[b], merito alia portenta accedunt. Non enim tulit penes se tellus, quod erat cœleste; neque corruptio, quod immaculatum erat, invasit[c]. Et hoc igitur a tergo cito eam

[a] Optandum sane fuerat, ut hanc sententiam præ oculis ii haberent, qui ex communi stirpis humanæ conditione sese permoveri aiebant ad dubitandum, an ex ruina ab Adam propagata excipiendæ Virgini locus esse posset. Meminisse tunc juvabat, novis non communes, sed novas leges congruere.

[b] Si *juge portentum* suspicere in beatissima Virgine debemus, frustra ergo et conceptum ejus ad communes leges exigimus.

[c] Manifeste heic se prodit veterum sententia de immunitate Virginis beatissimæ a communi generis humani lapsu : eoque opportunior est modus, quo ea doctrina proponitur, quod, cum ex ea ratio petatur, cur ejusdem Virginis corpus corruptionem passum non fuerit, non quidem disputando contenditur, sed veluti explorata præsumitur. Atque hanc primo quidem tradit Johannes, dum inquit non potuisse terram apud se id retinere, quod cœleste erat, quod nempe expers erat illius vitii propter quod in terram reverti indictum fuit

ὅλως ἄμωμον, ὅλως ἄφθαρτον σῶμα μεταδιώκει ὑπὸ δορυφόρων τοιούτων μετὰ τῆς ἴσης τιμῆς πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ [1] κατάπαυσιν καὶ λῆξιν φερόμενον. Τέως δ' οὖν ὡς νεκρὸν νόμῳ φύσεως, πρὸς τάφον ἀπάγεται, ἀποστολικαῖς τε χερσὶν καὶ [2] ἱερατικαῖς ἀνυψούμενον, καὶ γλώσσαις καὶ στόμασιν ὁσίοις κατευφημούμενον.

XXI. Πόθεν οὖν ἐνταῦθα σὺ [3], βέβηλε [4], μεταξὺ τῶν ἁγίων, ἵνα καὶ πρὸς σὲ κατὰ πάρεργον ἐπιστραφῶ τι βραχύ; Πῶς ἐπὶ το-

[1] Laur. πρὸ τῆν αὐτὴν ἐκήνην. Vat. πρὸς τὴν ἐκείνῳ.

[2] Laur. abest καί.

[3] Vat. ad marginem : περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ ἑβραίου : *de insidiis cujusdam hebræi :* Laur. vero paulo infra itemque ad marginem περὶ τῆς τόλμης τοῦ ἑβραίου : *de hebræi cujusdam audacia.*

[4] Laur. βέβυλε.

---

sequitur, et animæ prorsus immaculatæ corpus prorsus incorruptum vestigiis hæret, et pari cum honore a præclaris illis satellitibus ad eamdem cum illa quietem, sortemque beatam evehitur. Tantisper nihilominus, quippe naturæ lege morti traditum, apostolorum simul ac sacerdotum manibus elatum, linguisque ac vocibus sacris collaudatum ad sepulcrum defertur.

XXI. Quî tu igitur (ut ad te quoque heic obiter sermonem brevi convertam), o impure[a], inter sanctos? Quî usque adeo e

homini (neque enim negat alioquin Johannes, Virginem e terra fuisse), quodque propterea cælestibus potius spiritibus comparandum est : deinde vero multo disertius, dum ait, propterea corruptionem virgineum corpus invadere non potuisse, quod labem istud nesciret. Aperte enim liquet, hoc neque de virginali integritate, neque de ulla emundatione, quæ communis aliis sit, accipi posse. Eodem spectat, quod paulo post immaculatam animam cum incorrupto corpore Johannes comparat. Cum enim integritas corporis absolutissima fuerit ac perpetua, postulat comparatio, ut id ipsum de animæ integritate intelligatur.

[a] Per apostrophen heic Auctor alloquitur judæum quemdam, qui lectulum, quo Virginis Deiparæ corpus ab Apostolis ad sepulcrum ferebatur, voluisse impetu facto in terram dejicere, gravique pœna tunc ipsum multatus, in pristi-

σοῦτον ἐξέστης τῶν σαυτοῦ λογισμῶν, ὡς ἀνάγνοις μὲν ὄμμασιν, ἀνάγνοις δὲ καὶ χερσὶ τῶν ἀψαύστων τούτων κατατολμῆσαι, καὶ πειραθῆναι τὸ φρικωδέστατον, εἰς τὰ ἀνύβριστα ἐξυβρίσαι; Οὐ γὰρ ἔχεις ἀκούειν, κἂν οὐδὲν ἕτερον, ἐν τοῖς προγόνοις τοῖς σοῖς οἷα πέπονθεν Ὀζὰ[1] διὰ τὴν προπέτειαν; Καὶ τί τύπος ἐκεῖνος[2] τῶν ὁρωμένων; Καὶ κιβωτὸς χειρῶν ἔργον τὸ ἐκεῖ κομιζόμενον· καὶ σαφῶς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἁγίων ἡ πρόψαυσις. Θάνατος μέντοι τὰ τῆς ὑπουργίας[3] ἐπίχειρα. Καθαροῦ γὰρ δέον προσάπτεσθαι, μηδ' ἐπιτιμῇ τὸν μὴ καθαρόν· ὅτι τὸ καλὸν οὐ καλόν, εἰ μὴ καλῶς, φασὶ, γίνοιτο. Αὐτὴ δέ σοι νῦν, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια.

XXII. Τὸ γὰρ προπεμπτόμενον τοῦτο, ἡ ἀκατάλυτος αὕτη

[1] Laur. ὁ ζᾶν.
[2] Vat. ἐκεῖνα.
[3] Laur. ὑπουργείας.

---

tua ipse mente excidisti, ut impuris oculis, impurisque manibus adversus hæc plane non tangenda quid auderes, et horrendum illud scelus conareris, atque ea, quæ probro sunt vacua, contumelia afficeres? Nonne enim, sin aliud quidpiam, audire saltem potuisti, quid propter temeritatem in avis tuis factum sit Ozæ? Ecquid enim typus ille præ his quæ nunc oculis nostris obversantur? Quæ, tunc scilicet vehebatur arca, manufactum erat opus, et tactus ejus prorsus in salutem sanctorum vertebatur. Exhibiti tamen ministerii stipendium mors fuit. A puro enim tangi oportuit, nec in honorem cedebat, ut tangeret impurus; quandoquidem bonum, nisi (ut inquiunt) fiat bene, in bonum non computatur. Quæ vero tibi nunc adest, ipsa est veritas per ea obumbrata.

XXII. Quod enim nunc deducitur, tabernaculum hoc indis-

nam sanitatem statim restitutus ejusdem Virginis virtute dicebatur. Hæc fusius enarrata cernere est etiam in sermone, quem subjicimus, Isidori Thessalonicensis. Quod autem Auctor ex abrupto verba ad judæum illum sic convertat, indicio id est, pervulgata ac notissima inter fideles ea fuisse, quæ de hac re narrabantur,

σκηνὴ καὶ ἀχειροποίητος, οὐ λιθίνας [1] πλάκας ἐντὸς, οὐδὲ ῥάβδον φέρει θαυματουργόν· ἀλλ' [2] ὃ πολλῷ μεῖζον, αὐτοῦ τοῦ καὶ δόντος ἐκεῖνα καὶ θαυμαστώσαντος τέμενός ἐστιν ἅγιον· ὃν οὐδ' ὄρος δύναται στέγειν καταβάντα τι μικρὸν ἐπ' αὐτὸ, ἀλλ' ἀπτομένου μόνον καπνίζεται. Οὗ σαλπίγγων φωναὶ φοβερὸν ἠχοῦσαι [3] καὶ μέγα, λαμπάδες [4] καιόμεναι πυρὶ φλογερῷ, ἀστραπαί τε διάττουσαι καὶ γνόφος φρικώδης, καὶ βολίδες, καὶ λίθοι, καὶ τοιαῦτα δείματα [5] πλεῖστα, μακρὰν καὶ τοὺς ἤδη καθηγνισμένους ἀπάγουσι. Πῶς οὖν, ἄναγνε, σὺ τοῖς ἀπροσίτοις ὑπέμεινας ἐπενεγκεῖν ὑβρίστριαν χεῖρα, καὶ τὸ μέγα τοῦτο ἤλπισας [6] ἔργον, τὸν ἀσάλευτον θρόνον τοῦ βασιλέως τῆς δόξης ἐπ' ἀτιμίᾳ σαλεῦσαι, καὶ περιτρέψαι; Τίς

[1] Laur. λιθήνας.
[2] Laur. ἀλλὰ, et omittit sequens ὅ.
[3] Vat. ἠκοῦσαι μέγα, καὶ ...
[4] Laur. λαμπάδαις.
[5] Laur. δείγματα.
[6] Laur. ἤλπησας.

---

solubile et non manufactum, non lapideas intus habet tabulas, neque virgam continet prodigiorum fœcundam; sed, quod multo nobilius est, templum sanctum est illius, qui et ea dedit, et portenta operatus est; quem neque mons ferre valet, si in eum ad brevem horam descendat, sed illo vel dumtaxat tangente fumigat[a]; cujus tubarum voces terribile quid atque ingens resonantes, lampades flammeo igne ardentes, et discurrentia fulgura et turbo horrendus, sagittæque et saxa, et terrifica ejusmodi alia plura, procul et eos repellunt, qui jam sunt emundati. Quonam ergo pacto tu, o impure, inducere animum potuisti, ut insolentem manum injiceres, et magnum hoc sperasti facinus, inconcussum nempe regis gloriæ thronum contumeliose concutere ac dejicere? Quibusnam polles viribus, vel

[a] *Ps.* CIII, 32.

ὢν τὴν δύναμιν, ἢ τίνα τοῦ μίσους [1] ἐπαγόμενος πρόφασιν τῆς ἀπονοίας, ὁπότε καὶ θεομαχεῖν οὐκ ἐνάρκησας;

XXIII. Ἤπου τάχα καὶ [2] σῶμα καὶ κλίνη σε, καὶ τὰ ἐπιτάφια σύμβολα, ὡς περὶ νεκροῦ τινος ἄλλου τῶν συνήθων καὶ κατὰ σὲ, τοῦ τῆς ἀθανασίας παρέπεισε θησαυροῦ οἰηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο τὸ θράσος ἀσωφρόνιστον καὶ ἀκάθεκτον.

Σῶμα μὲν, ἀλλ' ἀκράτητον οὐ θανάτῳ μόνον [3] καὶ τάφῳ, ἀλλὰ καὶ χερσὶ πελαζούσαις οὕτω θρασέως [4]· ταύταις [5] μέντοι καὶ πλέον φοβερὸν, ἢ ἀκράτητον, ὅσῳ καὶ τὸ μὴν ἐπιφέρει τῆς θρασύτητος πρότιμον, ὡς αὐτὸς σαφῶς μαρτυρεῖς, οἷς ἐνδίκως πεπείρασαι.

Κλίνη μέν [6]· ἀλλ' ἐπίσχες. Αὐτίκα γὰρ δήπου γε φανεῖται καὶ

[1] Laur. μείσους.
[2] Vat. abest καί.
[3] Laur. μόνῳ.
[4] Laur. θρασαίως.
[5] Laur. ταύτας.
[6] In utroq. codice ad marginem : περὶ τῆς τιμίας κλίνης (Laurent. κλήνης) καὶ ἐσθῆτος καὶ ζώνης : *de venerando lectulo, et veste, et zona.*

---

quamnam odii ac vecordiæ causam affers, quandoquidem vel Deo indicere bellum non dubitasti?

XXIII. Enimvero et cadaver forte, et lectulus et funerea symbola te deceperunt, ut de hoc immortalitatis thesauro non aliter, ac de cadavere cujuspiam alterius e vulgo et ex tui æqualibus, existimares, et exinde insana ista atque effrænis audacia?

At vero demortui quidem corpus est; sed quod non solum morte et tumulo, verum etiam manibus tam audacter irruentibus detineri nequeat; hisce tamen etiam magis tremendum sit, et invincibile, quandoquidem pœnam quoque temerarii ausus profecto irrogat, prout ipse per ea, quæ merito expertus es, luculenter testaris.

Lectulus est quidem; verumtamen fac animum advertas.

σοὶ (ἐμοὶ γοῦν ἤδη φαίνεται) τῆς σῆς κιβωτοῦ κατὰ πολὺ σεμνοτέρα, ἐν ἱερωτέρῳ πάνυ χωρίῳ τεθησαυρισμένη καὶ σεβομένη ἐσθής τε καὶ ζώνη. Σύμφημι γὰρ τὰ τυχόν σοι τέως καὶ χλευαζόμενα, τῷ φαινομένῳ μόνῳ προσέχοντι, καὶ μηδέν τι βαθύτερον, ὥσπερ [1] νόμος σὸς πανταχοῦ, συνιδεῖν δυναμένῳ. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν, ὦ θαυμάσιε, καὶ τὴν ζώνην ὄψει ταύτην καὶ τὴν ἐσθῆτα, εἰ μήπω καὶ νῦν σὺν ἡμῖν βλέπειν ἔχεις, τοῖς τῶν ἁγίων ἁγίοις ἱερῶς ἐμβατεύοντα καὶ τιμῆς παρὰ πᾶσι θεοπρεποῦς ἀξιούμενα [2]. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν, ἃ καὶ χρόνος ἡδέσθη, καὶ φθορᾶς ἀδυσώπητος νόμος ἐδυσωπήθη, τὰ κατὰ πάντων ὁμοῦ τῶν [3] ὁρατῶν δυναστεύοντα;

XXIV. Ἤδη γοῦν μοι δοκεῖς οὐδ' αὐτὸς ἔτι μελλήσειν ἐπὶ πολύ· ἀλλὰ παραχρῆμα δὴ μάλα [4] συμφρονήσειν [5] τὸ δέον, τῇ καλῇ παι-

[1] Vat. ὅς περ.
[2] Laur. ἀξιούμεθα.
[3] Laur. abest τῶν.
[4] Laur. μᾶλλα.
[5] Laur. συμφρονήσει.

Mox enim apparebit utique et tibi (saltem mihi jam apparet) longe nobiliori, quam arca tua, cultu insignis tum vestis (ejus), tum zona, loco prorsus sacratiori ceu thesauro reconditæ, et religiosa veneratione honoratæ. Et concedo equidem, abs te forte hæc interim etiam derideri, quippe qui id solum consideras, quod incurrit in oculos, nec quicpiam vales, non secus ac ubique lex tua, intimius perspicere. At si necdum vales, o egregie, nunc quoque nobiscum cernere, haud diuturnum intercurret tempus, quum et hanc zonam videbis et vestem in Sancta sanctorum religiose deferri, et a cunctis sacro cultu honorari. Et sane quî non primum præ omnibus prorsus visibilibus locum ea obtinerent, quæ et tempus est reveritum, et inexorabilis lex corruptionis ausa non est attingere?

XXIV. Jam itaque censeo, haud diutius te quoque adhuc cunctaturum; sed potius in id, quod æquum est, cito prorsus

δείᾳ[1] νουθετηθείς, ἣν ὁρῶ κατὰ πόδας σε μετιοῦσαν ἀπρόοπτον· ὡς ἂν αὐτός τε περὶ ταῦτα διατεθῇς[2] εὐπειθέστερον, καὶ πολλοῖς ἄλλοις κήρυξ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φανῇς[3] θαυμασίων, μαθὼν, ἐξ ὧν πέπονθας, οἵαν ἔχει τὴν δύναμιν.

Τοιγαροῦν νοῦν κτησάμενος, ἐπείπερ ἐπλήγης, καὶ παρὰ τοῦ τρώσαντος αὖθις, ὅπερ ἀκούεις, καὶ τυχὼν τῆς ἰάσεως, ὅτι χρηστεύεσθαι πέφυκε καὶ πρὸς τοὺς ἀχαρίστους οὕτω καὶ πονηροὺς, σωφρονέστερος γίνου μοι τῶν ἐξῆς θεατής· καὶ τὴν θαυμαστὴν παρ' ἐλπίδα[4] ἠλλοιωμένος ἀλλοίωσιν, μεθ' ἡμῶν ἤδη σκόπει τά τε ἄλλα σὺν εὐλαβείᾳ, καὶ τὴν κορυφαίαν ἐκείνην καὶ πρεσβυτάτην τῶν θεολόγων ἀκρότητα, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους εἰπεῖν, ὡς αὐτοὶ πάντων ἄριστα τοὺς ἐξοδίους[5] πρῶτοι διατιθοῦσι, θεοφόρητοί τε γι-

[1] Codd. παιδίᾳ.
[2] Laur. διατεθείς.
[3] Laur. φανείς.
[4] Vat. ἐλπίδας.
[5] Laur. ἐξωδίους.

---

consensurum, postquam egregia illa eruditus es disciplina, qua statim impetitum inopinato te video, ut scilicet postquam ex iis, quæ passus es, qua polleant virtute, didicisti, et ipse obsequentius adversus ea te haberes, et apud alios multos præco exsisteres mirabilium, quæ propter ipsa evenerunt.

Mentem igitur, quandoquidem percussus fuisti, indeptus, et rursus, prout testis es, medelam quoque a percutiente assecutus, quia nempe ex natura sua ad benefaciendum vel ingratis adeo ac sceleratis fertur, sapientior, quæso, reliquorum esto spectator; et admiranda conversione in alium præter spem immutatus, jam nobiscum venerabundus intuere cum cætera omnia, tum, ut eorumdem illorum verbis utar[a], *principem illam atque augustissimam theologorum summitatem;* quomodo ipsi (apostoli)

[a] Ex Dionys. Areop. *De div. nomin. cap. III : summitas autem theologorum* hoc loco Petrus Apostolorum princeps intelligitur.

νόμενοι καὶ πρὸς τὴν ἄνωθεν ἔμπνευσιν ὅλοι μεθαρμοζόμενοι[1]. εἶθ' ὡς ἐφεξῆς τοῖς ἑξῆς[2] τὴν καλὴν ὑπουργίαν ταύτην παραδιδοῦσι, καὶ ὡς ἀναλόγως οὕτω τοῖς πᾶσι τὰ τῆς εὐφημίας καταμερίζεται.

XXV. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀγωνίζονται, καὶ περὶ τὴν ἀνήκουσαν ἕκαστος αὐτῷ λειτουργίαν[3] ἐκθυμότατα κάμνουσιν, ἐκ τοῦ πλέον δοξάσαι καὶ πλέον δοξασθῆναι φιλοτιμούμενοι.

Ἐμὲ δὲ καὶ πάλιν ἐκφέρει τὸ θάμβος τῶν ὁρωμένων, καὶ συναπαίρειν ἡγοῦμαι τῇ δεσποίνῃ πρὸς οὐρανὸν καὶ τῇ διανοίᾳ μικροῦ παραψαύω τοῦ στερεώματος. Διὰ τοῦτό μοι δέξασθε[4] φωνὴν μετάρσιον[5], ὡς ἐξ ὕψους τοσούτου πρὸς ὑμᾶς φερομένην εὐφραινέ-

[1] Laur. μεταρμοζόμενοι.
[2] Laur. ἑξοῖς.
[3] Laur. λειτουργείαν.
[4] Laur. δέξασθαι.
[5] Vat. μεταρσίαν.

---

et a Deo afflati et toti ad supernam inspirationem compositi, omnium præstantissime funebres modulos primi constituunt; quomodo deinde eximium hoc ministerium futuris servandum tradunt, et quomodo sic collaudandi ratio convenienter omnibus assignatur.

XXV. Ast illi quidem certatim omne studium adhibent, et prouti proprium cujusque ministerium postulat, maxime alacri animo operam suam conferunt, majorem sibi quoque ex majori gloria tributa gloriam ambientes.

Me vero et rursus abripit vehemens eorum, quæ cernuntur, admiratio, et in cœlum simul cum Regina migrare me existimo, ac propemodum firmamentum attingere ipse mihi videor. Quapropter sublimem, quæso, veluti e tanta celsitudine ad vos delatam, vocem excipite[a] : *Lætetur cœlum desuper, et nubes*

[a] *Is.* XLV, 8, sec. LXX.

σθω[1] ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ δικαιοσύνην αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν· ῥηξάτω τὰ ὄρη εὐφροσύνην, καὶ οἱ βουνοὶ ἀγαλλίασιν· σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ· εὐφραινέσθωσαν ἄγγελοι καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἄνθρωποι, πᾶν γένος θνητὸν, πᾶν ἀθάνατον· ἔμψυχος ἅμα φύσις καὶ ἄψυχος, αἰσθητή τε καὶ νοητὴ, ὁρατὴ καὶ ἀόρατος· πᾶν ὅσον ἐγκόσμιον καὶ πᾶν ὑπερκόσμιον[2]. Ἡ γὰρ ἀνασωσαμένη τοῖς πᾶσι[3] τὴν χαρὰν ἀπελθοῦσαν, αὐτὴ πρὸ πάντων ἀξία τὰς ἀπαρχὰς αὐτῆς φέρεσθαι.

Δεῦτε τοιγαροῦν, εὐφρανθῶμεν ἐπὶ τῇ προξένῳ τῆς εὐφροσύνης· σαλπίσωμεν σάλπιγξιν εὐήχοις καὶ μουσικαῖς ἐν πανηγύρει λαμπρᾷ, ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ἡμῶν· συνδράμωμεν ἕκαστος εἰς τὴν κοινὴν ἀγαλλίασιν, βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοὶ, ἄρ-

[1] Laur. ὑφαινέσθω.
[2] Laur. voces καὶ πᾶν ὑπερκόσμιον exciderunt.
[3] Laur. abest τοῖς πᾶσι.

---

pluant justitiam; montes stillent lætitiam, et colles exsultationem : [a] *commoveatur mare et plenitudo ejus, orbis terrarum et omnes qui habitant in eo;* gaudio gestiant Angeli, exsultent homines; genus omne mortalium, immortalium omne, natura animata simul et inanimis, sensibilisque et intelligibilis, visibilis atque invisibilis; et quidquid in mundo est et quidquid supra mundum. Quæ enim longe digressum gaudium omnibus restituit, digna ipsa est, ut ante omnes ejusdem gaudii primitias sibi reportet.

Agite proinde, collætemur in lætitiæ auctrice; sonoris harmonicisque tubis canamus in splendido conventu [b], *in insigni die solemnitatis nostræ;* simul accurramus quisque ad communem exsultationem, [c] *reges terræ et omnes populi, principes*

[a] *Ps.* XCVII, 7.
[b] *Ps.* LXXX, 4.
[c] *Ps.* CXLVIII, 11, 12.

χοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων· προφητικὴ τε γὰρ ἡ παραίνεσις[1], καὶ μάλα δικαία[2].

XXVI. Ἀλλ' εἰς δέον ἐμνήσθην προφητείας καὶ προφητῶν. Ποῦ ποτέ μοι νῦν αἱ θαυμασταὶ καὶ πολλαὶ περὶ τῶν παρόντων ἐκεῖναι[3] προαγορεύσεις; Ποῦ τὰ πάλαι θρυλούμενα τοῖς τὰ ἔμπροσθεν βλέπουσι; Ποῦ πρὸ πάντων Δαβὶδ, ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης, καὶ Χριστοῦ προπάτωρ, τὸ μεῖζον; Τί τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, περὶ ἧς τοιαῦτα μεγάλα καὶ λαμπρὰ προεθέσπισεν, οὐκ αὐτὸς παρὼν ᾄδει, καὶ τιμᾷ τοῖς καθήκουσι, τὸ δεκάχορδον ἐκεῖνο ψαλτήριον καὶ τὰ εὔηχα κύμβαλα, καὶ τὸν χορὸν, καὶ τὰ τύμπανα, καὶ πᾶν, εἴτι ἄλλο, μουσικόν τε καὶ τερπνὸν ὄργανον, μεθ' ὧν ἡμῖν πλεονάκις τὸν Θεὸν αἰνεῖν παραινεῖ, νῦν ἐνταῦθα παράγων, καὶ τὴν ἡδίστην[4]

[1] Laur. παραίνησις.
[2] Laur. δικαίω.
[3] Laur. ἐκείνων, quod ad prophetas referri posset.
[4] Laur. ἡδύστην.

---

et omnes judices terræ, juvenes et virgines, senes cum junioribus; prophetica etenim vox, et æquissimo sane jure, id præcipit.

XXVI. Opportune vero prophetiæ et prophetarum injecta est mentio. Ubinam mihi nunc admiranda illa ac plura de præsentibus rebus præconia? Ubinam quæ olim palam enuntiabantur ab iis, qui præsentia hæc prospiciebant? Ubinam ante omnes David rex et propheta et, quod majus est, Christi progenitor? Quid est, quod suam ipsius filiam, de qua in antecessum tam præclara ac splendida vaticinatus est, non præsens ipse cantu celebrat, et opportune honorat, multo convenientius nunc decachordum illud psalterium et cymbala bene sonantia, et chorum et tympana, et cetera, si quæ sunt alia, musica ac suavia organa, quibus nos sæpenumero excitat ad laudandum Deum, heic proferens, et harmoniam omnium suavissimam

πασῶν ἁρμονίαν ἀνακρουόμενος, ὡς πολὺ δικαιότερον, ἢ ὁπόταν ἐκεῖ τῆς κιβωτοῦ προηγεῖτο, ποικίλην τινὰ μουσικὴν καὶ παντοδαπὴν καὶ πολύφθογγον συναπηχῶν ἐκ μέλους παντὸς, ᾗ τὰ πάντα κινῶν, ὑφ' ἡδονῆς κἀκεῖνος εὐρύθμως συνυπωρχεῖτο, καὶ τερπόμενος τέρπειν ὡμολόγει Θεόν;

XXVII. Ποῦ δὲ τὰ τῶν ἄλλων ἁγίων καὶ δικαίων συστήματα, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα, παραβολαί τε καὶ λόγοι σκοτεινοὶ καὶ δυσέφικτοι, πρὶν εἰς πέρας ἐλθεῖν, ἕνα πάντες σκοπὸν, ἓν κεφάλαιον, ὑπόθεσιν μίαν, τὴν πολυΰμνητον [1] ταύτην καὶ πολυσύμβολον παρθένον ποιούμενοι· καὶ ἄλλος μὲν ἄλλως τὰ κατ' αὐτὴν

[1] Laur. πολὺ ὕμνητον.

---

ciens, quam cum illic ante arcam præiret, ex omni melodia variam quandam, omnigenamque ac multisonam musicam contexens, qua cum cuncta permoveret, præ jucunditate et ipse ad numerum saltabat, et cum gaudio Deo se gratum facere affirmabat?

XXVII. Sed et ubinam concordes aliorum sanctorum ac justorum voces, sapientiumque effata atque ænigmata, proverbiaque ac sermones occulti, atque, priusquam ad exitum perveniant, ad intelligendum ardui, qui quidem unum omnes[a] scopum, unum argumentum, unum thema propositum sibi habent, hanc scilicet laude dignissimam, innumerisque symbolis præsignatam Virginem[b]; et alius quidem alio, quæ ad ipsam

[a] Vide constantem veterum sententiam, innumeris nempe Veteris Testamenti symbolis Virginem Mariam præsignatam fuisse, nullumque reperiri ex illis hagiographis, cujus oculis Virgo non obversaretur.

[b] Placet heic ejusdem Johannis epigramma ex Mattheo Busto (p. 71) referre, in quo nonnulla beatissimæ Virginis symbola simul collecta exhibentur:

Εἰς ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἴαμβοι.

Παστὰς, τράπεζα, ῥάβδε, λυχνία, κλίμαξ,

φανταζόμενος, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος οὐκ ἔλαττον ἐκθειάζων τὸ φανταsθὲν, καὶ συμφώνως ἐντεῦθεν ἡμῖν εὐαγγελιζόμενοι σωτηρίαν παγκόσμιον; Ἀλλ' οἱ μὲν, εὖ οἶδ', ὅτι καὶ πάρεισιν [1] ἀφανῶς. Καὶ παρέσονται τῇ τῶν προῤῥηθέντων [2] αὐτοῖς ἀποβάσει συνησθησόμενοι, καὶ ταῖς ἑαυτοῦ [3] φωναῖς ἕκαστος, μᾶλλον δὲ ταῖς τοῦ πνεύματος, τὴν τῶν καλῶν τούτων πάντων αἰτίαν συνανυμνήσοντες. Δίκαιοι δέ εἰσιν, ὥσπερ πάλαι μέλλουσαν ἔτι οὕτω καὶ [4] νῦν πολλῷ μᾶλλον ἤδη παροῦσαν ἐγκωμίοις καὶ κρότοις δεξιοῦσθαι τοῖς λαμπροτάτοις.

XXVIII. Τοιγαροῦν ἀκολούθως προστιθέσθω καὶ τὸ ἡμέτερον·

[1] Laur. πάρησιν.
[2] Laur. προρηθέντων.
[3] Laur. αὐτοῦ.
[4] Vat. abest καί.

---

spectant, schemate designat, neque tamen alius alio minus id, quod designant, divino honore effert, et unanimiter omnes communem inde salutem nobis spondent? Verum hos probe scio invisibiliter heic quoque adesse. Adsunt autem, ut in eorum, quæ prædicta ab ipsis fuerant, exitu congaudeant, et ut suis quisque vocibus, seu melius dixerim, vocibus divinitus inspiratis, omnium horum bonorum auctricem simul hymnis celebrent. Equissimum porro est, ut quemadmodum olim adhuc venturam, sic multo magis et modo jam præsentem splendidissimis laudibus ac plausibus comitentur.

XXVIII. Consequenter proinde et quod nostrum est, iis

Κλίνη, κιβωτὲ, νεφέλη, λαβὶς, θρόνε.
Κόσμει με παστὰς, ἐμπίπλα τράπεζά με,
Στήριζε ῥάβδε, λυχνία φώτιζέ με,
Ἄναγε κλίμαξ, ἀνάπαυέ με κλίνη,
Τήρει κιβωτὲ, νεφέλη λάμπρυνέ με,
Λαβὶς με προσλάμβανε, τίμα με θρόνε.

ὁ τῆς προσθήκης δὲ τρόπος. Καὶ μηδεὶς ἀπληστίαν [1] καταγνώτω [2] τοῦ λόγου. Ὁμολογεῖ γὰρ ἡττᾶσθαι τοῦ πάθους διὰ τὸν πόθον· καὶ ὑμῖν [3] αὐτὸ τοῦτο περὶ τὰ παρόντα βουλόμενος, ἐμβοᾷ μέγα πᾶσι τὸ παρακλητικόν.

Καὶ συνέπεσθε· ἐπάρωμεν εἰς ὕψος φωνήν· κροτήσωμεν χεῖρας· αἰνέσωμεν Θεὸν μετ' ᾠδῆς, τὸν ποιοῦντα τοιαῦτα θαυμαστὰ πράγματα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια [4], ὧν οὔκ ἐστιν ἀριθμὸς, τὸν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν ἐπιβλέψαντα τῆς δούλης αὐτοῦ, καθάπερ αὐτή φησι ἡ τῶν χερουβὶμ ἀνωτέρα, καὶ τοσαῦτα ποιήσαντα [5] μετ' αὐτῆς μεγαλεῖα. Μακαρίσωμεν ἄνθρωποι τὴν τοῦ πλάστου μητέρα, ἐξ ἧς ἡ τοῦ πλάσματος καὶ ἀνόρθωσις καὶ ἀνάπλασις [6]. Ἀψευδὴς τοῦτο προρρήσις ταύτης τῆς μεγάλης προφήτιδος, ὑπὸ πάσης εἰ-

[1] Laur. ἀπληστείαν.
[2] Vat. καταγνώτω.
[3] Laur. ἡμῖν.
[4] Laur. ἐξέσια.
[5] Laur. ποιήσαντι.
[6] Vat. ἀνάπλασις καὶ ἀνόρθωσις.

---

accedat; nam ut et nostra adjiciamus, mos postulat. Nec sermonem quispiam reprehendat, quod satiari non posse videatur. Fatetur enim, affectu se vinci propter vim amoris; parique vos erga præsentia studio affici discupiens, vehementer omnes excitans inclamat :

Addite vosmet mihi socios; attollamus ad cœlum vocem; plaudamus manibus; cum cantico Deum laudemus, qui ejusmodi mira, gloriosaque et magnifica, quorum non est numerus, operatur; qui, sicut inquit illa eadem, quæ cherubim est præcelsior [a], *respexit in humilitatem ancillæ suæ*, et cum ipsa tam ingentia fecit magnalia. Beatam homines proclamemus Conditoris matrem, ex qua creaturæ et reparatio est, et nova plasmatio. In id conspirat falli nescium prophetissæ hujus magnæ

[a] *Luc.* I, 48.

πούσης μακαρισθήσεσθαι [1] γενεάς [2]. Μεγαλοπρεπῶς μὲν οὖν καὶ ἀξίως πρῶτα μὲν ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀχράντων εὐαγγελίων τὸν πρέποντα λαμβάνει μακαρισμὸν, πρὸς τὸν ἑαυτῶν [3] ἐφ' ἑκάστης δεσπότην ἀναβοώντων. Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας· εἶθ' ὑπὸ πασῶν γενεῶν, ὡς ἡ προαγόρευσις, ἤδη τε μεμακάρισται, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μακαρισθήσεται.

Μακαριζέσθω τοίνυν οὐχ ἥκιστα καὶ νῦν παρ' ἡμῶν, καὶ τὸν ὀφειλόμενον ἔρανον ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἄρτι γένους ἀνενδεῶς ἐκπληρούσθω. Δότε αὐτῇ ἀπὸ καρποῦ χειλέων αὐτῆς, ἡ σοφὴ παροιμία κατὰ καιρὸν ἡμῖν ἐγκελεύεται· αὐτὸς δὲ ἂν εἴποιμι μᾶλλον, ἀπὸ καρποῦ κοιλίας αὐτῆς· καὶ δι' εὐλογίας ἁπάσης ἡ εὐλογημένη γενήτρια τῆς εὐλογίας ἀγέσθω. Μή τις [4] ἀγνώμων ἔστω περὶ τὴν

[1] Laur. μακαρισθήσεσαι.
[2] Laur. γεναιάς.
[3] Codd. ἑαυτόν.
[4] Laur. ἤ τις.

---

vaticinium, dum ab omnibus generationibus beatam se prædicatum iri affirmavit. Magnifice ergo et condigne convenientem beatæ prædicationem primo quidem ab ipsis intemeratis evangeliis accipit, quæ ad Dominum suum quotidie clamant[a] : *Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ suxisti*; deinde vero, prout vaticinium portendit, ab omnibus generationibus et jam prædicata est beata, et usque in sæculum beata prædicabitur.

Ergo et nunc a nobis beata studiosissime celebretur, et debitum ei tributum a genere nostro nunc ipsum large solvatur. *Date ei de fructu labiorum ejus*, opportune nobis sapiens proverbium indicit[b]; ipse vero potius dixerim, *de fructu ventris ejus;* atque omni benedictione benedicta genitrix benedictionis celebretur. Ne quis adversus benefactricem ingratus exsistat; ne

[a] *Luc.* XI, 27.
[b] *Prov.* XXXI, 31 sec. LXX.

εὐεργέτιν[1]· μή τις ὑπερόπτης τῆς βασιλίδος[2]· μή τις ὀλιγώρως ἔχων πρὸς τὴν δεσπότιν· ἀλλὰ πάντες ἅμα καὶ πᾶσαι μετὰ τοῦ προσήκοντος κόσμου πρὸς τὴν πάνδημον ταύτην ἑορτὴν ἀπαντήσωμεν, καὶ σὺν ἀλλήλοις[3] ὁμοῦ φαιδρυνθῶμεν πανηγυρίζοντες, πλούσιοί τε καὶ πένητες, ὑψηλοί τε καὶ ταπεινοί, ἱερεῖς καὶ λαός, μοναδικοὶ καὶ μιγάδες· ὅσον ἐν ἄρχουσιν, ὅσον ἐν ἀρχομένοις, ὅσον ἐν ἀνδράσιν, ὅσον ἐν γυναιξίν.

XXIX. Ἀλλὰ μεταξὺ λέγοντί μοι προσέπεσέ τι τῶν ἀβουλήτων, μᾶλλον δὲ τῶν τῇ τάξει μαχομένων τῆς φύσεως. Αἱ γάρ με γυναῖκες ἐνταῦθα πλεονεκτοῦσι, καὶ ἀξιοῦσι πρωτεύειν, εἴς γε τοῦτο τὸ μέρος, ἡμῶν τῶν ἀνδρῶν, οἷς τὸ ἄρχειν αὐτῶν καὶ πανταχοῦ προκεκρίσθαι, ἥ τε φύσις πάλαι ἀπέδωκε καὶ ὁ τὴν φύσιν δημιουργήσας· τὰ τοῦ γένους γοῦν δίκαια πολλὰ παρ' αὐταῖς καὶ βοηθεῖσθαι δοκοῦσι πανταχόθεν εἰς τὴν προτίμησιν. Οὐχ ἧττον μέν

[1] Laur. εὐεργέτην.
[2] Laur. hoc incisum abest, nec obscura omissionis est causa.
[3] Laur. συναλλήλοις.

---

quis superbus Reginæ contemptor : ne quis erga Dominam incurius; sed cuncti simul, et cunctæ cum decenti ornatu ad communem hanc solemnitatem conveniamus, et omnes simul texentes laudes, tum divites collætemur tum pauperes, præcelsique et humiles, sacerdotes et populus, solitarii et in societate viventes, et quantum in se est, imperantes et subditi, viri ac mulieres.

XXIX. Verum inter dicendum mihi quidpiam excidit, quod inconsulte prolatum, seu potius cum ordine naturæ pugnans videri potest. Heic enim me vincunt mulieres, et hac saltem ex parte merito præcedunt nobis viris, quibus tum natura tum naturæ Creator dedit pridem, ut in illas dominaremur, primasque in omnibus partes haberemus; multa igitur sexus jura et illis suppetere videntur ad primos usquequaque honores. Neque

τι κἀκεῖναι πρὸς ἑαυτὰς στασιάζουσιν[1], αἱ παρθένοι πρὸς τὰς μητέρας, αἱ μητέρες πρὸς τὰς παρθένους, καὶ φιλονεικοῦσιν ὅλον ἑκάτεραι τὸ[2] κοινὸν ἰδιώσασθαι.

Ἀλλὰ ταύταις μὲν, εἰ δοκεῖ, καταλλαγὴν[3] πρὸς ἀλλήλας ἡμεῖς ἐπιτάξωμεν τῷ τῆς φυσικῆς ἐξουσίας ὀρθῶς χρησάμενοι νόμῳ, καὶ τὴν ἴσην[4] ἑκατέραις ἀπονείμαντες μοῖραν· οὐ γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἢ τοῦτο, ἀλλ' ἐπίσης ἀμφότερα, καὶ παρθένος καὶ μήτηρ ἡ τιμωμένη, καὶ κοινὸν ὁμοίως ἁπάσαις γυναιξὶ τὸ καλλώπισμα[5]. Αὐτοῖς δ' ἡμῖν πρὸς ἐκείνας εἰσαῦθις ἡ δικαία τάχα δικάσει καὶ κοινὴ δέσποινα, ὁπηνίκα καὶ ὅπως εὐδοκήσοι καὶ δοκιμάσοι. Τὰ δὲ νῦν (ἑορτὴ γὰρ ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀγὼν τὸ προκείμενον) ἐν εἰρήνῃ πανηγυρίσωμεν, ἐν ἀγάπῃ συνεορτάσωμεν, καὶ τὴν καλὴν τέως ἅμιλλαν

[1] Laur. στασιάζουσαι.
[2] Codd. τόν.
[3] Laur. καταλογήν.
[4] Laur. ἴσιν.
[5] Laur. καλώπισμα.

---

minus profecto et illæ inter se dimicant, virgines cum matribus, matres cum virginibus, et quod commune est, utræque sibi tamquam proprium vindicare totum contendunt.

Verum his quidem, si ita videtur, mutuam conciliationem nosmet ipsi imponamus, naturalis in ipsas potestatis jure recte utentes, et æqualem utrisque portionem assignantes : quæ enim honoratur, non hoc magis est quam istud, sed peræque utrumque, et virgo et mater, et commune omnibus ex æquo mulieribus est ornamentum. Et rursus quod ad nos ipsos præ illis spectat, justa illa et communis Domina, quando et quomodo illi placuerit ac visum fuerit, facile dijudicabit. Quod autem ad præsens attinet (non enim ineundum certamen, sed sollemnitas nobis agenda proponitur) conventum in pace celebremus, in charitate simul peragamus festum, et pulchro quodam interim ad parem assequendum honorem certamine cum inter nosmetipsos in-

πρὸς ἀλλήλους ἅμα καὶ πρὸς ἐκείνας κατ' ἰσοτιμίαν ἀμιλληθῶμεν[1]. Αἰσχυνθῶμεν ἄνδρες φανῆναι γυναικῶν ἐλάττους περὶ τὰ κράτιστα· καὶ τὸ προσθεῖον κἀνταῦθα τῆς τάξεως ἐκ τοῦ κατὰ ταῦτα μᾶλλον πρωτείου λαβεῖν φιλοτιμησώμεθα. Αἰδέσθητε, μητέρες, ἡττηθῆναι παρθένων, αἷς αὐταὶ τὸν νυμφίον τὸν καθαρὸν ἐκ καθαρᾶς[2] μητρὸς ἐχαρίσασθε. Αἰδέσθητε, παρθένοι, μητέρων ἀπολειφθῆναι, αἷς αὐταὶ τὸ μηκέτι τίκτειν ἐν λύπαις ἐδώκατε, δι' ἀμωμήτου παρθένου, ἐν χαρᾷ καὶ χαρᾶν καὶ τεκούσης ἅμα καὶ συλλαβούσης.

XXX. Τί μοι διατάττειν καθ' ἕκαστα; Τί δὲ λέγειν τὰ πλείω; Νῦν ἄγγελοι χαίρουσιν, ἀναβαίνοντες καὶ καταβαίνοντες, ἐπί τε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὴν μητέρα τὴν ἄνθρωπον· καὶ τὴν τῶν πυλῶν αὖθις ἔπαρσιν ἀλλήλοις διακελεύονται, οὐχ ἃ τὸ πρὶν ἀποροῦντες καὶ πυνθανόμενοι[3], τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;

[1] Laur. ἀμιλληθῶμεν.
[2] Laur. καταρᾶς.
[3] Laur. πινθανόμενοι.

---

vicem, tum cum illis suscepto, nullatenus primas cedamus. Erubescamus viri, quod ad optima quæque mulieribus imbecilliores appareamus; et heic quoque ordinis primatum potius ex primatu quoad ista sumere studiose adnitamur. Erubescite matres, quod vincamini a virginibus, quibus ipsæ purum sponsum per puram matrem largitæ estis. Erubescite virgines, quod vobis præcedant matres, quibus vos ipsæ dedistis, ut non amplius in dolore pariant, per virginem scilicet immaculatam, quæ in gaudio et gaudium et peperit juxta et concepit.

XXX. Verum quid per singula ex ordine discurro? Aut quid plura persequendo immoror? Nunc gaudio gestiunt angeli *ascendentes et descendentes tum supra filium hominis*[a], tum supra matrem hominem; et alter alteri indicunt, ut rursus eleventur portæ, non quidem, ut prius, dubitantes, et scisci-

[a] *Jonan.* I, 51.

ἤδη γὰρ ἐγνώσθη κἀκείνοις ἐμφανῶς διὰ ταύτης, ὅτι ὁ καταβὰς πρὶν ἐκεῖθεν, αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν [1] καὶ ὁ ἀναβὰς πάλιν ὕστερον· ἀλλ' ἐξ ἑτέρας ἄλλα γραφῆς μετὰ τῆς ὁμοίας ἐρωτῶντες ἐκπλήξεως· Τίς αὕτη ἡ ἐγκύπτουσα ὡς ὄρθρος, καλὴ ὡς ἡ σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος;

Νῦν ἀὴρ ἁγιάζεται τῇ τῶν ἁγίων ἀνόδῳ, καὶ φωτὶ ξένῳ σύμπας φρυκτωρεῖται καὶ καταλάμπεται. Νῦν οὐρανοὶ σκιρτῶντες ἀνοίγονται, καὶ Θεοῦ βασίλεια δέχεται περιχαρῶς τὴν βασίλισσαν. Νῦν ὁμοῦ τὰ ἄνω καὶ κάτω ἐμμελῆ τινα χορείαν [2] χορεύει καὶ παναρμόνιον· καὶ πανήγυρίς τις [3] παγκόσμιος συγκινοῦσα τὴν κτίσιν εἰς εὐφροσύνην ἡ παροῦσα καθέστηκεν ἡμέρα τῆς θεομήτορος.

[1] Vat. ἐστι.
[2] Laur. χορίαν.
[3] Laur. abest τίς.

---

tantes[a] : *Quis est iste rex gloriæ*? Jam enim per hanc ipsam et illis apertissime apparuit, quod[b] qui prius inde descendit, ille idem est, qui iterum deinde et ascendit; sed ex alia scriptura[c] pari cum stupore alia interrogant : *Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?*

Nunc aer ascensu sanctorum sanctificatur, ac nova luce totus illuminatur, ac refulget. Nunc cœli cum exsultatione panduntur, et aula Dei regia lætanter reginam excipit. Nunc cœlestia simul et terrestria festivam quamdam et aptissime ordinatam choream agitant; et præsens hæc Dei Genitricis dies facta est universalis quædam sollemnitas, quæ simul creaturas omnes ad lætitiam provocat.

[a] *Ps.* XXIII, 8
[b] *Eph.* IV, 10.
[c] *Cant.* VI, 9.

XXXI. Ἐπαινῶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν καιρόν[1]. Τῇ γὰρ μεθ' ἡμῶν τῆς δεσποίνης ἀναστροφῇ καὶ τὸ [2] ἔτος ἤδη συναπολήγει [3]· ὥσπερ πρὶν εἰς τὸν κόσμον ἐρχομένῃ διὰ γεννήσεως συνεισῆλθε [4], καὶ συνδιήγαγεν, οὕτω πάλιν ἐντεῦθεν ἀπιούσῃ συναπιὸν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὴν προσήκουσαν ἐκπληρώσῃ δορυφορίαν τοῖς τῆς βασιλίδος κινήμασι δουλεῦον καὶ παρεπόμενον.

Νυνὶ δὲ καὶ δῶρα προσάγει τῶν ἑαυτοῦ τὰ κρείττω [5] καὶ τελεώτατα, μεθ' ὧν χαῖρον χαίρουσαν προπέμπει καὶ συναπέρχεται. Ἥδιστον μὲν ἔαρ ἐν ὥραις (τίς ἀντείποι λόγος τῷ λόγῳ;) καὶ ποικίλη χάρις ἀνθέων, καὶ ἁπαλὴ φυτῶν βλάστη, καὶ ὡραιότης ἀγροῦ, καὶ χλοάζουσα πόα, καὶ καλὸν ταῖς ἀρούραις ἐπικυματίζοντα λήϊα·

[1] Heic Vatic. ad marginem : Περὶ τοῦ καιροῦ τῆς κοιμήσεως : *de tempore dormitionis.*

[2] Laur. abest τό.

[3] Laur. συναπολάγη.

[4] Laur. συνῆλθε.

[5] Laur. κρήττω.

XXXI. Præter cetera vero etiam tempus (festivitatis) habeo, quod collaudem. Simul enim cum Dominæ nostræ inter nos conversatione etiam anni circulus jam finem habet[a]; quemadmodum scilicet antea, cum hunc mundum illa per nativitatem ingrederetur, simul annus intravit et simul moram egit, sic rursus, hinc illa abeunte, et hic simul abit, ut ipse quoque ad omnes Reginæ gressus famulum se viæque comitem exhibens, congruum satellitii munus expleat.

Nunc autem et dona ex iis, quæ habet, optima ac perfectissima offert, cum quibus gaudens gaudentem comitatur, atque una discedit. Et jucundissima quidem inter anni tempestates est verna (quis repugnare ausit?), et varia florum gratia, et delicata plantarum germinatio, et agrorum venustas, ac virescens herba; et pulchræ sunt undabundæ per agros segetes;

[a] Græci a kalendis septembribus novi anni initium ducebant.

ἡδὺ δὲ καὶ στάχυς παῤῥησίαν ἄρτι λαμβάνων, καὶ προκύπτων εἰς φῶς, οἷα βρέφος εὐγενές τε καὶ χάριεν, ὡς ἐκ μήτρας τῆς κάλυκος, καὶ βότρυς [1] ἐπαγγελλόμενος καὶ τοῖς δροσεροῖς ἔτι φύλλοις ὑπαναστέλλειν ἀρχόμενος· καλὰ δὲ καὶ τἄλλα καθεξῆς [2] τῶν ὡραίων [3], οἷς ἡ ὥρα τρυφᾷ καὶ ταῖς ἐλπίσιν εὐφραίνει τὸν θεατὴν γεωργόν.

Πολὺ [4] δ' ἔτι κάλλιον [5] ἡ πάντων τελεσφορία, καὶ τὸ πρὸς ἐκπλήρωσιν ἔργου τὴν ἐπαγγελίαν ἐλθεῖν, ὅπερ οὗτος ἡμῖν ὁ καιρὸς νῦν χαρίζεται. Νῦν γὰρ [6] αἱ μὲν ἀποθῆκαι τὸν σῖτον, οἱ ληνοὶ [7] δὲ τὸν οἶνον, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ ἔτους εὐετηρίαν ὁ προσήκων δέχεται τόπος, καὶ οὐκ ἔτι προσδοκωμένην, ἀλλ' εἰς χεῖρας ἤδη κατεχομένην, καὶ τὸ τῶν ἐλπίδων ἀμφίβολον ἀσφαλεῖ τέλει κρίνου-

[1] Laur. βότρυσιν.
[2] Laur. καθ' ἑξῆς.
[3] Laur. ὁρέων.
[4] Quod superius Vaticanus, hoc loco Laurent. cod. ad marg. habet : περὶ τοῦ καιροῦ τῆς κοιμήσεως.
[5] Laur. κάλιον.
[6] Laur. νῦν μὲν γάρ.
[7] Laur. αἱ ληνοί.

---

oblectat desuper et spica jam audacula erumpens, et ex calice veluti e matrice quasi infans ingenuus juxta atque elegans in lucem prodiens, ac racemus (velut primo) annuntiatus, et incipiens foliis etiamnum tenellis suboriri; sed et alia eximia venustati illi accedunt, quibus tempestas illa luxuriatur, et spectantem agricolam multa spe exhilarat.

Verumtamen etiam longe his præcellentior est fructuum omnium maturitas, et certa eorum, quæ promittebantur, assequutio; quod hæc modo nobis tempestas elargitur. Nunc enim et horrea frumentum, et dolia vinum, et idoneus quisque locus alios annuæ ubertatis proventus excipit, eosque non quidem mera adhuc in spe sitos, sed jam manibus apprehensos, et certo

σαν. Νῦν[1] ὁμοῦ καὶ ὁ σπείρας χαίρει θερίσας, καὶ ὁ φυτεύσας εὐφραίνεται, τοὺς καρποὺς τῶν πόνων δρεψάμενος. Ὁ κύριος ἔδωκε χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν ἔδη τὸν καρπὸν αὐτῆς ὁλοκλήρως[2], εἰ μή τί[3] που τέλεον ὑπερήμερον καὶ ἐκπρόθεσμον.

XXXII Τῆς γῆς δὲ τὸ ἴδιον ἐντελῶς ἀπεχούσης, καὶ ὁ οὐρανὸς ἀναλόγως ἀπέχει τὸ ἑαυτοῦ, τὸν οὐράνιόν φημι τοῦτον θησαυρὸν καὶ ὑπέρτιμον· ὃν ἀπολαμβάνων σήμερον γέγηθε τὴν αὐτοῦ γλυκεῖαν ἐλπίδα, τὴν εὐφορίαν τῆς κτίσεως, τὸ μέγα τοῦ κόσμου γεώργιον· καὶ θησαυρίζει τὸν πλοῦτον ἐν ἀσύλοις ταμείοις, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς ἄγαν ἐνδοτάτοις ἐναποτίθεται· ἐκλεγεῖσαν μὲν εἰς καιρὸν, μετὰ τὴν τῆς οἰκονομίας[4] συμπλήρωσιν, καὶ τὴν θαυ-

[1] Laur. νῦν μέν.
[2] Laur. ὁλοχλήρως.
[3] Laur. abest τί.
[4] Laur. οἰκονομοίας.

---

exitu de spe incerta decernentes. Nunc pariter et qui seminaverat, metens lætatur, et qui plantaverat, laborum colligens fructus exsultat. *Dominus dedit benignitatem*[a], *et terra nostra jam fructum suum* integre *dedit*, nisi si quid alicubi tempus suum prætergrediatur, ac debitum post præstitutum diem solvat.

XXXII. Porro cum terra integre suum recipiat, consentanee et cœlum, quod suum est, recipit, cœlestem hunc, inquam, pretiosissimumque thesaurum; quem quidem hodierna die tamquam dulcem spem suam, creati hujus universi ubertatem, præcellentem mundi istius fructum excipiens gaudio gestit, et hasce divitias in promptuariis non prædandis recondit, et beatitatem hanc in recessibus prorsus penitissimis deponit; et eam opportuno sane tempore, postquam dispensatio scilicet opere completa est, et admirandum ministerium suum ipsa præbuit

[a] *Ps.* LXXXIV, 13.

μαστὴν ὑπουργίαν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ὡς δὲ θέρος εὖ μάλα πῖον καὶ εὔσταχυ[1], καὶ τῆς ὥρας ἔχων ἐπιτηδείως, ἐν θέρει συγκομισθεῖσαν· καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν κατάπαυσιν ἐντεῦθεν μετενεχθεῖσαν, οὐ μέντοι[2] καθάπαξ ἀπενεχθεῖσαν ἡμῶν, οὐδ' ἀποστᾶσαν εἰς τέλος τῶν καθ' ἡμᾶς, κἂν μεθέστηκεν. Ἐκείνη γὰρ ἡ τῶν τῇδε προνοοῦσα καὶ νῦν, ἐκείνη καὶ βραβεύει, καὶ φέρει, καὶ συντηρεῖ τὰ ἡμέτερα· ἐκείνης ἔργον καὶ ὥρων ἡ εὐνομία τῶν πόλεων, ἡ τῆς οἰκουμένης εἰρήνη, τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ὁμόνοια, τῶν σκήπτρων ἡ δυναστεία, τῶν στρατοπέδων[3] ἡ εὐτυχία, ἡ τῶν πάντων, ὧν ἔχομεν, καλῶν χορηγία· δι' ἐκείνην καὶ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν· δι' ἐκείνην πιστεύομεν καὶ θανόντες εὖ ἔξειν ἐπὶ

[1] Laur. ἄσταχυ.
[2] Laur. μέν τι.
[3] Laur. στρατοπαίδων.

---

mysterio Christi (redimentis), decerpit; congruam itidem anni tempestatem observans, per æstatem, quippe æstas maxime opima est segetumque ferax, eamdem colligit; et licet hinc eam ad tranquillitatis propriæ sedes transferat, non penitus tamen nobis illam aufert, neque, utcumque ipsam amoveat, ab iis tamen, quæ ad nos pertinent, illa omnino digreditur. Ipsa enim terrestrium horum etiamnum curam gerit; ipsa res nostras et moderatur, et promovet, et conservat; ipsius opus ac donum est felix reipublicæ regimen, terræ universæ pax, ecclesiarum concordia, sceptrorum potentia, prospera exercituum fortuna, omnium, quæ habemus, bonorum suppeditatio; per ipsam *et vivimus, et movemur, et sumus*[a]; per ipsam certiori hinc spe commigrantes, etiam post mortem bene nos habituros confi-

[a] *Act.* XVII, 28. Habes autem hoc loco doctrinam illam, quam toties etiam ab Isidoro Thessalonicensi propositam cernimus, videlicet Virginem Deiparam quodammodo causam exstitisse, cur Deus hanc rerum universitatem conderet.

χρηστοτέραις ἐλπίσιν ἐνθένδε μεταχωροῦντες[1]· καὶ συνελόντα[2] φάναι, παρ' αὐτῆς κἀνταῦθα κἀκεῖσε τὰ τῆς εὐπραγίας ἡμῖν, κατὰ πάντα χρόνον καὶ τρόπον ἱλεουμένης τὸν ἑαυτῆς μὲν υἱόν, τὸν οἰκτιρμῶν δὲ πατέρα· καὶ παρ' αὐτοῦ ταῦτα πάντα παρέχουσαν ἡμῖν καὶ παρέξουσαν· καὶ τὸ μέλλον γὰρ ὑπολάμπει τοῖς παροῦσιν ἤδη φαιδρότερον διὰ τὸ πρὸς τὸ εὐεργετεῖν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἄπληστον καὶ ἀκάματον τῆς κοινῆς ἡμῶν πάντων[3] εὐεργεσίας καὶ εὐεργέτιδος ταύτης[4].

XXXIII. Ταῦτά σοι, Δέσποινα, τὰ παρ' ἡμῶν προπεμπτήρια· ταῦτά σοι τὰ γέρατα τὰ[5] ἐξιτήρια· ἀνθ' ὧν εὐπεποίηκας τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν· ἀνθ' ὧν ἡμῖν πᾶσι σωτηρίαν ἐπήγασας· ἀνθ' ὧν ζωὴν ἔτεκες· ἀνθ' ὧν χαρὰν ἔβλυσας τῷ γένει τῷ ἀνθρωπίνῳ. Εὖγε

[1] Laur. μεταχοροῦντες.
[2] Vat. συνελόντα δέ.
[3] Quæ sequuntur, sic paulo aliter in Vat. πάντων τῶν εὐεργέτιδος ταύτης.
[4] Vat. in marg. οἱ ἐπίλογοι.
[5] Laur. abest τὰ.

---

dimus; atque ut paucis universa complectar, res secundæ omnes tum ad præsentem hanc vitam tum ad futuram spectantes, ab ipsa nobis profluunt, quæ omni tempore et modis omnibus propitium nobis filium suum et *misericordiarum patrem*" reddit, et hæc omnia nobis ab ipso et præstat et præstabit; nam propter communis hujus omnium nostrûm beneficii simul et benefactricis insatiabile, ut quispiam dixerit, et infatigabile benefaciendi studium, jam ex præsentibus et lætiora illa, quæ subsequentur, augurari licet.

XXXIII. Hæc tibi a nobis, o Domina, abeunti consalutatio; hi tibi discedenti sunto honores, quoniam bene naturæ nostræ fecisti; quoniam nobis omnibus affudisti salutem; quoniam peperisti vitam; quoniam gaudium humano generi depluisti.

" II *Cor.* I, 8.

τῶν ἐκ σοῦ δωρημάτων, οἷς ἐπλουτίσθημεν· εὖγε τῶν πολλῶν χαρισμάτων, οἷς ἐδοξάσθημεν. Οὐκέτι προστίμοις προγονικοῖς ὑποκείμεθα· οὐκέτι δουλεύομεν ἀρᾷ καὶ φθορᾷ· θάνατος ἡμῶν οὐκέτι κυριεύει. Διὰ σοῦ ταῦτα πάντα, καὶ διὰ σὲ, καὶ ἐκ σοῦ. Σὺ γὰρ ἀφεῖλες πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· σὺ τὴν κτίσιν ἐνέπλησας παντοίας εὐεργεσίας· τὰ οὐράνια εὔφρανας· τὰ ἐπίγεια ἔσωσας· τὸ πλάσμα κατήλλαξας· ἐξιλάσω τὸν πλάστην· τοὺς ἀγγέλους ὑπέκλινας· τοὺς ἀνθρώπους ἀνύψωσας· τοῖς ἄνω, τοῖς κάτω[1] δι' ἑαυτῆς ἐμεσίτευσας· μετεσκεύασας ἄριστα τὸ πᾶν πρὸς τὸ βέλτιον. Πολλαὶ θυγατέρες, πολλαὶ καὶ μητέρες ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὄντως ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῆρας πάσας.

[1] Cod. Laur. hinc sermonem his paucis absolvit : τοῖς ἄνω, τοῖς κάτω σὺ ὑπάρχεις ὁ ἐξοικονομήσας τὴν ἑνότητα· καὶ διὰ σοῦ ἐγνώκαμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Benedicta sint promanantia ex te dona, quibus divites facti sumus; benedictæ sint tam multæ illæ gratiæ, quibus gloriose coronati sumus. Non amplius damnationi subjicimur primorum parentum; non amplius maledictioni et corruptioni sumus obnoxii; non amplius nostri dominatur mors. Per te, et propter te, et ex te ista omnia. Tu etenim lacrymas a facie terræ prorsus abstulisti : tu creaturas universas omnigenis cumulasti beneficiis; tu cœlestia exhilarasti; tu salvasti terrestria; creaturam reconciliasti; Creatorem propitium reddidisti; angelos humiliasti; homines exaltasti; superna inter et hæc infima per te ipsam intercessisti mediatrix [a]; et mirum in modum omnia in melius transmutasti. Multæ filiæ, multæ etiam matres fecerunt virtutem; tu autem vere vicisti et supergressa es universas [b].

[a] Cum aperte heic agatur de causa totius humani generis propria, communis autem omnium hominum causa sit nulla præter crimen ab Adam propagatum; extra causam ergo fuit beata Virgo; neque enim eodem crimine obstricta potuisset *per se mediatrix intercedere*.

[b] *Prov.* XXXI, 29.

XXXIV. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐπὶ πᾶσιν ὁ βραχὺς χαριστήριος, οὐ δ' ἱκέσιός τις· λαὸς ἡμεῖς σὸς, ὦ κυρία τῆς κτίσεως, σὸς ἐξαίρετος κλῆρος, σὴ μερὶς ἐκλεκτή· σοὶ γὰρ φέρων ἡμᾶς ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς ἔδωκε, πατρικὴν εἰκότως κληρονομίαν προσφιλεῖ μητρὶ χαρισάμενος. Σὺ καὶ σώζεις, καὶ σώζοις, τὴν καλὴν δωρεάν· μᾶλλον δὲ, τὸ ἀγχίστροφον, σώζοις, ὥσπερ καὶ σώζεις· τό τε κράτος ὡσαύτως κατὰ πάντων κρατύνουσα, καὶ ὁμοίως εἰς τέλος ἰθύνουσα τὸ πολίτευμα· τήν τε πόλιν τὴν σὴν, τὸ διὰ σὲ μέγα θαῦμα τοῦτο καὶ περιβόητον, ἣν ὡς βασιλὶς βασιλίδα συνέχεις καὶ περιέπεις· καὶ τὴν, ὅση ταύτης ὑπήκοος, τῇ μεγάλῃ χειρί σου κυβερνῶσα καὶ

XXXIV. Verum pauca hæc demum gratiarum potius actionis, quam supplicationis sint verba. Nos populus tuus, o totius mundi Domina; tua peculiaris hereditas; tua portio electa sumus. Tibi enim nos ille ultro dedit, qui ex te natus est, paternam dilectæ matri convenienter donans hæreditatem. Tu vero eximium donum servas, ac servare persistas; seu potius e converso, servare persistas, sicut et servas, et virtutem pariter contra adversantia omnia corroborans, atque itidem vitæ gressus usque in finem dirigens, et civitatem tuam, magnum hoc propter te et ubique celebre prodigium, quam uti Regina reginam tueris ac protegis, simulque universam, quæ ei subjicitur, ditionem[a] manu tua præcelsa gubernans ac prospere

[a] Non levem hæc possent injicere suspicionem, postremam hanc sermonis partem esse addititiam; Euchaitarum enim urbs, quam Johannes noster regebat, nuspiam nota fuit uti *prodigium magnum et ubique celebre*, nec multis opus est, ut suadeatur, hoc loco Constantinopolitanam prorsus urbem designari. Huic vero suspicioni magnam vim addere videtur Laurentianus codex, a quo ista omnia absunt. Verumtamen deficit hujus argumenti robur, si utriusque codicis rationem inspicias. Laurentianus enim profert homiliarium, in quo plures diversorum auctorum sermones ad usum cujuspiam Ecclesiæ collecti cernuntur; Vaticanus vero nihil exhibet, nisi collectionem opusculorum nostri Johannis, carmina scilicet, epistolas, et homilias. Manifestum est autem, suspicionem interpolationis facilius cadere in homiliarium

κατευθύνουσα· ἐν ἀκινδύνῳ τε μάλιστα τὰ κοινὰ καθιστῶσα κἂν ἀντίπαλόν τι προσβάλοι· κἂν ἑτέρως ἀβούλητον, αὐτὴ τὸν σὸν τρόπον, ὃν οἶδας, ὃν εἴωθας, μετιοῦσα τὸν κίνδυνον· καὶ τὸ διολισθοῦν ἀζημίως καὶ ἀβλαβῶς ἀποτρέπουσα· ἵν' οὕτως ἡμῖν πανταχόθεν τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὴν σὴν χάριν ἔχουσιν, ἐξῇ μεγαλύνειν σε καὶ δοξάζειν ἀεὶ τὴν τὸ γένος ἡμῶν ὑπερφυῶς μεγαλύνασαν· ὅτι σοι πᾶσα δόξα πρέπει καὶ τῷ σῷ τόκῳ σὺν Πατρί τε καὶ Πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

---

regens, atque ante omnia rempublicam in tuto constituens, et si quid adversum, si quid utcumque inopinatum impendeat, ipsa more tuo, quo scis, quo consuevisti, periculum solvens, et quidquid conturbet, sine damno et sine noxa avertens; ut sic nobis securam undique tranquillitatem gratia tui adeptis liceat, te, quæ genus nostrum tam admiranda ratione magnificasti, magnificare ac glorificare semper, quoniam tibi gloria omnis decet ac Filio tuo simul cum Patre ac Spiritu nunc et in secula. Amen.

cujuspiam Ecclesiæ, a quo ea amputantur, quæ minus ad rem faciunt, quam in codicem, in quo apposite cujuspiam Scriptoris opera simul collecta fuerint. Accedit quod, si fides habenda iis est, quæ ipsemet adnotata vidi a præclariss. viro *Angelo Majo*, Vaticanus codex ipsi Auctori coævus dicendus est: ex quo fit ut minus verisimilis interpolatio hujus videatur. Quod vero ad illa spectant, quæ homiliam in urbe regia, non autem in Euchaitarum oppido dictam suadent, genuina haberi possunt, si quis putet, Johannem hanc orationem non in Ecclesia sua, sed in Constantinopolitana urbe, cum forte ibi versaretur, habuisse. Et reipsa Johannem Constantinopoli esse moratum, et plurimum ibidem auctoritate valuisse, in Præfatione innuimus.

IN HOMILIAM

ISIDORI THESSALONICENSIS

MONITUM.

Peculiarem nobis difficultatem objicit iste Isidori sermo *in Deiparæ Dormitionem*. Jam enim alias Isidori opuscula laudavi tamquam opportunissima ad coarguenda nova opinionum portenta[1], quæ recentiores quidam græculi ceu genuinas veteris Ecclesiæ traditiones de prima beatæ Deiparæ origine venditare non dubitarunt. Atqui fac adeas tricesimam tertiam hujus sermonis paragraphum; et monstra illa, tantum non omnia, obvia habebis.

Verum hæc ejusmodi non esse, quæ deterrere me possent, quominus Isidori auctoritatem hisce neo-græcanicis opponerem, levi negotio patebit; neque enim adeo operosum est, qualemcumque hunc nodum dissolvere. Et quidem si hæc una demum quæstio vertatur, an pro illis Græcorum somniis potius quam pro communi Ecclesiæ catholicæ doctrina stet Isidori suffragium, paucissimis expediri res potest. Alibi enim advertimus[2], hunc

[1] Vid. *Præfat. ad Orat. Isidor. Thessalon. in Deiparæ Nativit.* § III seqq., hujus Syll. Part. I, pag. 199-205.

[2] In not. ad § XVI Sermonis ejusdem Isidori *in Nativit. Deiparæ;* conf. Part. I, pag. 242.

sermonem *in Dei Dormitionem* conscriptum habitumque prius ab Isidoro fuisse, quam alterum jam a nobis editum *in ejusdem Deiparæ Nativitatem*. Porro nemine diffitente vera ac genuina sententia Scriptoris illa censetur, quam posterius tradiderit, et qua, si quid forte aliter prius senserit et dixerit, hoc ipsum retractasse existimatur. Ergo cum in Sermone *de S. Deiparæ Nativitate* plura omnino eaque luculentissima occurrant, quæ et plane iis repugnant, quæ ex Sermone *in Dormitionem* objici possent, et primam sanctæ Virginis originem purissimam ab omni peccati nævo vindicant, nihil ambigendum est, absurdis neotericorum inventionibus Isidorum adversari.

Sed alia præterea dirimenda superest controversia. Nam certumne adeo dicendum est, ea, quæ nunc in homilia ista *in Deiparæ Dormitionem* legimus, reipsa Isidori calamo deberi, ut ea de re dubitare nullo modo liceat? Non ita sane visum est Hippolyto Marraccio, qui [1] particulam illam homiliæ ceu *fœtum illegitimum atque Isidoro dolose omnino suppositum* habendam nihil hæsitans affirmavit.

Neque vero hoc Marraccii judicium levibus nititur rationibus. Et in primis vix credibile videri debet, Isidorum Episcopum tam pugnantia, eaque in sermonibus ad eundem gregem suum habitis tradidisse, neque tamen vel unicum addidisse *verbum*, quo vel mutationem sententiæ excusaret, vel saltem a doctrinis alias traditis se discedere innueret. Nam non utcumque sed maxime et apertissime pugnantia esse tum ea quæ § XXXIII hujus *in Dormitionem B. V.* homiliæ, tum in § XIII homiliæ, quam dedimus, *in* ejusdem *Deiparæ Præsentationem*, ex collatione manifestissime patet : et in altera quidem beatam Deiparam originali labe inquinatam fuisse diserte affirmat, atque addit præterea necessario id factum fuisse; in altera vero sanctam Virginem peccato originali obnoxiam fuisse non modo negat diserte, sed etiam ut id eidem obtingeret, oportuisse contendit : ac rursus in altera allegans propheticam illam sententiam [2] :

[1] In n t. *ad Mariale Isidori* pag. 145.

[2] *Ps.* I, 7.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea, aperte infitiatur, fieri potuisse, ut illam Deipara evitaret; in altera vero, inter prærogativas de quibus Virgo Deipara cecinit[1], *Fecit mihi magna qui potens est*, hanc quoque adnumerandam dicit, quod ipsa sola de se potuerit affirmare : *In iniquitatibus concepta non fui, nec in peccatis concepit me mater mea.* Cum itaque tam manifeste alia aliis repugnent, inolita autem pietas, ardensque studium in colenda Deipara non sinant, ut plebs fidelium æquo animo et citra gravem turbationem e labiis pastoris sui audire ejusmodi pugnantia queat; profecto fidem prætergreditur, hæc Isidoro posse tribui.

Id ipsum et quidem jure quodam potiori de alia ejusdem homilia *in Deiparæ Nativitatem* dicendum est. Ut enim jam præmisimus, hæc habita post illam est, quæ sanctæ Virginis *Dormitionem* celebrat : idque post exiguum temporis intervallum evenisse, inde constat aperte, quod in posteriori ita prior homilia allegatur, ut auditorum animis obversari adhuc censeantur, quæ in prima illa dicta fuerant; hisque omnino consonat brevis dierum numerus, quo altera ab altera festivitas in græco quoque kalendario distat. At vero quæ suadent Deiparam beatissimam originali vitio nullatenus infectam fuisse, in posteriori homilia *de Deiparæ Nativitate* et plura omnino sunt et luculentissima, quemadmodum in notis ad eamdem homiliam sæpius animadvertimus. Dicendum ergo foret, non modo Isidorum brevi illo dierum spatio sententiam mutasse, sed oppositam statim doctrinam prædicasse, et quidem eidem illi plebi, quæ paulo ante contraria ab ipso audierat, atque insuper non dubitasse præcedentem homiliam allegare, neque tamen innuisse ulla ratione, a priori, quam paucos ante dies ipsis fidelibus tradiderat, se doctrina recedere. Hæc autem quis non videat, incredibilia prorsus esse?

Addendum et illud, in priori ista *de Deiparæ Dormitione* homilia ea principia statui, easque proponi doctrinas, e quibus in posteriori *de Deiparæ Nativitate* summam illam beatæ Virgini

[1] *Luc.* I, 49.

puritatem vindicat, quæ corruptionem quamlibet tum ab actuali tum ab originali peccato profectam nesciat. Quis autem non videt, instar portenti habendum esse, quod in eadem homilia Isidorus eam doctrinam protulerit, quæ ipso auctore ex principiis ibidem statutis impugnabatur?

Sed et inspectio illius paragraphi hoc idem persuadet. Et sane numquid, si genuina habenda sit ea pars homiliæ, de hoc solummodo ageretur, an Isidorus aliquando sensisset, B. Virginem in exsistendi initio peccati labe non caruisse? Atqui Isidoro insuper tribuenda foret doctrina (et quidem quam populo proposuisset per solemnem concionem), quæ Virginem Deiparam non conceptam modo, sed et natam in peccato affirmat; sed Isidorus præterea auctor fuisset, eamdem Deiparam multum deinde operæ contulisse, ut illam labem a se detergeret, plurimaque purgatione abs se abraderet, quasi scilicet Virgo diu hanc luem pertulerit, originalis autem maculæ natura ea sit, ut paulatim purgari queat. Quæ quidem opinionum monstra quam longe abhorreant tum a perspectis ejusdem Isidori doctrinis, tum ab ejusdem ingenio et eruditione, tum a communi Ecclesiæ græcæ sensu, satis manifestum est.

Ipsa denique digressionis illius ratio facile se addititiam prodit; adeo nempe frigida ea est, adeo inopportunum ibi locum habet. Adde absurda illa et puerilia de palma, cujus summitatis eadem sit mensura, sive cum e solo enascens vix dum dactylum satum effert, sive cum adultam in arborem excreverit; adde quæ omnino abs re disputat de monachis tum stromata e ramis palmarum texentibus, tum e fructu palmæ victitantibus; et haud ægre fateberis, ineptam hanc appendiculam indocto potius cuipiam mouacho, quam doctissimo Isidoro archiepiscopo tribuendam esse. Hac autem unice de causa retinendam eam particulam esse censui, ut quæ de ipsa decernenda mihi visa sunt, suismet lector oculis inspicere queat.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΝΣΕΠΤΟΝ ΚΟΙΜΗΣΙΝ ΤΗΣ ΠΑΝΑΧΡΑΝΤΟΥ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

I. Εἰ δὲ οὐρανοῦ κάλλος, καὶ αὐγὴν ἡλίου φαιδρὰν, οὔτ' ἐσίγησεν ἑωρακὼς, καὶ θαυμάσας οὐχ ἱκανὸν ἀπέδωκε τῇ μεγαλουργίᾳ τὸν κρότον, καὶ διὰ τοῦτο, ἕως ἂν ὁρᾷ, καὶ ἄκων ἐκφέρει[1] τὸ θαῦμα· πῶς ἂν τῇ πολυϋμνήτῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἑκάστοτε

[1] p. m. ἐνφέρει.

ISIDORI

SANCTISSIMI ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

IN SUMME VENERANDAM DORMITIONEM

IMMACULATISSIMÆ DOMINÆ NOSTRÆ DEI GENITRICIS ET SEMPER VIRGINIS

SERMO.

I. Si quisquis pulchritudinem cœli, et fulgidum solis jubar contemplatur, etsi, dum stupore percellitur, haud pares magnificentiæ operis laudes persolvat, continere tamen linguam non solet, atque ideo quamdiu ea contueatur, miraculum vel invitus extollit; quomodo non æquum fuerit, omni laude dignissimæ

πλέκειν δίκαιον εἴη τὸν ὕμνον, εἰ καί τις πολλάκις τοῦ τοιοῦδε χρέους ἐκτιννὺς ἔφθασε κέρματα; Εἰ γὰρ ὅτι φωτὸς μὲν ἥλιός ἐστι χορηγός, οὐ φαῦλον δὲ δυνάμεως ὄργανον ζωογόνου, οὐρανὸς δὲ τῇ τῶν ἀστέρων λαμπρὸς ποικιλίᾳ, καὶ τῷ μεγέθει εἴκοντα πάντα τιθεὶς ἑαυτῷ, διὰ ταῦτα τὸν ἔπαινον ἕλκουσιν· ἢ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄσβεστον φῶς ἀνατέλλει τοῖς πέρασι, ζωῆς τε τῆς ἀλήκτου δίσκος δέδεικται φαεινότατος, οὐρανοῦ δὲ καὶ ὥραν ἡττᾶσθαι ποιεῖ καὶ μέγεθος, ὅτι καὶ ἐραστὴν ἔσχε, καὶ παντὶ τὸν ἀχώρητον ἐχώρησε, τίνα ἂν εὐφημίαν οὐκ ἀεὶ καλέσει[1] παρ' ἑαυτῇ;

II. Εἰ δὲ τὸ ἐπαινεῖν ἐκεῖνα, Θεῷ προσάγει τὸν κήρυκα· Θεοῦ

[1] Cod. καλέσαι.

Dei Matri indesinenter hymnos nectere, utut jam sæpius hujusmodi debitum aliqua ex particula solvere quispiam studuerit? Nam si sol, propterea quod lucem suppeditat, ac genitalis virtutis fœcundum est instrumentum, cœlum vero, quia vario ac multiplici nitet stellarum decore, ac reliqua omnia magnitudine longe superat, suam idcirco laudem habent; ad quænam enimvero sui præconia in omne tempus illa non provocabit, quæ ad extremos usque terræ fines veram et exstingui nesciam lucem emittit, ac sol splendidissimus[a] indeficientem vitam tribuens, apparuit, ac cœlos denique tum venustate vincit tum amplitudine[b], postquam et ad amorem sui pellexit, et in se continuit eum, qui nullibi contineri potest?

II. Quodsi laus illis tributa laudatorem ipsum ad Deum erigit;

[a] Vide sanctæ Virgini tributam eam laudem, quæ proprie soli Christo reservari solet, ut sub splendidissimi solis symbolo designetur.

[b] Cœlos vicisse dicitur Maria non solum amplitudine, quippe quæ sinu suo inclusum gestavit eum quem (III *Reg.* VII, 27) *cœlum et cœli cœlorum capere non possunt*, verum etiam venustate. Id vero haud levis est momenti; quandoquidem ex omnium sententia ea haberi ac dici solet cœli venustas, quæ numquam per se non sit nitentissima, et cuivis corruptioni inaccessa.

γὰρ δόξαν καὶ οὐρανὸς φιλοσοφεῖ, αὕτη δὲ ἡ δόξα πρὸς Θεὸν ἀνάγει τὸν ἐπαινέτην· ὅταν οὐκ ἄν τις ἑτέρου μᾶλλον οὐδενὸς, ἢ διὰ τῆς παναχράντου Θεῷ συναφθείη, ἧς οὔτε παραπλήσιον, οὔτ' οὐδὲν τῶν ἁπάντων Θεῷ πλησιέστερον, σχολῇ γ' ἂν εὖ φρονῶν, καὶ προσλαλεῖν καὶ προσκεῖσθαι, καὶ κοσμεῖν ἐγκωμίοις, ἄλλο πρότερον ἡγήσαιτο τῆς παναγνου. Καθάπερ τοίνυν ἀνύστακτος ἀγγέλοις δόξα μελῳδεῖται Θεῷ, ὅτι καὶ κρεῖττον ἢ ἡμεῖς διὰ τὸ τοῦ χοὸς ἄμικτον, ἐκείνῳ τὸ ἐρφερὲς σώζουσιν· οὕτω δήπουθεν τὴν μετὰ Θεὸν πρώτην, δι' ἧς ἡμῖν ἀφθόνως τῆς τοῦ Θεοῦ τυχεῖν ἐξεγένετο

---

nam cœli quoque Dei gloriam edocent[a], et hæc gloria collaudantem adducit ad Deum; profecto cum nulla alia re magis, quam intemeratissimæ hujus ope conjungi Deo quispiam possit; hac quippe nihil ex omnibus Deo similius[b], nihil vicinius Deo reperire licet; næ minus sapienter ille ageret, qui aliud quidpiam, prius quam hanc immaculatissimam, et alloquendum, et colendum, et encomiis exornandum arbitraretur. Sicut ergo Angeli, quandoquidem expressiorem ac nos cum Deo similitudinem, utpote materiæ expertes[c], gerunt, non intermissa illi laudis cantica modulantur; pari profecto ratione et nos eam, quam alteram a Deo suspicimus[d], et per quam fortunate nobis

[a] *Ps.* XVIII, 1.

[b] Ut probe assequaris, quid sibi velit hæc Virginis cum Deo similitudo, fac ea relegas, quæ ex ejusdem Isidori *Homilia in Nativitatem Virginis* (§ XVII, Part. I, pag. 244) subjecisse heic juverit : *Quod vero,* inquit, *pertinet ad hanc ab omni peccato immunitatem, nemo magis quam innocentissima illa* (S. Virgo Maria) *similitudinem cum Christo gessit; oportebat enim, ut plus quam alius quilibet, genito genitrix assimilaretur. Merito igitur eadem illa innocentissima quibuslibet hominibus, quantum nec fari licet, purior prædicatur; ac proinde sola inter homines fuit plane incorrupta.*

[c] Interre et ex his licet, Græcos per Isidori ætatem nihil detulisse opinioni illi quorumdam veterum, qui a communi sententia de natura Angelorum plane materiæ experte discessisse videntur.

[d] Communissimam heic habes expressam SS. Patrum sententiam, Virginem Deiparam in universis creaturis, post Deum, primatum obtinere.

φιλανθρωπίας, διότι καὶ ταύτη κατάλληλα τὰ ἡμέτερα, ἀσίγητ' ἐξυμνεῖν, εἰ οἷόν τε, καὶ πανηγυρίζειν ὀφείλεται.

Πολλῶν δὲ ὄντων καὶ μεγάλων, ὅθεν ἄν τις διαυγασθείη, καὶ νοῦν καὶ γλῶσσαν περὶ αὐτῆς διυπνίζων, κομιδῇ μέγιστον, καὶ ἀπὸ τῶν γηΐνων πρὸς οὐρανόν τε καὶ θεῖα φέρον τὸν ὑμνητὴν, καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν τῆς παρθένου μετάστασις, δι' ἣν ἡ παροῦσα πανήγυρις. Καθάπερ γὰρ τὰ κατὰ τὴν πανύμνητον ἅπαντα, ἡ πρόο-

---

uberem Dei benignitatem experiri contigit, quoniam communis insuper cum illa nobis est natura, incessantibus, si fieri possit, hymnis extollere ac celebrare debemus.

Porro cum multa sint et magna, e quibus mutuari quispiam lucem possit, dum ad collaudandam Virginem et mentem et linguam excitat, maximum sane, et laudatorem ipsum ad cœlos ac divina e terrenis erigens, est etiam Virginis ad Deum transitus, ad quem celebrandum solemnis hic conventus agitur. Sicut enim omnia, quæ ad laudatissimam hanc spectant[a], ejus

[a] Perpende vim sententiæ, *omnia* nempe quæ ad Virginem gloriosam pertinent ejusmodi esse, ut quamlibet humanam laudem nobilitate sua vincant. Erit enim fortasse, cui videbimur nimium quid nobis præsumere, si ex eo effato originem quoque Virginis Deiparæ nobilissimam fuisse concludamus; quasi hoc perinde sit, ac plus æquo Auctorum verba urgere, illasque eisdem sententias affingere, de quibus ne cogitaverint quidem. Atqui mox sequentia ostendunt, Isidorum inter admiranda illa etiam primordia sanctæ Virginis diserte enumerasse. Et si ulterius quæras quidnam mirandum in primordiis Virginis Isidoro visum fuerit, ipsum adi in *Homilia de Præsentatione Deiparæ*, atque ipso proclamante audies (§ XIII, part. I, pag. 444-445), inter magnalia illa, pro quibus gratiarum canticum Virgo beata Deo obtulit, et hoc esse enumerandum, quod affirmare de se ipsa potuerit : *In iniquitatibus concepta non fui. . . . . Solam non concepit in peccatis me mater mea.* Quod ergo spectat ad interpretandas generaliores quasdam SS. Patrum sententias, quæ diserte non exprimunt originem Virginis a peccato immunem, aptissime tamen generalitate sua eamdem prærogativam comprehendunt, non ii reprehendendi sunt, qui nativæ sententiarum vi adhærentes, expresse ea consectaria eliciunt, quæ virtualiter in iis continentur, sed illi citius dicendi sunt peccare, qui obvium sententiarum sensum, nativamque amplitudinem ad lubitum coarctare fas sibi ducunt.

δος ἡ εἰς ἀνθρώπους, ἡ ἐν τοῖς ἀβάτοις τοῦ σεβασμίου τόπου ξένη διατριβή, ἡ οὐκ ἐξ ὧν φύει χοῦς, ἀλλ' οὐρανὸς, χορηγηθεῖσα τροφὴ, ὁ τοῦ θείου Γαβριὴλ ὑπερφυὴς ἀσπασμὸς, ὁ καινὸς καὶ ἀπόῤῥητος τόκος, ἡ τοῦ γάλακτος παράδοξος βλύσις, καὶ τἄλλα, ὧν τὰ μὲν ᾄδεται περιφανῶς, ἅτε δὴ καὶ θαύματος πέρα, ἔστι δὲ ἃ καὶ ἀκήρυκτα μένει, ὡς ἥττω τῶν παρ' αὐτῆς ὑψηλῶν, εἰ καὶ μείζω τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς ἐκεῖνα τοίνυν τοιαῦτα, οἷα λόγον ἐλέγξαι πάντα, κἂν εἰς αἰθέρα καὶ ὑπὲρ οὐρανοὺς ῥητορεύῃ, τὸν ἴσον ἄρα τρόπον, καὶ ἡ λαμπρὰ κοίμησις τῆς θεοδόχου κόρης, ὑπερφυέσι καὶ σεμναῖς συνδέδεται θεουργίαις.

III. Ἀλλ' ἵνα τι μικρὸν ὁ λόγος προθεωρήσῃ, ἡ πάναγνος ἐπείπερ εἰς βίον ἦκεν, ἵνα τὸ παράδοξον ἐκεῖνο διαπλέξῃ τεράστιον, τό γε τὴν δουλικὴν τῷ δεσπότῃ περιθεῖναι μορφὴν, καὶ εἰς ἑνωτικωτάτην καὶ ὑπὲρ λόγον εὔνοιαν τὸν πλάστην συνάψαι τοῖς πρὶν

---

nempe inter homines ortus, admiranda in augusti templi recessibus commoratio, alimentum non e terræ fructibus sed e cœli penore suppeditatum, mirifica divini nuntii Gabrielis salutatio, novus atque ineffabilis partus, lac præter leges naturæ manans, et cetera alia, quæ partim quidem, utpote quæ vel omne excedant miraculum, splendidissime celebrantur, partim vero incelebrata etiam manent, quippe quæ etsi aliorum hominum eximia quæque longe prætergrediantur, præcelsioribus tamen ejusdem magnalibus vincuntur; sicut ergo illa omnia ejusmodi sunt, ut quovis altiora sint sermone, utut ad æthera hic sublimitate sua ac super cœlos discurrere videatur; eodem plane modo et splendida Virginis Dei genitricis dormitio excellentissimis magnificisque Dei operibus conserta reperitur.

III. Verum ut enarrando mysterio nonnulla sermo præmittat, quandoquidem purissima illa ideo edita in hanc vitam fuerat, ut stupendum illud prodigium contexeret, videlicet ut Dominum servili forma vestiret, arctissimoque et ineffabili benevolentiæ vinculo creatorem cum hominibus jam olim proscriptis et

ἀποκρύκτοις καὶ πολεμίοις ἀνθρώποις, ἑαυτὴν ἐξεικόνιζε, καὶ σαφῶς διεμόρφου, οἷά τις ἀγαθὸς ζωγράφος, πρὸς τὴν τοῦ δημιουργοῦ καὶ υἱοῦ αὐτῆς εἰκόνα ὁρῶσα. Ὥσπερ γὰρ ὁ κτίστης, τὸν χοϊκὸν ἀναβαλλόμενος παρ' αὐτῆς χιτῶνα, ταπεινὰ καὶ τοῦ χοὸς ἄξια εἰς γῆν ἐνεδείξατο· καὶ τέκτονος γὰρ ἤκουσεν υἱὸς, καὶ λαμπρὰν οὔτ' ὠκείωσεν οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ ἀλωπέκων πενέστερος [1], ποῦ κλίναι οὐκ εἶχε τὴν κεφαλὴν, καὶ παῖδα πρὸς ὑπουργίαν οὔτ' ἐπρίατο, αὐτός τε ἦν ἐξυπηρετῶν τῇ μητρὶ, καὶ πάντα ποιῶν, ὧν ὀλιγωρεῖν οὐκ ἐᾷ τὸ φίλτρον φιλοστόργως τοκεῦσιν ὑποτασσόμενον, καὶ πένησι πένητα, πτωχὸς γάρ εἰμι ἐγὼ, καὶ ἐν κόποις ἐκ νεοτη-

[1] Cod. πενέστερον.

---

etiamnum inimicis devinciret[a]; in imaginem intuens creatoris ac filii sui, veluti egregius quidam sculptor, ad illud sese exemplar effingere, eamque in se formam exprimere diligenter satagebat. Et sane quemadmodum Creator, terrenam ex ipsa tunicam indutus, humilia terrenæque conditioni consentanea in terris non abnuit; nam et *fabri filius* audiit[b], domumque haud splendidam incoluit; quin etiam vulpibus pauperior non habebat, ubi reclinaret caput[c]; neque servulum sibi ad ministerium comparavit; sed e converso ipse matri ministerium exhibebat, eaque omnia præstabat, quæ negligi non sinit illa pietas, quæ ad obsequendum per ferventissimum amorem parentibus, iisque insuper pauperibus filium pauperem solet impellere:

[a] Si Maria Deum inter et humanum genus Deo ipsi inimicum ac damnatum mediatrix intercessit, ut hoc illi reconciliaret, distans igitur ab inimicis et Deo accepta exhibetur, et quidem ad hoc *exorta* dicitur. Atqui damnatio et inimicitia, quæ universum genus hominum involvat, nulla est alia, quam quæ a primævo Adæ lapsu duxit originem. Virgo igitur ab hæreditaria hac miseria distans aperte præsumitur.

[b] *Matth.* XIII, 55 : *Nonne hic est fabri filius?*

[c] *Luc.* IX, 58 : *Vulpes foveas habent... Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.*

τός μου· οὕτω καὶ ἡ ἱερὰ μητροπάρθενος, τῶν ἴσων ἰχνῶν ἐχομένη, ὄγκον τε ἠγάπησεν οὐδένα, μήτε παιδίσκας, μήτε θεραπείαν ἥντινα οὖν δεσποινικῶς ἑαυτῇ παραστήσασα, καὶ βίον εἵλκεν εὐτελῆ διαζῶσα· ἑαυτῇ μὲν οἴκοι μόνῃ χρωμένη ἑαυτῆς διακόνῳ· ἧς δὲ ἔξωθεν ἐδεῖτο παραμυθίας, χορηγῷ τῷ πάντ' ἀρίστῳ καὶ ὑπὲρ πάντας μαθητῇ φιληθέντι, Ἰωάννῃ τῷ παρθένῳ, ὃν, καθάπερ τῆς πανάγνου, καὶ χαρίτων μὲν ἕνεκα ἄλλων, οὐδενὸς δ' ἧττον καὶ τοῦ κάλλους τῆς παρθενίας, υἱὸν ὁ πλάστης ἑαυτὸν ἐκαινούργησεν, οὕτω διὰ τὸ ταὐτὸν τῆς ἁγνείας, υἱὸν ὑπέθετο τῇ παρθένῳ.

IV. Ἔζη τοίνυν, τὸν νοῦν περιφέρουσα, ἡ τῶν οὐρανῶν ὑψηλοτέρα, μᾶλλον δὲ, ἧς ἧττω μηδὲ μικρῷ μέτρῳ τὰ Σεραφὶμ, πόῤῥω φαντασίας καὶ δόξης ἁπάσης κενῆς, λιτῇ καὶ πενιχρᾷ χαίρουσα διαίτῃ. Καθάπερ γὰρ αὐτῇ πρὶν ἂν ἐκεῖνα ἐπιστῇ τὰ μεγαλεῖα τοῦ

---

pauper enim, inquit[a], *sum ego, et in laboribus a juventute mea;* ita et augusta illa mater virgo iisdem insistens vestigiis, neque ullum adamavit fastum, neque ancillas, nec aliquem utcumque famulatum sibi more dominarum adscivit; sed pauperem constanter vitam trahebat, semetipsa sola sibi famula utens domi; in iis vero, quæ extrinsecus ad usum quempiam sibi opus essent, operam adhibens optimi illius ac præ omnibus dilecti discipuli, Johannis inquam virginis, quem Virgini filium propter castitatis prærogativam Creator suffecerat, plane eadem scilicet ratione ac ipse cum ob alias quidem eximias dotes tum nihilo minus ob virginitatis nitorem semet purissimæ illius filium novo portento effecerat.

IV. Sic igitur quæ cœlis ipsis sublimior, seu melius dixerim, quæ longe Seraphim præcellebat, alienum ab omni ostentatione et quavis inani gloria servans animum ac simplici tenuique gaudens vitæ ratione, dies suos agebat. Quemadmodum enim antequam *magnalia illa potentis*[b] in eam conferrentur, prius-

[a] *Ps.* LXXXVII, 16.
[b] *Luc.* I, 19.

ὀυνατοῦ, καὶ Γαβριὴλ τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν κομίσῃ πρόσφθεγμα, οὐδέν τι τῶν γηΐνων ἢ λαμπρὸν ἐδόκει, ἢ πρὸς ἑαυτὸ μεταστῆσαι τὴν μακαρίαν ἴσχυσεν, ἀλλ' ἦν μὲν ἁπάντων ὑπερορῶσα, οὐράνια δὲ αὐτῆς κατεκράτει μόνα, καὶ Θεοῦ θερμότατος ἔρως, ᾧ καὶ ὑπὲρ λόγον ἥνωται· οὕτω καὶ μετὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον τεκεῖν, καὶ τὸ γένος εἰς οὐράνιον δόξαν ἀνενεγκεῖν, ἐκεῖ τε τὸν αὐτῆς υἱὸν καὶ Θεὸν ἀνελθεῖν, οἳ μηδαμῶς πώποτε κεχώρισται, τῶν κάτω κρειττων ἐτύγχανε πάντων, καὶ τῶν λυομένων οὐδὲν, ἐφ' οἷς ἄνθρωποι μέγα φρονοῦσι, φίλου τρόπῳ τῇ παρθένῳ παρέστη.

Μάλιστα δὲ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, καὶ μετὰ τὸ παθεῖν τὴν ὑπερφυᾶ [1] καὶ ἄῤῥητον χάριν ἐκείνην, ἥδε, ὅτι Θεὸν ἤνεγκεν, ἐπὶ μέγα ἂν καὶ τοῦ προτέρου μεῖζον ἤρετο πόθου ἡ τῆς πανάγνου πρὸς ὑψηλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐραστικωτάτη φλόξ. Καὶ ἵν' εἰκὼν μικρὰ χοϊκόθεν βεβαιώσῃ τὸν λόγον, καθάπερ τις μονογενοῦς μήτηρ, οὐκ ἂν

[1] Ita cod. constanter pro ὑπερφυῆ.

---

quam scilicet magnum illud ac præcelsum nuntium Gabriel ipsi deferret, nihil in terrenis vel splendidum illi videbatur, vel beatam illam valebat ad se convertere, sed cuncta hæc plane despiciebat, soloque cœlestium rerum affectu, ardentissimoque Dei amore, cui et ineffabiliter conjuncta erat, tenebatur; sic et postquam Deum Verbum genuit, et ad cœlestem gloriam humanum genus evexit, ac filius ejus ac Deus eo reversus est, unde nullatenus aliquando discesserat, infima hæc omnia aspernabatur, et nihil e caducis rebus, de quibus tantopere superbiunt homines, amore ullo vel exiguo dignum Virgini apparebat.

Maxime vero, ut ego sane arbitror, postquam præcelsissimam illam atque ineffabilem gratiam sortita est, ut scilicet Deum sinu suo gestaret, vehementer ac multo magis quam prius, purissimæ illius vota flagrantissimi amoris igne ad superna et ad Deum ferebantur. Atque, ut tenuis e terrenis imago præsentem rem uberius confirmet, quemadmodum unigeniti filii mater

ἴσον σώσειε φίλτρον περὶ τὸν παῖδα, καὶ ὅτε τοῦτον εἶδε, καὶ ὅτ' ἠτεῖτο πρὸ τοῦ τυχεῖν, εἰ καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀκοῦσαι μήτηρ ἐπόθει, πάντη που γὰρ δῆλον, ὅτι τὸ φανὲν καὶ εἰς πεῖραν ἧκον ἡδύ, τοῦ μήπω τοῦτο γεγονότος, ἐρασμιώτερον· οὕτω δὴ καὶ μεθ' ὑπεροχῆς ὅτι πλείστης, καὶ περὶ τῆς πανάγνου λογίζεσθαι χρή. Εἰ γὰρ ταῦτα ὁ πηλὸς ἰσχύει, τί ἂν εἴποις ἐπὶ τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ θείας οἰκονομίας; Ἔτι δὲ, καθάπερ ὁ τὸ θεῖον ποθῶν λουτρὸν, μετὰ τὸ τυχεῖν, διαυγέστερος ἂν εἴη καὶ θερμότερος ἐκ τῆς τελετῆς πρὸς ἔρωτα θεῖον· τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ ἐκείνων ἄν τις ψηφίσαιτο.

V. Ὅτε δὲ καὶ πρὸς τούτοις τῆς ἱερᾶς ἀπέστη μητρὸς ὁ θεῖος οὕτω καὶ φιλούμενος παῖς, πῶς ἂν οἴει διακεῖσθαι τὴν τοιαύτην μητέρα; Οὐδ' ἂν εἷς τῶν ἁπάντων, οὐδεὶς ἐξειπεῖν ἢ ἐννοεῖν ἔχοι, οἷον ἐκείνῃ τὸ φίλτρον, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, πρὸς αὐ-

---

quæpiam haud parem in prolem affectum experitur, sive cum hanc jam oculis suis cernit, sive cum votis eam, antequam consequeretur, expetebat, utut mater audire cupidissime optaret; prorsus enim manifestum est, multo amabiliorem esse sobolem, cum jam in lucem venit et experimento suavis facta est, quam cum nondum nata fuerat; idipsum profecto ac summa cum præcellentia etiam de purissima illa existimandum est. Si enim terrenus hæc amor efficit, quid enimvero de sublimi illa ac divina œconomia dicendum? Ac rursus quemadmodum qui divinum exoptat lavacrum, postquam illud assecutus est, lucidior sane fuerit, et e suscepto mysterio ad Dei amorem ferventior; pari modo et de his decernere æquum fuerit.

V. Quando vero his et illud accessit, ut divinus ille tamque dilectus filius a veneranda genitrice longe abesset, quo tandem sensu ejusmodi matrem affectam putas? Nemo prorsus ex hominibus, nemo, inquam, aut enarrare verbis, aut excogitare mente quiverit, quanta post Salvatoris in cœlos ascensionem

τόν τε, καὶ ἅπερ αὐτὸς ἐφίλει. Ἀλλ' ἐπεὶ πρὸ τοῦ παραδόξου τόκου, εὗρες χάριν, ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀρχιστρατήγου, τῆς θεοπρεποῦς ἀγάπης δηλαδὴ καὶ ἀρετῆς, τὴν τοῦ καινοῦ τόκου ἀντίδοσιν· ἔδει λοιπὸν καὶ λαμπρᾶς ἔπειτα ἄλλης ἀπολαῦσαι χάριτος τῇ παναγνῳ, πρὸς θείαν ἀγάπην, ἥπερ[1] εἴρηται, φιλοσόφωτερόν τε καὶ ἐνθεώτερον ἀναβεβηκυίᾳ. Τοῦτο δὲ οὐ γέγονε· τὸ δὲ αἴτιον, ὡς ἥκιστά γε τῶν ἁπάντων οὐδέν, οὗ τετύχηκεν, εὑρεῖν οἷόν τε ἦν ὑψηλότερον ἐν τῷδε τῷ βίῳ· ὥστε ἐπεὶ λαμπρότερον, ὡς ἐνῆν ἐνταῦθα, λόγος οὐδεὶς συγχωρεῖ, λείπεται ἄρα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐκδημίαν, τρανότερον ὑπὲρ ὃ καὶ λογίζεσθαι ἔξεστι, τῶν χαρίτων ἄνω καὶ λαμπηδόνων τοῦ ταύτης υἱοῦ κατατρυφᾶν καὶ Θεοῦ. Ὅτι καὶ ὁ Σωτὴρ καινῆς τινος ἐν τῇ πατρικῇ βασιλείᾳ κοινωνῆσαι τοῖς μαθηταῖς ἐπηγγείλατο πόσεως, τὴν φανερωτέραν ἐκεῖθεν τῆς πρὸς

[1] Cod. ἥπερ.

---

amoris ejus vis fuerit tum in hunc ipsum, tum in ea quæ filius ipse diligeret. Quoniam vero ante admirandum partum suum a cœlesti illo principe audire illud meruerat[a], *invenisti gratiam*, amoris scilicet Deo digni ac virtutis, ceu novi illius partus remunerationem; oportebat de cetero, ut purissima illa, quæ, prouti dictum est, ad Dei amorem sublimiorem divinioremque conscenderat, alio quoque eoque splendido deinde munere ditaretur. Id autem factum non fuerat; et ratio in promptu est, quia nempe in hac vita nihil omnino reperire erat præcelsius eo, quod jam fuerat assecuta. Itaque cum nihil, quantum fas heic esset, excellentius ratio suppeditaret, supererat omnino, ut cum cœlos conscenderet, clarius, quam cogitare liceat, supernis gratiis, suique filii ac Dei splendoribus frueretur. Quandoquidem etiam Salvator novum quemdam potum in paterno regno communem cum discipulis suis se habiturum promisit[b], novi potus nomine, ut arbitror, significans expressiorem inde gustum

[a] *Luc.* I, 30.
[b] *Marc.* XIV, 25, *Luc.* XXII, 30.

Θεὸν ἐνώσεως γεῦσιν, καινὴν, οἶμαι, πόσιν διασημαίνων, ἧς τῶν δικαίων πινόντων, χαίρει Θεός· καὶ τοῦτ' αὐτὸ, τὴν χαρὰν, πόσιν ἡγεῖται Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο συμπίνειν ἀνωμολογεῖτο τοῖς κήρυξι. Καὶ εἴγε μὴ καρπὸς καὶ οὗτος ἐταμιεύετο, ὅτι καὶ τὸ πρὶν ὑπερβάλλεσθαι πρὸς Θεὸν εἶχε φίλτρον, καὶ ἔτι μετὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης σαρκὸς, ἵν' ἀμοιβῶν ἀῤῥήτων ἄνω ἐμφορηθῇ, ἔτι δὲ καὶ ἄλλοις ἐνταῦθα παρασχεῖν ὄνησιν, ἀπαίρων ἂν ὁ μονογενὴς αὐτῆς υἱὸς συνανελάμβανεν, οἶμαι, καὶ τὴν μητέρα πρὸς ὕψος.

Ὅτι δὲ, καθὰ προέφημεν, διὰ τὸν περὶ τὰ θεῖα πόθον, εὐτελῆ καὶ ἀφιλότιμον ἂν εἵλκε βίον ἡ πάναγνος, κατανοεῖν ἔξεστι καὶ ὧδε. Ὡς εἰ καὶ μὴ τηλικαύτη γε οἴκοθεν ἐτύγχανεν οὖσα, ὡς ἄρ' ἐδείχθη, τὸ πᾶν ὑπερβᾶσα γένος τῇ τῶν ἀστάτων ὑπεροψίᾳ· ἀλλ' ὅτι τοῦτον ἔτεκεν, οὗ τὸν τῆς ἰσχύος ἤδει μὲν σαφῶς θησαυρὸν, τὸ λιτὸν δὲ οὐκ ἠγνόει τοῦ βίου, καὶ ὅπως ἐξὸν διακονηθῆναι, δια-

---

conjunctionis cum Deo, quo potu dum fruuntur justi, gaudet Deus, et hoc ipsum, nempe gaudium, ceu potum Deus habet, ac propterea se cum Evangelii præconibus bibiturum profitebatur. Et quoniam amor in Deum, quo pridem ardebat, etiamnum, dum sancta illa carne detinebatur, ingens sumere incrementum poterat, ut ineffabilibus præmiis cœlestibus abunde ditari deberet, insuper vero aliis quoque heic afferre poterat utilitatem; jam nisi fructus, isque tantus, reconditus fuisset, matrem quoque, ut arbitror, unigenitus ejus filius, cum discederet, in cœlum secum sustulisset.

Quod autem, sicut præmisimus, propter divinarum rerum desiderium pauperem et ab omni ostentatione alienam purissima illa vitam duceret, vel ex hoc perspicere licet. Quanquam enim suopte ingenio ac sponte hunc animum non gessisset, cujusmodi ostensum palam est ei affuisse, ut in rerum labilium contemptu cunctos plane antecelleret; at vero quoniam illum genuerat, cujus hinc quidem immensam potentiam probe noverat, inde vero humilem non ignorabat vitæ rationem, et quo pacto,

κονῆσαι εἵλετο, τὴν ἐσχάτην τε ἔχειν τάξιν, τοὺς τῶν πρωτείων ἐφιεμένους ἐδίδασκε, πῶς ἂν ἀπάδοντα τῷ ταπεινῷ διεπράξατο δεσπότῃ; Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀεὶ τά τε σεμνὰ καὶ ὧν ὑπέρτερον οὐδέν, ἐφίλει· καὶ τῶν ῥεόντων ὑπερορᾷν ἥρεῖτο, καὶ ταπεινῶς ἄγαν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀόγκως βιοῦν.

VI. Οὕτω δὲ εἰςγῆν αἱ θεοβατούσῃ τῇ μακαρίᾳ, ἄγγελος ὑψηλοτάτην ἄνοδον μηνύει. Περὶ οὗ λόγος, ὡς Γαβριὴλ ἦν ὁ θεῖος, ὃς δὴ καὶ τάδε προσεῖπεν· Ὁ κτίστης τῶν ἁπάντων, καὶ Θεοῦ Θεὸς λόγος, καὶ υἱὸς σὸς, καλεῖ σε, παρθένε, παρ' ἑαυτῷ· καὶ εἰς τρίτην μετὰ τὴν ἐμὴν, ὦ πανύμνητε, ἀγγελίαν, ὁ ὑψηλὸς ὑποδέξεσθαί σε διηυτρέπισται χῶρος· χαρᾶς δὲ πλῆρες καὶ τὸ εὐαγγέλιον τουτὶ, πάναγνε, καὶ τοῦ πρίν σοι τὸν ἀσπασμὸν ἐκεῖνον μηνύσαντος, εἰς τέρψιν ἐνδέον οὐδέν. Καθάπερ γὰρ εὐφροσύνης ἦν ἐκεῖνο

---

cum ministris uti ei liceret, ministrare tamen maluit[a], ac præceperat, ut novissimum locum tenerent, qui primi esse vellent[b]; quomodo vivendi rationem ab humili Domino dissonam sectata unquam fuisset? His itaque de causis hanc ipsam, honore sane dignam et qua excellentius est nihil, numquam non dilexit; et caducarum rerum contemptum, uti dictum est, vitamque valde humilem et tumoris expertem sibi elegit.

VI. Cum porro beata illa cœlestem ejusmodi vitam in terra degeret, de ascensu ejus ad superna Angelus illi nuntium defert. Et hunc quidem traditio perhibet divinum fuisse Gabrielem, qui his prorsus verbis eam affatus est : Rerum omnium creator, Dei Verbum Deus, et filius tuus, te, o Virgo, ad se vocat; paratusque sublimis est locus, qui te, o laude omni dignissima, tertio ab hac mea legatione dic, excipiat. Hoc autem nuntium, o purissima, et ipsum gaudii plenum est, nec minus lætitiæ affert ac prius illud, quod tibi salutationem illam detulit. Sicut enim lætissimum fuit illud alloquium, propterea quod Creato-

[a] *Matth.* XX, 28, *Luc.* XXII, 27.
[b] *Matth.* XX, 26.

τὸ πρόσρημα γέμον, ὅτι μόνη τὸν πλάστην ἐβάστασας εἰς γῆν κατιόντα, οὕτω καὶ νῦν χαῖρε εὐλογημένη, ὅτι μόνος ὁ πάντων δεσπότης εἰς οὐρανούς σε δέξεται ἀνιοῦσαν. Ἔνθα θυμηδίας ἀφάτου πλησθήσῃ, καὶ θεοπρεποῦς ὁμιλίας ἀπολαύσεις. Θεία δέ σε ὑπερλαμπρυνεῖ ἀΐδιος ἀγλαΐα, καὶ οἷον χιτῶνα λαμπρὸν, ζωὴν ἐνδυθήσῃ αἰώνιον, ἄῤῥητόν σοι διδοῦσαν τρυφὴν, τὴν εἰς αἰῶνας ἄπαυστα σὺν τῷ υἱῷ σου καὶ Θεῷ ἀγαλλίασιν. Χαῖρε λοιπὸν, ἁγνείας ἥλιε διαυγέστατε· χαῖρε, ἀλάβαστρον εὐωδίας ἀλήκτου πληρέστατον· χαῖρε, ζωοπάροχε κῆπε, τῆς ἀθανασίας φύων καρπούς. Χαῖρε, ὅτι καὶ ἀσωμάτους φαιδρότερον ἐκστίλβεις[1], τοιαῦτά σοι

[1] Henricus Stephanus (Thesaur. ad v. στίλβω) vitiatæ lectioni tribuere maluit exempla quædam activæ significationis verbi στίλβω : hic porro Isidori locus contrarium suadere videtur.

---

rem in terram descendentem sola portandum suscipiebas, ita et nunc jam gaude, o benedicta, quoniam rerum omnium Dominus te ad cœlos ascendentem solus excipiet. Ibi ineffabili jucunditate repleberis, divinoque consortio perfrueris. Fulgentissimæ enim lucis te splendor non periturus collustrabit, et quodam quasi fulgido indumento vita circumvestieris æterna, quæ inenarrabiles tibi delicias, et juge in sæcula cum filio tuo ac Deo gaudium tribuat. Ave igitur, sol puritatis nitentissime[a]; ave, alabastrum odore numquam deficiente plenissimum ; ave, hortus vitam germinans, et immortalitatis ferens fructus. Gaude, quoniam et incorporeos cœli cives, qui tibi hoc felix nuntium

[a] Advertimus superius, solis typo, qui proprius est Christi Domini, etiam Virginem Deiparam adumbrari. Heic vero explicatur expressius, quo ista comparatio spectet. Videlicet sicut Christus dicitur *Sol justitiæ*, sic Virgo beatissima appellatur *sol puritatis*, isque *nitentissimus*. At cum Christum dicimus *solem justitiæ*, hoc significare volumus, justitiam Christi ita perfectam esse, ut nihil perfectius excogitari queat. Ea igitur et de Virgine puritas nitentissima prædicatur, qua nihil purius concipi possit, ac propterea quæ cujusvis nævi suspicionem procul a se rejiciat.

κομίζοντας εὐαγγέλια, οὗ μοι σαφὴς ἡ πεῖρα διδάσκαλος. Τῆς δὲ ἀειζώου καὶ ἀειθαλοῦς, ἧς τεύξῃ, γλυκύτητος σύμβολον, τουτονί σοι τὸν θαλλὸν δοῦναι τοῦ φοίνικος προστέταγμαι.

VII. Τούτων ὡς ἀκήκοεν ἡ θεόνυμφος, καὶ παρὰ τοῦ ἀσωμάτου τὸν κλάδον εἴληφε, χαρᾶς εὐθὺς πληροῦται· γλυκύτατος περιῤῥεῖται ψεκάδι, εὐφροσύνην ἔπνει, θυμηδίας ἀνέπεμπεν ἄσθμα· καὶ ἦν ἡδονῆς ὅλη γέμουσα, καὶ ἀγαλλιάσεως πολλαχόθεν δεικνῦσα τὰ σύμβολα. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε τοῦτο, τοιαῦτα ζωγραφούσης τῆς ἀγγελίας, τρόπον ἕτερον, ἥπερ εἶχεν ὁ πρίν, παράδοξον δὲ καὶ αὐτόν, τῷ δημιουργῷ καὶ αὐτῆς υἱῷ προσφῦναι, καὶ αὖθις ἑνωθῆναι, καὶ θεοφθόγγου καὶ υἱϊκῆς αἰσθέσθαι γλώττης, ὑπὲρ ἅπαν ἡδὺ χαριέστατα πρὸς τὴν μητέρα ῥεούσης;

Διὰ ταῦτα καὶ ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, εὐχήν τε ἀποδώσουσα τῷ δεσπότῃ, καὶ χάριν τῆς πρὸς αὐτὸν κλήσεως. Εἰώθει γὰρ ἀναφοιτᾶν πρὸς ἐκεῖνο τὸ ὄρος, καὶ ὡς τῶν ἐμψύχων ἑνί, καὶ

---

afferunt, splendidiori luce, prout ipse nunc certa experientia disco, perfundis. Symbolum porro semper viventis semperque virentis, qua potieris, jucunditatis hunc palmæ ramum tibi porrigere jussus sum.

VII. Hæc ubi dicta sponsa audivit, ramumque ab incorporeo nuntio accepit, illico novo gaudio redundat, suavitatis rore undique perfunditur, lætitiam spirat, jucunditatis ducit halitum; ac tota dulcissimæ voluptatis sensu correpta, exsultationem suam omnimodis indiciis exterius promit. Quidni enim id fieret, dum talia per legationem illam ei ob oculos proponebantur, videlicet alia quidem, ac olim, ratione, at non minus nunc quoque admiranda, Creatori ac filio suo arcte adhærere et conjungi rursus, eumque ore illo divino ac filii affectu et vocibus præ omni suavitate dulcissimis se matrem suam alloquentem audire?

Idcirco et montem Olivarum conscendit, ut ibi et preces effundat, et gratias agat Domino, quod ad se illam jam accersat. Solebat enim in eum se montem recipere, ac, velut huic quoque

προσομιλεῖν καὶ προσφθέγγεσθαι, καὶ οἷα φίλῳ τοῦ φιλουμένου παιδὸς καὶ δεσπότου προσέρχεσθαι, ἐν ᾧ καὶ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσῆγεν, ὡ φιλανθρωπίας ἀφάτου, ἔλυτρον ἐκ πηλοῦ φέρων.

VIII. Ἄνεισι τοιγαροῦν, ὡς εἴρηται, τελευταῖον, τὰ ἐξιτήρια καὶ προσεροῦσα καὶ προσευξομένη τῷ πλάστῃ. Ἦν οὖν ἰδεῖν τότε θέαμα ξένον, καὶ φρικτὸν ἀκοῇ, μόνης δὲ ἄξιον τῆς μακαρίας. Ἀνήει γάρ, ὅ μοι εἴρηται, προσευξομένη· καὶ ἕως μὲν ἀνιοῦσα ἐτύγχανε, τὸν οἰκεῖον ἔσωζε νόμον καὶ τῶν ἐκεῖσε φυτῶν ἡ πληθύς· ἐποίει γὰρ οὐδὲν τῶν αἰσθανομένων, οὐδ' ἃ τῷ λογικῷ συγκεκλήρωται διακόσμῳ. Ἡ πάναγνος δὲ ὅτε κλίνειν καὶ χεῖρας ἐκίνει, καὶ γούνατα συνέκαμπτεν εἰς γῆν, ὡ καινὸν θαῦμα, τὰ φυτά τε πάντα ἐκεῖνα καὶ δένδρα, καὶ οἷα νοῦν φέροντα, δοῦλα τῇ δεσποίνῃ συνδιηκόνει, ὥσπερ αἰσχυνόμενα, εἰ μή γε ὑπερφυὲς σώσειε σέβας, καὶ δι' ὧν

---

sensus constaret, cum ipso versari et eum alloqui, ad illumque, in quo meus quoque Jesus luto hoc nostro (o ineffabilem charitatem!) circumtectus, Deo ac Patri preces offerre consueverat, velut ad dilecti filii sui et Domini amicum accedere.

VIII. Ascendit igitur, ut modo dictum est, ut et congrua discedenti officia expleret, et precibus creatorem exoraret. Cernere ergo tunc erat spectaculum mirum visu, et horrendum auditu, ac sola beata illa condignum. Ascendebat enim, prouti dixi, ut preces effunderet; et quoad ipsa ascendere pergebat, spissæ, quæ ibi erant, plantæ suum servabant modum; nec enim quidpiam ostendebant, quod sensu pollentium proprium sit, aut quod ad rationalem ordinem pertineat. Ubi autem purissima, ut se inclinaret, et manus movebat, et genua deflectebat humi, (o novum portentum!) plantæ quoque illæ omnes atque arbores, quasi vel mente essent præditæ, instar ancillarum obsequentes simul cum Domina se movebant, pudore veluti suffusæ, nisi summa eam prosequerentur reverentia, et quibus possent signis

ἐνῆν δεῖξαι, κηρύξειεν, ὅτι πᾶν γόνυ κάμψειν καὶ τῇ πανάγνῳ προσῆκε διὰ τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν αὐτῆς ὄνομα. Ἡ λόχμη τοίνυν ἐκείνη, καὶ συγκλίνασα, καὶ ὡσανεὶ τελευταίαν ἐκδημούσῃ τὴν προσκύνησιν ἀφοσιωμένη, προπέμπειν μὲν ἐδόκει· πενθεῖν δὲ οἷον καὶ σκυθρωπάζειν, ὡς τῆς ξένης, ἧς ἀπήλαυεν ἁγιότητος παρά γε τῆς παρθένου, χωριζομένη.

IX. Ἀλλ' ἐπεὶ πέρας εἶχε τὰ τῆς εὐχῆς, οἴκαδε ἡ πανύμνητος ἐπανήει. Κἀκεῖ τι γίνεται τῶν οὐκ εἰωθότων. Κλόνος καὶ γὰρ περιέσχε τὴν οἰκίαν· καὶ ὃ πρὶν οὐκ εἶχε παθοῦσα, ἅπασα τότε ἐσείσθη. Ἐγὼ νομίζω, στεναγμὸν τοῦτ' ἦν ἀμνιττομένης, καὶ ἀντ' ὀδυρμοῦ τὸν κλόνον πενθικῶς προαρύσης[1], ἅτε δὴ τῆς πάντων ἁγιω-

[1] Forte προαρυούσης.

---

proclamarent, prorsus par esse, ut propter magnum et excelsum ejus nomen omne genu etiam purissimæ illi flecteretur[a]. Illa ergo sylva et semet inclinans, ac veluti postremum adorationis obsequium abituræ sancte persolvens, ultimum illi vale dicere videbatur; tum flere veluti ac contristari, quod mira illa sanctificatione orbaretur, qua per Virginis præsentiam frui solebat.

IX. Cum autem supplicandi finem fecisset, domum se laudatissima illa recipiebat. Ecce porro et ibi quoddam præter morem omnem eventum. Domum etenim tremor invasit; et quod antea passa hæc nunquam fuerat, tota tunc concutiebatur. Erat id, ut puto, prodentis luctum, et loco gemituum motum illum lugubre ex imo cientis, quod scilicet contubernalis illa sua, sanctior universis, et citra comparationem omnem pulcherrima[b],

[a] Hoc quoque videsis translatum ad Virginem matrem, quod, Apostolo docente (Philip. II, 9), datum est Christo Domino : *ut in nomine ejus omne genu flectatur.*

[b] Cernis, de Virgine Deipara dicenti vel sponte ac nulla poscente causa excidere laudes incomparabilis sanctitatis et pulchritudinis : adeo scilicet vix de Virgine Maria cogitare licet, quin singularissima, qua fulget, sanctitas ac pulchritudo nitentissima menti obversetur.

τέρας, καὶ ἀσυγκρίτως καλλίστης, διεσταλμένης συνοίκου. Οἶμαι δὲ καὶ ὡς, εἴπερ εἰς γῆν πλείονος ἔτι δόξης ἔδει τῇ πανάγνῳ, καὶ οὐρανὸς ἂν, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶσα τότε ἡ κτίσις, ἕκαστα θρῆνον ἀναπλεξάμενα, δονηθῆναι εἶχον, καὶ γοερὸν ἀνοιμῶξαι, τὴν ἐκδημίαν ὀλοφυρόμενα τῆς παρθένου· καὶ ὁ τελευταῖος ἂν ἐδόκει σεισμὸς, οὗ τὸ φρικῶδες καὶ νεκροὺς ἀκούομεν ἀνυψώσειν, ὥστε καὶ εἰς αἰθέρα νεφελοβατεῖν, ὡς μικρὰ διαφέρων τῆς ἐπ' ἐκείνην τοῦ θρήνου κυκήσεως. Ὅτι δὲ τοῦ μεγίστου καὶ οὗ πρὸς δόξαν περιφανέστερον οὐδὲν, τὸν Θεὸν τεκοῦσα τετύχηκε, λόγου λοιπὸν οὐκ ἦν ἄξιον, τοιοῦτόν τι γῆθεν κατὰ τὴν θείαν ἐκείνην κοίμησιν καινοτομηθῆναι.

X. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν οἶκος ἔστη τοῦ κλόνου, ἡ δὲ μετάστασις φωτὸς ἔργον, καὶ τοῦ λαμπροτάτου, ἀνῆπτε φῶτα ἥκιστά γε βραχέα· τοσαῦτα δὲ, ὅσα πλήρη τὸν οἶκον φωτὸς καὶ ὁλολαμπῆ πε-

---

jam discessura esset. Et siquidem majori insuper gloria exornari in terris purissimam illam oportuisset, enimvero, ut ego quidem arbitror, et cœlum tunc et terra et mare et creaturæ omnes, lugubre quid singulæ concinentes, commoveri debuissent, et Virginis discessum lamentantes flebili voce ingemiscere; ac visa esset postrema illa jam adesse commotio, cujus horrorem vel ipsos mortuos novimus erecturum, ut in aera instar nubium discurrant; parum adeo ista a lugubri illa propter Virginem conturbatione videretur absimilis. At quoniam Virgo, utpote Dei mater effecta, decus omnium maximum, et quo splendidius nihil conferre ad gloriam potest, sortita jam fuerat, nulla postulabat ratio, ut quodpiam ejusmodi novum portentum ob divinam illam dormitionem e terra ederetur.

X. Postquam ergo domus cessavit a motu, cum transitus ille Virginis ad opera lucis et quidem fulgentissimæ spectaret, statim exiguas ipsa faculas, easque tot accendit, quot ad implendam luce domum, eamque splendidam undique efficiendam satis

ποίηκε. Τοῦτο δὲ ἦν, ἔμοιγε δοκεῖ, τὴν τηνικαῦτα τῶν ἀγγέλων ἐπιδημίαν ὑποφαινούσης, ἅτε καταλλήλου τοῦ φωτὸς ὄντος, τοῖς τοῦ Θεοῦ λειτουργοῖς, ὡς πῦρ φλέγον πεποιημένοι· οὐδὲ γὰρ εἶχεν ἕτερον οἰκειότερον, ᾧ ἂν τοὺς νόας γῆθεν ξενίσαιτο· ἄλλως θ' ὅτι καὶ σφόδρα ἦν τὸ φῶς οἰκεῖον αὐτῇ, πάντων οὖσῃ φωτεινοτάτῃ.

Εἶτ' ἐκκυρήσασα τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν ἱερὰν κλίνην, ἐφ' ᾗ τὸ τίμιον διανέπαυε σῶμα, εὖ διαθεῖσα, τἄλλα τε παρασκευάσασα, ὅσα ταφῇ νομίζεται, τὰς φίλας αὐτῇ γείτονας συγκαλεῖται. Αἱ δὲ ἦσαν δύο πενιχραὶ χῆραι, τῶν ἐνδεῶν μὲν, ὅσα πρὸς βίον, ὡς δὲ τῇ πάντων οἰκεῖαι βασιλίδι, καὶ τῶν αὐτῆς κληρονόμοι, ὡς ἄρα μετὰ μικρὸν ὁ λόγος δηλώσει, τῶν ἐκ λιπαρῶν καὶ βαθέων οἴκων εὐδαιμονέστεραι. Γνωρίζει τοίνυν ταύταις τὴν ἐκδημίαν· τοῦ ἀγγέλου δηλοῖ τὰ ῥήματα· τὸ τοῦ ἑαυτῆς υἱοῦ καὶ Σωτῆρος ἀγγέλλει

---

essent. Per hæc autem, ut mihi quidem videtur, instantem jam angelorum adventum indicabat, cum videlicet Dei administris quippe qui facti sunt ignis urens[a], lux maxime congruat; nam nihil habebat aliud, quo aptius in terris cœlestes spiritus hospitio exciperet; præsertim vero cum et ipsi Virgini, utpote rerum omnium lucidissimæ, lux esset accommodata.

Deinde cum domunculam verrendo perpurgasset, et venerandum illum lectulum, in quo aliquam solebat pretioso corpori suo requiem dare, concinne disposuisset, cum et alia, quæcumque in funeribus rite adhibebantur, apparasset, vicinas sibi amicas convocat. Istæ porro duæ erant inopes viduæ, pauperes quidem quod ad vitæ conditionem attinet, quatenus autem reginæ universorum familiares, et in ejusdem hereditatem, uti paulo post sermo enarrabit, adscitæ, quibuslibet vel ex opulenta nobilique domo feminis feliciores. Hasce igitur de discessu suo monet; enarrat verba Angeli; filii ac Salvatoris sui nuntium

[a] *Ps.* CIII, 4.

μήνυμα· δείκνυσι καὶ τὸν κλάδον, καὶ λόγοις ἐξιτηρίοις διεσπάζετο ταῖς γνωρίμοις· καὶ ἃς εἶχε διττὰς ἐσθῆτας, τῶν χηρῶν ἐνείματο ἑκατέρᾳ· οὐδὲ γὰρ ἦν ὅσα γε εἰς θησαυρὸν ἕτερον τῇ πανάγνῳ, ἢ πλοῦτος ὑπερφυῶν ἀρετῶν, καὶ ὅ τι ἀναγκαῖον εἶλκεν ἡ χρεία.

XI. Ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ σεμνὰ ἐκεῖνα διήκουσε γύναια, γοερῶς ἀνώμωξαν, πικρῶς ἐκ βάθους ἐστέναξαν, δακρύων ῥύακας ἀπέλυσαν τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ οὐκέτ' εἶχον ἀνεκτὴν καρδίαν. Ποῦ δὲ ἀπαίρεις, ἔφασκον, κυρία; Ποῦ τὴν οἴκησιν εἵλου, δέσποινα, νεουργῆσαι; Τίνα τόπον σεαυτῇ καθήκοντα παρεσκεύασας; Ποῖος λειμὼν, πάντερπνα φέρων ἀνθέων κάλλη, τὸ σὸν ὑποδέξεται τίμιον κάλλος; Ποῖος ἄρα τόπος, τοῦ χρυσοειδεστάτου καὶ λαμπροτάτου σου σκεύους γένοιτ' ἂν ἱκανός; Πῶς δὲ οὐ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ ὁ περίγειος ἅπας κόσμος, τὴν σὴν ἐκδημίαν ὀδύρεται; Πῶς ἄσειστα μένει τὰ στοιχεῖα, τὸ μέγα καὶ οἱονεὶ τούτων συνεκτικώτατον

---

aperit; ramum quoque illis ostendit, et verbis discedenti congruis consuetudine sibi devinctas postremo salutat; tum binas, quas habebat vestes, utrique viduæ distribuit. Neque enim Purissimæ illi aliud quidpiam thesauri erat, quam eminentissimarum virtutum opes, et si quid vitæ usus necessario exigebat.

XI. Ubi vero hæc audierunt honestæ illæ mulieres, in lamentabiles gemitus proruperunt; amara ex imo ducebant suspiria, lacrymarum profluvia ex oculis profundebant, et non ferendo cordis dolore discindebantur. Quo vero, inquiebant, o Domina, abitura es? Ubinam novum tibi domicilium statuere, o Domina, decrevisti? Quamnam congruam tibi sedem parasti? Quodnam pratum jucundissimas præseferens florum venustates, honorandam venustatem tuam excipiet? Quis tandem locus corpore tuo fulgentissimo ac nitidissimo dignus fuerit? Quomodo autem discessum tuum terra ac mare et omnis, quæ terram ambit, rerum universitas non lamentetur? Quomodo inquassata maneant elementa, cum nobile hoc, quo maxime et ipsa veluti

στοιχεῖον, λυόμενον ἐπιβλέποντα; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, χαρὰν ἐλπίζει τῇ σῇ μεταστάσει, κηδεμονικὴν ἑαυτῶν συνοχὴν καὶ μετὰ τὴν σὴν ἀνάλυσιν περιμένει. Οὐδὲ γὰρ συμφορᾶς γέγονέ τι τῶν σῶν αἴτιον, οὐ λύπην ἐδημιούργησεν, οὐ πάθος ἔτεκεν, οὐκ ἄλγος ἔφυσεν· ἔχει τὰ φθάσαντα πίστιν ἱκανὴν τῶν μελλόντων. Ἀλλ' εἰ κἀκεῖνα χαίρει διὰ ταῦτα, ἀλλ' ἡμῖν, φεῦ τοῦ πάθους. Ὢ τῆς συμφορᾶς. Βαβαὶ τοῦ πικροῦ χωρισμοῦ. Οὐαὶ ἡμῖν τῆς ὀδυνηρᾶς θέας. Τίς ἡμᾶς ἐφεξῆς παραμυθήσεται; Τίς ἂν ἡμῖν γένοιτο παρήγορος; Μᾶλλον δὲ, τίς διδάσκαλος καὶ σωτὴρ, ψυχὴν λαμπρύνων, καθαίρων διάνοιαν, νοῦν φωτίζων, ὅσα ἡμῖν ἐτύγχανες, δέσποινα; Ἀνάβασις θεία, καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ τὸ σοφὸν προτιθεῖσα; Πῶς ἂν ἥλιος, ἢ τί τῶν λαμπρῶν ἕτερον, τερπνόν τι χρῆμα φανείη τῆς σῆς γλυκυτάτης ὄψεως στερηθείσαις καὶ ὁμιλίας; Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ παντάνασσα Θεοῦ μῆτερ, χαρᾶς ἐκδέξεται καὶ περιπτύξεται πληθὺς ἀνεκλάλη-

---

continentur, elementum dissolvi cernant? At gaudium, ut puto, plane ex transitu tuo sibi pollicentur, perennem scilicet sibi curam etiam post resolutionem tuam exspectant. Neque enim quidpiam, quod ad te spectet, calamitatis unquam causa exstitit, non invexit ærumnam, non tristitiam peperit, non protulit dolorem; et præterita quidem idoneam de futuris fidem faciunt. At si hisce de causis lætari illis licet, nobis vero, eheu dolor! O calamitas! Proh acerba separatio! Heu triste nobis spectaculum! Quis nobis in posterum levamen aliquod porriget? Quæ nobis erit consolatrix? Imo vero quis magister et auctor salutis, animam splendore exornans, cogitationes perpurgans, mentem illuminans, quæ omnia, o Domina, tu nobis eras? Quis nobis fiat gradus ascensionis ad Deum, opere juxta ac lingua sapientiam edocens? Quomodo sol aut alia quævis e splendentibus cœli molibus aliquid nobis jucunditatis conferat, cum aspectu et consuetudine tua dulcissima orbatæ fuerimus? Te vero, o universi Regina Dei mater, excipiet et circumdabit inenarrabilis gaudii plenitudo, cujus vividam speciem mens, utut ad quidlibet

τος, ἣν νοῦς ἀπορεῖ ζωγραφεῖν, ὅγ' ἐλευθέρως πάντα σκιαγραφῶν, καὶ οἷόν τι χορὸς, ἡδονὴν τὸ σύστημα συζεύξας, ἀκάματα διαπηδῶν[1] ἀϊδίως καὶ περιχορεύσει, καὶ γλυκερῶς περιελίξεται. Σὸν δὲ τοῦτο, πανθαύμαστε βασιλὶς, τῆς τε λύπης τὸ πολὺ καὶ ἀφ' ἡμῶν ἀφελεῖν, καὶ χαρὰν ἡμῖν χορηγῆσαι, καὶ μὴ πάντων χαρὰν καὶ ἐπὶ τῇ σῇ ἱερᾷ δεχομένων ἐξόδῳ, τὸ τῆς ἀνίας βέλος τουτὶ, μόναις ἡμῖν παριδεῖν ἐμπηγνύμενον.

XII. Πρὸς ταῦτα, ὑμῖν μὲν, ἔφησεν ἡ παρθένος, ὦ φίλαι, ὀδυνηρὸν ἡ ἐμὴ μετάστασις, καὶ τοῦτό μοι ποιεῖ σαφὲς τὸ μέγα περὶ ἐμὲ φίλτρον ὑμέτερον. Εἰ μὲν οὖν τοῦτο αὐτὸ, διάζευξις μόνον ἡ ἀναχώρησις ἦν, ἤλγησα ἂν οὐ μετρίως καὶ αὐτὴ, ὧν περιεχόμην, ὧν τὴν γνώμην ἐφίλουν, ὧν τὴν πρὸς τὸ βέλτιον ἄνοδον ἐμὴν ἐνόμιζον, παντάπασι διϊσταμένη. Ἐπεὶ δὲ ὁ πάντα περὶ ἡμᾶς ὑψηλῶς θαυματοποιήσας δεσπότης, καὶ τὸ τελευταῖον, ὡς εὖ οἶδα, τοῦτο

[1] Cod. διαπηδῶντας: num vero syllaba τὰς mendum sit, an sit articulus vocis, quæ exciderit, incertum videri potest.

---

sibi audacter effingendum nata, nullam potest concipere, ac veluti chorus, voluptatum coronam contexens, nulla defatigatione exsiliens, incessanter chorcas circum te ducet, et te suaviter circumambiet. Tuum porro est, o prorsus admiranda Regina, et nos acerba hac mœstitia levare, gaudiumque nobis impertiri, neque committere, ut dum omnia in sacro tuo excessu lætitia gestiunt, nos solæ hoc doloris telum infixum geramus.

XII. Ad hæc Virgo : Vos quidem, inquit, o dilectæ, dolore afficit migratio mea, idque mihi certo suadet ingens in me amor vester. Et quidem si discessio mea hoc ipsum dumtaxat, mutuam nempe sejunctionem secum ferret, haud mediocriter ipsa quoque dolorem, cum ab iis prorsus avellerer, quas diligebam, quarum studium mihi carum erat, et quarum in melius profectum ipsa meum habebam. At quoniam Dominus, qui nostra omnia tam sublimia ac prorsus mira præstitit, postremum hoc

τοῖς φθάσασι κατάλληλον συμπεράνει, ἴστε δὲ βεβαίως, ὡς οὔθ' ὑμῶν ἀποστήσομαι, φίλαι, καὶ καρπὸν ἡδονῆς συγκομιεῖσθε λαμπρόν. Τοῦ κόπτεσθαι γοῦν καὶ περιπαθῶς παυσάμενοι θρηνῳδεῖν, κοινῇ τῷ δυνατῷ προσαγάγωμεν αἴνεσιν, πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκα, καὶ ὧν εἰς ἐμὲ μεγαλείων μεγαλοφωνοτάτου κώδωνος τρανότερον διεσάλπισε.

XIII. Τοιαῦτα τῆς πανάγνου διεξιούσης, καὶ ταῖς γνωρίμοις ἡδονὴν ἐνσταζούσης, ἅτε τῆς γλώττης θεοκινήτως αὐτῆς ὑπηχούσης, ῥεῖν τε ἡδέως διαπλασθείσης, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις χάριεν ἐμφυτεύειν κίνημα, διηχεῖ μὲν οὐρανὸς ἐξαίφνης, βροντὰς ἐπιβρέμων, καὶ οἱονεί τινι σημάντρῳ, τῷ παρ' ἑαυτοῦ πατάγῳ, τοὺς τὰ ἐξόδια τῇ μητρὶ τοῦ Θεοῦ λειτουργήσοντας διαναστῆναι κελεύει.

Νεφέλαι δὲ πολλαχόθεν διέθεον, ὄχημα ξένον ἑαυτὰς ὑποκλίνειν σπεύδουσαι τοῖς διακονήσουσι τῇ ταφῇ. Ἐνετείλατο γὰρ νεφέλαις

---

quoque, ut probe scio, superioribus consentaneum efficiet; pro certo habeatis velim, neque me a vobis, o dilectæ, penitus discessuram, et uberem jucunditatis fructum hinc vos percepturas esse. A luctu igitur ac mœstis lamentis temperantes, simul omnes Omnipotentem laudibus extollamus, tum ob alia multa, tum ob magnalia in me perpetrata, quæ ipse vocibus præ quovis canoræ tubæ sonitu clarioribus illustravit.

XIII. Dum hos Purissima illa sermones haberet, et familiaribus dulce instillaret solamen, quippe cujus lingua divinum quid resonans et ad suavitatem effundendam, et ad ingerendum audientibus jucunditatis sensum nata erat; insonat repente cœlum, tonitrubus fremens, ac fragore suo, quodam veluti signo dato, ministros, qui Dei matri extrema persolvant, jubet assurgere.

Nubes vero e multis partibus accurrentes, novum curruum genus sese funeris curatoribus supponere properabant. *Man-*

ὑπεράνωθεν, ἧ φησιν ὁ θεῖος Δαβίδ· καὶ πάλιν· ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις· τὴν ἐντεθεῖσαν, οἶμαι, προγράφων ἰσχύν, ἣ τοὺς κήρυκας διεβάστασεν.

XIV. Ἔδει γὰρ κινηθῆναι τὰ ἄνω, καὶ καθάπερ τι καινὸν ὑποδέξεσθαι μέλλοντα χρῆμα, τὰ μὲν ὑπανοίγεσθαι, εὐρύτερα ἑαυτῶν, εἰ οἷόν τε, διαπλαττόμενα, τὰ δ' ὑποχωρεῖν, σώζοντα τὴν αἰδῶ, καὶ τὰ μὲν τῶν ἑπομένων, ἄλλα δὲ τῶν προπεμπόντων τάξιν ἑαυτοῖς διαθεῖναι· καὶ οὕτω θροῦν, ὡς εἰπεῖν, ἄνω διακτυπεῖσθαι.

Θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, εἰ θορύβου πόρρω τὰ κάτω τετήρηται καὶ σεισμοῦ. Ὁ οὐρανὸς μὲν γὰρ, οἷα καινὸν κειμήλιον, παράδοξον εἰσδεξόμενος θησαυρὸν, εἰκότως διεθορυβεῖτο, καὶ σχολὴν ἄγειν οὐκ εἶχεν, ὥσπερ ἐρευνῶν ἀνακυκῶν ἑαυτὸν, ὅπη ἂν τὴν ἀξίαν οἴκησιν τῇ δεσποίνῃ παράσχοιτο. Γῆ δὲ, οἶμαι, διὰ τοῦτο ἀκλόνητος ἔμει-

---

davit enim *nubibus desuper*, ut inquit divinus David [a]; et rursus [b]: *Virtus ejus in nubibus;* inditam videlicet, ut puto, vim præsignificans, quæ Evangelii præcones asportavit.

XIV. Et par erat profecto, ut superna commoverentur, et utpote quiddam prorsus novum in se susceptura, alia quidem se ipsis, si fieri posset, latiora effecta veluti panderentur, alia autem, velut obsequium reverenter exhibentia, loco cederent; et rursus ut ista postremum subsequentium, alia vero primum præeuntium ordinem sibi sumerent; atque ita quidam, ut ita dicam, tumultuantium fremitus in supernis personaret.

Quod vero inferiora hæc a tumultu et commotione abstinuerint, nil mirum videri debet. Nam cœlum utpote novum cimelium, ac thesaurum admirandum excepturum, merito sus deque turbabatur, neque degere otiose poterat, quippe cum se partes in omnes vertens requireret, qua ratione condignam reginæ sedem præberet. At vero terra idcirco, ut puto, imperturbata

[a] *Ps.* LXXVII, 25.
[b] *Ps.* LXVII, 35.

νην, ὅτι τε αὐτὴ τὸν καινὸν ἀνῆκεν ἄνθρωπον τὴν παρθένον, καὶ τοῦτον ἐπὶ πολὺ περιόντα ἔφερε· καὶ ἦν ἄρα τῶν ἀκολούθων, μηδὲν ἐπὶ τοῖς εἰωθόσιν, εἰ καὶ ἄλλως παράδοξα, διαπράττεσθαι· καὶ ὅτι περ οὐδ' ἐπὶ μακρὸν κατέχειν ἔμελλε τὴν πάναγνον τελευτήσασαν, ἀλλὰ θᾶττον τοῖς ἄνω παραπέμψειν, ἵνα τοῖς ὑψηλοῖς λαμπρῶς ἀνθαμιλληθείη, δεικνῦσα, οἷον ὁ ταπεινὸς χῶρος ἀνθρωποπρεπῆ διεμόρφωσεν ἀνδριάντα καὶ τῶν οὐρανίων ὑπέρτερον.

XV. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ὡς ἔφην, οὐρανὸς ἐσείετο καὶ ἐβρόντα, καὶ ὅλος ἦν περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἀσχολούμενος τῆς μακαρίας. Καὶ δὴ τῶν βροντιαίων ἐκείνων ἤχων συῤῥηγνυμένων, καθάπερ αἱ σάλπιγγες νόμῳ στρατοῦ τὴν παράταξιν διυπνίζουσι, τὸν ἴσον τρόπον οἱ λειτουργοὶ τῆς ὁσίας, ὧν τὰ ὦτα τὸν κρότον ἐγνώρισεν, οἷον εὔζωνοι καταστάντες, καὶ καθάπερ ἵππους τὰς νεφέλας ἀναβάντες, ἤλαυνον, σπεύδοντες ἑαυτοὺς συντάξαι τῇ φίλῃ παρατάξει, λέγω

---

mansit, tum quia novum hunc hominem, Virginem nempe, ipsa protulerat, tum quia hunc ipsum jamdiu penes se viventem retinebat; et consentaneum utique fuit, ut in rebus sibi consuetis, utut alioquin stupendis, nihil commoveretur; tum etiam denique quia Virginem demortuam non diu apud se servatura erat, sed brevi ad superos transmissura, ut egregia contentione supernis æmularetur, ac porro ostenderet, qualenam humilis hic locus conditionis utique humanæ ac cœlestibus quibusve nobilius simulacrum efformasset.

XV. Ob eas igitur, quas dixi, causas cœlum magnis agitabatur motibus, ciebatque tonitrua, ac totum sese ad excipiendam beatam illam studiose conferebat. Et utique excitatis illis tonitruum fragoribus, non secus ac per tubarum clangores exercitus in consuetum pugnæ ordinem convocatur, haud aliter ministri sanctæ Virginis, quorum aures magni hujus murmuris indicium agnoverunt, veluti præcincti milites assurgentes, ac nebulas quasi equos conscendentes, accurrebant, amico agmini, angelo-

δὲ, τῷ στρατῷ τῶν ἀγγέλων. Γίνεται τοίνυν ἡ διὰ νεφελῶν παράδοξος ἐκείνη συνέλευσις. Ἄλλου γὰρ τῶν κηρύκων ἀλλαχοῦ τῆς γῆς τῶν περάτων διιόντος, καὶ τὸν ἄσηπτον καὶ σωτήριον σπόρον ταῖς τῶν ἀπίστων, οἷά περ αὔλαξιν, ἐντιθέντος ψυχαῖς, τότε πάντες παραδόξως συνῆλθον, ἀθρόον ἐπιστάντες τῷ τῆς πανάγνου δωματίῳ, καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν οὐρανίων σοφὸς ὑφηγητὴς, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὅ τε ὑψηλὸς Ἱερόθεος, καὶ ὁ θαυμαστὸς Τιμόθεος, ἔτι δὲ καὶ ὁ τῆς Σιὼν τότε πρόεδρος Ἐκκλησίας, Ἰάκωβος ὁ πάνυ. Εἰσὶ δὲ οἵ φασι, καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα μαθητὰς συμπαρεῖναι· κοινωνοὶ δὲ οὗτοι καὶ ταυτησὶ τῆς διακονίας ἐκλήθησαν, ὡς ἂν ἄλλα τε μυστήρια καὶ ὑψηλὰ θεάματα, ταῦτα δὴ τὰ παρόντα, ἡ τούτων γλῶττα καὶ ἄλλοις διακονήσῃ.

XVI. Καὶ παρὰ μὲν τῆς γῆς οὗτοι ἦσαν ἐπιδεδημηκότες τῇ παναχράντῳ· ἄνωθεν δὲ στρατιαὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν δικαίων ὁ προμεταστὰς σύλλογος ἅπας, πλῆθος καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον συνέ-

---

rum scilicet exercitui, semet adjungere properantes. Ope ergo nubium admirandus ille conventus fit. Præcones enim Evangelii, cum alii alios terræ fines discurrerent, et incorruptum ac salutare semen in animas infidelium, veluti in quosdam sulcos, spargerent, tunc miro modo una omnes in purissimæ domunculam repente delati convenerunt; neque ipsi solum, sed et cœlestium sapiens ille enarrator Dionysius Areopagita, sublimisque Hierotheus, et admirandus Timotheus, nec non et celeber ille Jacobus, Sionis Ecclesiæ tunc præsul. Sunt autem qui affirment, præterea septuaginta discipulos ibidem affuisse; qui sane et ipsi in partem hujus quoque ministerii ideo sunt vocati, ut sicut et alia mysteria ac præcelsa portenta, ita et quæ nunc gerebantur, eorum lingua aliis quoque enarraret.

XVI. Et hi quidem ad intemeratissimam convenerunt e terra; e cœlis vero justa, ut par erat, persoluturi communi omnium Dominæ, agmina angelorum justorumque, qui antea decesse-

δραμον, τῇ τῶν ὅλων δεσποίνῃ ἀφοσιωσόμενοι τὰ εἰκότα. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε, τοῦ κτίστου καὶ σοφοῦ νομοθέτου τὸν τοὺς τεκόντας τιμᾷν κελεύοντα νόμον μᾶλλον ἢ πάντες σώζοντος, καὶ διὰ τοῦτο τιμῆσαι παραγενομένου τὴν οἰκείαν μητέρα, καὶ δέξασθαι τὴν ἁγιωτάτην αὐτῆς ψυχὴν, μὴ ἂν ἅπαντας συνδραμεῖν, καὶ δουλικῶς τοὺς καθαροὺς τῇ καθαρωτάτῃ διακονῆσαι τὰ τῆς ἐκφορᾶς καὶ προπομπῆς καὶ τελετῆς ἱερᾶς; Καὶ γῆ δὲ πάντως ἂν, καὶ θάλασσα, καὶ ἥλιος, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κάτω συγκινηθῆναι εἶχον, εἰ μὴ, καθάπερ εἴρηται, τῆς κάτω δόξης ἐκεῖ οὐκ ἔδει τῇ πανάγνῳ, ἠρεμεῖν προσετάγησαν· ἄλλως τε καὶ τὴν πρὸς τὰ ἄνω μεθισταμένην, τῶν ἀκολούθων οὐκ ἦν, τῆς ἐκ τῶν κάτω δεῖσθαι διακονίας· ἔδει δὲ τοὺς ὑψηλοὺς κατελθεῖν, ὃ καὶ ἐξέβη, ἵνα ἦν ἄνω προσλαβέσθαι ἔμελλον, διακονήσωσι κατὰ τὸ εἰκός. Εἰ δὲ καὶ γῆθεν τῆς λειτουργίας ὁ τῶν κηρύκων ἐκοινώνησε κύκλος, ἀλλ' ὡς

---

rant, universus cœtus, multitudo plane innumera, accurrerunt. Et sane quo fieri pacto posset, ut dum Creator ac sapiens legislator legem, quæ parentes a filiis honorandos præcipit, ipse studiosius, quam quispiam ullus, servabat, ac propterea ad honorandam propriam matrem, sanctissimamque illius animam excipiendam præsens ipse aderat, non simul omnes accurrerent, et servulorum more, quæ ad funus, deductionis pompam, ac sacros exsequiarum ritus pertinent, puri purissimæ non præstarent? Profecto et terra et mare et sol, et reliqua mundana omnia commota fuissent, nisi, uti dictum est, gloriæ e terrestribus purissima illa non indigente, præceptum his fuisset, ut quiescerent; præsertim vero, quod nullatenus consentaneum fuisset, ut ad superna transeunti aliquod ex hisce infimis ministerium opus esse videretur; sed cœlestes, quod et factum est, descendere par esset, ut qui eam in cœlos suscepturi erant, ipsi eamdem debito famulatus honore prosequerentur. Quod si e terra quoque chorus Apostolorum ministerii illius effectus est particeps; at illis id tanquam cœlestium æmulis contigit; uni

ἐφάμιλλοι τοῖς ἀΰλοις· Χριστῷ γὰρ ἔζων μόνῳ· τὰ ἄνω καὶ ᾤκουν τῷ πνεύματι· κἀκεῖθεν αὐτοῖς εἴ τις ἦν φίλος, εἰ καὶ ὁ χοϊκὸς αὐτῶν χιτωνίσκος ἔτι τῇ γῇ προσεσύρετο· οὐκ ἄρα διὰ ταῦτα φαίη τις ἂν εὖ φρονῶν, τῶν ἄνω λείπεσθαι τοὺς λαμπροὺς ἄνδρας ἐκείνους.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ διττὸν τῆς παναγνοῦ, ψυχὴ γὰρ ἐκείνη καὶ σῶμα, καταλλήλως τὴν λειτουργίαν ἔκ τε τῶν ἄνω καὶ κάτω ἐζήτει. Ὃ δὴ καὶ γέγονε. Καὶ οἱ μὲν φωτῆρες ἐκεῖνοι τῷ φαινομένῳ τῆς παντίμου τὴν διακονίαν ἀποδεδώκασιν, οἳ δήπουθεν ἔτ' ἐκ τῶν κάτω, εἰ καὶ τῆς κρείττονος καὶ ὑψηλῆς ἐτύγχανον μοίρας. Τῇ δὲ θείᾳ ἐκείνης ψυχῇ τὴν λειτουργίαν ἐτέλεσεν, ὅσον οὐράνιόν τε καὶ γῆς ὑπέρτερον ἦν. Οἶμαι δὲ, καὶ τούτων οἱ ὑψηλότεροι ἂν καὶ λαμπρότεροι διακονῆσαι προσῆλθον τῇ θείᾳ ἐκείνῃ καὶ παναμώμῳ ψυχῇ. Οὗ χάριν, ἐγώ τι νομίζω, καὶ ὁ θεῖος εἴρηκε

---

quippe Christo vivebant, et spiritu in cœlestibus versabantur, et a cœlo erat si quis ipsis erat amicus, quanquam terrenum eorum indumentum adhuc in terra volutaretur : ac propterea quisquis sapiat, haud superis cessisse eximios illos homines affirmaverit.

Verumtamen duplex quoque purissimæ illius substantia, anima illa videlicet et corpus, congruenter ministerium tum a cœlestibus tum a terrestribus exigebat. Atque ita reipsa factum est. Et illa quidem terræ luminaria utut ad præstantiorem sublimemque cohortem spectarent, tamen utpote terrenæ etiamnum conditionis ministerium erga aspectabilem illius summæ venerandæ partem obibant. Divinæ vero ejusdem animæ famulatum exhibuerunt, quotquot erant cœlorum incolæ, terrenamque conditionem prætergredientes. Sed et ex istis nobiliores, puto, præstantioresque erga divinam illam et immaculatissimam animam [a] hoc perfungi officio aggressi sunt. Atque, ut mihi

[a] Vide summam illam puritatem tribui *animæ* Virginis, adeo ut nihil dubitandum sit, an ad integritatem virginalem forte hæc referantur.

Δαεὶδ, τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ· τῇ τοῦ πλουσίου φωνῇ τὸ περιὸν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τῆς ἀρετῆς ὑποφαίνων.

Ἔμοιγε δὲ δοκεῖ, ὡς οὐδὲ τῆς κάτω ἂν τῶν ἀποστόλων ἡ πολυύμνητος ἐπιδημίας ἐδεήθη, καὶ οὕτως αἰθερίας, εἴ γε μὴ οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς, ἵν' ὅτι καὶ ἀγγελικὴ πρὸς τὴν τοιαύτην λειτουργίαν συνέδραμε διακόσμησις, δῆλον ἡμῖν γένηται. Ἐκ γὰρ τοῦ φανεροῦ τοῦδε καὶ οὕτω παραδόξου μένει καὶ τὸ μὴ ὁρώμενον ἀναμφίβολον· καθάπερ καὶ ὁ Σωτὴρ, ἀφέωνταί σοι, τῷ παραλύτῳ πρῶτον εἴρηκεν, αἱ ἁμαρτίαι σου, ἐκεῖνο δ' ἔπειτα σαφὲς προστιθεὶς, καὶ ἆραι, προσέταξε, τὸν κράββατον.

XVII. Ἐπεὶ δὲ, ὃν εἴρηται τρόπον, οἱ μαθηταὶ τοῦ δεσπότου, καὶ ὁ λοιπὸς ἱερὸς σύλλογος, ὃν φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισεν, ὑπερ-

---

videtur, hanc ob causam etiam divinus David inquit[a] : *Vultum tuum deprecabuntur divites plebis*, eos scilicet *divitum* nomine designans, qui reliquis virtute antecellerent.

Porro ego quidem sic sentio, nihil opus fuisse, ut quemadmodum ætherei cives, sic et ex terra ad obsequendum Virgini omni honore dignissimæ apostoli convenirent, nisi hoc spectatum fuisset, ut notum nobis fieret angelicos quoque ordines ad hoc obeundum munus concurrisse. Ex eo enim, quod manifestum est idemque adeo stupendum, firmam fidem indipiscitur et illud, quod in oculos non incurrit; quemadmodum etiam Salvator prius dixit Paralytico[b] : *Remittuntur tibi peccata tua;* et deinde illud, quod perspicue cernebatur, indicans, præcepit[c] : *Tolle grabatum.*

XVII. Postquam ergo discipuli Domini, qua diximus ratione, et reliquus, quem in antecessum sermo commemoravit, sacer

[a] *Ps.* XLIV, 13.
[b] *Luc.* V, 20.
[c] *Ibid.* v. 24.

φυῶς παρέστησαν τῇ πανάγνῳ, τῷ μὲν παραδόξῳ τῆς συνδρομῆς, ὅπη τε ὄντες τῆς γῆς παρ' ἀλλήλων μανθάνοντες, καὶ ὅπως ἀθρόον εἰς ταὐτὸν, τῇ ἀερίῳ συνῆλθον διαρπαγῇ, σφόδρα τεθαυμάκασι, σύν γε τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ· καὶ τοῦτο δὲ Δαβὶδ ὁ μακάριος προεκρότησεν ἐκθειάζων· Τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ;

Χάριτας δὲ ὁμολογήσαντες τῷ Σωτῆρι, τῆς αἰθερίας ἐκείνης πτήσεως, πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκα, καὶ ὅτι μὴ ἐκδημήσασαν τὴν πολυύμνητον κατέλαβον, ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν ἔτι περιοῦσαν, καὶ ἁγιασθῆναι τῇ διακονίᾳ ἠξιώθησαν ἐκείνῃ, τοιαῦτα προσεφθέγγοντο τῇ θεοτόκῳ·

XVIII. Τί σοι, δέσποινα, ἐπάξιον ἂν ἡ πηλίνη προσπλέξειεν ἡμετέρα γλῶττα; Ποῖον αἶνον, ὃν ὁ καθ' ἡμᾶς γεωργεῖ νοῦς, ταῖς σαῖς ἀναλογοῦντα δώσομεν ἀγλαΐαις; Τίνα κρότον μεγάλα διασαλπίζοντα, τοῖς σοῖς μεγαλουργήμασιν ἱκανῶς ἀντηχεῖν συγχωρήσο-

---

cœtus, mirum in modum coram Virgine purissima adstiterunt, et alter quidem ab altero audiebat, tum ubinam terrarum versaretur, tum quomodo in aërem rapti miro itinere in eumdem locum extemplo convenissent, vehementer simul cum Virgine beata obstupuerunt. Porro id quoque David valde admirans olim cecinerat inquiens[a] : *Quis in nubibus æquabitur Domino?*

Deinde cum gratias Salvatori concordi animo persolvissent, tum pro illo per æthera volatu, tum pro aliis multis beneficiis, tum etiam quod Virginem prorsus venerandam nondum e terrenis digressam reperissent, sed et videre adhuc superstitem, et ministerio illo sanctificari digni habiti fuissent, hisce Deiparam vocibus allocuti sunt :

XVIII. Quam tibi, o Domina, coronam, quæ condigna te sit, texere lutea lingua nostra queat? Quodnam offerendum tibi encomium humana mens nostra elaboret, quod splendoribus tuis par exsistat? Quem plausum instar tubæ alte resonantem

[a] *Ps.* LXXXVIII, 7.

μεν; Ποίας εὐπορήσαντες εὐφημίας ταύτην τῶν σῶν ἀξίαν ἐπιψηφιούμεθα λαμπηδόνων;

Διὰ σὲ, πάναγνε, οὐρανὸν ὁ δεσπότης παρήγαγε, γῆν ἐθεμελίωσε, θάλασσαν, ἥλιον, χάριν τε ἄλλην καὶ σεμνότητα καὶ κόσμον ὑπέστησε. Διὰ σὲ καὶ ὅσος ἡμῖν ἐννοεῖται διάκοσμος. Σὺ γάρ, ἡ παρασχοῦσα πᾶσι τὸ βέλτιον· τοῦ δὲ βελτίονος ἕνεκα, καὶ τοῦ εὖ εἶναι τυχεῖν, ἡ κτίσις ἐξυφάνθη τῷ ποιητῇ· διὰ σὲ, πολυύμνητε, καὶ ἡμεῖς, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἔγνωμεν διὰ σὲ, καὶ πλάνης ἀπηλλάγημεν καὶ σκότου, καὶ τὴν τῶν ἀῤῥήτων ἀγαθῶν περιμένομεν κτῆσιν· καὶ εἰ μὴ τοῦ ζόφου λυθῆναι, καὶ οὕτω τῶν θείων ἐμφορηθῆναι ἡμῖν ἐξεγένετο διὰ σοῦ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν[1] ἂν εὐξάμεθα γενέσθαι περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Διὰ σὲ γέγονε τὰ παρά-

[1] Cod. τηναρχήν.

---

magnificentiis tuis apte respondere censebimus? Quas excogitare laudes poterimus, ut quampiam tuo congruam fulgori decernamus?

Propter te, o Purissima, Dominus cœlum condidit, terram fundavit, mare, solem, atque aliam quamlibet venustatem, et decus, et ornatum creavit : propter te est, quidquid ordinis menti nostræ obversatur. Tu enim es, quæ universis meliorem statum comparasti : nam creaturæ omnes ut in melius proficerent, et ut felicitatem assequerentur, a Conditore productæ sunt; id vero et nos propter te, o dignissima omni laude, consecuti sumus; neque hoc solum, sed Deum insuper propter te cognovimus, et ab errore ac tenebris erepti sumus, et inenarrabilium bonorum possessionem exspectamus; et neque exoptandum nobis fuisset, ut ab initio crearemur, nisi futurum nobis fuisset, ut per te ab erroris liberaremur caligine, et sic demum divinis muneribus affatim ditaremur[a]. Propter te perpetrata

[a] Hæc eadem sensa, nimirum quod propter Virginem Deiparam condita hæc rerum universitas fuerit, quod eidem Virgini debeatur quidquid reliquis crea-

δοξα, καὶ Θεὸς πατῆσαι γῆν οὐκ ἀπηξίωσε, καὶ ἐν οὐρανῷ σκηνὰς ἔπηξαν ἄνθρωποι. Σὺ τοῖς εὖ πλέουσι πρὸς Θεὸν ἔρεισμα, φώτισμα, οἷόν τις ἡδεῖα πνοὴ, τὴν ἄνοδον εὐμαρίζουσα· σὺ τοῖς ἀπόροις ἐμπόροις πρὸς Θεὸν κυβερνήτης. Σὺ τῷ γένει γεέννης ἐγένου χωρισμὸς, καὶ παραδείσου δόσις. Διὰ σὲ λοιπὸν, εἴ τι τρυγᾷν ἐνταῦθα πάρεστι τερπνὸν, καὶ ἦν ὁ μέλλων βίος ἄῤῥητον ἡμῖν εὐφροσύνην παρέξει.

XIX. Ἀλλ' ἕως μὲν, ὦ δέσποινα, τὴν σὴν ἁγιωτάτην μορφὴν καὶ ὁρᾷν εἴχομεν, καὶ παρ' αὐτῆς ἁγιάζεσθαι, τῶν σῶν ἀπολαύον-

---

sunt mira, et Deus non dedignatus est terram hanc pedibus calcare, et homines in cœlo tabernacula sibi defixerunt. Tu feliciter ad Deum properantibus et fulcimentum es, et lumen, ac velut aura quædam suavis, quæ laborem ascendendi allevat : tu eosdem per devia ambulantes dirigis ad Deum. Tu humanum genus inter et gehennam separatio, tu paradisi largitio exstitisti. Tibi denique referendum est acceptum, quidquid heic haurire solatii licet, et quidquid ineffabilis lætitiæ futura vita nobis præbebit.

XIX. Et utique quamdiu nobis, o Domina, sanctissimam tuam formam intueri, et per eam sanctificari, tuisque perfrui

turis inest decoris ac splendoris, quod denique Mariæ acceptum referendum sit, tum quod cetera omnia finem suum assequantur, tum quod humanum genus in præceps olim prolapsum restaurationem ac spem salutis invenerit, hæc omnia, inquam, Isidorus uberius deinceps prosequutus est in Homilia, quam habuit *in Deiparæ Natale*, quamque superius (*part. I a pag.* 208) jam dedimus. Porro (quod in notis homiliæ illi subjectis manifestissime ostendimus) ejusmodi est tota hæc œconomia, ut eidem prorsus repugnet, Mariam eadem illa ruina obvolutam fuisse, quæ reliquos Adæ filios perdidit. Id vero et præsenti loco satis elucet. Neque enim contextus ratio patitur, ut Virgo quoque iis tenebris et caligine putetur circumsepta, quarum depulsio per ipsam exspectanda erat. Et confirmant idipsum sequentia, ubi Virgo salutatur ceu murus dividens inter humanum genus ac gehennam. Si enim universo humano generi ob veterem lapsum gehennæ addicto Mariam accenseas, quî posset ipsa idem genus a gehenna separasse?

τες χαρίτων, ἐκείνῳ συνεῖναι καὶ κοινωνεῖν ἐνομίζομεν ἀφάτου τρυφῆς, τῷ σῷ υἱῷ καὶ Σωτῆρι. Εἰ γὰρ οὗτος ἀναληφθῆναι δεῖν ᾠετο, καὶ πεποίηκε, καὶ ὁ χωρισμὸς τὴν καθ' ἡμᾶς εἵλκε ζωὴν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἡ θεία τοῦ παρακλήτου ἐπέλευσις, καὶ ἡ σὴ, πάναγνε, παρουσία, ἡδονήν τε ἡμῖν ἐνέσταξαν οὐ μικρὰν, καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἀνεπλήρωσαν ὑστέρημα. Οἷς δὲ μάλιστα τῶν σὺν ἡμῖν τῆς δεσποτικῆς οὐκ ἀπολαῦσαι γεγένηται θέας, ὁ φωτοειδέστατος σὸς χαρακτὴρ ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἦν καὶ ἐδόκει καὶ σοῦ σπλάγχνου Χριστοῦ. Καὶ, καθάπαξ εἰπεῖν, παραμυθίας ἔγεμε τὰ σὰ πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀπαραμίλλου ῥαστώνης.

Ἐπεὶ δὲ νῦν ἡμῖν, τοῦ πλάστου βουλομένου, καὶ τελευταῖα προσφθέγγῃ καὶ προσελέπεις, ἀφόρητα μικροῦ δοκεῖ τὰ παρόντα, συμφορὰ μεγίστη τὸ πρᾶγμα καθίσταται. Οἷόν τι δόρυ σείεσθαι τὸ πάθος ἡγούμεθα καθ' ἡμῶν, λύπης βέλη πικρὰ χωρεῖν κατὰ τῆς ἡμετέρας καρδίας· ὡς φλόγα ὁρᾷν κατὰ κεφαλῆς ἡμῶν ἀπειλοῦσαν

---

gratiis dabatur, videbamur nobis cum filio illo tuo ac Salvatore nostro simul versari, et inenarrabilibus illis potiri deliciis. Si enim ille ad cœlos ascendendum sibi esse duxit, idque reipsa effecit, et sejunctio illa humanam ejus vitam nobis veluti adimebat; at divinus Sancti Spiritus adventus, et tua, o purissima, præsentia, et nos haud levi perfundebant solatio, et Salvatoris absentis locum supplebant. Maxime vero iis ex nostris, quibus datum non fuerat, ut Domini aspectu frui possent, loco Salvatoris erat lucidissima facies tua, in qua Christi, filii tui, faciem intuerentur. Atque, ut prorsus dicam, tua omnia consolationem in nos, et incomparabile levamentum abunde effundebant.

Quandoquidem vero, Creatore sic volente, postremo nunc nos et alloqueris et ob oculos habes, enimvero vix ferenda præsentia hæc nobis parent, resque in summam cedit calamitatem. Angor enim in nos instar lanceæ jam intorqueri, corque nostrum acerbis doloris telis impeti nobis videtur : quoddam veluti incendium videmur nobis cernere, quod minax jam caput nostrum

στρατεῦσαι, νομίζομεν· ῥομφαία τὴν ἡμετέραν ἤδη διέρχεται ψυχήν, σχεδὸν οὐχ ἧττον ἧς ὁ μακάριος Συμεὼν ἐμήνυσε, πάντιμε, περὶ σοῦ. Οὐκέτι τῶν ἀνεκτῶν ἡμῖν ἡ τοιαύτη συμφορά· οὐκέτι τῶν παρόντων ἀλγεινῶν ἡ δριμύτης ἄσειστον ἐᾷ τὸν λογισμόν· οὐκέτι τὸ βάρος τῆς ἀνίας, μὴ καταπεσεῖν ἡμᾶς συγχωρεῖ, καὶ ἀσθενείας ἔλεγχον παρασχεῖν. Πῶς γὰρ καὶ γλῶτταν σιγῶσαν ὁρᾷν οἴσομεν, ἧς ὁ γλυκὺς καὶ μελίῤῥυτος φθόγγος, Θεόν τε ἤγαγεν εἰς γῆν, καὶ ἡμῖν ἐτύγχανε παραμυθία μεγίστη τοῖς παρὰ τῶν ἀπίστων δεινοῖς ἐντυγχάνουσι; Πῶς ὄμματα προσιδεῖν καὶ ἥλιος ἀφεγγῆ καρτερήσει, ὧν ἡ καλλονὴ καὶ λαμπρότης τῷ ἀδύτῳ φωτὶ καὶ προσεπλάκη καὶ προσεφύη, καὶ εἰς τὰ τῆς γῆς ἐπέλαμψε πέρατα; Πῶς σὺν ἡμῖν ἀκινήτους ὄψεται καὶ γῆ χεῖρας, αἳ τὸν κτίστην ἐβάστασαν, ὃν αὐτὴ χωρῆσαι, κἂν τοσαύτη μυριάκις ἦν, ὡμολόγησεν ἂν ἀσθένειαν;

---

invadat : animam nostram transverberat jam gladius, haud minus propemodum ac de te, honoratissima, beatus Simeon[a] prænuntiavit. Jam non ejusmodi est ista calamitas, quam ferre possimus : non ea jam est præsentis doloris acerbitas, cui mens occurrere constanter valeat : non sinit jam immensus mœror, ut non animo decidamus, ac nostra palam se prodat infirmitas. Quo enim pacto ferat animus, ut mutam eam cernamus linguam, cujus vox dulcis et melliflua tum Deum attraxit in terram[b], tum nos dira ab infidelibus tolerantes mire reficiebat? Quomodo vel sol ipse patiatur luce orbatos eos contueri oculos, quorum venustas ac splendor inaccessabili luci et totus intendit et defixus hæsit, et ad fines usque terræ refulsit? Quomodo nobiscum etiam terra carentes motu eas manus videbit, quæ Creatorem portaverunt, quem continere ipsa, etiamsi decies millies tanta esset, adhuc tamen se posse negaret?

[a] *Luc.* II, 35.

[b] Deum in terram attraxere illæ voces (*Luc.* I, 38) : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

Ἀλλ', ὡς ἔοικε, συμφορὰν ἡμῖν καὶ ταύτην ὁ χρόνος ἐταμιεύετο. Καὶ γὰρ πρώην τὸν πλάστην ἑλκόμενον, γυμνούμενον, μαστιγούμενον [1], ὦ τῆς σῆς, δέσποτα, μακροθυμίας, νεκρὸν ἑωράκαμεν ἐπὶ ξύλου. Καὶ νῦν, ὦ πρᾶγμα θαύματος πέρα, νεκρὰν τὴν ἐκείνου μητέρα καὶ ἰδεῖν, καὶ τῷ τάφῳ καλύψαι πρόκειται. Πῶς ἄρ' οὐ δακρύσομεν; Πῶς οὐ στενάξομεν; Πῶς οὐ πενθήσομεν, τὸ γλυκὺ φῶς, τὸ τερπνὸν ἄνθος, τὸ εὐῶδες μύρον, τὸν περικαλλῆ λειμῶνα, τὸ θεοδόχον σκῆνος, τὴν θεοφόρον φιάλην, τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ κόσμου, τὸ φωταυγέστατον ἔσοπτρον, τὸ θεῖον κάτοπτρον, τὸ παράδοξον ἄγαλμα, τὴν ἀληθινῆς πᾶσι ζωῆς αἰτίαν, καὶ ἄλλου παντὸς πρό-

[1] Cod. μαστιγόμενον, sed post. man. μαστιγούμενον.

Sed plane hunc quoque mœrorem tempus nobis servabat. Jam enim Creatorem ipsum funibus pertractum, nudatum, flagellis cæsum, (o tuam, Domine, patientiam!) in ligno crucis mortuum pridem vidimus. Nunc ergo (o factum stuporem omnem vincens!) mater ejus et mortua hisce oculis aspicienda, et tumulo recondenda manet. Quo itaque pacto a lacrymis temperabimus? Quomodo suspiriis parcemus? Quomodo abesse queat fletus, tum dulce istud lumen, venustum florem, fragrans unguentum, pulcherrimum pratum, tentorium Deum continens, phialam Deo plenam, oculum mundi[a], nitentissimum speculum, divinam imaginem[b], simulacrum admirandum, veræ vitæ

[a] Recole quæ de hac sententia diximus in not. ad § VII Homiliæ *Theodori Sinaitæ* (sup. pag. 227), ubi palam elucet, *oculum mundi* ideo Virginem appellari, quia cæcitatem per primum Adæ peccatum inductam non incurrit.

[b] Quid sibi velit Isidorus, cum Virginem Deiparam appellat *imaginem divinam*, disce ex iis, quæ alibi (*Hom. in Deip. Annunt.* § XXI, sup. pag. 426) affirmavit, videlicet in *sola* Deipara impletum illud esse, quod Deus hominem plasmaturus dixit (*Gen.* I, 16): *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram;* propterea quod et in sola Deipara imago illa ac similitudo nullum passa est detrimentum, et in sola Deipara imago divina suam assecuta est perfectionem.

ξενον ἀγαθοῦ, πρὸ τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν, ἐκδημοῦσαν, ἀπαίρουσαν, μεθισταμένην, φεῦ, ἄπνοον ὁρῶντες; Πῶς οὐκ ἀλγεινὸν ἡμῖν ὁ σὸς χωρισμός; Πῶς οὐκ ἀνιαρὸν ἡ στέρησις; Πῶς οὐ πικρόν, πῶς οὐ φρίκης γέμον, νεκρὸν, ἀκίνητον, ἄφωνον τὸ ζωοπάροχον σκεῦος παραδοῦναι τῷ τάφῳ; Σείσθητι γῆ, καὶ ἥλιε μελανδύθητι, καὶ οὐρανοῦ τάξις ῥάγηθι, καὶ οἵαν ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτῆς, διὰ τὴν φρικωδεστάτην νέκρωσιν, τὴν ἴσην καὶ νῦν βαρύτητα τῆς ὀφρύος ἐνδείξασθε.

Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ Θεοῦ μῆτερ, ἀῤῥήτων ἀγαθῶν ἐκδέξεται κύκλος; ὑπὲρ νοῦν εὐφροσύνη περιστοιχιεῖ· χαρὰ, ἧς οὔτε νοῦς μέτρον ὠδίνειν, οὔτε γλῶσσα προάγειν οἶδε, καὶ προπέμψει, καὶ ἀκολουθοῦσα περιζητήσει, καὶ αἰωνίως ἀνακλινεῖ παρ' ἑαυτῇ· δι' ἣν ἄρα τὴν τῆς χαρᾶς ἔκβασιν, ὡς ἡγούμεθα, οὔτε τόδε τὸ πᾶν ἐκλονήθη, ἀλλ' οἱονεὶ χαίρει, καὶ καθάπερ μὴ καινοῦ τινὸς τερατουργουμέ-

---

omnibus auctricem, et cujusvis alterius boni causam præ oculis nostris abire, discedere, hinc migrare, eheu, spiritus expertem ipsi viderimus? Quomodo non acerbum nobis fuerit abs te sejungi? Quomodo non mœstum te privari? Quomodo non amarum, quomodo non plenum horroris, vas illud vitam præbens, mortuum, motu ac voce carens, sepulturæ tradere? Tremores jam cieas, o terra, tuque atrum, o sol, velum assume, et consuetum tibi ordinem, o cœlum, abrumpe, et qualem ad terrificam unigeniti ejus mortem, parem nunc quoque mœstissimum vestrum luctum ostendite.

Verumtamen te, o Dei mater, ineffabilium bonorum corona excipiet : te circumcinget lætitia omnem mentis captum excedens; te gaudium, cujus mensuram neque animus concipere, neque eloqui lingua potest, et deducet, et te comitans circumambiet, et penes se in sæcula recumbere te jubebit : et lætissimus profecto ejusmodi exitus, ut arbitror, effecit, ut et hæc rerum universitas nullatenus commota fuerit, imo vero quodammodo gaudeat, ac veluti nihil novi ac stupendi agatur, suo

νου, τὸν ὅρον σώζει τὸν ἴδιον. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη λοιπὸν, θεοχαρίτωτε, καὶ παναγίας ψυχῆς καὶ δυνάμεως, καὶ τὸ λυποῦν ἡμᾶς ἐξιάσασθαι νέφος, καὶ χαρίτων γεῦσαι τῶν σῶν, ἐπείπερ νῦν εὖ πράττει τὰ πάντα καὶ τῇ σῇ μεταστάσει.

XX. Ἐπεὶ δὲ τὰ τοιαῦτα προσρήματα, δακρύων τε ῥεύματα προσεξήντλει, ἃ τῆς ἔνδον φλογὸς ἄγγελος ἦν τῶν θεοκηρύκων, συνήλγησε μὲν ἐπὶ μικρὸν καὶ ἡ μακαρία, καὶ δάκρυον ἀπέσταξε τῶν ὀφθαλμῶν· κρείττων δὲ γενομένη τοῦ πάθους, οὐ δακρύων, φησὶν, ὁ παρὼν καιρὸς, ἀγαθοὶ τοῦ κοινοῦ δεσπότου διάκονοι· οὐ πένθους ὑπόθεσις ἡ ἐμὴ μετάστασις· οὐ ποιητικὸν στεναγμῶν ἡ πρὸς οὐρανοὺς ἄνοδος· οὐ κατηφείας αἴτιον ἡ πρὸς τὸν κτίστην καὶ υἱὸν ἐμὸν ἀναχώρησις. Ἐκεῖνο μόνον τῶν σκυθρωπῶν ἦν, ἡ περὶ τὸν Σωτῆρα παροινία τῶν Ἰουδαίων· τὰ ἀλγεινὰ ἐκεῖνα, καὶ δίκης ἔξω καὶ νόμων, οἷα κατὰ τοῦ πλάστου τὸ ἀπεχθὲς ἐξεβάκχευσε πλάσμα· ἐκεῖνο τῶν σφόδρα ἀνιαρῶν, ἡ γύμνωσις, ἡ στρέβλωσις,

---

se ordine contineat. Quod reliquum est, quandoquidem et ad transitum tuum nunc omnia bene feliciterque habent, sanctissimæ animæ, o Deo carissima, potentiæque tuæ jam fuerit, et tristitiæ, qua nos afficimur, disjecisse nubem, gratiasque tuas gustandas nobis præbere.

XX. Cum autem ejusmodi alloquia lacrymarum rivos exprimerent, qui intimum prodebant dolorem, quo divini præcones intus urebantur, beata quoque illa Virgo paululum eorum se dolori consociavit, lacrymasque oculis effudit. At tristitiam mox vincens : Non lacrymarum, inquit, nunc tempus est, o egregii ministri communis omnium Domini : non causa luctus migratio mea est; non provocare ad gemitus debet in cœlos ascensio, neque mœrorem parere ad Creatorem filiumque meum profectio. Illud unum dolendum fuit, Judæorum adversus Salvatorem insania : illa prorsus tristia, ac præter fas omne ac legem, quibus odio percita creatura in Creatorem suum debacchata est : illa sane in miserrimis censenda, (Salvatoris) denudatio,

αἱ μάστιγες, αἱ ἐμπαιγμοὶ, καὶ τέλος, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ὁ ἀπευκταιότατος θάνατος. Ποῦ δὲ ἡ ὕβρις; ἔνθα μηδὲν μήτ' ἐγκαλεῖν εἶχον, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἡ πληθὺς, καὶ ἡ τῶν σημείων καινοτομία, κἂν τὴν πονηροτάτην ἐπηνωρθώσαντα γνώμην. Τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα καὶ περὶ ἡμᾶς πάντα χαρὰ, ἡδονὴ, τέρψις, ἑορτὴ, λευκή τις ἡμέρα.

Ἢ οὐχ ὁρᾶτε νῦν φαιδροὺς τοὺς ἱεροὺς παραγενομένους ἀγγέλους, καὶ πολλαχόθεν τὸ χάριεν ἐπιδεικνυμένους, δι' ὧν τε ἡ γλυκύτης καὶ τὸ προσηνὲς αὐτοῖς ἐπικάθηται καὶ πρᾶον, καὶ δι' ὧν ἡμῖν ἡδὺ προσλαλοῦσι, καὶ ἱερόν τι χρῆμα τὴν ἐκδημίαν μηνύουσιν; Οὐχ ὁρᾶτε στρατιὰν τῶν δικαίων, λαμπρὰ περιβεβλημένην, καὶ οἷον σκιρτῶσαν, ἀγαλλομένην, θυμήρη προσφθεγγομένην, καὶ τὴν ἐμὴν ἐκδεχομένην ἀνάλυσιν; Οὐκ ἄρα τἀναντία καὶ φρονεῖν καὶ ποιεῖν τῶν ἐφεστώτων καὶ ἀγγέλων καὶ ἁγίων προσῆκεν, οὐ τραγῳδίας καιρὸν τίθεσθαι καὶ ὀδυρμῶν, ὅτε συγχαίρει τῷ πλάστῃ

---

tortura, flagra, ludibria, ac denique, o terra et sol! mors omnium teterrima. Ubinam vero injuria iis illata? Nihil sane tunc habuerunt, quod quererentur; et beneficiorum cumulus ac perpetratorum miraculorum novitas animum eorum, utut pravissimum, ad emendationem provocabant. Quæ porro subsecuta sunt etiam quoad nos, omnia gaudium, voluptatem, jucunditatem, lætitiam, serenum quemdam diem habent.

Quid enim? An non sanctos Angelos cernitis nunc alacriter advenientes, et lætum quid undique explicantes, quo et dulcedinem, et benignitatem, et lenitatem præ semet ferunt, hisque nos suaviter alloquuntur, et ingens quid, meum nempe hinc discessum nuntiant? An non justorum videtis exercitum, splendore circumamictos, ac veluti salientes, exsultantes, amice alloquentes, meamque dissolutionem exspectantes? Haud consentaneum est igitur, a præsentibus et Angelis et Sanctis dissona seu sentire seu peragere, aut flendi ac lamentandi tempus censere tunc adesse, quando cœlestes omnes simul cum Creatore

τὰ ὑπερκόσμια· οὐχ, ὅτε πανηγυρίζειν ἔδει χαρμόσυνα, πενθικὴν ᾠδὴν ἀναβάλλεσθαι χρή. Οὐ τὰ κρότου παντὸς καὶ σκιρτημάτων λαμπρότερα, ἐκχύσει θρήνων ἀμαυροῦν ἄξιον· οὐκ ἀῤῥήτῳ τρόπῳ, καὶ οἵῳ Θεῷ προσῆκε, τοῦ κτίστου καὶ νῦν ἡμῖν ἐπιστάντος, μεθ' ὑπεραπείρου στρατιᾶς νοουμένης, ὡς ἄν μοι καὶ αὖθις οἷα δυνατὸς, χαρᾶς μεγαλεῖα ποιήσῃ, ταπεινόν τι καὶ ταῦτα τῶν ἐπωδύνων νοεῖν ἢ φθέγγεσθαι δεῖ· ἀγάλλεσθαι δὲ μᾶλλον, καὶ μουσικῶς τερετίζειν εὐφρόσυνα, δίκαιον· ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν αἱ γενεαὶ πᾶσαι μακαριοῦσί με, καὶ νόων μὲν πληθὺς σὺν ἄσμασιν ὑψηλοῖς ὑπὲρ ἡμῶν σκιρτήσει, ἀνθρωπίνη δὲ γλῶττα μεγάλα ὁμοίως ἠχήσει ἐγκώμια χαίρουσα. Εἰ δ' ὑμῖν, ὦ συνδικασταὶ τοῦ πλάστου, νῦν ἀνιαρὸν ἡ ἀναχώρησις δοκεῖ, ἀλλ' ἐπὶ μικρὸν τοῦτο, ὡς ἔτι τῷ τῆς σαρκὸς εἴκουσι νόμῳ· μετὰ βραχὺ δὲ, μήπω καὶ τῆς γῆς ἐκστάντες, πεῖρα τὸ τῆς χαρᾶς εἴσεσθε μέγεθος· καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐφρο-

---

lætitiam agunt; neque par est lugubres cantus persequi, quando festum cum gaudio celebrandum est. Haud æquum est, hæc quovis plausu atque exsultatione splendidiora lacrymarum effusione obnubilare; neque vile quid ac tristia mente agitare aut loqui congruit, dum ratione ineffabili et quæ Deum deceat, nunc quoque ipse nobis præsens cum innumero spirituum cœlestium exercitu Creator adest, ut mihi, et quidem iterum prouti potens est, gaudium magnificentissime conferat; imo vero exsultare expedit, et lætis modulis cantica permiscere; quandoquidem et ex nunc *generationes omnes me beatam dicent*[a], et Angelorum multitudo cum sublimibus hymnis causa nostri utique exsultatione gestiet, et humanum pari modo genus congaudens sonoris vocibus laudes meas præcelsas celebrabit. Quod si vobis, o Creatori conjudices, discessio mea quid triste modo videtur; at ad brevem horam, quippe qui adhuc legi carnis obnoxii, hoc sustinebitis; paulo post vero, etiam ab hac terra nondum egressi, amplitudinem gaudii experiri incipietis,

[a] *Luc.* I, 48.

σύνην καὶ καλλονήν, καὶ τὸ μέγα τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς πέλαγος, ἐξυμνεῖν οὐχ οἷοί τε ἔσεσθε. Ἀλλ' ὥρα, φίλοι, τῇ τοῦ δημιουργοῦ λειτουργῆσαι ψήφῳ· καὶ τὸ μὲν ἐμὸν ὑμεῖς σῶμα καὶ κηδεύσατε, καὶ συγκαλύψατε τάφῳ· ὁ δὲ πλάστης καὶ υἱὸς ἐμὸς, θεοπρεπῶς παραλήψεται τὸ πνεῦμα.

XXI. Ἐπὶ τούτοις, εὐλογίας αὐτοῖς ἡ πάναγνος μεταδίδωσι καὶ τὰς ψυχὰς εἰς τὸ χάριεν μετατίθησι· πᾶσί τε εἰρήνην ἐπεύχεται καὶ τὰ σωτήρια· καὶ μετὰ τοῦτο λύεται μὲν ἡ παναγία ψυχὴ τοῦ παναγεστάτου σώματος ἐκείνου· ταῖς δὲ τοῦ μονογενοῦς αὐτῆς καὶ παντοκράτορος ἐντίθεται χερσίν.

Ἦν οὖν ἰδεῖν εὐθὺς τὰ τῶν θεοκηρύκων ὦτα ἐκείνων, ὕμνων ἀῤῥήτων ἀοράτως πληρούμενα. Καὶ γὰρ ἦν ὁ μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς χῶρος, ἁγιοπρεποῦς ἅπας συλλόγου γέμων, οἳ καὶ τῷ δεσπότῃ φέροντι τὴν θείαν ἐκείνην ψυχὴν συνανήεσαν, ἱερὰ ἄσματα, λόγου κρείττω, καὶ μέλος ἐλέγχοντα πᾶν, τῇ παναμώμῳ καὶ μητρὶ τοῦ

---

lætitiamque ac præstantiam atque immensum non vanæ voluptatis pelagus, quod exinde consequetur, nec celebrare quidem pro merito sat valebitis. Sed jam hora est, o dilecti, Creatoris parere voluntati; et vos quidem corpus meum et curabitis, ac sepulcro recondetis; spiritum vero Creator ac filius meus divinitus excipiet.

XXI. Post hæc benedictionem eis purissima illa impertit, mœroremque eorum in lætitiam transmutat, et omnibus pacem precatur ac salutem. Tum vero a sacratissimo illo corpore solvitur anima sanctissima, atque unigeniti et omnipotentis ejus filii manibus excipitur.

Ilicet ergo cernere erat divinorum illorum præconum aures inenarrabilibus melodiis invisibili modo recreatas. Quantum enim cœlum inter ac terram medium spatium interjacet, totum splendido tenebatur sanctorum agmine, qui simul cum Domino divinam illam animam ferente ascendebant, et immaculatissimæ illi ac Dei Verbi matri sacra cantica quodvis melos vincentia ac

Θεοῦ λόγου προσάδοντες. Ἐντεῦθεν αἱ γνώριμοι τῶν ἀσμάτων ἐκείνων ἀκοαὶ ἡδονὴν ἐδέχοντο, ἁγιασμοῦ πλήρεις ἐγίνοντο, καὶ οὐκέτ' ἄγειν εἶχον σχολήν· διανίστασθαι δὲ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οἱ ἀπόστολοι παρεσκεύαζον, τοῖς τε αὔλοις κάτωθεν συνᾴδειν, κατάλληλά τε τοῖς νοουμένοις, ὡς δυνατὸν, καὶ προσπλέκειν καὶ συμφθέγγεσθαι, μελέτην ἐτίθεντο.

Διὰ ταῦτα καὶ ὁ θαυμάσιος Ἱερόθεος, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Διονύσιον, ὃς ἅπερ ἑώρακεν ἀπαράγραπτα μαρτυρεῖ, ἔκθημος γέγονεν ὅλος, ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ· τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων, καὶ πρὸς πάντων ὧν ἠκούετο καὶ ἑωρᾶτο, καὶ ἐγινώσκετο καὶ οὐκ ἐγινώσκετο, θεόληπτος εἶναι καὶ θεῖος κρινόμενος ὑμνολόγος[1]. Ὃ δὴ καὶ πᾶσι δοῦναι οὐκ ἀπεικὸς, τοῖς τῷ ζωαρχικῷ καὶ θεοδόχῳ συνδραμοῦσιν ἐκείνῳ σώματι καὶ τῶν οὐρανίων αἰσθομένοις ὑμνῳδιῶν.

[1] In editis Dionys. ὑμνολόγος κρινόμενος.

---

verbis non efferenda, modulabantur. Ad hosce porro concentus auribus excipiendos admissi jucunditate perfundebantur, sanctis replebantur sensibus, neque amplius jam inertes trahere moras poterant; sed suas quisque apostolorum animas excitare satagebant, et ab his imis suas cœlestibus voces jungere, et prout vires dabant, laudes iis, quæ aure percipiebant, consentaneas texere et simul hymnis plaudere studebant.

Quocirca et admirandus ille Hierotheus (ut verbis utar divini Dionysii[a], qui ea, quæ ipse viderat, sincere testatur), *totus extra se raptus est, quippe qui ad ea, quæ canebantur, participanda fuerat adscitus, et ab omnibus, a quibus audiebatur et videbatur sive notis sive ignotis, divino numine afflatus, divinusque laudator censebatur*. Quod quidem merito et de reliquis omnibus existimandum est, qui ad corpus illud, vitæ principium Deique capax, accurrerunt, et cœlestes illos audiere concentus.

[a] *De Div. Nomin.* cap. III.

XXII. Τίνα γὰρ μὴ χαίρειν καὶ κροτεῖν καὶ προσυμνεῖν ἂν ἐκίνει, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς ποθεῖν συντάττεσθαι μελῳδοῖς, εἴγε ἐνῆν ἀφίπτασθαι τῆς γῆς, ὧν ἡ διειδὴς ἀκοὴ τὰς ἐμμελεῖς ἐκείνας καὶ ὑπερφυεῖς ὑπεδέχετο ἱερουργίας, ἃς Χερουβίμ τε καὶ Σεραφίμ, καὶ ἡ ἀγγελικὴ πᾶσα διακόσμησις, ἔτι δὲ καὶ ἡ τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησία κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, εἴη δ' ἂν τοῦτο, πατριαρχῶν ψυχαὶ καὶ προφητῶν ὁμοῦ καὶ δικαίων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, τῇ πανάγνῳ καὶ θεοειδεστάτῃ ψυχῇ, καλλιεπῶς τε καὶ ἡδυφθόγγως ἐπῇδον, καὶ ἔμελπον, καὶ σεμνῶς, τελετουργικῶς, ἀῤῥήτως ἐξύφαινον; Ὅτε καὶ τοῦ δημιουργοῦ προερχομένου, σὺν ἡδονῇ τε πλείστῃ καὶ ἀγαλλιάσει τὴν παναμώμητον τῆς αὐτοῦ μη-

---

XXII. Et sane quis non ad collætandum permoveretur, et ad plaudendum, laudesque canendas, ac cœlestium illorum concentuum, siquidem e terra avolare fas esset, exoptandum consortium, quando perspicue ferebantur ad aurem suavissimæ illæ ac supernæ hymnodiæ, quas et Cherubim, et Seraphim, et omnes Angelorum ordines, nec non et *primitivorum*, juxta beatum Paulum[a], *ecclesia*, animæ scilicet, ut puto, patriarcharum et prophetarum simul et justorum omnium in cœlis descriptorum, purissimæ illi ac Deo simillimæ animæ[b] concinnis ac dulce sonantibus vocibus canebant et modulabantur, et decora quadam, sancta, ineffabilique ratione harmonias contexebant? Quando Creatore ipso præeunte et summa cum jucunditate et gaudio immaculatissimam[c] matris suæ gestante animam, qua

[a] *Hebr.* XII, 23.

[b] Vide quam sæpius auctor inculcat maximam illam Virginis cum Deo similitudinem, quam modo quidem cum summa conjungit puritate, alias vero expressius dixerat, in immunitate quoque a quavis spirituali corruptione ac labe esse reponendam.

[c] Cum in cœlos nihil inquinatum ingredi queat, jam si putes ideo *immaculatissimam* hoc loco dici sanctæ Virginis animam, quia tunc ab omni nævo munda erat, nihil sane habebis, quod in singularem Mariæ laudem cedat; quippe hoc decus commune iis omnibus est, qui cœlos ingrediuntur. Ad

τρὸς φέροντος ψυχὴν, ἧς οὔθ' ἡδύτερον, οὔτ' αὐτῷ τιμιώτερον, οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται τῶν ἁπάντων οὐδὲν, τὸ ἱερὸν ἅπαν ἐκεῖνο σύνταγμα, ἄλλοι τῶν προοδευόντων, τῶν παρεπομένων ἕτεροι, εὔκοσμον σώζοντες τάξιν, πάντες δὲ εὐρύθμως καὶ ὁμοφώνως μελίῤῥυτον ὑπὲρ νοῦν ἐξεβόων μελῳδίαν· καὶ σὺν θαύματι καὶ ἀσμασιν ἐκήρυττον τερπνοῖς τῆς πανυμνήτου τὰ μεγαλεῖα; Ὅτε πάντως ἂν ἐξηκούετο, καὶ ὅπως ταῖς ἄνω δυνάμεσι πύλας αἴρειν ἁπάσας τῇ βασιλίδι παρεκελεύοντο, οἷόν τι πρὶν καὶ Χριστοῦ γέγονεν ἀνιόντος· καὶ αὖ ὕμνος ὑπερφυής τε καὶ ἔμμουσος τῶν ὑψηλῶν θυρωρῶν, ἀσμένως ὑποδεχομένων τὴν τῶν οὐρανῶν ὑπερτέραν, καὶ ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς παραπεμπόντων, καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐκεῖνα τὰ παράδοξα θαυμαζόντων; Ὅτε καὶ δαίμονες ἔστενον μόνοι, πάντοθεν ἐλαυνόμενοι, καὶ ὡς ἀπὸ πυρὸς ὠθούμενοι τοῦ ἁγιασμοῦ, οὗπερ ἀὴρ ἅπας ἐμπέπληστο, τὸ φίλον αὐτοῖς σκότος, καὶ τὰς

---

dulcius nihil ex omnibus, nihil ipsi pretiosius aut fuerat aut futurum erat, cuncta illa veneranda turma, alii quidem præcedentes, alii subsequentes, mirum servantes ordinem, simul omnes numerosas ac consonas voces ad melodias supra mentis captum blandisonas inflectebant, ac tum suo ipsorum stupore, tum jucundis canticis laudatissimæ illius magnalia prædicabant? Quando utique audire erat, et quomodo supernis virtutibus indicebatur, ut portas omnes attollerent Reginæ, quemadmodum prius et Christo ascendente factum fuerat, et rursus quomodo janitores cœlestes nobilissimis et canoris hymnis lætissimi eam, quæ cœlis erat sublimior, excipiebant, ac super cœlos deducebant, ingentique miraculorum illorum stupore rapiebantur? Quando præterea soli gemebant dæmones undequaque expulsi, ac sanctitate, qua totus aer perfusus fuerat, quodam veluti igne fugati, amicas sibi tenebras, ac subterraneas ædes tamquam

stadium igitur mortalis vitæ id referendum est; et tunc solum singularis erit laus Virginis, si nulla immaculatissimam ejus animam unquam labes infecerit.

ὑποχθονίους οἰκήσεις, ὡς οἰκίας ἂν ἐζήτουν μάλα περιφανεῖς; Διὰ δὴ ταῦτα πάντα οὐδὲν ἀπεικὸς, ὥσπερ ἔφημεν, ὡς ἄρα τῶν ἀκροατῶν ἐκείνων ἕκαστος, ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ τότε κατέστη, καὶ ὡς εἶχεν ἀναβάσεως πρός τε Θεὸν καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα, πρὸς τὰς οὐρανίους διημιλλᾶτο σάλπιγγάς τε καὶ θείας ᾠδάς· θεόληπτοι δὲ πάντες, ἥπερ εἴρηται, καινουργηθέντες, ὑπερφυᾶ καὶ τὸν καθ' ἡμᾶς ὑπερβαίνοντα λόγον τοῖς ἀσωμάτοις ἂν συνέψαλλον ἄσματα.

XXIII. Ἀλλ' οὕτω τούτων ἐχόντων, αἴρουσιν οἱ προὔχοντες τῶν ἀποστόλων τὸν τῆς μακαρίας νεκρὸν, εἰ τοῦτο χρὴ καλεῖν τὸ ζωοδόχον ἐκεῖνο σκῆνος, τὸ τῆς δεξιᾶς οἴκημα τοῦ ὑψίστου, τὸ μέγα φωταυγὲς κειμήλιον, τὸ φαιδρότατον καὶ ὑπερουράνιον καὶ κεχαριτωμένον ἄγγος, τὸ καθαρώτατον καὶ ἀσφαλέστατον κιβώτιον, ὃ τὸν μόνον ὑπεδέξατο ἀκηλίδωτον· αἴρουσιν οὖν ἐπὶ σκίμποδος κείμενον, ἄφωνον μὲν, καθάπερ οἱ ἐκ χοὸς, σάλπιγγος δὲ ἁπάσης

---

domos valde illustres requirebant? Nil mirum profecto ad hæc omnia videri debet, quod, quemadmodum diximus, quisque illorum, qui hæc audierunt, utique extra se raptus tunc mente fuerit, et prout ad Deum ejusque matrem elevabatur, cœlestes illas tubas, divinasque hymnodias fuerit æmulatus, ac superno omnes, ut dictum est, numine afflati, cantica sublimissima et cogitationi nostræ impervia simul cum incorporeis spiritibus prompserint.

XXIII. Porro cum hæc ita agerentur, apostolorum primores beatæ illius tollunt cadaver, si tamen hoc nomine fas est appellare vas illud subsistentis vitæ capax, habitaculum dexteræ Excelsi, cimelium splendidissimum, nitidissimam urnam, cœlis præstantiorem, et gratia plenam, arcam purissimam et tutissimam ab insidiis, quæ illum in se excepit, qui solus est immaculatus; tollunt ergo cadaver in lectulo jacens, vocis quidem expers, non secus ac quotquot ortum ex pulvere duxerunt, sua

τρανότερον τὰ ἑαυτοῦ μεγαλεῖα προφαίνοντα, καὶ ὑπὲρ ἥλιον χάριτας ἀστραπτούσας ἐκλάμποντα, καὶ τὴν πρὸς τὸν τάφον, ἐν Γεθσημανῆ δὲ οὖτος, ἐβάδιζον φέροντες, καὶ μελουργικοὺς ἱεροὺς συνέπλεκον ὕμνους, οὐ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς τῶν λοιπῶν ἐκφοραῖς, λέγω δὲ πρὸς Θεὸν πρεσβείαν, ἵν' ἵλεως ᾖ τῷ μεταστάντι, καὶ τῶν ἐγκλημάτων ἄφεσιν, καὶ τόπον ἀπονέμῃ ῥαστώνης, ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός, κατὰ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν· ποῦ γὰρ τῇ παναγνῳ καὶ ἀῤῥυπώτῳ τοιούτων ἔδει ψυχῇ; ἀλλὰ δὴ ὡς ὑπερφυέστερά τε καὶ ὑψηλότερα, καὶ οἷα τό τε πανάγιον πνεῦμα πλήκτρου δίκην, καθάπερ ἄλλας κιθάρας τὰς ἐκείνων ψυχάς, μουσουργεῖν θεοπρεπῶς ὑπεκίνει, καὶ ἡ κειμένη, καὶ ἐπ' ὤμων φερομένη, προσεχορήγει τε καὶ κατηύγαζε.

XXIV. Τάδε ἦν, ὡς ἐν εἰκόνι σκιαγραφῆσαι μικρᾷ, ὅσα περὶ τῆς πανυμνήτου καὶ οἱ πάλαι προέγραφον τύποι, σκηνὴ καὶ κιβω-

---

tamen ipsius magnalia clarius qualibet tuba manifestans, et gratiis præ sole micantibus relucens; dumque ad sepulchrum, quod in Gethsemane erat, euntes asportabant, suaves ingeminabant sacros hymnos, non tamen, ut moris est in aliorum funeribus, preces scilicet ad Deum, ut defuncto propitius sit, eique remissionem peccatorum, et locum quietis concedat, unde, secundum beatum Isaiam[a], *fugit dolor, et tristitia, et gemitus*: quorsum enim purissimæ illi et incontaminatæ animæ[b] his opus erat? sed sublimiora sane canebant et excellentiora, et qualia Sanctissimus tunc Spiritus, instar plectri eorum animas quasi totidem citharas pulsans, ad modulandum divinitus permovebat, atque ipsa Virgo, quæ jacebat, eorumque humeris gestabatur, mentibus eorum lumen adspergens, suggerebat.

XXIV. Porro, ut eorum breve schema exhibeamus, ejusmodi fuerunt quotquot de laudatissima Virgine et veteres præfigura-

[a] *Is.* XXXV, 10, sec. LXX.

[b] Inspice studium puritatem singularem beatæ illius animæ celebrandi.

τὸς, καὶ τρόπαια Μωϋσέως καὶ τέρατα καὶ τἄλλα, δι' ὧν Ἑβραίοις καὶ ἦν τὸ σεμνὸν καὶ ἐδόκει, καὶ ὅσα προφητῶν ἐμπνεύσεις θεουργικώτατα διεκωδώνισαν· εἶτα καὶ τὰ λαμπρὰ κατ' αὐτὴν ἐκεῖνα, ὅπως ἐξ ἀνθρώπων ὑψηλῶς προῆλθεν, ἄβατος ὂν ᾧκει τόπος, ὅπως οὐρανόθεν ἐτρέφετο, οἷος ἀσπασμὸς ὃν ἐδέξατο, ὁ ὑπερφυὴς καὶ ἄφραστος τόκος ἐκεῖνος, τὸ ἡμέτερον ὃ παραδόξως παρ' αὐτῆς ὁ πλάστης περιεβάλλετο ἔνδυμα, ἡ καινή γ' ἐξ αὐτῆς ἐκβλύσασα τῷ δημιουργῷ τράπεζα. Ἐμοὶ δοκεῖν, περὶ αὐτῆς μόνης καὶ ὁ θεῖος προέφησε Δαεὶδ, εἰ καὶ πᾶσιν ἐπᾴδεται νῦν, τὸ, Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου· μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν.

---

bant typi, videlicet tabernaculum, et arca, et trophæa Moysis, et portenta, et reliqua, quorum gratia Hebræorum Synagoga et erat et putabatur veneranda, et quæcumque divinissima afflati prophetæ prædicaverunt[c] : deinde et præclara illa, quæ impleta in ipsa fuerant, ratio nempe præcelsa[d], qua ex hominibus orta fuerat, inaccessus (templi) locus, quem inhabitaverat, cœlestis, quo nutrita fuerat, cibus, salutatio qua fuerat honorata, supernaturalis ille atque ineffabilis partus, humanum, quo ex ipsa Creator miro modo circumamictus est, indumentum, novum, quod ab ipsa effluxerat, Creatori alimentum. Et, ut mihi quidem videtur, de ipsa sola divinus David vaticinatus illud fuerat, quod tamen de omnibus nunc cani solet[a] : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini ; Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* De quo enim congruentius,

[a] Quod ergo ad Virginem Deiparam præsignandam spectarent quotquot penes Judæos sacra et veneranda habebantur, itemque quod in veteris Testamenti prodigiis, ac Prophetarum oraculis eadem præcelsa Virgo adumbraretur, id ex apostolica, uti patet, doctrina et exemplo deducitur.

[b] Videsis inter præclara Virginis portenta primam quoque ejusdem originem censeri : *primam*, inquam, *originem;* neque enim de ipsius Nativitate singulare quidpiam veteres tradiderunt.

[c] *Ps.* CXVIII, 1, 3.

Τίνι γὰρ ἂν οἰκειότερον, ἢ τῇ πανάγνῳ, γένοιτο ταῦτα; Ἦν ἂν ἄρα καὶ τοῦτο οὐ φαῦλον εἰς αἶνου προσθήκην τοῖς θεοκήρυξιν. Ἔτι δὲ, κατὰ τὸν ἱερὸν Διονύσιον, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἐξύμνουν ἀσθενείας· δηλοῖ δὲ τοῦτο, ἅπερ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς δι' ἐμὲ τὰ πάνδεινα ἐκεῖνα καὶ ὑβριστικώτατα ἐφιλοσόφησε πάθη. Τοιαῦτα τοίνυν, καὶ ὡς ἡμῖν ἐξυμνεῖν οὐκ ἔνι, τὸ γὰρ εἰπεῖν ἱκανῶς τῆς ἐκείνων θεῖται φωνῆς, ἱεροπρεπῶς ἄγαν οἱ λαμπροὶ νεκροπομποὶ δοξολογοῦντες διήεσαν τὴν ὁδόν.

XXV. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀνεκτὰ ταῦτα τῷ φθόνῳ· οὐδ' ἡ πονηρὰ γνώμη φέρειν εἶχε τὴν χύσιν τοῦ ἀγαθοῦ· οὐδ' ὁ τῆς κακίας ἐφευρετὴς ἡσυχίαν ἄγειν ἠγάπα, ὡς ἄλλον ἀέρα, τὸν ἁγιασμὸν ὁρῶν ἐφαπλούμενον· καὶ διὰ τοῦτο τὸ πρόθυμον τῇ κακίᾳ διακονεῖν, τὸ δεξιὸν ὄργανον φαύλων συμπερασμάτων, τὸ εὐρυχωρότατον ἐργα-

---

quam de purissima illa, dici hæc poterant? Et hinc igitur haud leve profecto laudandi argumentum divinis præconibus addebatur. Insuper, ut eximius inquit Dionysius[a], *immensa potentia præditam divinæ infirmitatis collaudabant bonitatem;* quam quidem palam ostendunt passiones illæ plenæ doloris et contumeliæ, quas Jesus meus propter me ardenti studio exquisivit. Hæc itaque, et ea ratione, qua hymnos dicere nobis non datur, quippe quæ ut apte promantur illorum sibi vocem postulant, insignes illi demortui corporis deductores laudes decentissimo ritu celebrantes viam peragebant.

XXV. Verum haud ferenda hæc visa sunt invidiæ; neque effusionem boni tolerare poterat pravus animus; neque malitiæ omnis architecto deses arridebat otium, cum sanctificatricem virtutem tanquam alterum aerem diffundi cerneret; et propterea id, quod apte pravitati inserviret, idoneum improborum faci-

[a] *De Div. Nomin.* cap. III. Hunc Dionysii locum sic explanat S. Maximus Martyr. (in *Schol.* ad eund. loc.) : *Divinum imbecillitatem* (ἀσθένειαν) *hic vocat voluntariam condescensionem Filii Dei ad corpus absque peccato.*

στήριον καὶ ζάλης, καὶ μάχης, καὶ θορύβων καὶ φόνων τὸ τελευταῖον, τὸν βάσκανον ὀφθαλμὸν, τὴν καθέδραν τοῦ διαβόλου, τὸ πονηρότατον δημιούργημα, λέγω τοὺς Ἰουδαίους, ἐκμαίνει πάλιν, καθάπερ κατὰ Χριστοῦ πρότερον, οὕτω καὶ νῦν κατὰ τοῦ νεκροῦ τῆς ἐκείνου μητρός.

Καὶ δὴ ῥοπάλοις καὶ λίθοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ἄλλοις, οἷά περ ἀμυντηρίοις χρησάμενοι ἔτι καὶ ξίφεσιν, ὥς φασιν ἔνιοι, ὁμόσε χωροῦσι, θηρίου παντὸς ἀλογώτερον, κατὰ τῶν ἱερᾶς ἐξαγωγῆς διακόνων ἐκείνων, καὶ τοῦ διαβασταζομένου τιμιωτάτου σκήνους. Σκηπτοὶ δὲ ἄνωθεν μὲν οὐ κατέφλεξαν τοὺς ἀλιτηρίους, οὐδὲ κεραυνοὶ τοὺς παρανόμους ἐνέπρησαν, γῆ δὲ οὐ διηνοίχθη καὶ κατέπιε τὸ πάντολμον γένος, ὡς πάλαι τοὺς ἐκ πηγῆς τῆς αὐτῆς Δαθὰν ἐκεῖνον ἀκούομεν καὶ Ἀβειρών· ἀλλά τις ἐνσκήπτει δίκη τοῖς τολμηταῖς ἑτέρα, ἥ καὶ τοῦ ζῆν εἰ καὶ μὴ πικρῶς ἐκείνους ἀφήρπασεν, ἀλλά γε μὴ ἄδικον χεῖρα κινεῖν κατὰ τῶν τοιούτων ἐπαίδευσεν,

---

norum instrumentum, amplissimam et turbinis et pugnæ et tumultuum ac denique cædium officinam, liventem oculum, diaboli cathedram, malignissimam creaturam, Judæos dico, quemadmodum antea adversus Christum, sic et nunc adversus matris ejus cadaver, ad immanem iterum furorem percit.

Fustibus itaque et lapidibus, et si quid aliud ad manus veniebat, velut armis ad vindictam aptis, imo, ut nonnulli narrant, etiam gladiis instructi, adversus illos sacri funeris ministros, pretiosissimumque, quod efferebatur, tabernaculum, irrationabilius quam fera quælibet, simul omnes irruunt. Neque tamen aut e cœlo ignita procella scelestos absumpsit, aut iniquos fulmina combusserunt, aut velut olim Dathan illi et Abiron eadem stirpe prognatis factum novimus, dehiscens tellus audacissimam progeniem deglutivit; sed alia quædam audaces invadit ultio, quæ etsi illis acerba morte vitam non abstulit, satis tamen admonuit tum eos, qui eruditi sic sunt, tum alios, quibus tacti

αὐτούς τε τοὺς μαθόντας, καὶ οἷς τὸ συμβὰν οἱ πληγέντες ἐξέφραζον. Ἡ δίκη δὲ ἦν, ἀορασία δεινή, καὶ τεχνικὴ τύφλωσις, ὅπερ ὄντως ἐτύγχανον ὄντες ἐκεῖνοι κατὰ ψυχήν, εἴπερ ἄλλο τι. Καὶ ἡ πληγὴ τῆς μὲν ἀνοσιωτάτης ἀπάγει τόλμης, τοῦ δὲ πλανᾶσθαι καὶ προσκόπτειν, τοὺς πεπλανημένους ὄντως ἐκείνους καὶ μιαροὺς, οὐ πόρρω προὐτίθησιν· ἀλλ' ἄθλιοι, ἄλλων αὐτοῖς ἡγουμένων, τῆς ἀσυμπαθοῦς ἐκστρατείας τὴν δικαίαν ἐκείνην μάστιγα οἴκαδε φέροντες ἐθησαύριζον.

XXVI. Εἷς δέ τις τῶν βεβήλων ἱερέων τοῦ χριστομάχου συνεδρίου ἐκείνου, μὴ τῷ ἴσῳ πάθει πληγείς, ἀφίησι τὰς χεῖρας, ἄλλως ὡς Ὀζὰν[1] ἐκεῖνος, ὅλῃ μωρᾷ τῇ ῥύμῃ, καθάπερ μὴ νοῦν ὁδηγὸν ἔχων, ὥστε ἁπρὶξ λαβόμενος περιγράψαι, καὶ εἰς γῆν ἀτίμως καταγαγεῖν τὴν πάντιμον κιβωτὸν ἐκείνην, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ τιμιώτατον θησαυρὸν, τὸν θαυματουργὸν ἐκεῖνον λέγω νεκρὸν, ἐκχέαι

[1] Cod. ὁ Ζᾶν: Ὀζὰν autem pro Ὀζὰ habet et edit. Ald.

---

vindicta factum enarrabant, ne sceleratam manum in eos (discipulos) moverent. Hæc autem ultio fuit atrox luminis orbatio et artificiosa cæcitas, quemadmodum cæcitate animi prorsus ac potissimum laborabant. Ista porro calamitas a nefandissimo quidem ausu eos continet; nec tamen illos vere deceptos ac impios ab errore et acerbo odio abstrahit; sed miseri, aliis eos deducentibus, justam illam immitis facinoris pœnam, promeritum vere thesaurum, domum reportarunt.

XXVI. Verum unus quidem e profanis sacerdotibus synedrii illius Christo infensi, qui calamitate illa tactus non fuerat, alio quam antiquus ille Oza consilio, stulto prorsus impetu, tanquam qui duce rationis lumine destituitur, manus immittit, ut tenaciter apprehendens retineat inque terram cum ignominia evertat arcam illam prorsus venerandam, ac pretiosissimum, qui in ea ferebatur, thesaurum, illud inquam corpus, unde tot por-

καὶ τὰ δεινότατα ἐξυβρίσαι. Ἀλλ' ἡ ἄμαχος τῆς κειμένης ἰσχὺς θαυματουργεῖ κἀνταῦθα παράδοξον. Καθάπερ γὰρ τοῦ κινήσαντος ὀργάνου τὰ βέλη διίστανται, οἷς ἂν ἐπέλθοι πηγνύμενα· οὕτως αἱ βέβηλοι χεῖρες ἐκεῖναι, ὁμοῦ τε ἔφθασαν κατὰ τοῦ ἱεροῦ σκίμποδος, καὶ τοῦ βάλλοντος οὐκέτ' ἦσαν, ἀλλ' ἔμειναν, ὢ τοῦ θαύματος, ἐμπαγεῖσαι τῷ σκίμποδι, καὶ τοῖς ὁρῶσι τὴν τῆς πονηρᾶς τόλμης καινὴν στηλιτεύουσαι δίκην. Ὁ δὲ πολέμιος ἄχειρ ἐδείκνυτο, ἐξ αὐτῶν ἀγκώνων τὰ ἄθικα βέλη ζημιωθεὶς ἐκεῖνα, ἐλεεινὸς τοῦ πάθους, ἄθλιος τῆς συμφορᾶς. Ἦν γὰρ ἰδεῖν θέαμα καινὸν τὰς μὲν χεῖρας παραδόξως τοῦ σκίμποδος ἀπηωρημένας, καὶ θερμὸν ἐκρεούσας αἷμα· τὸν δὲ πρὶν τολμητὴν ἐκεῖνον, κατὰ γῆς τραυματίαν, αἵματι πεφυρμένον, ἐῤῥιμένον[1] ὥσπερ τι πτῶμα δακρύων ἄξιον, ἄνθρωπον δίχα χειρῶν· αὐτὰς μὲν ὁρῶντα πρὸ ὀφθαλμῶν, τὴν δὲ πρὶν συμφυΐαν καθάπαξ ἀπειρηκότα, καὶ μήτε θαρ-

[1] Ita codex tum heic, tum alibi.

---

tenta, dejiciat ac diris contumeliis afficiat. At Virginis jacentis invicta virtus heic quoque mirum edit portentum. Quemadmodum enim ex vibrantibus arcuum nervis se proripiunt sagittæ, et quo latæ fuerint, hærent infixæ; haud secus impuræ illæ manus simul atque sacrum lectulum attigerunt, non amplius immittentis jam erant, sed, o prodigium! lectulo defixæ, et contuentibus novæ impii ausus pœnæ indicium permanserunt. Aggressor porro scelestis illis multatus armis, ex ipsis cubitis cernebatur mancus, doloris sensu ærumnosus, jactura infelix. Novum enim videre erat spectaculum, manus scilicet admirandum in modum e lectulo pendentes, calidoque cruore manantes; cum vero, qui prius steterat audax, humi jacentem saucium, sanguine inquinatum, projectum velut cadaver quodpiam lacrymis plorandum, hominem truncatum manibus, et has quidem coram oculis aspicientem, de primo autem earum nexu prorsus desperantem, et simul suas non audentem manus re-

ροῦντα ζητῆσαι τὰς χεῖρας, καὶ αὖ τῇ τῶν μελῶν συγγενείᾳ πρὸς τὴν αἴτησιν τυραννούμενον.

Ἀλλ' ἐπιγινώσκει, δι' ὧν πέπονθε, τῆς κειμένης τὴν δύναμιν. Πρόσεισι τοίνυν ἱκέτης ἐλεεινός· προσπίπτει τοῖς τῶν ἀποστόλων ποσίν· ἀντιβολεῖ, δεῖται θερμῶς, πηγὰς δακρύων ἀφίησι, κηρύττει τοῦ Χριστοῦ μου τὴν δύναμιν, δοξάζει τὰ μεγαλεῖα τῆς ἐκείνου μητρός, ἔξαρνος γίνεται τῆς πάλαι κακοδόξου θρησκείας· καὶ ἀντὶ τούτων ἀποκαταστῆναι αὐτῷ τὰς χεῖρας, τὸ μέγα αἰτεῖται τῶν ἀνθρώπων ὄργανον. Ἐπεὶ δὲ παροφθῆναι οὐκ ἦν τὴν ὁμολογίαν εἰσφέροντα, καὶ διὰ τοῦτο πληγέντα, ἵνα τὸν σταυρωθέντα κηρύξῃ, τυγχάνει τῆς δεήσεως, εὐχῇ μὲν τῶν ἀποστόλων, δυνάμει δὲ τῆς ἐκφερομένης· καὶ οἷον τοῦ σκίμποδος αἱ χεῖρες ἐκπετασθεῖσαι, τῷ συγγενεῖ τὴν τάξιν ἔσωσαν σώματι, καὶ γέγονεν ἄρτιος ψυχὴν καὶ σῶμα ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὕτω χαίρων διήει καὶ μεγαλύνων τὴν πάναγνον. Τῷ δὲ ἰαθέντι τούτῳ φύλλον ἐγχειρίζουσιν οἱ ἀπό-

---

quirere, simulque ipsas requirendi desiderio ob membrorum cognationem excruciatum.

At discit per ea, quæ passus fuerat, jacentis virtutem. Miser ergo accedit supplex; semet ad pedes apostolorum prosternit; exorat, vehementer obtestatur, lacrymarum rivos effundit, prædicat Christi mei virtutem, magnalia Matris ejus effert; pristinæ pravæ superstitioni nuntium remittit; atque horum gratia ut sibi manus, magnum illud hominibus præsidium, reddantur, enixe rogat. Quandoquidem autem despiciendus non erat, qui confessionem offerebat, et qui ideo percussus fuerat, ut Crucifixum prædicaret, intercessione apostolorum, ac virtute illius, quæ efferebatur, voti fit compos; ac manus a lectulo veluti avolantes, suum cognato corpori ordinem sartum tectum reddiderunt, animaque simul homo ille et corpore sanus effectus est, et sic gaudens ibat ac purissimam magnificans. Postquam autem sanitati restitutus est, apostoli frondem ei tradunt germinis

στολοι τοῦ θαλλοῦ, ὃν τῇ παρθένῳ παρέσχεν ὁ ἄγγελος, καὶ ἰατρὸν χειροτονοῦσι τῶν ἐκτυφλωθέντων Ἑβραίων ἐκείνων καὶ τῆς ὑγιοῦς κήρυκα πίστεως. Ὁ δὲ σώζει καὶ ἄμφω· ἰᾶται μὲν τῷ φύλλῳ τοὺς πληγέντας, εἰ καὶ τυφλοὶ διέμειναν τὴν ψυχήν· τὴν δὲ ἀληθῆ δόξαν σεσίγηκεν οὐδέποτε.

XXVII. Ἔχαιρον οὖν οἱ νεκροπομποὶ τῇ καινοτομίᾳ τοῦ θαύματος, καὶ τοῖς ὕμνοις ἄλλους ἐπικροτοῦντες, φαιδρότεροι τὴν ἐπὶ τὸν τάφον ἐχώρουν. Γεθσημανῆ τοιγαροῦν αὐτοὺς ὑποδέχεται, καὶ ὁ τάφος τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον ἐζήτει φόρτον. Οἱ δὲ καταθέντες τὸ πανάγιον ἐκεῖνο κειμήλιον, τὴν ὑστάτην ἐπᾴδουσι δοξολογίαν. Εἶτα τὸν ἄσηπτον θησαυρὸν, τὸ θαυμαστικὸν σκεῦος, τὸ οὐράνιον χρῆμα ὑπὸ γῆν κρύπτουσιν, ὃ καὶ οὐρανῶν ὑπέρτερον.

Ἐπεὶ δὲ πάντα διήνυστο μεγαλοπρεπῶς, καὶ ὡς ἀπῄτει τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ τὰ τῆς ἐκφορᾶς καὶ τῆς ταφῆς εἰκότως ἀφωσίωτο τῇ

---

quod Angelus Virgini exhibuerat, et eum tum medicum constituunt illorum Hebræorum, quibus ademptus visus fuerat, tum sanæ fidei præconem. Ipse porro utrumque re ipsa præstat; et frondis quidem ope medetur percussis, utcumque isti in animæ cæcitate permanserint; veram autem doctrinam numquam silentio pressit.

XXVII. Qui ergo deducebant cadaver, novo hoc prodigio lætabantur, atque hymnis alios adjicientes hymnos, alacriores viam ad sepulcrum usque percurrebant. Hinc eos excipit Gethsemane, et tumulus sacrum illud pondus sibi poscebat. Illi autem, purissimum illud cimelium reponentes, postremas ei laudes persolvunt. Deinde incorruptum thesaurum, vas admirandum, cœleste illud, quod cœlis ipsis est sublimius, sub terra recondunt.

Postquam autem omnia summo cum honore, et pro illius dignitate peracta sunt, et quæ pertinebant ad funus ac sepulturam, prouti Dei Genitrici conveniebat, rite sunt expleta, præclari

μητρὶ τοῦ Θεοῦ, ἐμέμνητο μὲν οἱ καλοὶ τῶν λαμπρῶν ἐκείνων διάκονοι καὶ λειτουργίας ἄλλης τῆς τοῦ κηρύγματος. Ἀλλ' οὔτε ὁ πόθος καὶ τὸ περὶ τὴν πάναγνον ἀποστῆναι ἐπέτρεπε σέβας, καὶ ἱεραί τινες ἄνωθεν ὑμνῳδίαι, καὶ ὑπὲρ τῆς πολυϋμνήτου δόξα ἀσίγητος μετά τινος ὑπερφυοῦς εὐωδίας, αὐτόθι καὶ εἰς τρίτην κατεῖχον αὐτούς· μεῖζον ἢ ταῖς σειρῆσιν ὁ μῦθος δίδωσι τῶν παριόντων κατακρατεῖν. Θεία δὲ πάντως καὶ τοῦτ' ἦν οἰκονομία, ἵνα καὶ ἄλλου μυστηρίου ἐπόπται γένωνται, καὶ πιστοὶ κήρυκες τοῦ φανέντος, ὃ νῦν ὁ λόγος ἐρεῖ.

XXVIII. Βραδύνει τις τῶν ἀποστόλων, καὶ ἄμοιρος γίνεται τῆς περὶ τὴν ταφὴν ἐκείνην διακονίας. Εἶτα φθάνει τῆς τρίτης ἐπιστάσης ἡμέρας· μανθάνει τὴν διαέριον τῶν συναποστόλων συνέλευσιν· μυεῖται τὰ παράδοξα ἐκεῖνα καὶ πράγματα καὶ μελῳδήματα, καὶ πάντα ἐκδιδάσκεται, οἷα κατὰ τὴν ἱερὰν ἐξέδη τελετήν. Ὡς δὲ οὐρανιά τινα καὶ ὑπερφυᾶ διακούσειε τὰ πραχθέντα, ἐκπλήττεται

---

rerum harum illustrium ministri utique ad alterum eorum munus, prædicationis videlicet, animum converterunt. At neque amor, neque reverentia erga Purissimam illam, permittebant, ut inde avellerentur; et cœlestes quidam sacri concentus, ac non intermissa laus illius omni honore dignissimæ simul cum miræ cujusdam suavitatis fragrantia, melius sane ac in Sirenibus vim detinendi prætereuntes comminiscantur fabulæ, illos ibidem ad tertium usque diem retinuere. Verum et id divino prorsus est numine factum, ut alterius quoque mysterii spectatores fidelesque portenti illius præcones forent, quod enarratura nunc oratio est.

XXVIII. Procrastinat apostolorum quidam, atque adeo exsors manet funerei illius ministerii. Illucescente dein tertia die advenit : audit de coapostolorum per æthera in eumdem locum adventu : discit de miris illis tum factis tum concentibus, atque omnia docetur, quæcumque in sacra illa pompa evenerant. Ubi autem cœlestia quædam ac præter naturæ leges mira patrata

μὲν, καὶ θαυμάζει· ἀλγεῖ δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ λυπηρὸν οἴεται τὸ συμβὰν, καὶ σφόδρα πλήττεται τὴν καρδίαν, ὅτι μόνος καθυστέρησε, μόνος οὐκ ἠξίωτο καὶ ἰδεῖν τὴν πάντιμον τελευταῖον, καὶ ἀποδοῦναι τὰ ἐξιτήρια, καὶ τῆς θέας τῶν θαυμασίων τυχεῖν· μόνος ἐνταῦθα τῆς περὶ τὴν ἐκφορὰν τοῖς φίλοις οὐκ ἐκοινώνησε λειτουργίας. Ἀλλ', ἐπείπερ ἀπελείφθη τῶν παραδόξων ἐκείνων, τῷ τάφῳ προσελθεῖν αἰτεῖται τῆς μακαρίας, καὶ τὸ κάλυμμα ἐκ μέσου θεμένων, ἰδεῖν τὸν νεκρὸν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ προσκυνῆσαι, καὶ οὕτω τυχεῖν παραμυθίας ἐνόμιζεν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ, τῆς τε ἀνίας τὸ πλεῖστον περιαιρεῖσθαι, καὶ τὴν τῆς βραδυτῆτος ὑποχωρεῖν ἀδοξίαν. Οἱ οὖν συμμῦσται πεισθέντες, συνήλγησαν γὰρ πάνυ περιαλγοῦντι τῷ φίλῳ, εὐχὰς ἱκετηρίους τῷ Θεῷ τε ἀνέπεμψαν καὶ τῇ ἐκείνου μητρί. Καὶ μετὰ τοῦτο, γυμνὸν τοῦ καλύμματος τὸν τάφον πεποικότες, τὸν νεκρὸν, ὦ τοῦ θαύματος, εὗρισκον οὐδαμοῦ. Οὐδὲ γὰρ νεκρὸς ἦν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, οὐδὲ γῆ καὶ τάφος καλύπτειν

---

audivit, percellitur ipse, et obstupescit; tum vero, ut res ferebat, dolet, acerbumque habet quod sibi evenerat, et intimo corde vehementer, quod solus tardius venerit, solus haud dignus effectus fuerit, qui et illam summe venerandam postrema ea hora videret, supremumque illi vale diceret, et aspectu tot mirabilium frueretur: solus ibi funebris cæremoniæ cum dilectis sociis particeps non exstiterit. At vero, quandoquidem stupendis illis non affuerat, hoc saltem rogat, ut ad beatæ illius sepulcrum sibi liceat accedere, amoventibusque eis operculum, cadaver illud intueri, et amplecti, et adorare; hoc enim pacto et aliquod sibi in calamitate solatium præberi, plurimumque auferri mœroris, et tarditatis ignominiam quodammodo depelli posse arbitrabatur. Symmystæ itaque morem ei gerentes (quippe qui dilecto socio admodum dolenti condolebant), supplices et Deo et Matri ejus preces effuderunt. Cum vero operculum dein e sepulcro amovissent, o portentum! cadaver nequaquam invenerunt. Non enim mortuus erat fons vitæ; neque humus ac

εἶχεν ἐπὶ μακρὸν τὸ τὸν ἀχώρητον χωρῆσαν καινότατον σκεῦος· διὰ τοῦτο ἀφίησι μὲν, ἅτε μὴ ἐκείνῃ τὰ κάτω κατάλληλα. Ἄνεισι δὲ ὑπερφυῶς, ἔνθα ὁ συγγενὴς αὐτῇ παρεσκεύαστο χῶρος.

XXIX. Ἔχει δὲ καὶ λόγος, ὃν τοῖς πιστοῖς οὐ συγχωρεῖ διαπιστεῖν τὰ κατὰ τὴν πάναγνον, ὡς ἄρα τεθέαται τοῖς ἀποστόλοις μετὰ τὴν ἱερὰν ταφὴν, πρὶν ἢ τὸν βραδύναντα ἐπιδεδημηκέναι, μάλα λαμπρῶς εἰς οὐρανοὺς ἀνιοῦσα, καὶ μετὰ δόξης ἀγγελικῆς ὑπὲρ λόγον προερχομένη, καὶ ἀῤῥήτου τὸν ἀέρα πληρώσασα εὐωδίας. Σαφῆ δὲ τούτῳ τὴν ἀπόδειξιν δίδωσι καὶ ἡ τοῦ τάφου κένωσις.

Ἔτι δὲ λέγεται καὶ ἄλλος ἐναργέστατος καὶ αὐτὸς, ἐγγραφῆναι τῷ τάφῳ ὅλον δῆτα τὸν τύπον τοῦ πανάγνου ἐκείνου σώματος· καὶ καθάπερ ἐκ διαγλυφῆς τινος ἀριδηλότατα ἐξεικονίζεσθαι τὸν τόπον, ὅσον καὶ οἷον ἡ τοῦ θείου σκήνους ἐπέσχε κατάθεσις, ἐμοὶ

---

sepulcrum diu tegere vas illud prorsus novum poterat, quod incomprehensibilem in se comprehenderat; atque idcirco eam dimittit, utpote cui infima hæc nullatenus consentanea essent. Ipsa porro mirandum in modum eo ascendit, ubi congruus illi paratus locus fuerat.

XXIX. Fertur porro et alia traditio (quam quidem incredula a fidelibus aure excipi cetera Purissimæ magnalia neutiquam permittunt), hanc scilicet, postquam sepulcro tecta jam fuerat, et antequam is, qui serius accurrit, advenisset, visam fuisse Apostolis ad cœlos splendidissime ascendentem, interque angelicos honores mire procedentem, atque aerem ineffabili implentem fragrantia. Et huic quidem famæ luculentam fidem illud etiam facit, quod vacuum dein sepulcrum fuerit inventum.

Aliud insuper enarratur, quod et facto ipso evidentissime confirmatur, totam prorsus corporis illius purissimi figuram sepulcro impressam esse, ac sculptili veluti opere designatum clarissime cerni, quantum qualemve locum tabernaculum illud divinum ibi depositum occupaverit, ut scilicet, quemadmodum

δοκεῖ, ἵνα τὴν πρὸς τὸν Σωτῆρα κἀνταῦθα σώσῃ κοινωνίαν ἡ πάναγνος· καὶ ὥσπερ ὁ δεσποτικὸς τάφος ἐκεῖνος τὰ ὀθόνια διετήρησε μόνα, οὕτω καὶ ὁ τῆς τοῦ κτίστου μητρὸς τάφος, τὸν ἐγκοιλανθέντα μόνον τύπον, ἀντὶ τῶν ὀθονίων φέρῃ· πρὸς δὲ καὶ ὅπως τῆς λεγομένης καὶ πιστευομένης περὶ αὐτῆς ἀναλήψεως, λαμπρὰν ἀεὶ παρέχῃ τὸ μνῆμα τοῖς ἐρῶσι τὴν μαρτυρίαν, οἷον δὴ καὶ τῶν ἱερῶν τῆς πολυϋμνήτου δακρύων ἐς δεῦρο φέρει τοὺς τύπους ὁ τὸν Σωτῆρα δεξάμενος σινδόσι νεκρὸν εἱλισσόμενον, ὦ τοῦ θαύματος, σεβάσμιος λίθος, ὃς ἀπό τε τῆς ὄψεως καὶ ἁφῆς τρανὴν ἡμῖν τὴν τῶν δακρύων εἰκόνα διασημαίνει.

XXX. Ἐχρῆν γάρ, δι' ὧν τὸ ὕψος ἔδει μηνύεσθαι τῆς πανάγνου, μηδὲν, κατὰ τοὺς λοιποὺς, διαῤῥεῖν. Ἄλλως τε καὶ οὐδ' ἂν ἦν ἀκόλουθον, πιστευθῆναι μὲν ἡμῖν τῶν λοιπῶν ἁγίων τὰ ἱερὰ σώματα, ἁγιασμοῦ ἕνεκεν, τοῦ δέ γε πάντων ἁγιωτάτου σώματος ἐκείνης, μήτ' ἴχνος ἢ τύπον, ἤ τι τῶν ἐκείνην σκιαγραφούντων,

---

mihi videtur, in hoc quoque Purissima illa similitudinem cum Salvatore gereret; et sicut in dominico illo sepulcro sola relicta sunt lintea, ita et in Genitricis Conditoris sepulcro sola pro linteis impressa servaretur imago; tum etiam ut ipsius Assumptionis, quæ narratur et creditur, præclarum perenniter testimonium ipse tumulus intuentium oculis objiceret, non secus ac sacrarum quoque laudatissimæ illius lacrymarum impressa signa etiamnum præfert (o portentum!) lapis ille venerandus, qui mortuum Salvatorem sindone involutum excepit, quique nostris et oculis et tactui manifesta lacrymarum signa exhibet.

XXX. Et sane par omnino erat, ut (quod circa ceteros Sanctos factum novimus) nihil eorum decideret, quæ ad testandam Purissimæ celsitudinem opportuna forent. Præsertim vero cum nullatenus consentaneum esset, ut ad sanctificationis nostræ præsidium ceterorum quidem Sanctorum sacra corpora nobis concrederentur, Virginei vero hujus corporis, omnium sane sanctissimi, nec vestigium nec imago nec quidpiam aliud eam

μηδὲν περιλελεῖφθαι δι' ἴσην αἰτίαν. Οἶμαι δὲ, καὶ ἵνα τὸ περιὸν εἰς ἁγιαστικὴν δύναμιν τῆς πανάγνου διαδειχθῇ, διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀχράντων ἐκείνων μελῶν, εἰς ἡμᾶς οἱ τύποι μόνοι παρέμειναν, ἅτε δὴ τοῦτο δυναμένων, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον, τῶν τοῦ ἱεροῦ ἐκείνης λειψάνου τύπων, ὅπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων ὅλον τὸ λείψανον.

XXXI. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἁγίας ἂν ἐκείνης εἰκόνος, ὡς ἔγωγε οἶμαι, τὰ τοιαῦτα δήπουθεν εἰκονίσματα, λέγω δὲ τοὺς θείους τύπους, φέρειν εἶχεν ἡ γῆ, εἴ γε μὴ καὶ ὁ πλάστης καὶ υἱὸς αὐτῆς, πολυειδοῦς ἕνεκεν ὠφελείας, τοῖς κάτω τὴν οἰκείαν ἐκείνην καὶ θείαν ἐδωρήσατο μορφήν. Αὐγάρῳ, ὃς Εδέσσης ἠγεῖτο, τὸν ἀτίμητον ἐκεῖνον ἐμπιστευθῆναι ἀκούομεν θησαυρόν. Ἵνα τοίνυν μὴ τῷ υἱῷ τῶν ἴσων ἀπολίπηται κἀνταῦθα ἡ ὑπεράμωμος μήτηρ, διὰ ταῦτα καὶ γῇ συγκεχώρηται, τὰς ἱερὰς ἐκείνας, ὡς εἴρηται, θησαυρίζειν σφραγῖδας.

---

adumbrans in eumdem finem relinqueretur. Arbitror autem, ideo etiam immaculatorum eorum membrorum figuras tantummodo ad nos usque remansisse, ut potior ad sanctificandum virtus Purissimæ ostenderetur, cum videlicet palam fieret, illud ipsum, quod integra aliorum Sanctorum pignora præstant, id ipsum, immo vero etiam plus posse sola sacrarum ejus exuviarum vestigia.

XXXI. Verum, ut mihi quidem videtur, ne ejusmodi quidem sanctæ illius imaginis vestigia, divinas inquam illas figuras, suscipere terra potuisset, nisi prorsus Creator quoque ac filius ejus, multiplicis emolumenti ergo, propriam illam divinamque figuram terrestribus dono dedisset. Siquidem Abgaro, qui Edessæ principatum obtinebat, pretiosum illum audimus commissum fuisse thesaurum. Ut ergo ne in hoc quidem purissima Mater dissimilis Filio esset, propterea hoc etiam datum est terræ, ut sacra illa signa, velut thesaurum quemdam, ut dictum est, penes se reconderet.

Ἐπεὶ καὶ κατὰ πολλὰ ἂν ἴδοι τις ἄλλα, τῷ κτίστῃ τὸ ἐμφερὲς σώζουσαν τὴν παναχραντον. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἔπιε μὲν τὸ τοῦ θανάτου δι' ἐμὲ ποτήριον, οὐ κατὰ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν νεκρῶν, μόνιμον, ὡς εἰπεῖν, οἰκίαν τὸν τάφον ἐκτήσατο, ἀλλὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ καταγώγιον ἐπιζητήσας, ἀνέστη· οὕτω καὶ ἡ τοῦ δημιουργοῦ μήτηρ, ὑπὸ γῆν μὲν ἦλθεν, ἅμα τε ἐκεῖνον μιμουμένη, τῇ τε ἐκείνου ψήφῳ πειθομένη, ἣν οἱ πρόγονοι πρὶν ἀκηκόασιν, ἦν γὰρ ἀληθῶς καὶ αὐτὴ ἐκ τῆς γῆς, εἰ καὶ μηδέν τι γήϊνον κατὰ διάνοιαν ἔφερεν· ἀνέστη δὲ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνέπτη, ἔνθα καὶ ὁ ταύτης υἱός. Καὶ ὥσπερ τριήμερος ἐκείνη ἡ ἔγερσις, παραπλησίως τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν ἐτήρησε καὶ αὐτή· καὶ καθάπερ ἡ τοῦ δεσπό-

---

Et sane etiam quoad alia plura pervidere quis poterit, Immaculatissimam cum Creatore similitudinem servasse. Nam quemadmodum ille bibit quidem propter me poculum mortis, non tamen instar aliorum mortuorum stabilem, ut ita dicam, domum sepulcrum sibi habuit, sed ut congruam quæreret sibi sedem, resurrexit; sic etiam Conditoris Mater terram utique subiit, tum ut Filium imitaretur, tum etiam ut illius pareret sententiæ[a], quam olim protoparentes audierant, quippe quæ et ipsa vere e terra erat, etsi nihil terrenum secundum animum gereret; verumtamen resurrexit, et in cœlos, ubi erat et Filius ejus, avolavit. Et quemadmodum resurrectio illa tertia die contigit, eumdem perinde dierum numerum et ipsa servavit; et

[a] Sententiam hanc refert liber Genesis (III, 18): *Donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Quocirca subdit Auctor: *Quippe et ipsa vere e terra erat.* At ne quis putaret, Virginem beatam illius quoque participem exstitisse reatus, qui mortis causa fuit, propter quem scilicet gratuito immortalitatis munere humanum genus exspoliatum est, protinus idem Auctor subdit: *Quanquam nil terrenum secundum mentem Virgo gereret.* Quinimo ulterius hinc se offert argumentum immunitatis Virginis a primo illo reatu. Si enim ex Isidori sententia et Virgo eo vitio infecta fuisset, pronum omnino erat hoc loco verissimam ac potissimam causam mortis proferre, videlicet Virginem quoque ea animi corruptione tactam fuisse, quæ hominem morti tradidit.

του ἀνάστασις, σαφῆ μὲν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν ἐγνώρισε τῶν ἡμερῶν, ὅτι τριήμερος, ἔκρυψε δὲ τὴν ὥραν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μητρός.

XXXII. Ἔτι δὲ καὶ τὸν τοῦ φοίνικος κλάδον, ὃν δι' ἀγγέλου τῇ μακαρίᾳ, καθάπερ ἔφημεν, πέπομφεν ὁ Θεὸς, πρὸς ταύτην ἂν, οἶμαι, τὴν εἰκόνα τοῦ Σωτῆρος φέρειν. Καθάπερ μετὰ κλάδων οἱ τῶν Ἑβραίων παῖδες, τὸ τῆς κακίας ἄδολον πλῆθος ἐκεῖνο, τῷ Σωτῆρι ὑπήντων, ψελλιζούσῃ τε γλώττῃ τὸν αἶνον καὶ τὸ σέβας κατήρτιζον· καὶ ὡς ἐκείνοις ἐνῆν, δι' ὧν ἐποίουν, νικητὴν τοῦ θανάτου τὸν δεσπότην ὑπέφαινον· οὕτω δὴ τῷ πάσης ἀμυήτῳ κακίας ἀγγέλῳ, ἀντὶ τῶν ἀκάκων νηπίων ἐκείνων, ὁ θαλλὸς ἐγκεχείριστο, ἵνα τῇ δεσποίνῃ προσάξῃ [1], καὶ τὴν τοῦ θανάτου νίκην ὑπογράψῃ.

Οὕτως ἡ πάναγνος ἀκριβῶς κἀνταῦθα τὴν δηλωθεῖσαν διέσωσεν εἰκόνα ἐκείνην. Ἔδει γὰρ τῇ ἀγαθῇ μητρὶ ἐφ' ἅπασι τὸν καινὸν

[1] Poster. man προσαγάγῃ.

---

sicut dominica resurrectio aperte utique nobis prodidit dierum numerum, tertium videlicet, attamen horam occuluit; eumdem in modum et Dei Matri factum est.

XXXII. Illum insuper palmæ ramum, quem per Angelum beatæ illi, uti diximus, Deus misit, imaginem puto referre Salvatoris. Quemadmodum scilicet pueri Hebræorum, turba illa malitiæ expers, cum ramis Salvatori occurrebant, et balbutiente lingua laudes persolvebant, præstabantque obsequium, et prouti poterant, per ea quæ gerebant, victorem mortis Dominum proclamabant; ita sane et Angelo ab omni malitia puro, innocentium illorum puerorum loco, ramus datus fuerat, ut eum Dominæ afferret, perque id referendam de morte victoriam significaret.

Sic et in hisce imaginem illam, quam diximus, exacte in se Purissima servavit. Et par erat profecto, ut bona Mater in om-

ἐκμιμήσασθαι υἱόν· καινὸν δέ τι καὶ ἀντίστροφον καινοτομηθῆναι ἐνταῦθα, παρά γε τὰ τοῖς κατὰ φύσιν υἱέσι πρὸς τοὺς τεκόντας τελούμενα. Ὁ μὲν γὰρ φυσικὸς συγχωρεῖ νόμος, τοῖς ἀγαθοῖς τῶν παίδων ἀρχέτυπον τοὺς ἀρίστους προκεῖσθαι πατέρας· ἵν' ἔχοιεν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας πείρας, ἣν ὁ φθάσας χρόνος ἐχορήγησε τοῖς τοκεῦσι, συλλέγειν τὰ κάλλιστα. Ἐπὶ δὲ τῆς καινῆς τοῦ Θεοῦ μητρὸς τοὐναντίον γέγονεν ἅπαν, καὶ ὁ νέος ἐκείνης υἱὸς εἰς ἀρχέτυπον τῇ μητρὶ προὐτέθη, καὶ πρὸς ἐκείνην ἀφορῶσα τοῦ υἱοῦ τὴν εἰκόνα ἡ πάναγνος, καὶ ἑαυτὴν ἐχρώννυε καὶ διεμόρφου καὶ διεικόνιζεν. Ἀλλ' οὐκ ἔξω λόγου καὶ τοῦτο. Ἦν γάρ, καθ' ἕτερον καὶ ὑψηλὸν τρόπον, πρωτότυπον ὄντως παντὸς ἄλλου πρεσβύτερον ὁ δημιουργὸς λόγος καὶ υἱὸς τῆς πανάγνου· καὶ διὰ τοῦτ' ἐσώζετο τὸ εἰκὸς, τοῦ ἐλάττονος ἀπό γε τοῦ κρείττονος δεχομένου τὴν εὐλογίαν.

XXXIII. Ἐπεὶ δ' ὁ λόγος περὶ τοῦ φοίνικος μικρόν τι φθάσας

---

nibus novum Filium imitaretur, simulque ut hic novum quid et ab iis plane diversum fieret, quæ inter filios consueto naturæ ordine progenitos eorumque parentes solent contingere. Fert enim naturæ lex, ut bonis filiis optimi patres ceu exemplar proponantur; ut scilicet ex diuturna experientia, quæ ex elapsa ætate parentibus accessit, optima quæque colligere queant. At in nova Dei Matre e contrario prorsus se res habuit, et Matri novus ejus Filius in exemplar est propositus, in eamque Filii imaginem oculos Purissima illa defigens, et colores et formam et lineamenta in semetipsam transferebat. Neque vero præter rationem id factum est. Alia enim sublimique ratione Verbum Creator ac Purissimæ Filius vere prototypus et quavis re alia antiquior exsistebat; ideoque congruus servabatur ordo, ut in inferiorem decus omne e superiore proflueret.

XXXIII. Quoniam[a] autem de palma paulo ante diximus,

[a] Hujus paragraphi versionem præbeo, quam Hippolytus Marracius jam vul-

ἐδήλωσεν, ἀναγκαῖον οἶμαι, τάς τε ἰδιότητας δεῖξαι τοῦ δένδρου, καὶ ὅτι φέρουσιν αὗται πρὸς τὴν πάναγνον, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπεὶ οὐκ ἂν, εἰ μὴ σφόδρα προσῆκεν αὐτῇ, τοιοῦτον εἴληφεν ἐκ Θεοῦ κλάδον.

Ὁ φοίνιξ τὸ δένδρον, βραχέα μὲν τῇ γῇ προσομιλεῖ· καὶ τοσοῦτον, ὅσον τὴν ἀναγκαίαν ἕλκειν ἰκμάδα, πρὸς στάσιν τὴν ἑαυτοῦ· σπεύδει δὲ ἄνω, κλάδους ἰθυτενεῖς προβάλλων, καὶ τούτους ἐπὶ μήκιστον ὕψος ἀναδιδοὺς, ὡς φθάσαι τὸν οὐρανὸν εἶπεν ἄν τις ἰδών, μελέτην θεῖναι τὸ δένδρον. Ταῦτα δὲ σαφῶς εἰκονίζει τὴν πολυύμνητον. Κἀκείνη γάρ, ὀλίγα μὲν τῶν γηίνων ἐκοινώνει· φημὶ δὲ τροφὴν, ὕπνον, καὶ ὅσα τῶν ἀναγκαίων· οὕτω γὰρ τούτων ἄρα μετεῖχε σωφρόνως, καὶ ὡς ἀναγκαῖον ἀνθρώπῳ, ὥσθ' ὅτι τε ἐξ ἀνθρώπων ἡ πρόοδος αὐτῇ δεῖξαι, πάντα τε αὕτη φέρει τοῦ ἀνθρωπείου νόμου, εἰ καὶ τὴν γνώμην πρὸς ἀνθρώπους, οὐκ ἦν τι

---

necesse esse existimo, et arboris proprietates demonstrare, et quam istæ habent similitudinem cum Purissima secundum meum judicium. Quoniam si non valde conveniens esset ipsi, non utique talem a Deo accepisset ramum.

Palma arbor parum quidem conversatur cum terra, et tantum, quantum possit necessarium ad suum statum humorem attrahere. Tendit autem sursum, erectos producens ramos; et ad summam eos altitudinem porrigit; ita ut qui videret, ad cœlum pervenire arborem cogitare, diceret. Hæc vero manifeste effigiant summe laudandam Virginem. Nam illa quoque pauca quidem terrestrium participabat; dico autem alimentum, somnum, et quæcumque sunt necessaria. Sic enim hæc modeste participabat, et ut necessarium est homini, ut ostenderet quod ex hominibus orta est : omniaque fert ipsa humanæ legis, quamvis secundum animam nihil cum hominibus commune

gaverat. Neque enim operæ pretium erat, huic particulæ, quam dubiæ prorsus fidei esse in Præfatione dixi, ulteriores curas adhibere.

κοινὸν τῇ παναγνῳ. Τὰ πλείω δὲ, καὶ ὅσα πρὸς λόγον ἔλκει ψυχῆς, ἄνω τε πρὸς ὑψηλὰ καὶ ὑπὲρ οὐρανὸν αὐτὸν διέθει τε καὶ διίππευε.

Καθάπερ γὰρ τῶν ζώων, ὅσα τρέφει πτερὸν, κάτεισι μὲν εἰς γῆν, τὴν φυσικὴν ἀνάγκην παραμυθούμενα, τὸ δὲ ὕψος ἀεὶ, καὶ τὸν ἀέρα ποθεῖ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις κοινωνεῖν οὐχ αἱρεῖται, οὕτως εἶχε πρὸς γῆν μὲν ἡ πάναγνος, διότι ἄνθρωπος· διὰ δὲ τὸ σῶφρον τῆς γνώμης, πρὸς μετέωρά τε καὶ θεῖα· καὶ καθάπερ ὁ ὀφθαλμὸς, ὁρᾷ μὲν τὰ ὁρατὰ, ψαύει δὲ οὐδενὸς τῶν ὁρωμένων, ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ σὰρξ, οὐδὲ τῆς τοιαύτης δεῖται τοῦ θίγειν (sic) ἀνάγκης, ἵνα τοῖς θεωμένοις προσβάλλῃ, ἀλλὰ κοινωνεῖ μὲν ἡ ὄψις τοῦ προκειμένου, μένει δὲ ἡ τῆς ὄψεως ὕλη ἀπαράπαυστος τῶν φαινομένων, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ κοινωνοῦσα καὶ ἄμικτος τῶν τοῦ χοὸς ἔμενεν ἡ πανάμωμος.

Πρόσεστι τῷ φοίνικι καὶ ἰδιότης ἑτέρα· ἡ δὲ, πρόεισι μὲν τῆς γῆς ὁ φοίνιξ, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν δένδρων· αὐξάνει δὲ οὐ κατ'

---

erat Purissimæ. In pluribus autem, quæ ad rationem animæ spectant, sursum ad sublimia et ad cœlum ipsum percurrebat, et quasi equo celeriter vehebatur.

Sicut enim animalia quæ alis prædita sunt, descendunt quidem in terram, necessitatem naturæ consolantia, sed semper sublimia et aerem desiderant, et cum hominibus conversari nolunt; sic se habebat ad terram quidem Purissima, quoniam homo erat; propter modestiam autem animi sublimia et divina contemplabatur. Et quemadmodum oculus videt quidem visibilia, nihil vero eorum, quæ videntur, attingit oculi caro, nec hujusmodi tangendi necessitate illi opus est ad videndum; sed participat quidem visus objectum, manet autem materia visus absque eo quod attingat res visibiles; eodem modo Immaculatissima et participans et immixta a terrenis manebat.

Adest palmæ et alia proprietas; est autem hæc : producitur quidem palma de terra, quemadmodum et reliquæ arbores;

ἐκεῖνα· τοὺς μὲν γὰρ κλάδους ἐπὶ μέγα αἴρει μῆκος, ὡς εἴρηται· τὸ δέ γε τῆς κορυφῆς πάχος, ὅσον ἀν τῆς γῆς ὑπερκύψας ἔχων φανείη, τοῦτο προσθήκης ἄμοιρον ἡστινοσοῦν, μένει διατηρῶν· καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τὴν πάναγνον, τοῦτον οἶμαι σκιαγραφεῖν λόγον. Ἡ παρθένος, προῆλθε μὲν τῆς ἰδίας μητρὸς, ὥσπερ ἄνθρωπος· καὶ διὰ τοῦτο, τὸ ἀρχαῖον πάχος, λέγω δὲ τὴν προγονικὴν ἁμαρτίαν, μεθ' ἧς ἐγεννήθη, ἥν τε ἀκουσίως εἴληφε, διαφυγεῖν τε τρόπος ἦν οὐδείς, οὐδὲ ὑπερβῆναι· περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος φιλοσοφεῖ Δαβίδ, ἐν ἁμαρτίαις, φάσκων, ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. Ταύτην δῆτα καὶ μόνην ἦκεν εἰς βίον φέρουσα, καὶ τῷ γένει δεικνῦσα· παχυτῆτος δ' ἑτέρας οὐτινοσοῦν δηλαδὴ ῥύπου, παντάπασι μεμένηκεν ἀνεπίδεκτος· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πατρῷον ἐκεῖνον καὶ ὀλέθριον ἑαυτῆς ἀπέῤῥιψε κλῆρον· καθ' ὃ δὴ καὶ ταυτησὶ περιεγένετο τῆς εἰκόνος. Ὁ μὲν γὰρ φοινιξ οὔτε ὁ κυηθεὶς ἔδειξε περὶ τὴν κορυφὴν, ἀποτίθεται πάχος, οὔτε οὗπερ ἔσχεν ἐξαρχῆς, ἔλαττον πεποίηκεν

---

crescit autem non sicut illæ; nam ramos quidem ad magnam extollit longitudinem, ut dictum est, summitatis autem tramite crassitiem, quam tunc habet, cum de terra producta apparuerit, hanc conservat cujuscumque additionis expertem; et hoc autem ad purissimam hanc habet, ut arbitror, rationem imaginis. Nata est quidem Virgo ex propria matre, sicut homo; et ideo antiquam crassitiem, dico autem peccatum originale, cum quo nata fuit, et quod invito acceperat, nullo modo poterat evitare nec transgredi : de qua et divus David philosophavit dicens[a] : *In peccatis concepit me mater mea*. Hoc igitur solum in hanc vitam edita tulit, ostendens humano generi : alterius vero crassitiei, cujuscumque videlicet inquinamenti prorsus incapax mansit. Nec solum hoc, sed illam quoque paternam et perniciosam sortem abjecit a se, sicut etiam hanc imaginem superavit.

[a] *Ps.* L, 7.

οὐδεπώποτε. Ἡ δὲ μακαρία, οἷον ὑπὲρ πᾶσάν τε οὖσα εἰκόνα, ἀπείρῳ τε τῷ μέτρῳ, καὶ αὐτὸ ὑπερβᾶσα τὸ γένος, ἔσπευσε καὶ τὸ ἀρχέγονον πάχος, φημὶ δὲ τὸν ἐκεῖνον Ἀδαμαῖον ὄλισθον, ἀποβαλεῖν τε καὶ ἀποξέσαι, καὶ τὸν ἀνδριάντα, τὸν ἄνθρωπον λέγω, οἷον ἐχάλκευσεν ὁ δημιουργός, στίλβοντα καὶ λαμπρὸν ἀποφῆναι· καὶ τὸ δὴ τούτου παραδοξότερον, ὅτι οὐ μικρὰν εἵλετο σχεῖν κάθαρσιν, καὶ οἵα ἂν αὐτῇ μόνῃ γένοιτο ἱκανή· ἀλλὰ τοσούτῳ καθαρότητος βάθει προσομιλῆσαι διηγωνίσατο, ὅσῳ καὶ ἄλλοις ἐκχέαι δεδύνηται, ῥύπον τε ἀποκλῦσαι δι' αὐτοῦ, τὸν παχύτατόν τε καὶ μιαρώτατον.

Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ τοῦ φοίνικος καρπός, ὅσα ἐμὲ νομίζειν, τὸν καινὸν ζωγραφεῖ τῆς παρθενίας υἱόν. Καθάπερ γὰρ ὁ τοῦ δένδρου τούτου καρπός ἐστι μὲν τήν τε ὥραν λαμπρός, καὶ τὴν γεῦσιν ἡδὺς ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς, ὁ δὲ ἔνδον καλύπτει, πάννυπέφυκε (sic) στερρὸν, καὶ συντριβῆς σχεδὸν ἀντώερον (sic)· οὕτω δὴ καὶ ὁ ἐμὸς Χρι-

---

Nam palma nec illam, quam, cum orta fuerit, monstravit circa summitatem, deponit crassitiem, et illam, quam ab initio habuit, minorem fecit unquam (sc. *nunquam*). Beata autem Virgo quasi supra omnem exsistens imaginem infinito intervallo ipsumque genus superans, properavit ad illam antiquam crassitiem, Adami inquam lapsum, abjiciendum, statuamque, hominem inquam, quem Opifex fabricavit, splendidam ac nitidam ostendendam; et quod admirabilius est, quia non parvam voluit habere purgationem, et quæ ipsi soli sufficeret; sed cum tanta profunditate puritatis conversari conata est, ut aliis quoque effundere potuerit, sordesque expurgare per ipsam crassissimas ac scelestissimas.

Ad hæc autem fructus quoque ipsius palmæ, ut ego arbitror, novum Virginis filium figurat. Sicut enim hujusce arboris fructus est quidem pulchritudine splendidus, et gustu dulcis plusquam alii : quod autem intus operit, valde solidum est, et quasi infrangibile : sic etiam meus Christus, Virginis fructus, aspectu

στὸς, ὁ τῆς παρθένου καρπὸς, τὸ μὲν ὁρώμενον γλυκὺς καὶ ὡραῖος, ὡς ἥκιστά γε τῶν ἁπάντων οὐδείς· τὸ δὲ νοούμενον, ἰσχυροῦ παντὸς ἐπικρατέστερος καὶ στερρότερος, καὶ αὐτὴν πλουτῶν τὴν ἀπάθειαν. Ὃ δὴ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ αἰνιττόμενος, οἶμαι, δίκαιος ὡς φοίνιξ, εἶπεν, ἀνθήσει· δίκαιον μὲν τὴν παρθένον ὀναμάζων ἐξόχως· ἄνθος δὲ τὸν ἐξ αὐτῆς, ὃν ἔφην, γλυκύτατον Ἰησοῦν, καθὰ καὶ Σολομὼν περὶ αὐτοῦ θήπουθεν τοῦ Χριστοῦ, ἐγὼ, φησὶν, ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρίνον τῶν κοιλάδων. Εἰ δὲ μὴ τὸ ἔνδον ἀπαθὴς ὁ φοίνιξ, οὐ παρὰ τοῦτό μοι δοκεῖ τὸν λόγον διαμαρτάνειν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς κτιστοῖς εἰκόνα εὑρεῖν τῆς θείας καὶ ἀπαθοῦς φύσεως ἀπαράλλακτον.

Ἔτι δὲ καὶ οἷς ἐπῆλθεν ἀποῤῥαγῆναι κόσμου, καὶ ὑψηλὰ φιλοσοφῆσαι, καὶ Θεῷ προσεντυχεῖν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, ὅτι τοῦτον ὡς ἀκούομεν πρὸς οἴκησιν εἵλοντο τὸν τόπον, ὃς τοὺς φοίνικας φύει, ὧν ὁ μὲν καρπὸς οὐ μικρὰ πρὸς τροφὴν αὐτοῖς ἐτύγχανε παραμυ-

---

quidem dulcis et speciosus, ut nemo omnium alius; intellectu autem omni forte validior ac solidior est, et ipsam possidens impassibilitatem. Quod jam et David propheta innuens, ut ego puto, *Justus*, dixit[a], *tanquam palma florebit;* justum egregie vocans Virginem : florem autem ex ipsa natum, ut dixi, dulcissimum Jesum, sicut etiam Salomon de ipso Christo, *Ego*, inquit[b], *flos campi et lilium vallium.* Quod si palma, quoad intus, non est impassibilis, non propterea sermo aberrat; neque enim in creaturis inveniri potest divinæ et impassibili naturæ imago omnino similis.

Adhuc etiam et qui voluerunt a mundo secedere et alta philosophari, Deumque alloqui, quantum homini est possibile, illum locum ad habitandum, ut audimus, elegerunt, qui palmas producit; quarum fructus quidem non parvo erat ipsis solatio :

[a] *Ps.* XCI, 13.
[b] *Cant.* II, 1.

θία, τοὺς δὲ κλάδους ἔργον εἶχον αἱ ἱεραὶ τῶν ὁσίων ἐκείνων χεῖρες· κατὰ πολὺ καὶ τοῦτο συνᾴδειν οἶμαι τῇ παρούσῃ θεωρίᾳ· καὶ οὐκ ἔξω λόγου, οὐδὲ αὐτόματον, ὡς ἄν τις φαίη, τὴν τοιαύτην διατριβὴν, τῶν ἁγίων ἐκείνων ἀνδρῶν, συγχωρήσαιμι ἂν ἔγωγε· οὕτω γὰρ ἔχω νοεῖν καὶ περὶ τούτου· ὡς ἐπείπερ τῇ πανάγνῳ μὲν, ὡς ἔφημεν, ὁ φοίνιξ ἀναλογεῖ, ὁ δὲ τούτου καρπὸς τῷ ὑπερφυεῖ καὶ παραδόξῳ ἐκείνης καρπῷ, διὰ ταῦτα χεῖρες μὲν τῶν ὁσίων κλάδους μετεχειρίζοντο φοινίκων· στόμα δὲ τὸν ἐκεῖθεν ἐδέχετο καρπὸν, ἵνα περὶ ἃ τὴν μνήμην καθεύδειν οὐδέποτ' ἐπόθουν, λέγω δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν πάναγνον, πρὸς ταῦτα καὶ ἡ τῶν χειρῶν ἐργασία καὶ ἡ τράπεζα συνεργοὶ γένοιντο· ἐπεὶ καὶ κρατεῖν εἴπερ τι τὸν Ἰησοῦν ἐβούλοντο, καὶ εἰ οἷόν τε, τοῦτον ἀεὶ σιτεῖσθαι καὶ ἀναπνεῖν. Τοῦτο δὲ δι' ὧν ἐποίουν, ὑπέφαινον, καὶ σαφῆ τὸν οἰκεῖον προύθηκαν σκοπόν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις.

XXXIV. Αὐτὴ δὲ, ὦ Θεοῦ μῆτερ, ἀγλάϊσμα τῆς ἡμετέρας φύ-

---

rami autem opus erant, quod sacræ illorum sanctorum manus operabantur; et hoc valde consonum esse arbitror præsenti speculationi, et non sine ratione; nec casualem, quod aliquid diceret, concederem unquam hujusmodi vitam sanctorum illorum virorum; sic enim intelligere possum de hoc : quoniam purissimæ Virgini, ut diximus, palma assimilatur, hujus vero fructus ineffabili, admirabilique illius fructui : propterea manus quidem sanctorum palmæ tractabant ramos; os vero illius fructum sumebat, ut circa quæ memoriam numquam dormire desiderabant, Jesum inquam et purissimam Virginem. Ad hæc autem et manuum exercitium mensaque cooperentur; quoniam et tenere, si quid aliud, Jesum volebant, et, si fieri posset, hunc semper manducare atque spirare. Hoc autem ostendebant, per ea quæ faciebant, et proprium scopum manifestum posuerunt. Et de his quidem satis dictum est.

XXXIV. Ipsa vero, o Dei mater, splendor nostræ naturæ,

σεως, καινοπρεπέστατον δημιούργημα, οὐράνιον ὕψος, χαρίτων θάλασσα, ἥλιε τοῦ φαινομένου λαμπρότερε, ἱερωτάτων ἀρετῶν πλήρης κιβωτέ, ἀνθέων ἁπάντων εὐωδεστάτη μυροθήκη, ἡ ἐμὴ σωτηρία, δι' ἧς καὶ οὐρανοὺς οἰκοῦμεν, καὶ παράδεισον ἀπειλήφαμεν, τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Θεοῦ τοῦ ἀχωρήτου δοχεῖον καὶ μήτηρ καὶ διὰ τοῦτο, Θεοῦ πλήν, ὁρωμένων ἁπάντων καὶ ἀοράτων δέσποινα, εἴης ἡμῖν, ἐνταῦθα μὲν, καὶ βίου θεοπρεποῦς κυβερνήτης, καὶ ἀληθείας ὁδηγὸς, καὶ προασπιστὴς τῆς καθ' ἡμῶν τοῦ πολεμίου μελέτης· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι, τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν χορηγήσαις ἀπόλαυσιν. Ἧς γένοιτο πάντας ἐπιτυχεῖν, μεσιτείᾳ τῆς θεοτόκου, καὶ

---

opus novum ac jucundissimum[a], cœlestis altitudo, gratiarum mare[b], sol conspicuo isto splendidior, sacratissimis virtutibus exundans, pigmentarium ex omnibus floribus fragrantissimum, salus mea, per quam et cœlos inhabitamus, et paradisum recuperavimus, et (quid plura enumerem?) incomprehensibilis Dei receptaculum ac mater, et idcirco visibilium omnium et invisibilium, Deo excepto, Domina, sis nobis heic quidem tum sanctioris usque vitæ gubernatrix, tum veritatis dux, tum propugnatrix adversus insidias quas inimicus contra nos molitur; in futuro autem sæculo æternorum bonorum nobis fruitionem præbeas. Quam utinam assequamur omnes, mediatrice Deipara,

[a] Attendenda heic vis est græcæ locutionis. Ex usu enim Patrum δημιουργὸς, ubi de Deo dicitur, est *Creator*, ac propterea δημιούργημα de opere per *creationem* e nihilo educto usurpatur. Sermo est ergo de Virgine, quatenus e manibus Dei prodiit. Exhibetur autem tamquam opus non modo *novum* sed et *splendidissimum*. E communi ergo ordine recedens ac splendissima describitur prima Mariæ origo.

[b] Notissimum est, ad significandam rei alicujus amplitudinem tunc adhiberi tropum e *mari* deductum, cum rem qualibet mensura majorem significare volumus. Sic *bonitatis pelagus* dicere solemus, ut immensam Dei bonitatem significemus. Sic ergo gratiæ dona sanctæ Virgini collata quamlibet mensuram excedentia prædicantur.

χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

---

et gratia Domini nostri Jesu Christi, quem decet gloria omnis, honor et adoratio cum æterno ejus Patre et sanctissimo ac vivificante ejusdem Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

IN HOMILIAM

COSMÆ VESTITORIS

PRÆFATIO.

De *Vestitoris* appellatione Cosmæ tributa, § I. — An laicus sermones conscripserit, § II. — An certa Cosmæ ejusdem ætas difiniri queat, § III.

I. E paucis quibusdam Cosmæ Vestitoris sermonibus, quos passim ab historiæ litterariæ scriptoribus enumeratos videre licet, primus hic, quod sciam, in lucem producitur, et eo quidem opportunius, quo luculentius orientalis Ecclesiæ fidem de immaculato Virginis Mariæ conceptu testatur.

Causam cur *Vestitoris* (græce Βεστήτορος, voce a Latinis mutuata) appellatio illi adhæserit, hanc communiter eruditi adsignant, quod in constantinopolitana aula munus eo nomine denotatum obiverit, de quo videndus est Georgius Codinus Curopalates[1]. Nec movere debet, quod hic vocibus Βεστιάριος potius ac Πρωτοβεστιάριος utatur; nam utrumque vocabulum βεστήτωρ et βεστιάριος ad illud idem officium significandum usurpatum fuisse, testis est Theophanes[2], et cum eo vulgatum Græcorum Euchologium[3], in quo tamen immutata paulisper scripturæ

[1] *De officialibus Palatii Constantinopolitani et de Officiis Magnæ Ecclesiæ* capp. II et V, pag. 11 et 41 edit. Bonnæ 1839 : conf. *notas Gretseri et Goarii*, ibid. pag. 208-209.

[2] *Chronographia* ad an. 6041, edit. Bonnæ 1839, pag. 351.

[3] Edit. *Jacob. Goar.* Paris. 1647, pag. 925.

ratione Βεστίτωρ pro Βεστήτωρ adhibitum cernas. Quin alio etiam vocabulo id ipsum indicari consuevisse discimus ex Georgio Cedreno[1]; siquidem ejusdem rei narrationem retexens, quam texuerat Theophanes[2], ubi iste habet βεστήτορες, ipse scribit βεστιαρῖται.

II. Quanquam vero admittamus, *Vestitoris* appellationem e palatina dignitate Cosmæ accessisse, non idcirco tamen cogimur affirmare, eumdem rarissimo sane exemplo, dum adhuc laicus in imperatoria aula versaretur, sermones, de quibus dicimus, conscripsisse[3]. Immo, mea quidem sententia, minus a verisimili abludere ille videbitur, qui Cosmam in ecclesiasticum deinde ordinem, priori dimisso officio, sese recepisse opinetur, et homiliis scribendis tunc animum adjecisse. Et sane in re obscura, de qua scilicet nihil historia tradit, id plane verosimilius videri debet, quod ex communi rerum ordine usuvenire solet; nec recta ratio consentit, ut nulla cogente causa ad ea confugiamus, quæ ab eodem ordine recedunt. At vero homilias habere aut conscribere laicorum esse non solet; neque unum aut alterum, quod ex antiquitate opponatur, exemplum efficere debet, ut gratis id alias factum suspicemur : e converso autem innumera occurrunt hominum exempla, qui, aut terrestrium rerum pertæsi, aut sanctioris vitæ desiderio abrepti, aut aliqua calamitate impulsi, pristinis honoribus abdicatis, clero nomen dederunt, aut monasticam vitam sunt amplexati. Neque his quidpiam obest, quod *Vestitoris* appellationem Cosmas retinuerit. Consuevisse enim interdum dimissi honoris titulum ejusmodi

[1] *Compend. Historiar.* ad an. 21 *Justiniani Imp.* Edit. Bonnæ, pag. 658.

[2] Loc. cit.

[3] Guillelmus Caveus (*Dissert. de Script. incert. ætatis* pag. 6, V. Cosmas) scribit, βεστήτωρ *nomen fuisse dignitatis et officii tum in palatio tum in ecclesia, eorum nempe qui a vestibus erant vel imperatori vel patriarchæ;* et mox Codinum pro ea sententia allegat. Opportunum sane in rem nostram id cederet, cum libentius opinemur, ab homine jam in clerum adscito scriptas hasce homilias fuisse. At sincere fatendum est, βεστήτορα seu βεστιάριον apud Codinum inter palatinos tantummodo officiales censeri; qui vero *a vestibus* erat Patriarchæ, ipso Codino auctore (cap. I, pag. 4), non βεστιάριος, sed καυστρίσιος vocabatur.

hominibus deinceps inhærere, ne in re notissima plura sine causa congeram, satis id suadet Cassiodori Magni exemplum, qui, licet vitam monasticam professus, tamen *Viri Clarissimi et Patricii* titulis insigniri hucusque consuevit.

III. Dicendum nonnihil superest de Cosmæ ætate, non quasi certe statui hanc posse putem, sed ut hoc ipsum, eam videlicet adhuc incertam esse, contra ac censuit Casimirus Oudinus, plane pateat. Arbitratus enim hic est, tempus, quo Cosmas vixit, sæculo IX atque imperio Leonis VI, cognomine *Sapientis*, affigendum esse; idque aperte colligi affirmat[1] ex quodam Scriptorum catalogo, quem anonymus auctor Vitæ S. Johannis Chrysostomi, a Savilio græce editus[2], biographico operi suo præmisit. Quin etiam, præjacto hoc fundamento, eo usque Oudinus progreditur, ut quandam Cosmæ veluti historiam texat, eumque fingat Leonis lateri ita assidentem, ut Imperatorem ac dominum suum imitatus ad scribendos sermones animum operamque contulerit.

Hæc porro omnia cum Remigius Cellierius[3] fidelissime transcripsisset, addendum tamen duxit, ea demum meræ conjecturæ inniti. Sed par erit, paulo diligentius præterea inspexisse cujus tandem ponderis sint Oudini rationes; et in eam rem proderit sane, tum catalogum illum Scriptorum, e quibus anonymus Chrysostomi biographus S. Doctoris gesta mutuatus est, tum argumentum exinde ab Oudino deductum lectorum oculis subjecisse.

Anonymus itaque[4] præmisso huic titulo, Ὅσοι εἰς τὸν βίον τοῦ Χρυσοστόμου συνεγράψαντο, *Quinam scripserint de vita Chrysostomi*, hanc continuo subjicit nominum seriem, quam cernere licet etiam apud Lambecium[5] ac Montfauconium[6] : I *Socrates historiographus*, II *Palladius Helenopolitanus*,

[1] *De Script. Eccles. ad an.* 950, tom. II, pag. 400.
[2] *Opp. S. Joan. Chrysost.* tom. VII, pag. 293, edit. Etonæ 1612.
[3] *Histoire Génér. des Auteurs Sacr.* tom. XIX.
[4] Apud Savilium, l. c.
[5] *Comment. de Biblioth. Cæsar.* tom. VIII, pag. 299-300.
[6] *Præfat. ad tom. XIII Opp. S. Jo. Chrysost.*, p. IV-V.

III *Proclus Constantinopolitanus*, IV *Cyrillus Alexandrinus*, V *Georgius item Alexandrinus*[1], VI *Sophronius Hierosolymitanus*, VII *Johannes Damascenus*, VIII *Martyrius Antiochenus*, IX *Cosmas qui temporibus Chrysostomi fuit Diaconus Apostolopolitanus*[2], X *Theodoretus Episcopus Cyri*, XI *Nilus Magnus*, XII *Isidorus Pelusiota*, XIII *Evagrius Asceta*, XIV *Cosmas Vestitor*, XV *Leo Imperator*, XVI *Nicetas* Σκευοφύλαξ, XVII *Nicetas Paphlago*, XVIII *Eustathius* Πρίμι, XIX *Basilius* Πρωτόθρονος, XX *Constantinus Porphyrogenitus*. Huc usque anonymi catalogus; quo sibi proposito ita in rem suam argumentatur Oudinus[3] : *Anonymus biographus auctorum nomina describit juxta ordinem temporis; Cosmam ergo Vestitorem et Leonem Sapientem, quorum alterum XIV loco ponit, alterum XV, ideo simul conjungit, quia ejusdem sunt ætatis.* Ita ille, et eo quidem, ut illico patet, argumenti genere, quod et manifesto falso innitatur fundamento, et fallacissima constet argumentandi ratione.

Et falsum est in primis quod velut fundamentum statuitur, in describendo illorum auctorum elencho ordinem temporis servatum fuisse, ut prorsus mirum sit, excidere ea verba potuisse e calamo Oudini, hominis scilicet, qui historiam litterariam juxta ordinem temporum describebat. Quid enim? Numquid Palladio, Proclo et Cyrillo antiquiorem Socratem historiographum putabimus? Numquid Martyrius, Theodoretus, Nilus ac Pelusiota Isidorus recentiores habebuntur non solum Georgio Alexandrino, qui Joanni Eleemosynario successit, ac Sophronio, qui Cyro Georgii Alexandrini successori coævus fuit, verum etiam Johanne Damasceno, qui sæculo VIII floruit? Quid quod

[1] Hunc omittit Montfauconius nulla alia, ut videtur, de causa, quam quod Georgii mentio inseritur eidem, quæ de Cyrillo agit, periodo, adeo ut oratio heic non resumatur a capite, prouti fit ad singula ceterorum nomina.

[2] Male Cosmam hunc diaconum cum Cosma Vestitore confuderunt Jo. Albertus Fabricius et post eum Harlesius (*Biblioth. Græc.* vol. XI, pag. 182). Ceterum codices græci heic legunt, Κοσμᾶς ὁ..... διάκονος Ἀποστολιτῶν : Lambecius tamen (l. c.) contendit, legendum esse Ἀποστολοπολιτῶν.

[3] Loc. cit.

anonymus biographus nono loco post Damascenum enumerat Cosmam diaconum, quem disertis verbis ipse testatur Chrysostomo coævum fuisse? Palam est ergo, non eo ordine auctores illos describi, ex quo inferri possit, quisnam prius, quisnam posterius floruerit.

Sed non minus fallax est argumentandi ratio, qua usus est Oudinus. Etsi enim fingas, verum illud esse, quod manifeste falsum deprehendimus, auctorum illorum seriem pro singulorum ætate digestam fuisse, illud unum denique consequeretur, Cosmam Vestitorem posteriorem iis omnibus esse, qui ei in elencho præeunt, ac pari jure concludendum foret, Leonem quoque Imperatorem posteriorem Cosma fuisse. Quod si ex Oudini canone ii merito censendi sint coætanei, quorum alter alteri, nemine interposito, in catalogo conjungitur, nonne rectissime concludemus, nostrum ergo Cosmam coævum habendum esse Evagrio Ascetæ, cum tamen scriptorem monachum hujus nominis neminem cognoscamus præter *Evagrium Ponticum*, qui vix paulo suppar Chrysostomo statui potest, et qui propterea perquam egregie ex Oudini sententia cum Isidoro Pelusiota in eadem serie conjungeretur? Immo si eamdem argumentandi legem serves, ut quisque proxime sequenti coævus dicendus sit, nonne aperte concludes, quotquot in eo catalogo recensentur scriptores, omnes ætate æquales esse?

Hisce ergo dimissis, quæ licet magna cum fiducia ac pompa pro more suo ab Oudino jactentur, inania tamen manifeste apparent, sincere profitendum est, nullum adhuc indicium suppetere, vi cujus Cosmas Vestitor e censu Scriptorum *incertæ ætatis*, ubi jamdiu collocatus fuerat[1], eximi queat; nisi quod certo nunc constet, eum antiquiorem esse anonymo illo Chrysostomi biographo, quem superius memoravimus. De quo tamen illud advertendum est, quod et Lambecius scite monuerat[2], Oudinum nec satis accurate anonymi hujus ætatem anno 950 consignasse. In allato enim scriptorum elencho Constantinus

[1] Vid. *Guillelm. Caveum, Diss.* I ad calcem *Historiæ litterariæ*, pag. 6.
[2] L. c. pag. 301.

quoque Porphyrogenitus enumeratur, atque illa quidem verborum formula, ut tunc temporis fato functus videatur : notissimum autem est, Constantinum ultra annum 950 dies suos protraxisse. Verumtamen ne hinc ansam quis arripiat suspicandi, Cosmam Vestitorem ad sequiorem quoque ætatem pertrahi posse, silentio non præteribo, ejusdem sermonem, quem modo edimus, in perinsigni illo codice Vaticano contineri[1], quem commode ad sæculum decimum referri posse alias[2] ostensum est, in eoque quemadmodum et in Regiis codicibus a Cotelerio[3] memoratis, Cosmam Vestitorem *Beati* titulo exornari. Atque hæc de Cosma sufficiant.

Monendus lector, præter Vaticanum Codicem inter Græcos n. 455, eumdem hunc sermonem in binis quoque codicibus Othobonianis, qui in eadem Vatic. bibliotheca servantur, me reperisse, et collatione instituta e variis lectionibus, quæ plurimæ occurrebant, eas selegisse, quæ opportuniores visæ sunt. Vaticanum Codicem 455 indicabit littera A, Othobonianum 411 B, alterum Othobonianum 379 C.

[1] Est inter Græcos Vaticanos n. 455 notatus.

[2] *Hujus Syllog.* Part. I, in *Disquisitione critica de homiliis Germano inscriptis* a § XXI, pag. 278.

[3] *In not. ad Lib. III Cap. VI Constit. Apostol. PP. Apost.* tom. I, pag. 279, Antuerp. 1698.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΟΣΜΑ

ΤΟΥ ΒΕΣΤΗΤΟΡΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΙΩΑΚΕΙΜ ΚΑΙ ΑΝΝΑΝ ΤΟΥΣ ΕΝΔΟΞΟΥΣ ΓΟΝΕΙΣ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΜΑΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ[1].

Εὐλόγησον Πάτερ[2].

I. Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενεθλιακὴ πανήγυρις τῆς κοσμικῆς χαρᾶς ἡμῖν τὴν ἑορτὴν εὐφήμοις δεδοξολόγηκεν[3] ὑμνῳδίαις. Ἡ δὲ[4]

[1] C abest λόγος : B vero brevius, Τοῦ μακαρίου Κοσμᾶ βεστήτορος ἐγκώμιον εἰς τοὺς δικαίους Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν. Et quatenus *justorum* titulo sanctos illos Deiparæ parentes exornat, hæc inscriptio aptius congruit cum Græcæ Ecclesiæ consuetudine, quæ hunc *justorum* titulum sanctis Joachimo et Annæ singulariter reservavit. Vide quæ diximus in not. ad § XIII *Orat. Isidori in Deip. Nativ.* hujus Syllog. Part. I, pag. 235.

[2] Hæc verba in B et C desiderantur.

[3] A δεδεξολόγηκεν.

[4] B γάρ.

BEATI COSMÆ VESTITORIS

IN SANCTOS JOACHIMUM ET ANNAM

GLORIOSOS DEI GENITRICIS MARIÆ PARENTES

SERMO.

Benedic, Pater.

I. Hesterna Dei Genitricis natalis festivitas[a] solemnem diem gaudii, universo mundo communis, faustissimis laudibus nobis

[a] Græca Ecclesia, ut ex Menæis patet, solemnem sanctorum Deiparæ Parentum memoriam postridie Nativitatis ejusdem Virginis die IX mensis Septembris agere consuevit.

σήμερον ἡμέρα τὴν εὐχαριστίαν [1] τοῖς γεννήτορσι προσφέρει [2] τῆς Θεοτόκου· δι' ὧν ἀπαρχὴ [3] τῆς πάντων [4] γέγονεν [5] σωτηρίας. Τοίνυν [6] τῆς θυγατρός ἐστιν ἡ τῶν γονέων πανήγυρις. Ὥσπερ γὰρ

[1] Codices concorditer εὐχαριστείαν : sed C ad marg. εὐχαριστίαν.

[2] C προσφέος.

[3] B δι' ὧν ἀφορμὴ ἀπαρχή.

[4] B ἀπάντων.

[5] B γέγονε.

[6] Solet quidem particulæ τοίνυν etiam in periodorum initiis vox aliqua præponi; at codices, quos inspicere mihi licuit, omnes concorditer hunc græcorum canonem heic negligunt. Sed forte vox quæpiam excidit, idque ut suspicemur, sententiæ ratio sinit, imo suadet.

---

coronavit. Hodierna vero dies grati animi canticum offert Dei Matris genitoribus; per quos communis omnium salutis primitiæ" in lucem prodierunt. Et quidem festum filiæ festum est parentum. Quemadmodum enim ex gloria matris simul glorifi-

" Commune cum Christo singularissimum hoc encomium Virgo Deipara sortita est, ut multiplici ex capite *primitiarum* appellatione exornaretur. Illud autem satis sit in præsens animadvertisse, hoc ita de sancta Virgine prædicari, ut in parentum ipsius gloriam id ipsum cedere debeat: innuitur scilicet, eam *primitias* non decursu dein temporis effectam, sed talem a parentibus prodiisse. Ceterum adeo non unus nobis occurrit Cosmas, qui hanc sanctis Joachim et Annæ tribuat, ut hoc ipsum commune fuerit græcæ Ecclesiæ universæ. Sic enim eorumdem Sanctorum memoriam celebrantes canunt (*Men.* IX *Septembr. ad Vesp.*): *Jucundantur Joachim et Anna, quod primitias genuerint salutis nostræ, eam scilicet, quæ sola sortita est, ut Dei mater esset* (Ἰωακεὶμ καὶ ἡ Ἄννα πανηγυρίζουσι, τὴν ἀπαρχὴν τεκόντες τῆς ἡμῶν σωτηρίας, κ. τ. λ.). Et hæc quidem ad conceptionem ejusdem Virginis spectare ex eo confirmatur, quod hanc ipsam laudem in solemni Officio, quo Conceptio recolitur, græca Ecclesia deferat. Ita in Menæis die IX Dec. ᾠδὴ ς': *Lætentur montes et colles, campi et mare, Angelorum multitudo et universum mortalium genus; quandoquidem Anna divinum Domini delubrum, et primitias novæ ædificationis concepit* (Ὄρη καὶ βουνοί, πεδία καὶ θάλασσα, Ἀγγέλων πλήθυς καὶ πᾶσα φύσις βροτῶν εὐφραινέσθωσαν· τεῦ Δεσπότου τὸ θεῖον γὰρ τέμενος, ἀπαρχὴν ἀναδομήσεως ἐδέξατο Ἄννα).

ἐπὶ δόξῃ μητρὸς συνδοξάζεται τέκνον, οὕτως[1] καὶ ἐπὶ εὐλογίᾳ[2] τέκνου συνδοξάζεται[3] μήτηρ. Ἦν οὖν ἡ χθὲς ἡμέρα θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν· καὶ ἡ σήμερον εὐφροσύνη μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων.

II. Ἐγένετο ἐν τοῖς πάλαι καιροῖς ἀνὴρ δίκαιος[4] ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ᾧ ὄνομα Ἰωακείμ· ἀνὴρ ἔνδοξος ἐν ὁσιότητι[5] καὶ δικαιοσύνῃ[6]· ἀνὴρ ἐπίσημος ἐν εὐγενείᾳ[7] καὶ πλούτῳ· ἀνὴρ ἁπλόψυχος[8] ἐν προσαγωγαῖς[9] θυσιῶν· ἀνὴρ ἐν πᾶσιν[10] εὐάρεστος τῷ Θεῷ· ἀνὴρ ἐπιθυμειῶν τῶν τοῦ πνεύματος· ὅτιπερ ἄτεκνος ὢν καὶ ἐν[11] ἐπιθυμίᾳ περὶ[12] τέκνου συνεχόμενος, τὴν τοῦ ἁγίου[13] πνεύ-

1 B οὕτω.
2 ὑμνῳδίᾳ.
3 B συνμεγαλύνεται.
4 Voces ἀνὴρ δίκαιος absunt a Codd. A et C.
5 A ὁσιώτητι.
6 B εὐλαβείᾳ.
7 A εὐγενίᾳ.
8 B ἁπλόψυχο.
9 A et C προαγωγαῖς.
10 B πᾶσι.
11 B abest ἐν.
12 B ἐπί.
13 B παναγίου.

---

catur proles, sic et ex prolis laudatione simul glorificatur mater. Fuit igitur hesterna dies *mirabilis in oculis nostris*[a], hodierna vero lætitia memoriam justorum cum laude celebrat.

II. Fuit in prisca illa ætate vir justus ex tribu Judæ, cui nomen Joachim; vir sanctitate ac justitia celebris; vir nobilitate et divitiis insignis; vir in sacrificiorum oblatione sincere pius; vir in cunctis studens Deo bene placere; vir desideriorum, quæ sunt ex Spiritu : quandoquidem cum liberorum expers esset, ac desiderio prolis teneretur, Sancti Spiritus sponsam genuit,

[a] *Ps.* CXVII, 23.

ματος γεγέννηκεν [1] νύμφην· ἀνὴρ ὡς ἀληθῶς ἐπιτυγχάνων, ὅτιπερ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τῶν εὐχῶν αὐτοῦ, δωρησάμενος τούτῳ τὴν ὑπὲρ [2] πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ· λέγειν δὲ μᾶλλον, τὴν ὑπὲρ ὅλα τὰ [3] ποιήματα τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ὑψηλοτέραν [4] ἀξίως θυγατέρα [5].

III. Καὶ τῷδε ἦν γυνὴ θεοσεβής [6]· ὄνομα αὐτῆς [7] Ἄννα, ἐκ τῆς βασιλικῆς καὶ αὐτὴ [8] φυλῆς τοῦ Ἰούδα, ἥ τοι τοῦ Δαυὶδ καταγομένη· γυνὴ παντὸς ἀπεχομένη κακοῦ· γυνὴ πιστῶς τὰ πρὸς τὸν [9] Θεὸν συνοικοῦσα τῷ ἀνδρί· γυνὴ προσευχαῖς [10], καὶ νηστείαις,

[1] C γεγέννηκε.

[2] B desunt quæ sequuntur usque ad voces τὰ ὅλα : omissionis causa in promptu est, repetita scilicet præp. ὑπέρ.

[3] C τὰ ὅλα ποιήματα.

[4] A ὑψηλωτέραν.

[5] B θυγατέραν.

[6] A θεοσεβείς.

[7] B αὐτῇ.

[8] B αὐτῆς.

[9] B abest τόν.

[10] B προσφοραῖς καὶ εὐχαῖς μεγαλοδώροις.

---

vir votorum suorum felicissime compos, quoniam preces ejus exaudivit Deus, eique illam dono dedit, quæ præstat *super omnia tabernacula Jacob* [a], seu melius dixerim, filiam dedit, quæ supra universas creaturas [b] cœlestes juxta ac terrestres merito extollitur.

III. Atqui illi pia erat uxor, cui nomen Anna, et ipsa ex regia tribu Judæ, quippe quæ e Davide originem ducebat; mulier ab omni malo abstinens; mulier, in iis quæ ad Dei cultum pertinent, fideli viro suo comes; mulier in precibus, et jejuniis, et

[a] *Ps.* LXXXVI, 2.

[b] Habes effatum penes SS. Patres tritissimum, Virginis Deiparæ prærogativas nobilitatem quamlibet etiam angelicam longe prætergressas.

καὶ προσφοραῖς μεγαλοδώροις, σὺν τῷ ἰδίῳ συμβίῳ [1], τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ προσκαρτεροῦσα· γυνὴ ἐν ὁμονοίᾳ ψυχῆς καὶ σωφροσύνης [2] σώματος τὸ μονότροπον ἀεὶ τῆς γνώσεως [3] μετὰ τοῦ ἀνδρὸς κτησαμένη [4]. Κατὰ γὰρ τὴν πλάσιν τοῦ συζευχθέντος αὐτῇ [5] παρὰ τοῦ [6] Θεοῦ, τὸ ὀστοῦν διέσωσεν [7] ἀσυντρίπτως [8] τοῦ ἀνδρὸς, διὰ τὸ φιλόθεον τὸ φιλάνθρωπον [9] αὐτῷ παραφυλάττουσα [10] τῆς ξυνωρίδος.

IV. Οὐ γὰρ βλαπτικῶς, ὡς ἡ Εὖα, μετεποιήθη [11], ἀλλὰ βοηθὸς τῷ ἀνδρὶ συνηρμόσθη [12] ἐπί τε τοῖς τῶν ἀρετῶν πολιτεύμασιν, ἐπί

[1] B ἀνδρί.

[2] A C abest σωφρεσύνης: videtur autem legendum σωφρεσύνῃ.

[3] B γνώμης.

[4] A C κτισαμένη, quam lectionem præfert et B, sed addita ad oram correctione.

[5] Codd. αὐτή.

[6] B abest τοῦ.

[7] A δ' ἔσωσεν.

[8] A abest ἀσυντρίπτως.

[9] B φίλανδρον.

[10] B παραφυλάξασα.

[11] A B abest μετεποιήθη.

[12] συνηρμώσθη.

---

splendidis oblationibus cum conjuge suo in templo Dei assidua; mulier, quæ per concordiam animi, corporisque temperantiam pari semper cum viro suo sapientia enitebat. Secundum enim (primam illam mulieris) formationem ex eo, qui datus ipsi conjux a Deo fuit, os illud viri[a] ab omni detrimento servavit integrum, conjugalem nempe illi affectum propter amorem Dei sartum tectumque custodiens.

IV. Non enim in perniciem viri, ut olim Eva, versa est; sed adjutricem se illi præbuit tum per jugem virtutum exercitatio-

[a] Ex Adæ costa plasmata est Eva; unde illud (Gen. II, 23): *Hoc nunc os ex ossibus meis*. Os istud integrum viro servare uxor dicitur, si conjugalem illi affectum integrum custodiat.

τε ταῖς διὰ τὴν πρὸς Θεὸν [1] ἱκεσίαις [2]. Ἴσως γὰρ [3] οἱ δύο περὶ τὴν δέησιν τῆς ἐπιθυμίας ἀπέκαμον τοῦ τέκνου· καθ' ὃν τρόπον [4] γεωργὸς [5] ἅμα τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, χώραν καλλιεργήσαντος χέρσον, τὸν σπόρον καταβαλλόμενοι, τὴν εὐφορίαν [6] τῶν καρπῶν [7] ἐπιτυχεῖν δι' εὐχῆς ἀπεκδέχονται [8]. Οὐχ ὡς ἡ Εὖα συζήσασα [9] τῷ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὡς συνεργὸς εὐχαριστίας [10], καὶ συμπονοῦσα μετ' αὐτοῦ ταῖς ψυχικαῖς [11] εὐεργεσίαις· καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ μερὶς [12] τελεσφορήσασα [13] τὴν κοίτην τῷ ἀνδρί. Ἡ μὲν γὰρ Εὖα διὰ καρπὸν φυτοῦ τῷ κόσμῳ λυπῆς ἐγένετο πρόξενος· ἡ δὲ

[1] C. τὸν Θεόν.
[2] A C ἱκεσίαν.
[3] A C. abest γάρ.
[4] B καθάπερ.
[5] A C γεωργῶς : sed C ad margin. notam addit lectionis var.
[6] A εὐφορείαν.
[7] B τῆς εὐφορίας τὸν καρπόν.
[8] B ἐκδέχονται.
[9] A C συζήσα, sed C cum signo lect. var.
[10] A C εὐχαριστείας.
[11] A ψυχικαῖς.
[12] B μερὶς ἀγαθή.
[13] A τελεσφορήσασαν.

---

nem, tum per preces quotidie ad Deum effusas. Nam pari studio ambo illi conjuges precibus ex desiderio prolis insistebant, non secus atque agricola simul cum uxore sua asperam terram diligenter excolentes, dum projiciunt semen, uberem fructum consecuturos se per precationes exspectant. Non instar Evæ cum Adam, versabatur cum viro suo, sed veluti ipsi comes in operibus Deo acceptis, ac simul cum eo in benefactis spiritualibus collaborans; atque ut portio viri prorsus bona, connubii fructum ipsi eximium protulit. Et profecto Eva quidem propter arboris fructum universo mundo causam se mœroris præbuit;

τοῦ Ἰωακεὶμ. Ἄννα διὰ καρπὸν κοιλίας τῷ κτίστῃ[1] κεχρημάτικεν[2] χαρά[3].

V. Πᾶσιν μέντοι γνωστὸν, ὡς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν ἡ Θεοτόκος εὐηγγελίσθη Μαρία ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ, τοῦ καὶ χρηματίσαντος[4], κατὰ συναρπαγὴν τοῦ διαβόλου[5] συζύγου τῆς παρθένου· Εὕδηλον δὲ πάλιν, ὅτι[6] ἐν[7] Βηθλεὲμ γεγέννηκεν τὸν Χριστόν· ὅτι καὶ πατρὶς αὐτῆς αὐτὴ[8] ἡ πόλις[9] ἐτύγχανεν ὡς ἀπὸ μητρὸς, καθὰ παρακατιὼν ὁ λόγος παραστήσει[10]. Ὁ γὰρ

[1] B τῷ κόσμῳ.
[2] B κεχρημάτηκε, C κεχρημάτικε.
[3] A χαρὰ.
[4] A C κεχρηματήσαντος.
[5] A C abest κατὰ συναρπαγὴν τοῦ διαβόλου.
[6] B ὡς.
[7] B ἐκ.
[8] A B abest αὐτή.
[9] B abest ἡ πόλις.
[10] A παραστήσει, B παραστῆσι, C παραστήσει, sed cum not. var. lect.

---

at conjux Joachimi Anna per fructum uteri[a] gaudio Creatori fuit.

V. Omnibus porro exploratum est, Mariæ Dei Genitrici faustum illud nuntium delatum fuisse in Galilæa gentium, in domo Josephi Fabri, qui ad eludendas diaboli machinationes datus etiam Virgini conjux fuerat. At rursus compertum est, ipsam Christum peperisse in Bethleem; quandoquidem hæc ipsa urbs, habita matris ratione, etiam patria ipsius erat, prouti

[a] Si statuas, hunc uteri fructum prius vitio communi infectum, purgatum postea et sanctificatum fuisse; primo quidem fructus, prout spectatur germinans ab utero, ad iram potius quam ad gaudium Deum permovisset; deinde vero nulla hinc singularis Annæ gloria accederet, quum commune hoc sit matribus omnibus, quarum proles divinæ gratiæ munere regenerantur; denique vix ratio adesset, cur Anna Evæ opponeretur: cum enim mœror per Evam inductus in eo resideat, quod peccato ipsa corrupta eamdem corruptionis hæreditatem proli legaverit, hoc idem de Anna affirmandum foret.

πατρικὸς αὐτῆς οἶκος, ὁ τὴν προβατικὴν περικλείων ἐν Ἱερουσαλὴμ ὑπῆρχεν, ὡς λόγος εἰπεῖν [1], κολυμβήθραν [2], ἐν ᾗ τὸν ἐν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνοις κατακείμενον παραλυτικὸν [3] ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς [4] ἡμῶν ἐθεράπευσεν ἐξεγείρας, ὡς ἐξ ἐκείνου μέλλων [5] τοῦ οἴκου ἐκπορεύεσθαι συμβολικῶς [6] ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων. Εἶτα καὶ [7] διὰ [8] τῆς ἐκεῖσε [9] τοῦ ὕδατος κολυμβήθρας τοῦ βαπτίσματος

[1] B abest εἰπεῖν.
[2] C κολυμβρήθρα.
[3] A C παράλυτον.
[4] A C abest καὶ Θεός.
[5] A μέλλον.
[6] B invers. ord. συμβολικῶς τοῦ οἴκου.
[7] B abest καί.
[8] A abest διά.
[9] A ἐκεῖσαι.

---

sermo inferius demonstrabit; nam paterna ejus domus Hierosolymis erat, quæ circumcingebat probaticam, ut vulgo appellabatur, piscinam[a], in qua Christus ac Deus noster paralyticum a triginta et octo annis ibi jacentem surgere jubens sanavit; velut qui ex illa domo allegorice egressurus erat pastor ovium rationalium. Deinde et in illius aquæ piscina symbolice expres-

[a] Paternam Deiparæ domum eodem modo designat etiam S. Johannes Damascenus, inquiens (De Fid. Orthod. lib. IV, cap. XIV) : *Itaque gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit (id enim Mariæ nomine significatur, quæ vere omnis creaturæ Domina facta sit, cum mater Creatoris exstitit); nascitur autem in domo probaticæ Joachim, atque ad templum adducitur* (Τίκτεται δὲ ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ, καὶ τῷ ἱερῷ προσάγεται). Ad quem Damasceni locum hæc adnotat Lequinius (in not. ad h. l.) : *Nascitur autem in domo probaticæ : hoc est in ædibus pecuariis. Probaticæ nomen græcum servavi propter celebre templum sanctæ civitatis, quod probatica nuncupant, in quo Damascenus sermones habuit in Natali B. Virginis. Ibidem aiunt, probaticam illam piscinam fuisse. At nullam prorsus domum Hierosolymis post excidium stetisse locupletissimus*

προτυπωθῆναι τὸ χάρισμα[1]· καὶ γὰρ χρονίας πλάνης ἡ νόσος[2] τὰς τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐν τάξει μελῶν[3], παραλύσασα[4] ψυχὰς, καθάρσει τοῦ πνεύματος δι' ὕδατος ὑγιώθη· ὥσπερ καὶ ἐν προσώπῳ τῆς Βηθλεὲμ ὁ ἄρτος ἐζυμώθη ὁ νοητὸς[5] τῆς ζωῆς. Ἔνθα καὶ ὁ Χριστὸς ἀγγελοφανὴς ὑπεδείχθη τῷ Ἀβραὰμ, ὁ[6] καὶ τῷ Ἰακὼβ προσπαλαίσας[7] ἐν[8] ἀγγέλου μορφῇ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐλθὼν εὐαγγελίσασθαι τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς[9]· αὐτός ἐστιν[10] τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης· αὐτός ἐστιν ὁ δι' ἀγγέλων τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· αὐτὸς ἐστιν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος,

[1] A C χρῆσμα : at C cum not. var. lect. ad marg.
[2] B ἡ νόστος.
[3] A μέλων.
[4] B παραλύσας.
[5] A C νοητῶς.
[6] A C abest ὁ.
[7] B συμπεδίσας.
[8] A B abest ἐν.
[9] A C ἐγγοῖς, at C cum not. var. lect.
[10] B C ἔστι.

---

sam novimus baptismi gratiam; nam et diuturni erroris ægritudo, quæ, non secus ac in corporis membris fieri solet, animas hominum quadam veluti paralysi debilitaverat, purificante Spiritu per aquam sanata est; quemadmodum etiam in figura Bethleem eum cernimus, qui fermentatus est spiritualis panis vitæ. Ibi Christus et sub Angeli specie visus est Abrahæ, qui pariter in forma Angeli cum Jacobo luctatus est. Ipse est enim, qui ad evangelizandum venit tum iis qui procul, tum iis qui prope erant; ipse est læta justitiæ annuntiatio; ipse per Angelum promulgatio est legis Dei ac Patris; ipse *Angelus* est *magni*

est testis Josephus etc. Verum quæ habet Cosmas, suadent, appellationem τῆς προβατικῆς nihil ad templum Virginis aut ad domum, quæ superstes manserit excidio Hierosolymitano, pertinere.

ὥτινι ὁ Πατὴρ σύμβουλος[1] γεγονὼς[2] εἰρήκει· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν[3]. Οὗτός ἐστιν καὶ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς ὁ ἄρτος, ἐν τῷ τῆς Βηθλεὲμ ὀνόματι προκηρυχθείς[4]· Βηθλεὲμ γὰρ ἑρμηνεύεται οἶκος ἄρτου· ὁ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγκρυφίας πεφθεὶς[5], ἤγουν ἐν μυστηρίῳ ζυμωθεὶς ἄρτος, τοῦτ' ἔστιν ἡ γεννητικὴ σὰρξ τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῆς παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

VI. Πρόσφορον οὖν εἰπεῖν διὰ ταῦτα· Εὐλόγησεν[6] κύριος τὸν οἶκον Δαυὶδ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν προέγγονον αὐτοῦ καὶ ζωοτόκον Μαρίαν. Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τῶν δικαίων διὰ τὴν τούτων ἡγιασμένην θυγατέρα. Εὐλόγησεν τὸν οἶκον Ἰωσὴφ διὰ τὴν χρηματικῶς καὶ μόνον παραδοθεῖσαν[7] νύμφην, τὴν ὄν-

[1] B συμβούλῳ.
[2] A γεγονός.
[3] B κατεικόνα ἡμετέρα καὶ καθομοίωσιν.
[4] B προσκυρωθείς.
[5] A C πεμφθείς, B πεμφθῆς.
[6] B C εὐλόγησε.
[7] A παραδωθῆσαν.

---

consilii[a], cui Pater consiliarius exsistens, dixit[b] : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Hic est et panis veræ vitæ, per nomen Bethleem prænuntiatus; nam Bethleem explicatur domus panis; subcinericius est panis in tabernaculo Abrahæ apparatus, hoc est, in mysterio fermentatus, caro videlicet Salvatoris ex Virgine et Dei matre Maria progenita.

VI. Has igitur ob causas consentaneum est exclamare : Benedixit Dominus domui Davidis regis propter Mariam ejusdem proneptem, ac matrem vitæ. Benedixit domui justorum Joachimi et Annæ propter sanctificatam eorum filiam. Benedixit domui Josephi propter traditam in potestatem illius, jure licet dum-

[a] *Is.* IX, 6 sec. LXX.
[b] *Gen.* I, 16.

τως ἁγνὴν καὶ ἀειπάρθενον τοῦ Χριστοῦ μητέρα καὶ θεοτόκον Μαρίαν.

Ὅθεν διὰ ταῦτα τρισμακάριοι[1] τῆς Θεομήτορος οἱ γονεῖς, οἷς πᾶς[2] ὁ κόσμος χρεωστεῖ[3]· οἱ μὲν γὰρ προφῆται, δι' αὐτῶν ὅτιπερ ἀψευδῶς[4] ἐχρημάτισαν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως[5] τοῦ Χριστοῦ· οἱ[6] ἀπόστολοι, ὅτι διὰ τῆς αὐτῶν θυγατρὸς υἱοὶ φωτὸς ἀνεγεννήθησαν· οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ὅτι[7] ἐστεφανώθησαν· οἱ ὅσιοι καὶ δίκαιοι, ὡς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κληρονόμοι· οἱ ἁμαρτωλοὶ[8], ὡς διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς Θεοτόκου ἐλεούμενοι.

VII. Οἷς καὶ βοῶμεν εὐχαρίστως· Χαῖρε, πάνσεπτε πάτερ[9] τῆς μετὰ Θεὸν ἐλπίδος ἡμῶν, Ἰωακείμ[10]· χάρις τῇ ὀσφύϊ[11] σου.

[1] B τρισμακάριστοι.
[2] B abest πᾶς.
[3] A B C χρεοστῆ.
[4] B ἀψευδεῖς.
[5] A ἐνανθρωπίσεως.
[6] B οἱ δέ.
[7] A C abest ὅτι : B vero, οἱ ἅγιοι, ὅτι μαρτυρικῶς.
[8] A ἁμαρτολοί.
[9] A μῆτερ.
[10] C abest Ἰωακείμ. B Ἰωακήμ.
[11] C τῆς ὀσφύος.

---

taxat sponsali, plane puram ac semper virginem Christi matrem et Deiparam Mariam.

Beatissimi proinde hac de causa Dei matris parentes, quibus universus se mundus obstrictum profitetur; et prophetæ quidem, propterea quod veracissima eos de incarnatione Christi oracula edidisse, per ipsos apparuit; apostoli, quia per eorum Filiam nova generatione facti sunt filii lucis; sancti martyres, quia coronati sunt; pii ac justi, tanquam futurorum heredes bonorum; peccatores, utpote per Deiparæ preces misericordiam consequentes.

VII. Et nos itaque grato animo iisdem acclamemus : Salve, Joachim, augustissime illius pater, quæ spes est nostra post

Χαῖρε, πάντιμε μῆτερ[1] τῆς μητρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, Ἄννα· δόξα τῇ κοιλίᾳ σου. Χαῖρε, πάτερ ἀγαθοσπόρε[2], καὶ τοῦ πολυσπόρου γεννήματος[3] γεωργέ. Χαῖρε, μῆτερ[4] μεγαλόκαρπε[5], τῆς σωτηρίας ἡμῶν ῥίζα[6]. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ εὐφόρου βότρυος ἀμπελουργέ· χαῖρε, μῆτερ[7], τῆς ἀγαθῆς γῆς ἑκατονταπλάσιον[8] ἄρουρα. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἐμψύχου παραδείσου φυτουργέ. Χαῖρε, μῆτερ,

[1] C μήτηρ, B μῆτερ πάντιμε.
[2] A ἀγθόσπορε.
[3] B γενήματος.
[4] C μήτηρ.
[5] A C γαλόκαρπε.
[6] B abest ῥίζα.
[7] C μήτηρ.
[8] B ἑκατονταπλασίον, A C ἑκατονταπλάσιε.

Deum; lumbis tuis sint gratiæ[a]. Salve, Anna, summe honoranda illius mater, quæ mater est vitæ nostræ; utero tuo sit gloria. Salve, pater, optimi sator[b], cultorque uberrimam promens segetem. Salve, mater, immenso fructu læta, radix illius, quæ salus nostra evasit. Salve, pater, ex culta a te vinea opimum præbens racemum[c]. Salve, mater, terræ bonæ fertilissimum arvum. Salve, pater, animati paradisi[d] plantator. Salve, mater,

[a] Fac advertas, quomodo Auctor ad primam Mariæ originem bonum illud referat, quo parentes ejus merito gloriantur. Eadem de causa paulo post alloquens Annam, inquit : *utero tuo sit gloria.*

[b] Nisi decernas, a primordiis suis Virginem immaculatam fuisse, affirmare utique licebit tibi, id, quod ægrum fœdumque ortum fuerat, sanitate dein et pulchritudine donatum, atque optimum evasisse : at perperam omnino diceres, optimum satum fuisse.

[c] Virgini accommodatum vides symbolum, quo designari Christus solet, velut racemus e vite nullius manibus exculta prodiens.

[d] Paradisus nempe spiritalis dici solet Virgo, quo Deus deliciabatur. Plantasse porro paradisum non diceretur Joachimus, nisi ab origine Virgo paradisus exstitisset.

τοῦ ἀνεγκλήτου κλάδου δένδρον. Χαῖρε, πάτερ, τοῦ ἀσπίλου[1] μαργαρίτου κογχέ[2]. Χαῖρε, μῆτερ, τοῦ καθαροῦ σμαράγδου πέτρα. Χαῖρε, πάτερ, τῆς ζωορρύτου[3] πηγῆς φλέψ. Χαῖρε, μῆτερ[4], τῆς τεκνογόνου δίψης ὑδρία.

Πληροῦται τὸ στόμα ἡμῶν τοῦ ὑμνῆσαι[5] τῆς ἁγιοσύνης ὑμῶν

[1] A C ἀσπόρου.
[2] A C λοχέ.
[3] A ζωορύτου, B ζωηῤῥύτου.
[4] C μήτηρ.
[5] A ὑμνεῖσαι.

---

arbor ramum vitii expertem habens[a]. Salve, pater, immaculatæ margaritæ concha[b]. Salve, mater, integri a nævo smaragdi petra. Salve, pater, vena fontis manantis vitam. Salve, mater, hydria sitim suscipiendæ prolis exstinguens.

Impletur os nostrum laudibus eximiæ sanctitatis vestræ; at

[a] Poteratne apertius immaculata Virginis origo significari?

[b] Non affingendus profecto Cosmæ turpissimus error est, quasi putaverit, Mariæ personam in patre præexstitisse. Potius hinc discere nobis licet, quam explorata animisque infixa fidelibus esset doctrina de sancta et purissima Deiparæ origine. Idcirco enim beatissimæ Deiparæ generatio hac imagine exhibetur, velut ipsa a Joachimo prodierit non secus ac margarita cujusvis nævi expers e sua concha. Et plane eodem spectat altera, quæ mox sequitur, imago, qua beata Anna designatur veluti cautes, in qua pellucidus atque omni nævo carens smaragdus lateat. Vis tamen sententiæ evidentior in iis est, quæ de Joachimo dicuntur. Quod enim ad matrem attinet, contendere quispiam posset, nitidissimam utique ab Annæ utero, tamquam purissimum a cautis sinu smaragdum, prodiisse; non constare tamen, an talis a prima sui formatione fuerit. At ubi de Joachimo agitur, nullus ambigendi locus relinquitur. Hujus enim partes nisi ad exordium plasmationis prolis spectare non possunt. Ergo si ab eo egressa est proles tamquam *immaculata margarita e sua concha*, hæc puritas necessario ad prima refertur initia; et sic eorum quoque, quæ de Anna subduntur, certus exsurgit manifestusque sensus. Ceterum heic juverit meminisse, sententiam ejusmodi adeo non esse Cosmæ singularem, ut eadem etiam in sacris græcæ Ecclesiæ Officiis recurrat. Vide quæ attulimus ex Menæis in not. ad § XI Sermonis Isidori Thess. Part. I, pag. 232.

τὰ ἐξαίρετα [1]· ἀλλ' οὔκ ἐσμεν ἱκανοὶ [2] τὴν θεόζευκτον ὑμῶν ὑμνῆσαι [3] δυάδα, εἰ μή γε κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ ἐγγόνου ὑμῶν κατὰ σάρκα Χριστοῦ μακαρίσαι τοὺς ἀμφοτέρους, καὶ εἰπεῖν· χαίρετε [4] καὶ ἀγαλλιᾶσθε [5], ὅτι ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρὸς [6] ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὑμεῖς γάρ ἐστε οἱ διὰ τὴν ἀτεκνίαν ὀνειδισθέντες ἅγιοι, καὶ ῥημάτων ἀκούσαντες πονηρῶν. Ἀλλ' εὐφρανθέντες μετ' ὀλίγον [7] ἐπὶ τεκνογονίαν, καὶ ἀρκεῖ ὑμῖν πρὸς ἔπαινον τὸ [8] μητέρα Θεοῦ γεγεννηκέναι.

[1] A ἐξέρετσ.
[2] A ἥκανοί.
[3] B ἀννέσαι, A C ὑμνεῖσαι.
[4] A χαίρεται.
[5] A B ἀγαλλιάσθαι.
[6] C κοιλίας, B omitt. τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός.
[7] A ὀλίγων.
[8] B abest τό.

---

vestrum Deo auspice initum conjugium [a] celebrare nequaquam pares sumus, nisi usurpando voces Christi, vestri secundum carnem nepotis, beatos vos ambo prædicemus ac dicamus [b] : *Gaudete, et exsultate, quoniam merces*, fructus uteri vestri, *in cœlis est*. Vos enim estis, qui cum justi essetis, propter sterilitatem opprobriis fuistis impetiti, et iniqua adversum vos verba audivistis. At paulo post lætissime de suscepta prole gravisi estis, et satis est vobis ad laudem, quod matrem Dei genueritis.

[a] Nequaquam est obscurum. hoc loco δυάδα poni pro δυασμόν, ac significare conjugalem actum, ex quo beata Virgo concepta est. Præterquam quod enim nullus alius probabilis sensus in contextus adjunctis occurrit, ejusdem contextus ratio id plane postulat; unde et concluditur illis verbis, *satis esse ad ipsorum laudem, quod Matrem Dei genuerint*. Nihil porro illustrius juxta et aptius ad laudandam Dei Genitricis conceptionem dici potuit, quam generationis opus Deo auspice fuisse susceptum. Quod sane congruit cum iis, quæ apud Isidorum legimus (*Hom. in Præsent. Deip.* § XIII, part. I, pag. 444), *oportuisse scilicet, ut ad congressum, unde Virginis processit conceptio, nil aliud quam congressus cum Deo impelleret atque adduceret.*

[b] *Matth.* V, 12.

Ἀληθῶς γὰρ, ὡς ἄξιοι, προωρίσθησαν οἱ δίκαιοι τῆς Θεοτόκου γεννήτορες, συγγενιᾶσαι Χριστῷ κατὰ σάρκα, καὶ ὡς ἐκ γένους [1] ἐπισήμου, βασιλικοῦ λέγω καὶ ἱερατικοῦ, τιμηθῆναι. Ἐξ ἄμφω γὰρ ἡ Θεοτόκος γενεαλογεῖται [2] ἐπιμίκτων [3] τῶν δύο φυλῶν ἀπ' ἀρχῆς [4] κατὰ διαφόρους [5] τρόπους γενομένων.

VIII. Ἔνθα [6] λοιπὸν καὶ ἐπὶ τῶν τῆς Θεοτόκου γονέων [7] οὕτως. Ζαχαρίας [8], ὁ πατὴρ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ [9], ἀδελφὸν ἔσχεν συν-

[1] B ἐκγένεις, A C εὐγενεῖς.
[2] B σεμνολογεῖται : sic et Cotelerius legebat in Codd. Regiis.
[3] B ἐπιμύκτων.
[4] A B ἀπαρχῆς.
[5] B καταδιαφόρους.
[6] B et Cotelerius. ἔνθεν.
[7] B γενέων.
[8] A B abest Ζαχαρίας : B ad marg. poster. manu habet : ἡ γενεαλογία τῆς Θεοτόκου.
[9] B abest τοῦ βαπτιστοῦ.

Prorsus enim divino prædefinitum fuerat decreto, ut justi illi Deiparæ genitores cognatione cum Christo secundum carnem devincirentur tanquam digni, et honoribus cohonestarentur tanquam nobilitate generis, regii nempe et sacerdotalis, insignes. Ex utraque enim duarum illarum tribuum, quæ jam inde ab initio diversis modis permixtæ fuerant, genus suum Deipara ducit.

VIII. Ceterum de genitoribus Deiparæ et ista adjici heic possunt[a]. Zacharias, Johannis Baptistæ pater, fratrem consa-

[a] Nullius sane frugis videbitur, ea, quæ sequuntur, oculis subjecisse, præsertim quod in historia hac genealogica texenda de castissimo Deiparæ sponso ea Auctor commemoret, quæ communi fidelium sententiæ adversantur, quæque jam inde a quarto Ecclesiæ sæculo S. Hieronymus (*Advers. Helvid.* n. 19) refutaverat. At cum eamdem hanc paragraphum jam in editis haberemus apud Cotelerium (*PP. Apost.* Tom. I, pag. 279 *in not. ad Lib. III, Cap. VI Constit. Apost.*), nulla aderat ratio, cur eam cum homilia non vulgaremus.

ιερέα [1], καλούμενον Ἀγγαῖον [2], πρὸ αὐτοῦ τετελευτηκότα [3]. Τούτου τοῦ Ἀγγαίου θυγατέρα πρὸς γάμον ἤγαγεν [4] Ἰωσὴφ ὁ τέκτων· ἐξ ἧς ἐγέννησεν τέσσαρας υἱοὺς καὶ δύο [5] θυρατέρας· ὧν εἷς ἦν Ἰάκωβος, ὁ ἐπικληθεὶς ἀδελφὸς τοῦ Χριστοῦ [6], ὁ καὶ πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων· καὶ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ [7] Σαλώμη [8] οὐχ [9] ἡ μαῖα, ἀλλ' ἑτέρα. Μετὰ θάνατον δὲ αὐτῆς [10] μνηστεύεται ὁ Ἰωσὴφ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν τὴν [11] κατὰ τὸ μητρικὸν γένος καταγομένην [12] ἀπὸ Ματθὰν τοῦ ἱερέως, καὶ αὐτοῦ ἀπὸ [13] Σολομῶντος [14], τοῦ υἱοῦ Δαυὶδ [15], ὡς φησιν τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον γενεαλογούμενον [16].

[1] A C abest συνιερέα.
[2] A Ἀγγέον.
[3] A τετελευτικότα.
[4] B C et Cotelerius ἠγάγετο.
[5] C abest δύο : Cotelerius, τρεῖς.
[6] B ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου.
[7] B τούτου.
[8] B Σαλόμη.
[9] B οὐχί.
[10] B μετὰ δὲ θάνατον ταύτης.
[11] B abest τήν.
[12] A καταγωμένην.
[13] A τοῦ ἀπό.
[14] B Σολόμωνος.
[15] B et Coteler. addunt καταγομένου.
[16] Coteler. γενεαλογῶν.

---

cerdotem habuit, Aggæi nomine appellatum, qui et ipsi præmortuus est. Hujus Aggæi filiam in matrimonium duxit Joseph faber; e qua quatuor suscepit filios, ac duas filias, quorum unus fuit Jacobus, cognominatus frater Christi, qui et primus exstitit Hierosolymorum episcopus; nomen autem uxoris ipsius erat Salome, non quidem obstetrix, sed alia. Porro post hujus mortem Joseph sponsam accepit Mariam Deiparam, quæ genere materno originem trahebat a Mathan sacerdote, qui et ipse erat ex stirpe Salomonis, filii David, ut habet Evangelium Lucæ, ubi genealogiam dominicam describit. Iste enim Mathan ex

Οὗτος γὰρ ὁ Ματθὰν τρεῖς ἔσχεν θυγατέρας, ἐκ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὧν ὀνόματα Μαρία, Σοββή, Ἄννα. Ἡ οὖν Μαρία γεννᾷ Σαλώμην τὴν Μαΐαν· ἡ Σοββὴ [1] γεννᾷ τὴν Ἐλισάβετ [2], τὴν μητέρα Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ἡ δὲ [3] Ἄννα γεννᾷ τὴν [4] Θεοτόκον Μαρίαν ἐν Βηθλεὲμ, τὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς μάμμης [5] καὶ θείας ἐπικληθεῖσαν Μαρίαν [6]· ὡς εἶναι τὴν Ἐλισάβετ ἀνεψιὰν μὲν τῆς Ἄννης, ἐξαδελφὴν δὲ τῆς Θεοτόκου. Κυροῦντος [7] τὰ ἑκάτερα τοῦ εὐαγγελίου, διὰ [8] τὸ μὲν πατρῷον γένος καὶ σαρκικὸν τοῦ Χριστοῦ· Ἦν, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, υἱὸς [9] ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Ματθάν· διὰ δὲ τὸ [10] μητρικόν [11]·

[1] B ἡ δὲ Σοβή.
[2] A C abest τὴν Ἐλισάβετ.
[3] A abest δὲ, C καὶ Ἄννα.
[4] Cotel. addit παναγίαν.
[5] B μάμης.
[6] Coteler. ἐπικληθείσης Μαρίας.
[7] A κληροσάμενος, C κληρωσάμενος.
[8] A C abest τοῦ εὐαγγελίου· διά.
[9] A Ἰησοῦς.
[10] A τῳ.
[11] B μητρῷον.

Maria uxore sua tres habuit filias, quarum nomina sunt Maria, Sobbe, Anna. Maria itaque Salomen obstetricem genuit; Sobbe genuit Elisabet, Joannis Baptistæ matrem; Anna vero in Bethleem genuit Deiparam Mariam, quæ ex nomine aviæ et materteræ Maria appellata est; adeo ut Elisabet Annæ quidem ex sorore neptis, Deiparæ vero consobrina fuerit. Quod quidem utrumque confirmat evangelium, ubi ad indicandum Christi secundum carnem paternum genus, *Erat*, inquit [a], *Jesus incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathan;* de materno autem genere, *Ecce*,

[a] *Luc.* III, 23.

Ἰδοὺ, φησὶν, καὶ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. Ὧν ἕνεκεν δόξα τῇ συγκαταβάσει τοῦ Θεοῦ [1] νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

[1] B Θεοῦ ἡμῶν; Cotel. Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

---

inquit[a], *et Elisabet cognata tua.* Quorum gratia, gloria sit benignissimæ Dei charitati nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[a] *Luc.* I, 36.

DE

HOMILIÆ ANDREÆ CRETENSIS

FRAGMENTO

MONITUM.

Cum Johannes Albertus Fabricius[1] præter tres illas Andreæ Cretensis homilias in Deiparæ Dormitionem, quas græce ac latine evulgaverat Combefisius[2], quartam ejusdem tum Auctoris tum argumenti enumeraret, cujus esset initium, Οἱ τὴν ἐν Πνεύματι Θεωρίαν κ. τ. λ., et quam nullibi editam reperirem, desiderium mihi incesserat, eam quoque, si fieri posset, e tenebris educendi. Nec ardua res visa est, quando Bernardus Montfauconius in Bibliothecæ Coislinianæ[3] descriptione testabatur, eam inibi codice CCLXXIV contineri; et reipsa levi negotio obtinui, ut inde diligentissime exscriberetur ejusdem homiliæ exemplar ac mihi transmitteretur. Verum vix dum aliquot pagellas oculis perlustraveram, cum in sententias incidi, quas iisdem omnino verbis alibi a me lectas memineram, ac cito comperi eas ad tertiam ejusdem Andreæ de eodem argumento homiliam pertinere; collatione autem diligentiori instituta, animadverti eamdem prorsus esse homiliam, nisi quod diversum utraque haberet exordium. Alterum porro istud

[1] *Biblioth. Græc.* vol. X, pag 284 edit. Harl.

[2] *Andreæ Archiep. Cretens. Orationes* etc. *R. P. Francisci Combefisii opera et studio editæ,* Paris. 1644, pag. 115-155.

[3] Pag. 389.

exordium haud inutile fuerit heic subjecisse, quanquam suadere mihi non possim, ad genuinas Sermonis Andreæ partes idem spectare. Ac satis, ut puto, hoc patet ex prima sententia, quæ occurrit communis utrique exemplari. Sic enim ea apud Combefisium legitur[1] : Εἰκαστικῶς γάρ, ὡς ὁ νοῦς ἐπιβάλλειν ἠδύνατο (τοῦ γὰρ ἀκριβοῦς μόλις ἂν καὶ ἄγγελοι τύχοιεν), ταῦτα πρὸς ἡμῶν τεθεώρηται. Ἤδη μὲν οὖν ὁ μυρίανδρος ἐκεῖνος τῶν θεοφόρων στόλος, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰρήκαμεν, ἀθρόως ἀγήγερτο· καὶ πᾶσα τάχα τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡ νοητὴ διακόσμησις κ. τ. λ. Quæ ex Combefisii versione sic sonant : *Velut enim conjectando, atque ut mens potuit assequi (vix enim vel Angeli rem accurate edixerint), sumus hæc contemplati. Jam ergo, ut in superioribus diximus, classis illa Deo afflatorum pene innumerabilis congregata erat : forsque omnes cœlestium Virtutum spirituales*, etc. Ex ista porro sententia nihil in Coisliniano exemplari habes præter verba, ταῦτα ἡμῶν τεθεώρηται : quæ cum nullum habeant cum præcedentibus nexum, palam quid produnt assutum. Adde, per totius sermonis decursum modo nonnulla verba desiderari, modo aliquod periodorum incisum, modo integras etiam periodos ; quæ tamen in Combefisii exemplari non solum non redundare, sed etiam nativum omnino locum tenere videntur.

Neque vero concludi ex his potest, genuinum ergo esse exordium, quod eidem homiliæ præfixum apud Combefisium legimus; imo vix credibile est, sermonem ita, prouti jacet, ab Andrea dici potuisse. Sic enim incipit : *Vocat nos iterum sermonis continuitas ad laudationem* (πρὸς τὴν πανήγυριν); *ac plane oportet, ut, quæ desunt, ordine connectamus, ut sit sermo integer nec solutus, quem nulla ex parte aliquid dividat. Paucis ergo in superioribus, quantum licuit, quæ ad corporis, quod vitam genuit, ad virginalis inquam Dei genitricis tabernaculi spectaculum pertinent, enarravimus*, etc. Porro ejusmodi exordium utique congruere potuerit alicui ex multis sermonibus, qui per plures non interruptos dies, aut saltem per plures dies domi-

[1] Op. cit. pag. 145.

nicos de eodem argumento habiti fuerint; at quem locum habere potuit, quando ea de re semel per annum in solemni memoria *Dormitionis Deiparæ* sermo habebatur? Non diffiteor tamen, quæ ibi leguntur, ea posse, si non prorsus omnia, at plurima ex parte pro genuinis haberi, si in eam veniamus opinionem, quam rei inspectio suadet, tertiam illam homiliam nihil esse reapse, nisi partem secundæ, quæ præcedit : adeo ut neque quatuor, ut tradit Fabricius, neque tres, ut vulgo omnes censent, sed omnino duos Andreæ sermones *de Deiparæ dormitione* habeamus.

ΑΥΓΟΥΣΤΩ ΔΕΚΑΤΗ ΠΕΜΠΤΗ.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΔΡΕΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΚΡΗΤΗΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΟΙΜΗΣΙΝ ΤΗΣ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΥ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ ΜΑΡΙΑΣ.

Εὐλόγησον Πάτερ.

I. Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῷ ἀύλῳ καὶ καθαρωτάτῳ φωτὶ τῆς ἀπλανοῦς ἐλλαμπόμενοι γνώσεως, καὶ ταῖς ἀδιδάκτοις μυστα-

---

DECIMA QUINTA AUGUSTI.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ANDREÆ IEROSOLYMITANI

BEATISSIMI ARCHIEPISCOPI CRETENSIS

SERMO

IN DORMITIONEM GLORIOSISSIMÆ DOMINÆ NOSTRÆ DEIPARÆ ET SEMPER VIRGINIS MARIÆ.

Benedic, Pater.

Quicumque per spiritualem contemplationem cœlesti ac purissima luce illius scientiæ, quæ nescit errorem, illuminamur, et per eam Spiritus disciplinam, quæ verbis non traditur, ad

γωγίαις τοῦ πνεύματος λογικῶς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς θεολογίας χειραγωγούμενοι δόγματα, δεῦρο πᾶσαν ὁμοῦ τὴν γεηρὰν καὶ πρόσυλον ἀπεκδυσάμενοι τοῦ βίου προσπάθειαν, καὶ ὅλῳ πνεύματι μυστικῶς συγκραθέντες, ἐπὶ τὴν νοητὴν καὶ πολύφωτον τῆς θεοτόκου πανδαισίαν συνδράμωμεν, τῆς μὲν γεώδους καὶ γνοφερᾶς τῶν παθῶν πρότερον ἀπαλλαγέντες ἀχλύος, τῆς δὲ ἄνωθεν παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων κατιούσης ἐλλάμψεως τὸ φῶς περιθέμενοι. Λελαμπρυσμένους γὰρ ἤδη [1], καὶ πράξει καὶ γνώσει, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἀρετῶν πάντοθεν ἀποστίλβοντας, καὶ Χριστὸς αὐτὸς, ὁ ἐξ ἡλίου, τοῦ πατρὸς, ἀνάρχως καὶ ἀνεκφοιτήτως, ὡς ἐκ φωτὸς φῶς ἀποστράπτων, βούλοιτ' ἂν ἡμᾶς ἐν ταὐτῷ ἀχθέντας μυστικῶς ἑστιᾶσαι· καὶ δείκνυσι τοῦτο σαφῶς, ἐξ ὧν τὴν ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, πρὸς ἣν κατελθὼν ἄνωθεν ἐκ τῆς ὑπερκοσμίου περιωπῆς καὶ τὴν ἡμετέραν ὑποδὺς φύσιν, ἐκ τῶν τῆς γῆς σήμερον χωρίων,

[1] Cod. ἤδη.

---

sublimia divinæ sapientiæ dogmata rationabiliter manuducimur, eia agite terrena quavis vanaque hujus vitæ affectione pariter exuti, et toti ad spiritum mystice contemperati, ad spirituales ac splendidissimas Deiparæ epulas simul omnes accurramus, postquam a terrestri quidem ac tenebricosa cupiditatum caligine prius erepti, luce autem illius splendoris, qui *desursum est descendens a Patre luminum*[a], circumcincti undique sumus. Jam enim nitentes, et recta vita ac scientiæ lumine atque virtutum pulchritudine undequaque splendentes, ipse quoque Christus, qui ex sole, Patre scilicet, tanquam lux de luce æternaliter et a Patre non recedens emicat, procul dubio nos in unum congregatos mystico convivio excipiet; et hoc palam ponit ob oculos, dum suam ipsius matrem secundum carnem, ad quam desuper a superna sede descendit, ut nostram naturam indueret, ab hujus terræ regionibus ceu reginam universi hominum generis

[a] *Jac.* I, 17.

ὡς βασιλίδα τῆς ὕλης τῶν ἀνθρώπων μεθίστησι φύσεως· ὅποι τάξας ἢ μεταστήσας, ἀνέκφορον πάντη, καὶ ἀδιεξίτητον τοῦ μυστηρίου καταλείψας τὴν δύναμιν.

Πρόκειται γοῦν αὕτη τράπεζα πνευματικὴ θεοτελῶν μυστηρίων, καὶ ξένης πρόξενος εὐωδίας. Ταύτης κἀγὼ σήμερον ἑστιάτωρ, ὁ ξένος καὶ ἔπηλυς· καὶ τῶν ὑψηλῶν θεαμάτων ὑπὲρ ἀξίαν ὑφηγητής. Ἀλλὰ μήτις, πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς ἡμετέρας ἀπιδὼν εὐτελείας, ἀνανεύσοι πρὸς τὴν ἑστίασιν· ὅτι μὴ παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς ἡτοίμασται τῆς θεοτόκου τῶν ἐνθεαστικῶν τούτων μυστηρίων τὰ καλὰ διηγήματα· οὐκοῦν ἐπειδὴ πλήρης ἡ τράπεζα, καὶ τὸ συμπόσιον εὐτρεπὲς, ἴωμεν κατ' ἀξίαν τοῦ πνεύματος, εἰς τὰ βάθη τοῦ πνεύματος.

II. Ταῦτα πρὸς ἡμῶν τεθεώρηται· ἤδη μὲν οὖν ὁ μυρίανδρος ἐκεῖνος τῶν θεοφόρων στόλος, καὶ πᾶσα (τάχα) τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡ νοητὴ διακόσμησις, κ. τ. λ.

---

transfert, mysterio, quod magnitudine sua inaccessum sit verbis juxta ac mentibus, occultans qua tandem sede eam collocaverit, quove eam extulerit.

Prostat igitur spiritualis hæc mensa, quæ mysteria divinitus perfecta exhibet, et insolitam exhalat fragrantiam. Cujus quidem mensæ ego quoque peregrinus et advena, hodierna die minister adsum et, præter mea merita, sublimium spectaculorum interpres. Verumtamen nemo, propterea quod tenuitatis nostræ abjectionem despiciet, ad mensam accedere recuset; non enim a nobis, sed ab ipsa Deipara parata est divinorum horum mysteriorum egregia expositio. Cum itaque plena sit mensa, et convivium optime instructum, ad profunda spiritus, prout spiritu quisque dignus est, gradiamur.

DE

JACOBI MONACHI FRAGMENTO

MONITUM.

Alias diximus[1], opus Jacobi Monachi sex sermonibus constare, e quibus secundus tantummodo, qui est *in Deiparæ Nativitatem*, lucem aspexerat. E reliquis autem jam quatuor dedimus, videlicet I *in Deiparæ Conceptionem*, II *in ejusdem ingressum in templum*, sive *in Præsentationem*, III *in Annuntiationem*, IV denique *in Visitationem*, licet non integrum postremum hunc dederimus, propterea quod nonnulla mere historica, quæ minus in scopum nostrum facere videbantur, et quæ vix alicujus utilitatis esse poterant, omittenda visa sunt. Eadem porro causa effecit, ut alium quoque, qui ordine quartus est, prætermittendum arbitrarer. Nam hujus argumentum, si e potiori parte fas est totum sermonem denominare, dici utique posset *in Virginis Desponsationem*. At quid re ipsa contineat, melius sic docet præfixus titulus[2] : Λόγος Ἰακώβου Μοναχοῦ ἐκλεγεὶς ἐκ τῶν θείων γραφῶν εἰς τὸ, γενομένης ἀν τῆς δωδεκαετοῦς· καὶ εἰς τὴν τῶν ἱερέων συμβουλὴν περὶ τῆς ἐξόδου τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας παρθένου· καὶ εἰς τὸ, ἐξῆλθον οἱ κήρυκες καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας· καὶ εἰς τὴν Ἰωσὴφ ἀντιλογίαν, καὶ ἀποκατάστασιν εἰς τὸν οἶκον

[1] Part. I hujus Syllog. pag. 157.

[2] Cod. Vatic. Græc. n. 1162, fol. 83.

Ἰωσὴφ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· καὶ περὶ τῆς τοῦ καταπετάσματος ἐργασίας. Videlicet, *Jacobi Monachi sermo, e sacris scriptis decerptus, in illud*, Cum facta esset (puella) duodecim annorum, *et in consultationem sacerdotum de sanctissima Virgine e templo educenda; et in illud*, Egressi sunt præcones in universam Judæam; *et in Josephi repugnantiam; et in deductionem sanctissimæ Deiparæ ad Josephi domum; et de injuncto veli opere.* Hæc autem dum Auctor enucleate evolvit, multus quidem est pro more suo in rationibus quærendis, cur hoc illudve gestum fuerit; verum non modo vix aliud quidpiam hisce adjungit, sed insuper quasdam intermiscet opiniones, quæ plane obsoletæ jam sunt, et quas propterea nullius frugis esset nunc denuo promere. Particula tamen occurrebat, quæ non omnino negligenda visa est. Ubi enim Auctor sacerdotes exhibet multa consilia agitantes de Virgine beata cuipiam, qui eam custodiret, committenda, brevi digressione ab historia discedens sermonem ad serpentem antiquum ita convertit, ut inde eluceat, draconem infernum nihil in Mariam potuisse, nec unquam in eadem dominatum fuisse. Est autem ejusmodi.

EX QUARTO

JACOBI MONACHI SERMONE

IN DEIPARÆ DESPONSATIONEM

EXCERPTUM [1].

Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόῤῥητόν τι οἰκονομεῖν τὸ μυστήριον ἔμελλε, καὶ πάσαις ἀΰλοις Δυνάμεσιν ἀδιάγνωστον ἦν, λαθεῖν ἔδει τοῦτο πάντως τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους καὶ τοὺς τούτου συναποστάτας. Ὃ καὶ δηλαδὴ καὶ ἐκπεπλήρωται. Ὅθεν τῶν μυστικῶς ἐν τῷ ναῷ τελεσθέντων μηδὲν ὁ τύραννος κατανοήσας, μόνην τὴν ἀμίαντον παρετηρεῖτο Μαρίαν. Ἑώρα γὰρ αὐτῆς ἀνωτέραν τῆς φύσεως οὖσαν, καὶ ἀπροσπέλαστον πάντη ταῖς αὐτοῦ κακοτεχνίαις. Διὸ προσβάλλειν ταύτῃ μὴ ἰσχύων, μηδὲ ψιλῶς τὸν αὐτῆς ὑπεράμωμον νοῦν

[1] Ex laudato Cod. Græc. Vatic. 1162, fol. 91 vers.

Quandoquidem de ineffabili quodam mysterio disponendo agebatur, hoc autem internoscere neque ulli ex incorporeis virtutibus datum fuerat, multo magis oportebat, ut hoc idem principem tenebrarum et rebellionis ejus socios lateret. Idque reipsa factum est. Quocirca tyrannus ille nihil eorum, quæ in templo mystice perficiebantur, animadvertens, solam immaculatam Mariam pravis suis intentus consiliis observabat. Eam enim cernebat communi sublimiorem conditione, pessimisque suis technis prorsus inaccessam. Cum itaque adoriri eam non valeret, animumque ejus immaculatissimum ne minimum

περιιδονῆσαι δυνάμενος, αὐτὴν περιεσκόπει μόνην. Ὅθεν τρανῶς τοῦ ἱερέως τὰ κατ' αὐτὸν μυουμένου μυστήρια, οὐδὲν ὁ τῆς κακίας συνῆκεν εὑρέτης οὐδὲ τῶν χρωμένων οὔτε τῶν πραττομένων· καὶ τὴν μὲν παρθένον ἐσκόπει, τὰ δὲ περὶ ταύτην ἠγνόει.

Διὸ καὶ νῦν εὐκαίρως μοι νῦν ἐπεισέρχεται τῇ τούτου καταπαίζοντι ἀδρανείᾳ, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀποφήνασθαι· Ποῦ ποτέ εἰσιν αἱ πανουργίαι σου, τύραννε; Ποῦ τὸ ἠλίθιον τῆς κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐπαναστάσεως καύχημά σου; Ποῦ τὸ τῆς ἀλαζονείας σου φρύαγμα; Πῶς ὁ τὸν θρόνον ἐπάνω τῶν ἄστρων τιθεὶς, ταπεινότερος ἐδείχθης τῶν κατωτέρων κτισμάτων; Πῶς ὁ μωρίας ὑπερβολῇ ὅμοιον ἑαυτὸν τῷ ὑψίστῳ γενήσεσθαι φήσας, πρὸς ἴσην τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων οὐκ ἤλασας φρόνησιν; Ὁ τὴν οἰκουμένην ὡς νεοσσίαν καταλαμβάνων, πῶς κατεπόθης ἄθροον; Ὁ πᾶσαν αὐτὴν ἀπροστάτευτον, ὡς ὠὰ καταλελειμένα, αἱρεῖν αὐχήσας, πῶς ἐκλά-

---

quidem commovere posset, ipsam tantum attente circumspiciebat. Hinc licet mysteria, quæ ad illam spectabant, clare sacerdoti revelarentur, nihil eorum omnium, quæ sive per oraculum manifestabantur sive facto complebantur, intellexit; et in Virginem quidem intentos oculos habebat; sed nihil, quod ad ipsam pertineret, noverat.

Quapropter nunc ipsum mihi opportune subit imbecillitatem illius irridere, eumque hujusmodi dictis compellare : Ubinam, o tyranne, sunt versutiæ tuæ? Ubi stolida illa gloriatio tua propter rebellionem adversus Deum? Ubinam ille jactantiæ tuæ fastus? Quomodo ipse, qui super astra thronum tuum ponebas[a], abjectioribus creaturis abjectior evasisti? Quomodo tu, qui ob stultitiæ excessum, te ipsum Altissimo fore similem jactasti[b], ne cum illius quidem creaturis parem assecutus es prudentiam? Qui velut nidum arripiebas universam terram, quomodo illico absorptus es? Qui ipsam totam, tanquam ova derelicta, de-

[a] *Is.* XIV, 13.
[b] *Ibid.* v. 14.

πης ἀνοίας ὑπεροχῇ; Οὐκ ἐνενόεις, ὁρῶν τὸ τῆς παρθένου μυστήριον; Οὐκ ᾔδεις, ὅτι τοιοῦτον καρπὸν αἱ πᾶσαι γενεαὶ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἤνεγκαν; Οὐ παντὶ γεννητῷ κακοτεχνῶν ἀρχῆθεν ἐνέσκηπτες; Καὶ γὰρ σός ἐστιν ὁ τοῦτο παριστῶν λόγος, κἂν βουληθείης παραγράψασθαι τὴν αἰτίαν. Περιῆλθον γάρ, τῷ δημιουργῷ, πᾶσαν τὴν ὑπουράνιον, ἔφησας. Εἰ μὲν οὖν ἄλλος ἦν τοῦτο λέξας, καὶ μαρτυρίαις ἑτέραις πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπεχρώμεθα σύστασιν, εἶχες ἂν τῷ ψεύδει προφασίσασθαι τὴν ἀντιλογίαν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς σοῖς ἁλισκόμενος λόγοις, δεσμοῖς ἀλύτοις δέδεσαι πανταχόθεν, ἀμήχανόν σε τοῦτο διαδρᾶναι. Τί οὖν, ἅπασι πονηρῶς ἐπιβαίνων, ἔγνως τοιοῦτόν ποτε καθαρώτατον κειμήλιον, ὁποῖον τὴν ἀκατανόητον παρθένον ἑώρακας; Εἶδες τοσοῦτον ἀγνείας θησαυρὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ κρυπτόμενον φύσει; Προσέσχες ἀρετῶν τοσούτῳ πλούτῳ

---

fensore orbatam te occupaturum gloriabaris, quomodo per summam dementiam captus ipse es? Non advertebas animum, cum videres, ad Virginis mysterium? Non noveras, quotquot fuerant hominum generationes, nunquam ejusmodi fructum protulisse? Nonne in universam hominum progeniem malis utens artibus ab initio invasisti[a]? Nam verba tua sunt, quæ palam id faciunt, utcumque causam prætermitti volueris. Dixisti enim Creatori[b] : *Terram omnem, quæ sub cœlo est, circuivi*. Porro si qui id dixit, alius quispiam esset, et ad hoc ipsum confirmandum alienis uteremur testimoniis, haberes fortasse, quo mendacem defensionem prætenderes. Sed quoniam, ipsis tuis verbis captus, insolubilibus vinculis constrictus es, hinc aufugere nullo modo potes. Quodnam igitur, cum omnia scelerate invaderes, purissimum ejusmodi cimelium unquam novisti, cujusmodi incomprehensibilem hanc vidisti virginem? Inspexistine tam præclarum innocentiæ thesaurum in humana

[a] Ab initio videlicet cum Protoparentes Satanas per fraudem decepit, reipsa universæ humanæ progeniei ruinam paravit.]

[b] *Job.* I, 7.

ἐφ' ὅσοις ὀλίως ἐνέσκηψας; Προσέβαλες ἀνεπάφῳ ποτὲ τοιούτῳ σώματι; Ἔγνως ἀκηλίδωτον τοιαύτην ψυχὴν, καὶ ταῖς ἐπηρείαις σου ἀποσπέλαστον; Οὐδέν ποτε τοιοῦτον ἐν γεννητῇ τεθέασαι φύσει. Πῶς οὖν ἐσκοτίσθη σου τὰ μηχανήματα; Πῶς τὸ πανοῦργόν σου εἰς ἄεργον ἀπεπαύθη; Πῶς κατὰ τῆς σῆς καρδίας τὰ πεπυρωμένα σου πέπηγε βέλη, καὶ βλέπων οὐ κατενόεις, καὶ μηχανώμενος οὐχ ἑώρας; Ὄντως ἐματαιώθη σου τὸ φρύαγμα, καὶ μῶρον εἶναι τῇ ἀσθενείᾳ δέδεικται.

---

natura latitantem? Advertistine ad tantas virtutum divitias in ullo eorum, adversus quos per insidias irruisti? Occurritne tibi unquam corpus tanta puritate nitens? Novisti unquam animam tam immaculatam, tamque incursionibus tuis imperviam? Nihil unquam tale in humanis generationibus vidisti. Quomodo artes tuæ nullam nocendi viam vident? Quomodo solertia tua in omnimodam inertiam desiit? Quomodo ignita jacula tua in cor tuum defixa sunt, et dum cernis, non intelligis, et dum fraudes agitas, plane es cæcus? Vere vanus effectus est fastus tuus, ac fatuum eum esse ex imbecillitate aperte patuit.

IN VIRGINEM DEIPARAM

HYMNUS

EX HYMNARIO TABULARII SUBLACENSIS[a]

SUB N. CLXVII SÆCULO XIII.

Nunc tibi, Virgo virginum,
Laudes ferimus carminum :
Te, quia cœli domina,
Resultet hæc plebecula.

Tu porta domus fulgida,
Egressionis inscia :
Et Virgo fructu florida,
Virgoque nato gravida.

Te nostra sonant carmina,
Te Angelorum agmina :
Infernus tibi ululat,
Fretumque maris insonat.

Lacta, Regina, parvulum
Æterni Regis filium ;
Lacta sacrato ubere,
Qui te concessit vivere.

[a] Hoc monimentum debeo humanitati Adm. R. P. D. Columbani Canavello in eodem perillustri Monasterio Novitiorum Magistri, cui multas præterea gratias habeo, quod variantes lectiones Hymni S. Ambrosii, in prima parte hujus Sylloges editi, mihi perhumaniter suppeditaverit.

Tu clara stirpe regia,
Jureque mundi domina,
Desideratum omnibus
Tu pertulisti gentibus.

O stella maris fulgida,
Absolve plebis crimina ;
Fletus quandoque supplicum
Immuta dando gaudium.

Laus Patri invisibili,
Laus ejus almo flamini,
Laus et sit Unigenito,
Orbis terrarum Domino. Amen.

DE S. BERNARDI SCRIPTIS

CIRCA DEIPARÆ VIRGINIS CONCEPTIONEM

DISSERTATIO

HISTORICO-CRITICA.

---

1. Monimentum Lugdunensis Ecclesiæ producitur, quo et historia controversiæ a Bernardo, ut fertur, excitatæ illustratur, et hæc ipsa controversia Apostolicæ Sedis judicio præoccupata ostenditur, § I-XIX.
2. Iniqua agendi ratio arguitur eorum, qui objectare nobis Bernardi scripta nunquam cessant, cum nihil ea ad rem facere jam centies Theologi evicerint, § XX-XXVI.
3. Iis, qui Bernardum objicere adhuc cupiant, necessitas inducitur solvendi dubia, quæ de objectorum opusculorum fide moveri possunt, § XXVII-LXIII.

I. Notissima est controversia, cui locum dedit celeberrima, quæ fertur, S. Bernardi ad Canonicos Lugdunenses de *Conceptæ Deiparæ Festo* epistola ; et satis perspecta ea quoque sunt, quibus viri docti (utut non eamdem omnes viam tenuerint) difficultatis, quæ inde adversus immaculati Virginis conceptus doctrinam petebatur, vim elidere studuerunt. Hæc porro sedulo consideranti quidpiam mihi occurrebat, quod ab eruditis illis ac subtilibus disputatoribus neglectum tantisper fuisse, haud mediocriter, ut plane dicam, mirabar. Nam et a proposita quæstione non erat alienum, et in gestis, quæ occasionem controversiæ præbuerunt, eminebat adeo, elucebatque, ut jure prorsus merito ad sese oculos converteret.

Et sane cujusnam, quæso, obtutum non feriat hiatus ille, quem pars hæc gestorum S. Bernardi præsefert? Hiatum autem, eumque ingentem omnino ac conspicuum, paremque ad criticorum excitanda studia id dixerim, quod ex communi opinione constet quidem de lite gravissima Canonicis Lugdunensibus a S. Bernardo intentata; quem vero processum res nacta sit, quove pacto ad exitum aliquem perducta fuerit, densissimis tenebris obvolvatur. Neque vero solum hiscit nobis hoc loco historia; verum quæcumque de hoc negotio prodita sunt memoriæ, parum adeo invicem cohærent, ut si affirmaverim, non facilis solutionis nodum hinc viris criticis offerri, haud rem verbis amplificasse dicendus sim. Unde hujusmodi nodus oriatur, paucis exponam.

II. In primis extra controversiam esse debet, causam, quæ beatum Bernardum ad dandas illas litteras Lugdunensi Ecclesiæ permovit, sane gravissimam sancto Doctori visam fuisse. Id enim manifeste produnt tum ratio criminationis in se spectatæ, tum severissimæ verborum formæ, quibus Lugdunenses Canonicos S. Doctor reprehendere non dubitat. Et quod ad criminationem spectat, apertissime profitetur sanctus Bernardus, de superstitioso cultu rem esse, et quidem de eo superstitionis genere, quo vel ipsi peccato religiosus honor deferri videatur. *Libenter*, inquit[a], *gloriosa* (*Virgo Deipara*) *hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin nulla ei ratione placebit contra Ecclesiæ ritum præsumpta novitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia levitatis.* Severitatem vero reprehensionis eo usque S. Doctor perducit, ut et *optimi coloris mutationem*, et *juvenilem in novitatibus repentinis levitatem*, et *præsumptionem periculi plenam*, et *falsum ac judicii expertem honorem Virgini tributum* Lugdunensi Ecclesiæ exprobret[b]. Porro qui reputet, hæc sanctum Doctorem non de qualibuscumque hominibus scripsisse, sed de Canonicis illius Ecclesiæ, cujus et ipse in eadem epistola primatum inter Galliæ

[a] *Epist.* CLXXIV, n. 9.
[b] Vid. eamd. epist. n. 1 et 2.

Ecclesias deprædicat, quin immo et de ejusdem Ecclesiæ Episcopo Galliarumque Primate Falcone; nam utut solos alloqui Canonicos S. Doctor simulet, palam tamen est, reprehensionibus illis primario, ne dicam unice, cum impeti, cujus maxime nutu et auctoritate Ecclesia regebatur, episcopum scilicet; quisquis, inquam, hæc reputet, diffiteri sane non poterit, plane gravissimum hoc negotium a S. Doctore habitum fuisse.

Et his quidem paucis continetur, quidquid de ejusmodi lite a beato Bernardo adversus Ecclesiam Lugdunensem excitata certis memoriis proditum est. Uti enim præmisi, de controversiæ hujus processu, deque fine, quem fuerit sortita, penitus historia silet, adeo ut unum denique totius controversiæ monimentum supersit, memorata S. Bernardi epistola.

III. At vero aliud interim oculis nostris monimentum objicitur, atque illud quidem animadversione dignissimum, propterea quod cum præmisso conciliari vix aliqua ratione posse videatur. Exstat enim decretum cujusdam Attonis, Prioris in Monasterio S. Petri de Regula, in quo de beatæ Deiparæ Conceptæ festivitate hæc dicuntur[a] : *Anno incarnationis dominicæ* 1154 *ego Atto, Prior Monasterii S. Petri de Regula, præsente Domino Vasatensi Episcopo Guilielmo Arnaldi, collaudante totius nostri Capituli benigna humanitate, statuimus, ut festum de beatæ Dei Genitricis Mariæ Conceptione, quod jam fere per totam Galliam devotissime ab omni Christiano percelebratur populo, hoc et a fratribus nostris et tota plebe venerabiliter deinceps solemnizetur.* Ergo si fides huic monimento habenda est (nulla autem ratio apparet, cur fidem ipsi detrectemus), exploratum esse debet, anno 1154 ritum celebrandi festum Conceptionis Deiparæ jam per universam prope Galliam invaluisse. Hanc vero Festi per Gallias propagationem, si fidem epistolæ Bernardi habeas, palam est evenisse per illud temporis intervallum, quod ab eadem Epistola ad Lugdunenses scripta ad Attonis usque decretum decurrit; nam quo tempore S. Bernardus epistolam illam scripsit, paucos aliquos tantummodo hoc festum celebrasse, testis est

[a] Apud Martene *De Antiquis Monach. ritibus* lib. IV, cap. II, n. 16.

ipse sanctus Doctor, ubi scribit[a] : *Et ante quidem apud aliquos errorem compereram; sed dissimulabam, parcens devotioni, quæ de simplici corde et amore Virginis veniebat.* Tam mira igitur hujus ritus per omnem fere Galliam propagatio ab anno 1140, quo ex Mabillonii sententia data est epistola, ad annum usque 1154 facta est.

IV. Atqui si adjuncta tum rei tum temporis attente spectentur, id enimvero vix credibile videri potest. Nam Bernardus ad annum usque 1153 vitam protraxit, adeo ut decretum illud Attonis tepescentibus adhuc sancti Doctoris cineribus scriptum fuerit. Usus ergo celebrandi festum Conceptæ Deiparæ quaquaversus invaluisse putandus est ipso sancto Doctore vivente et spectante. At vero quî tandem fieri id potuit? Nam ut aliqua hujus eventus ratio reddi queat, alterutrum prorsus conjiciamus oportet : nempe aut incomperta omnino per Gallias ea permansisse, quæ adversus hujus festi ritum S. Bernardus ad Lugdunensem Ecclesiam scripserat, ipsumque insuper sanctum Doctorem, utut improbatum ritum latius diffundi cerneret, rem deinceps constanter per annos tredecim dissimulasse, aut certe Gallos, nequicquam sancto Doctore reclamante, novam religionem tam graviter reprehensam turmatim amplexos fuisse. Atqui utrumque sic difficile apparet, ut vix aliquam veri speciem habeat. Nam licet fingamus, rumores de epistola S. Bernardi ad Lugdunenses data non late percrebuisse; at numquid sanctus Doctor ejus indolis vir erat, ut ab incœptis, præsertim si gravis urgeret causa, facile desisteret? Porro quod hanc causam non gravem utcumque, sed plane gravissimam ipse existimaverit, ea satis ostendunt, quæ superius præmisimus. Inde est, quod dissimulare sese non potuisse diserte sic ipse fateatur[b] : *Verum apud sapientes, atque in famosa nobilique Ecclesia, et cujus specialiter filius sum, superstitione deprehensa, nescio, an sine gravi offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim.* Quod si tacuisse nefas sibi duxit, quando *deprehensa*, ut ipse inquit,

[a] *Epist.* CLXXIV *ad Canon. Lugdun.* n. 9.
[b] *Epist.* cit. n. 9,

superstitione apud Lugdunenses, timendum illi videbatur, ne ex Ecclesia primaria ad reliquas facilius superstitio propagaretur; quo demum pacto virum alioquin propositi tenacissimum siluisse putabimus, cum non modo Lugdunenses tam gravibus reprehensionibus nihil moveri, sed idem, prout putabat, malum quaqua late serpere suis ipse oculis cerneret? Et rursus si a reclamando nullatenus sanctum Doctorem deterruit primariæ in Galliis Ecclesiæ auctoritas, quin et hanc ipsam tam severe monere nihil cunctatus est; quomodo ita inferiores veritus esset, ut eis parceret, et succrescente superstitione conniveret?

V. Verum si in iis rerum adjunctis prorsus a verisimilitudine alienum videtur S. Doctoris silentium; profecto non abhorret minus a veri specie, Conceptæ Deiparæ cultum S. Bernardo non modo non suffragante, sed tam vehementer contradicente ac reprobante in Galliis invalescere potuisse. *Cujus enim*, inquit de S. Bernardo Guilielmus Abbas S. Theodorici[a], *voluntati sic detulit, cujus consilio sic se humiliavit omnis tam sæcularis, quam ecclesiasticæ dignitatis altitudo? Reges superbi, principes et tyranni, milites et raptores sic eum timebant, ut videatur in eis impletum, quod in Evangelio legitur Dominus dixisse discipulis suis : Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit. Porro inter spirituales, et ubi spiritualia spiritualiter examinantur, longe ei alia auctoritas erat. Sicut enim dicitur per prophetam de sanctis animalibus, quia cum fieret vox supra firmamentum, quod imminebat capiti eorum, stabant et submittebant alas suas : sic hodie ubique terrarum spirituales quique, loquente eo seu tractante stant, cedendo præcedenti, et sensibus ejus vel intelligentiis submittunt sensus et intelligentias suas.* Nec aliter Cæsarius Heisterbacensis tantam ait S. Bernardi fuisse auctoritatem[b], *ut per unius os Bernardi purpurati patres, reges principesque terrarum, quasi per commune oraculum, loquerentur.* Hæc cum ita sint, quî fieri ergo poterat, ut illi viro, qui

[a] *Vita S. Bernardi*, lib. I, cap. XIV, n. 70.

[b] Apud Mabillon. in *Præf. ad Opp. S. Bernardi* n. XXVI.

urbes, populosque ac nationes, ac principes sive Ecclesiæ sive sæculi secum, quocumque vellet, abripiebat, nunc reclamanti, obtestantique auscultaret nemo?

VI. Hæc porro dum mecum ipse perpenderem, illud sane unum ad implicatissimum hunc nodum explicandum conducere videbatur, si conjiceremus, hosce motus, a S. Bernardo circa Deiparæ Conceptæ festum excitatos, ea forte ratione compositos aut saltem sedatos fuisse, quam et ipse sanctus Doctor ceu unicam ad id aptam jam innuerat, aliquo scilicet Apostolicæ Romanæ Sedis interveniente judicio. Etenim hoc quidem pacto sibi satisfactum iri S. Doctor diserte professus fuerat, inquiens[a]: *Romanæ præsertim Ecclesiæ auctoritati atque examini totum hoc, sicut et cætera quæ hujusmodi sunt, universa reservo, ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare;* id ipsum autem maxime idoneum esse potuisse ad erigendos animos, ne quis propter S. Doctoris epistolam ab amplexando Conceptionis Deiparæ cultu absterreretur, quisque per sese videt. Conjiciendum igitur mihi videbatur, aut Lugdunenses, quos sanctus Bernardus ad romanum judicium provocaverat, aut ipsum Bernardum ejusmodi causam ad Romanam Sedem detulisse, ne forte aut superstitio inolesceret, aut pax ecclesiarum perturbaretur. Nec quidpiam erat profecto, quod Bernardum arceret Roma, ubi propter exstinctum Petri Leonis schisma, rebellesque Innocentio Pontifici opera ipsius reconciliatos non multo antea, ut inquit Ernaldus[b], *ab omnibus auctor pacis et pater patriæ* fuerat salutatus. *Procedentem*, ipse Ernaldus subdit, *viri nobiles prosequuntur, acclamat populus, matronæ sequuntur, et omnes ei prompto animo obsequuntur... Exeuntem Roma prosequitur, deducit clerus, concurrit populus, universa nobilitas comitatur. Nec poterat sine communi mœrore dimitti, qui colebatur amore communi.*

Neque vero ambigendum valde foret, cujusmodi tandem responsum e Romana Sede in iis adjunctis proficisci posset.

[a] *Epist.* CLXXIV, n. 9.
[b] *In Vita S. Bernardi* lib. II, cap. VII.

Numquid enim id in Galliis Apostolica Sedes reprobasset, quod in ipsa Romana urbe præ omnium oculis fieri consueverat? Nam plures Romæ resedisse Græcos, qui certissime per eam ætatem Conceptæ Virginis festum agebant, in comperto est[a].

Atque ita quidem difficultati, quam controversiæ hujus historia præmissis monumentis subnixa præferebat, occurrendum opinabar, quando nulla alia ratione explicari posse videbatur, quomodo aut S. Bernardus a pugnando adversus Festum Conceptæ Deiparæ, maxime dum ejusmodi scandalum celeri gradu latius usque sub oculis ejus serperet, destitisset, aut Galli, spreta S. Bernardi reclamantis voce, prope universi idem festum amplexi essent.

VII. Nunc vero jam non multis ad enodandam hanc quæstionem opus est conjecturis; quando ope monumenti, quod hucusque delituerat, eo res adducitur, ut sin minus excludenda videatur superius memorata hypothesis, necessaria tamen ad rationem gestorum reddendam nullatenus existimari jam ipsa debeat. De historia loquor antiquissimi Monasterii Athanacensis a *S. Martino* Patrono compellati, quod ad confluentes Araris et Rhodani situm, ob idque etiam *Interamne* appellatum, olim extra Lugdunensis Urbis muros dein ipsis inclusum diutissime floruit, donec anno 1684, cum claustrum aliaque ædificia fere solo essent æquata, basilica vero cœnobii inculta, in *Collegiatam ac Parochialem Ecclesiam* hæc demum conversa est[b]. Hæc

[a] S. Leo IX in *epistola ad Michaelem Constantinopolitanum, adversus ejus et Leonis Acridani inauditas præsumptiones et nimias vanitates* diserte testatur, non permissum modo, sed suasum fuisse Græcis Romæ commorantibus, ut propriis uterentur institutis. Sic enim inquit S. Pontifex (cap. XXIX) : *Ut enim fertur, omnes Latinorum basilicas penes vos clausistis, monachis monasteria et Abbatibus tulistis, donec vestris viverent institutis. Ecce in hac parte, Romana Ecclesia quanto discretior, modestior, et clementior vobis est! Siquidem cum intra et extra Romam plurima Græcorum reperiantur monasteria sive ecclesiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione sive sua consuetudine : quin potius suadetur et admonetur eam observare.*

[b] Vid. Maurinos Scriptores *Galliæ Christianæ* Tom. IV, col. 253 et 258, tum etiam P. De Colonia *Histoire Littér. de la Ville de Lyon*, Part. II,

historia, cujus manuscriptum exemplar Auctori coævum in publica civitatis Lugdunensis Bibliotheca asservatur[a], auctorem habet Joh. Baptistam *de la Mure*, et ejusmodi præfert titulum : *Chronique de la très-ancienne abbaye royalle d'Aisnay, sacré trophée des premiers martirs de Lyon ; tirée sur preuves autantiques par la suite de ses Abbez tant réguliers que commandataires. — Par Jean Marie de la Mure, Prestre, Docteur en théologie, Conseiller Aumosnier du Roy, Sacristain et Chanoine de l'Église royalle de Montbrison* 1675. Quæ autem in rem nostram faciunt, ea sunt, quæ ibidem de sacello et altari *immaculatæ Conceptioni Virginis* dicato leguntur.

VIII. Et de hoc quidem sacello, altarique *Virgini Conceptæ* dicato alii mentionem injecerant. Sic P. De Colonia in Historia Lugdunensi[b] : *Ce fut aussi par un grand bonheur, ou plutôt par une protection spéciale de la Providence, que les mêmes Protestans, en démolissant le magnifique Cloître d'Aisnay rebâti par Amblard, et en renversant la voute et les chapelles de son Eglise, épargnerent néanmoins un des plus precieux morceaux de cette Abbaye. C'est la chapelle de l'immaculée Conception de la Mere de Dieu, qu'on y voit encore aujourd'hui toute entiere du côté de l'Évangile.*

C'est une ancienne tradition dans l'Eglise de Lyon, que cette Chapelle a été érigée du tems de saint Anselme Archevêque de Cantorbery, et qu'elle est la plus ancienne qui ait été bâtie à l'honneur de l'immaculée Conception ; j'ai voulu approfondir cette tradition singuliere. Elle m'ha paru bien fondée, et je ne craindrai pas de l'adopter, mais avec certaines modifications.

Deinde cum ea attulisset, quæ de S. Anselmo constant ex historia, nempe eum pluries ac diutius apud Lugdunenses ver-

pag. 30. Ecclesia autem, de qua sermo est, etiamnum appellatur *L'Eglise de Saint-Martin d'Ainay*.

[a] Inter manuscriptos Bibliothecæ Lugdunensis codices signatur n. 877.

[b] Part. II, pag. 36. In discribendis textibus *P. De Colonia* servandam duxi orthographicam rationem, quam in editis illius operibus cernimus ; itidemque in afferendis verbis Joh. Baptistæ *de la Mure* eam orthographiæ methodum custodiendam curavi, quam ms. codex præfert.

satum fuisse, atque inibi opusculum exarasse *de Conceptu Virginali et peccato originali*, in quo tam eximium prostat de summa Virginis puritate testimonium, suam P. de Colonia sic sententiam subjicit[a] : *Mais fut-ce saint Anselme lui-même, fut-ce l'Abbé du Monastère, ou la piété de quelque Particulier, qui érigea cet Autel, et quelle est l'époque précise de cet établissement, c'est ce qu'on n'est pas en état de décider.* Ita De Colonia, qui in ancipiti ea relinquenda censuit, quibus affirmandis aut negandis pares rationes præsto non erant.

IX. Verum quæ Johannes Baptista *de la Mure*, in historia Abbatiæ Athanacensis tradit, non modo affirmata a De Colonia confirmant, definiuntque illa, quæ huic incerta supererant, sed præterea illud addunt, quod et Canonicis Lugdunensibus ad semetipsos inductumque ritum adversus S. Bernardi objecta tuendum, et reliquis Gallis ad scrupulos, si qui animis insederant, eximendos, ac denique S. Doctori Bernardo ad temperandum ab ea contentione satis esse potuit, videlicet sacellum illud atque altare Athanacensis Ecclesiæ, quod Virgini Conceptæ dicatum erat, a Romano Pontifice aliquot ante annos consecratum fuisse.

Et de consecrationibus quidem Ecclesiarum etiam per Gallias a Pontifice Romano Paschali II celebratis ita constat, ut et Josephus Novæs[b], *multas in Galliis Ecclesias ab ipso consecratas* tradat. Inter has vero recensendum esse Athanacense S. Martini templum, non modo testantur Maurini *Galliæ Christianæ* Scriptores[c], sed et Bullam ejusdem Paschalis ad Gauceranum Abbatem datam describunt, in qua Pontifex id ipsum affirmat, inquiens[d] : *Vestram Ecclesiam, Deo disponente, consecravimus.* Quin et perenne monumentum hujus consecrationis in ipsa Ecclesia relictum est; de quo P. De Colonia, qui suis illud oculis inspexit, hæc habet[e] : *L'Eglise d'Aisnay*, inquit, *voulut trans-*

[a] l. c. pag. 38.
[b] *Vit. Romm. Pontiff., in Vit. Paschalis* II, § III.
[c] Tom. IV, pag. 236.
[d] Ibid. *Instrum.* pag. 13.
[e] Op. cit. Part. II, pag. 31, 32.

mettre à la postérité le souvenir de l'honneur qu'elle avait reçu, et le perpetua par un monument des plus durables, qu'on voit encore aujourd'hui dans son sanctuaire. C'est un pavé à la Mosaïque, c'est-à-dire fait de petits carreaux de pierres de diverses couleurs naturelles et fort artistement arrangées. Au milieus de ce pavé on voit l'effigie du Pape Pascal II, qui est placée devant le grand Autel, et qui tient entre ses mains la figure de la nouvelle Eglise qu'il venoit de sacrer. J'ai dit dans mes remarques sur les antiquitez de Lyon, que cette effigie pourroit bien être celle de l'Archevêque Amblard, insigne restaurateur de cette même Eglise; et je l'ai dit sur la foi et sur l'autorité du célèbre antiquaire Monsieur Spon, qui a été un de nos plus illustres citoyens. Mais l'inscription qui accompagne cette effigie Mosaïque, me fait croire que c'est celle du Pape Pascal, dont on lit le nom encore bien intier et bien marqué dans ce Vers à demi rongé par le tems :

Hanc ædem sacram Paschalis Papa dicavit.

X. Quod tamen neque Jacobus Sponius, qui hoc ipsum monumentum descripsit atque illustravit in opere, cui titulus : *Recherche des Antiquitez de la ville de Lyon*[a], neque De Colonia neque etiam Maurini *Galliæ Christianæ* Scriptores indicaverant, Pontificem scilicet simul cum Ecclesia tria etiam altaria consecrasse, quorum alterum titulum *Conceptæ Deiparæ* ferebat, id ex Johannis Baptistæ *de la Mure* historia discimus. Hoc ille argumentum pertractat in historiæ seu chronici sui capite XV, cujus hic est titulus[b] : *De la sixième restauration de l'Abbaye*

[a] Pag. 156.

[b] Universum opus capita habet viginti et tria; exaratum est autem in folio parvo, ac singulis foliis in recta parte enumeratio addita est posteriori manu, quæ n. 88 attingit, adeo ut, si pagellas recensere velis, habeas 176. Quæ heic affero ex hoc manuscripto, primum debeo Rev. Domino Boné, ejusdem Ecclesiæ Athanacensis Parocho, qui singulari humanitate hæc mihi transmisit, et cui propterea meritam gratiam persolvo. Sed et consodali meo egregio, P. Johanni Mariæ Prat multas habeo gratias, qui non modo quædam alia ex eodem ms. Lugdunensi codice excerpta, sed et quidquid ars critica animadverti jubet, hæc mihi diligentissime et amicissime suppeditavit.

d'Aisnay par l'Abbé Gauzeran (seu *Gauceran*), *depuis Archevêque de Lyon, et de la Consécration de l'Église abbatiale dudit lieu par le Pape Pascal second. — Chapitre quinzième;* et in eo dum diffuso calamo et Pontificis Paschalis II adventum et consecrationem templi S. Martini enarrat, diserte tria altaria consecrata commemorat, e quibus majus *S. Martino*, qui et nunc est titularis Ecclesiæ Patronus, alterum ad cornu Evangelii *Virgini Mariæ Conceptæ*, tertium vero ad cornu epistolæ *sanctis Photino et Landulpho* sacra exstabant. Et de secundo illo quidem disertissime id affirmat, inquiens : *Quant à l'autel de Notre-Dame qui est le second, qu'il consacra dans cette église, etc.* Addit demum et ipse, quæ ab aliis didicimus de monumento ad perennem hujus consecrationis memoriam servandam posito, ita scribens[a] : *Pour mémoire perpétuelle de la chose, le Sanctuaire de ladite église de S. Martin d'Aisnay fut pavé en marqueteries de briques et pierres colorées disposées en telle sorte, que d'une part elles représentent l'effigie de ce Pape et la figure de cette église par lui consacrée ; et d'ailleurs elles forment des lettres, dont sont composés des mots, lesquels font mention de cette mémorable cérémonie par ce vers latin,* Hanc ædem sacram Paschalis Papa dicavit ; *en suite duquel sont aussy tracés et écrits en marqueterie quatre autres vers latins, etc.*

XI. Heic tamen superest inquirendum, an prudenter iis, quæ in hac historia enarrantur, fides haberi queat. Nam Johannes Baptista *de la Mure*, utpote qui mortem obiverit circa an. 1682[b], nimis sane distat a gestis, quæ scripto consignavit, ut idoneus eorum testis haberi possit ; constare ergo aliqua ratione debet, a vetustis monumentis hæc illum mutuatum fuisse.

Verum haud ægre hoc ipsum suaderi potest. Et in primis illud adverterim, Athanacensis Abbatiæ monumenta adeo non defuisse, ut Scriptores quoque *Galliæ Christianæ* seriem Abbatum ejusdem monasterii illustrare satis potuerint.

[a] Fol. 62 verso, seu pag. 124.

[b] Heic adnotare non omiserim, Historiæ Athanacensis codicem, quem in Lugdunensi Bibliotheca servari diximus, annum, quo exaratus est, præferre 1675 ; conscriptus ergo fuit Auctore adhuc vivente.

Quod autem ad *Johannem Baptistam de la Mure* attinet, virum illum exstitisse novimus, qui et in veterum monumentis pervolvendis laboriosum se assiduumque alias probavit, aliosque historicos commentarios multa cum laude conscripsit. Nam et *Antiquitates* edidit *Prioratus Religiosarum De Beaulieu in Lugdunensi diocesi*[a], tum *Historiam Ecclesiasticam diœcesis Lugdunensis*[b], tum *Historiam universalem civilem et Ecclesiasticam Provinciæ Forensis*[c]. Quid autem de ejusmodi scriptis sentiendum sit, discamus licet ex *Francisco Xaverio de Feller*, qui de duobus posterioribus (nam primum ignorasse Feller videtur) ita decernit[d] : *Ces deux ouvrages, pleins de recherches savantes, sont estimés.* Ex eruditorum ergo sententia Jo. Baptistæ *de la Mure* labores historici investigationis sapientis, quæ scilicet diligentiam cum acri judicio conjungit, laude decorantur; iis scilicet nitent dotibus, quæ fidem Scriptoribus conciliare natæ sunt.

XII. Verum et in ipsa monasterii Athanacensis historia, de qua in præsens sermo est, haud obscura prostant indicia, Johannem Baptistam *de la Mure*, quæcumque demum in ea conscripsit, hæc veterum monumentorum fide innixum scripsisse.

Et in primis id aperte Auctor testatur in ipso libri sui titulo, qui est ejusmodi : *Chronique de la très-ancienne abbaye royalle d'Aisnay... tirée sur preuves autantiques.*

Id ipsum deinde repetit in *Monito ad Lectorem*, ubi cum dixisset, ex authenticis monumentis se opus suum compilasse, addidissetque, Auctores *Galliæ Christianæ* (Sammarthanos intellige) tantummodo pauca quædam de Athanacensi Abbatia enarrasse, propterea quod idoneis destituebantur instrumento-

[a] Titulus est, *Antiquités du Prieuré des Religieuses de Beaulieu de l'ordre de Fontevrault. Lyon*, 1654.

[b] Titulus est, *Histoire ecclésiastique du diocèse de Lyon selon la série chronologique des Archevêques. Lyon*, 1671.

[c] Titulus est, *Histoire universelle, civile et ecclésiastique du Forez. Lyon*, 1674.

[d] *Dictionnaire historique.* V. *Mure.*

rum præsidiis, mox subdit[a] : *Cette brieveté forcée, qu'ont eu ces Autheurs, désavantageuse à la gloire de cette célèbre Abbaye d'Aisnay, trouve son remède et sa réparation en la présente chronique, expressement dressée pour conduire l'histoire de cette Abbaye insigne depuis ses premières origines jusques à présent, découvrant ses commencements et pour le sacré et pour le prophane avec des recherches autant solides qu'agréables, distinguant les diverses restaurations, qui l'ont retablie depuis son premier établissement, et formant par une tissure de chronologie, autant exacte que curieuse, l'enchaisnure et suite des Abbez d'Aisnay tant réguliers que commandataires, dans un nombre beaucoup plus grand qu'ils n'ont paru jusques à maintenant, à cause des belles et heureuses découvertes qu'en a fait l'autheur de cet ouvrage, et par la lecture de plusieurs livres anciens et modernes, et par l'inspection de plusieurs monuments publics, et par la visite de plusieurs archives d'églises et autres lieux, d'où comme d'assurées et d'irréprochables sources il en a puisé les lumières.* Ex his itaque satis elucet, non modo Chronici hujus auctorem non temere, sed diligentissimis inquisitionibus adhibitis opus suum digessisse, verum etiam, quod sane majoris est momenti. *de la Mure* ejus indolis hominem exstitisse, qui probe nosset, nonnisi solidis fundamentis in concinnanda historia utendum esse, eumque propterea hanc sibi in scribendo legem certo præstituisse.

XIII. Nil proinde mirum, quod Maurini *Galliæ Christianæ* Auctores tanti fecerint istam Monasterii Athanacensis historiam, ut catalogo Abbatum Athanacensium ex ea decerpto in suam ipsorum rem uterentur. Sic enim inde desumptum breve chronicon ipsi memorant[b] : *S. Anselmus in chronico abbatum Athanacensium a variis scriptoribus variis temporibus aucto, quod compilavit vir clar. D. La Mure, et ex bibliotheca dom. Falconet medici doctissimi noster D. Claud. Estiennot excerpsit, numeratur abbas XII.* Et istud quidem breve chronicon edendum Ma-

[a] Fol. 4 vers.

[b] *Galliæ Christian.* Tom. IV, col. 234.

billonius in appendice ad Tom. V Annalium Benedictorum censuit [a]. Quod vero magis in rem præsentem confert, doctos *Galliæ Christianæ* Auctores reperies utique nonnulla subinde catalogo Lamuriano addentes, at non item plura habentes, quæ in eo corrigerent. Id autem manifeste evincit, defuisse quidem Domino *de la Mure* monumenta quædam, quæ Maurinis dein præsto fuerunt; at simul in seligendis monumentis, e quibus suam hauriret historiam, cl. virum acri usum fuisse judicio.

XIV. Quod vero is fuerit D. *de la Mure*, cui nullo modo arrideret ea historiæ suæ permiscuisse, quæ solido non inniterentur fundamento, satis id illa demonstrant, quæ excerpta ex cap. XVI historiæ illius hic subjicio [b] : *On aurait de quoy ajouter aux noms de ces Abbez et de plusieurs autres, qui seront nommez dans la suite, quantité de belles remarques, si les archives de cette ancienne et devote Abbaye d'Aisnay n'avoient été la proye de la furie sacrilége des huguenots, dont les ravages luy ont été plus injurieux, que ceux des Huns, des Vandales, des Lombards et des Sarrazins ; mais ces déserteurs et ennemis de l'Eglise l'ayant dépouillé de tous ses titres, on est contraint d'avoir recours à d'autres archives tant d'Eglises que d'autres lieux, sur quoy et sur ce qu'en ont écrit quelques historiens, on appuyera le peu, qu'on a à dire des autres abbez qu'elle a eu, tant réguliers que commandataires.* Quod igitur ad indolem Lamurianæ historiæ generatim internoscendam pertinet, ratum haberi debet exploratumque, eam non e qualicumque traditione aut incertis vulgi rumusculis contextam esse, sed e fontibus, quos ars critica probat ac legitimos habet, deductam fuisse.

XV. Quod si quis aliquod insuper indicium cupiat, quo appareat, ea quoque, quæ speciatim de Ecclesiæ Athanacensis consecratione per Paschalem II peracta enarrantur, ab aliquibus monumentis *Johannem de la Mure* hausisse, enimvero ne istud quidem penitus desideratur. Ejusmodi enim indicium idque luculentum in eo prostat, quod narrationi eas addat circumstan-

[a] Pag. 672, n. LXII.
[b] Fol. 67 recto.

tias, quæ resciri aliunde, nisi ex monumento, aliquo non possunt. Sic cum alii disputaverint, cuinam anno sit consignandum illud Paschalis II in Galliam iter, cujus occasione ad Monasterium Athanacense diversatus S. Martini ædem dedicavit [a], cumque vel ipse *de la Mure in Historia Ecclesiastica*, quam vulgaverat, *Diœcesis Lugdunensis* in sententiam inclinasset, quæ id anno 1113 evenisse fert [b], suam ipse dein opinionem in historia Athanacensi corrigit, et illud iter ad annum 1106 rejicit, quam postea sententiam et Maurini Auctores *Galliæ Christianæ* uti veram habendam censuere [c]. Præterea in eadem Athanacensi historia et mensem, et mensis etiam diem (de quibus nihil alii habent, nihil ipse quoque in Lugdunensi historia dixerat) diligenter notat, quo peracta est consecratio. At vero nonne palam est, eum, qui prius in assignando anno aberraverat, mensemque ac diem omiserat, ideo postea et errorem rectissime emendasse et defectum supplevisse, quia documenta, quibus antea carebat, dein ad manum fortunate habuit?

XVI. Hoc autem monumenti alicujus oculis scriptoris obversantis indicium, diligentia videlicet in minimis quibusdam rei circumstantiis persequendis, in illa quoque historiæ particula elucet, quæ ad consecratum Deiparæ Conceptæ altare pertinet. Nam ubi hujus altaris dedicationem memorat, diligentius enumerat sacras reliquias, quas Pontifex ibidem reposuit. Ita ille [d]: *Quant à l'autel de Notre Dame, qui est le second, qu'il consacra dans cette église, il y mit quelques reliques des cheveux de cette glorieuse Vierge, de la crèche où avoit reposé Notre Seigneur, et des drapeaux* (langes ou linges) *dont elle les avoit enveloppé* (sic), *et de quelques ossements de S. Polycarpe, maître et Père spirituel des SS. Pothin et Irénée, premiers évêques de Lyon, et quelques uns aussy de la vierge Sainte Euphémie. Cet autel est dans la chapelle qu'on void à main gauche de cette église,*

[a] Vid. *De Colonia Hist. Litt. de la Ville de Lyon.* Part. II, pag. 32.
[b] Vid. *Colonia*, l. c.
[c] *Gall. Christ.* Tom. IV, col. 236.
[d] Fol. 64 recto et verso.

et qui dez ce temps-là fut dédiée en l'honneur de la Conception immaculée de la Très Sainte Vierge, à cause de la dévotion à ce mistère, qui depuis quelque temps s'était insinuée dans Lyon par le zèle du grand S. Anselme, Archevêque de Cantorbery, dans les divers voyages qu'il y fit pendant son exil. Car ce saint panégyriste de la S. Vierge, dévot à sa Conception immaculée entre tous ses autres mistères, lequel avoit été avant son pontificat religieux Bénédictin, et qui avoit une particulière inclination pour les Religieux, fit étant dans Lyon une speciale part à l'Abbaye d'Aisnay de cette dévotion, laquelle ensuite y occasionna la construction et la dédicace de cette chapelle, et depuis la peinture du tableau, qui y a été mis, et qui est un des premiers. qui ayent été faits en France en l'honneur de ce mistère [a].

XVII. In exploratis itaque esse debet, ea, quæ *de la Mare* exponit de Athanacensi Ecclesia S. Martini deque altaribus a Pontifice Paschali II consecratis, a vetustis monumentis hausta fuisse; cumque idem *de la Mare* tum ex eruditorum sententia tum ex scriptorum ejus inspectione iis dotibus instructus appareat, quas in historiarum scriptore vel severissimi artis criticæ canones requirunt, concludendum est demum, ejusmodi esse hanc narrationem, quam prudenter amplecti fas sit, nec nisi imprudenter respuere liceat.

In his vero non solum facilis se nobis ratio offert, qua, ut superius diximus, difficultas ex simul collatis S. Bernardi contradictione et cultus Deiparæ Conceptæ propagatione emergens solvatur; sed præterea, quod majoris sane momenti videri debet, quodque nec quisquam adhuc suspicatus fuerat, nec ex monumento ullo conjicere licebat, jam inde a Paschalis II ætate atque ante excitatas Bernardi tempore controversias Romanam Apostolicamque Sedem habemus tum explicito suffragio cultum Immaculati Deiparæ Conceptus comprobantem, tum hoc ipso suffragio vel primos adversus eumdem cultum per S. Bernardi scriptum excitatos motus compescentem.

[a] Antiqua hæc Conceptæ Deiparæ imago sive perierit, sive fuerit ablata, modo in sacello illo desideratur.

XXIII. Hoc porro ad hujus argumenti complementum juverit aliud subjecisse instrumentum, e quo eluceat, quibus tandem animi sensis in Athanacensi Abbatia Conceptæ Deiparæ mysterium coleretur. Feliciter enim contigit, ut hucusque servaretur *Missa*, quæ recurrente Conceptæ Deiparæ festo in S. Martini Athanacensi ecclesia cani solebat. Præmittam autem quæ hac de re in litteris ad me datis admonuit laudatus consodalis meus P. Johannes Maria Prat, cui et hoc cimelium acceptum refero.

Joannes Baptista La Mure, inquit, *subinde allegat vetustum Athanacence Missale, quod in usum ejusdem Abbatiæ olim impressum typis fuit. Perquam rarissima Missalis hujus sunt hodierna die exemplaria. Unum tamen servat Lugdunensis domus nostræ Bibliotheca, quamquam malo fato binis ternisve foliis tum ab initio tum in fine mancum, ex quo fit, ut notam temporis, quo typis commissum fuerit, reperire nullam liceat. Verumtamen vel sola characterum inspecta forma prorsus suadet, nihil a vero eum aberrare qui illud circa annum* 1480 *impressum*[a] *arbitretur. In hoc autem Missali exstat ad diem octavam Decembris Missa, quæ olim in Abbatiæ Athanacensis ecclesia canebatur; et gratum tibi fore ratus, tuismet eam nosse oculis potuisse, ejus exemplar hic subjicio.*

Missæ præmittitur sequens rubrica, quæ vocabulis compendiario scriptis ac purpureo colore signatis exhibetur.

In Conceptione Beatæ Mariæ Virginis. Ambe misse erunt de festo : tamen si fuerit de feria IV aut VI, tunc matutina missa erit de Adventu cum Epistola et Evangelio de dicta feria. Post tertiam Collecta super altare Beate Marie. Collecta : Supplicationem servorum etc. *fol.* CCI[b]. *Antiphona in Choro :* Audi filia. *Finita Antiphona, fiat pro-*

[a] Illud tamen Missale impressum censeri debet, quod in mss. codicibus ad usum ecclesiæ ejusdem servabatur.

[b] Nempe commemoratio in priori missa sumebatur ex festo Nativitatis ejusdem Deiparæ.

cessio per claustrum solemniter cum Reliquiis. ℟. felix valde *cum* ℣. *Ad introitum ecclesie* ℟. solem justitie.

Ad Majorem Missam.

Introit. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis : adducentur Regi virgines post eam, proxime ejus adducentur tibi in leticia et exultatione. *Ps.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea Regi. Vultum tuum. Gloria Patri. Vultum tuum Domine.

Kyrie Virginitatis[a].

Gloria in Excelsis Deo, de Beata Maria[b].

Oratio.

Omnipotens et misericors Deus, qui corpus beatissime Virginis Marie sanctum esse præordinasti; et ab omni

[a] Innuitur per ista verba, assumi heic illa oportere, quæ cantari per singulas Deiparæ festivitates solebant. Sic autem se habent :

Kyrie virginitatis amator inclyte. Pater et creator Marie, eleyson.

Kyrie, qui septiformis repletum gratie pectus consecrasti Marie, eleyson.

Kyrie, qui nasci natum volens de Virgine, corpus elegisti Marie, eleyson.

Christe, unice de Maria genite, quem de Virgine nasciturum stirpis davitice desideraverunt prophete, eleyson.

Christe, celitus nostris adsis precibus, quas pro viribus ore, corde, actuque psallimus : proles pie Jesu Mariæ, eleyson.

Christe vsie gigas fortis germine, qui pro homine homo sine virili semine prodisti de ventre Marie, eleyson.

Kyrie, Spiritus alme amborum nexus amorque cælestis gratie rorem infudisti Marie, eleyson.

Kyrie, qui incarnato de Marie carne Christo sub nostra specie supra florem requievisti, eleyson.

Kyrie, simplex et trine : crismate sacro nos reple, ut digno carmine decantemus laudes Marie, eleyson.

[b] Etiam huic hymno in festivitatibus beatæ Mariæ quædam propria inserebantur; et cum omnia consona cum communi hoc hymno servarentur usque

peccati immundicia preservasti, ut Verbum tuum ex eo carnem assumeret, et in eo naturam humanam ad divinam in suam uniret personam; te suppliciter exoramus, ut cujus conceptum devotis veneramur obsequiis, piis ejus muniamur auxiliis. Per Dominum.

Epistola. Egredietur virga de radice Jesse..... et fides cinctorium renum ejus.

℟. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, quia concupivit rex speciem tuam.

℣. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna. Alleluia.

Conceptio gloriose Virginis Marie ex semine Abrahe, orta de tribu Juda, clara ex stirpe David.

Prosa[a].

Conceptio Marie Virginis, que nos lavit, etc.

Evangelium. Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abrahæ... de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus (Mat. I). *Credo.*

Offertorium. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, et benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

ad ea verba, *Domine fili unigenite Jesu Christe*, sic dein reliqua se habent : *Spiritus et alme orphanorum Paraclite. Domine Deus agnus Dei filius Patris. Primogenitus Marie Virginis matris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, Mariam sanctificans. Tu solus Dominus Mariam gubernans. Tu solus altissimus Mariam coronans, Jesu Christe. Cum Sancto Spiritu. In gloria Dei Patris. Amen.* Hæc tamen non ita propria sunt Monachorum Athanacensium, ut aliis Ecclesiis non fuerint communia. Hic enim hymnus eamdem omnino lectionem habet in Liturgia S. Paulini Aquileiensis, nisi quod ubi heic legimus *ad Mariæ gloriam*, ibi habetur *ad sanctæ Mariæ gloriam*. Vid. *Paulin. Aquil.* Opp. pag. 157, Venet. 1737.

[a] Etiam hæc communis erat aliis Deiparæ festivitatibus, immutata dumtaxat voce *Nativitas*, vel *Conceptio* etc., ubi opus esset.

Secreta.

Deus, qui omnes matris tuæ cultores exaltare statuisti : concede propicius, ut qui sanctissimum ejus Conceptum per hæc sacra mysteria jubilando veneramur : tuam semper et ubique illius precibus misericordiam consequamur. Qui vivis etc.

Prefatio. Et te in Conceptione.

Communio. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Completa (*Postcommunio*).

Benedicte Virginis Marie Immaculata Conceptione gaudentes, te supplices deprecamur, omnipotens Deus, ut qui ineffabilem ejus innocentie puritatem sincera devotione confitemur : ad contemplandam ejus gloriam in celesti palatio ipsa intercedente sublevemur. Per Dominum...

XIX. Hucusque de Athanacensi monumento, deque præsidio, quod peti ex eo potest ad obscurissimam illam partem historiæ S. Bernardi illustrandam. Verum non hoc unum nobis est inde emolumentum. Etenim aliud præterea responsum ibi prostat, quod illis reddatur, qui adversus catholicam de Immaculata Deiparæ Conceptione doctrinam testimonio Bernardi abutuntur, quasi nempe huic doctrinæ, statim ac prodiit, S. Doctor obstiterit, adversus eam vehementer reclamaverit, immo et acerbissime eam reprehenderit.

XX. Novum tamen responsum dum promi posse affirmo adversus ejusdem doctrinæ impugnatores, nolim enimvero isti arbitrentur, necessarias infirmæ ac prope labanti causæ suppetias per id a nobis conquiri. Quis enim nesciat, si unquam alias, nunc maxime cum inepte tum inique contra originalem Deiparæ innocentiam obtusa illa arma, quasdam certas nempe Bernardi sententias proferri?

Affirmaverit sane (paucis enim juverit universam istorum heic promere supellectilem), affirmaverit, inquam, S. Bernardus, sese nullam in Conceptione beatæ Virginis sanctitatem reperire [a], sive quia non potuit sanctificatione ita præverti, ut jam sancta conciperetur, quippe quæ nec valuit ante sancta esse, quam esse, nec erat sane, antequam conciperetur : sive quia non potuit inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscere, ut simul sanctificata putetur et concepta.

Dixerit hæc Bernardus. At enim numquid ea doctrinam illam impetunt, quam de sancta Virginis Conceptione catholici profitemur? Num affirmamus, Virginem Deiparam ante sanctam fuisse quam esset? Num in actu parentum conjugali statuimus sanctitatem, qua sanctam in Conceptione Deiparam prædicamus?

[a] Sic legimus in Bernardi epist. CLXXIV *ad Canon. Lugdun.* n. 7 : *Unde ergo conceptionis sanctitas? An dicitur sanctificatione præventa, quatenus jam sancta conciperetur, ac per hoc sanctus fuerit et conceptus : quemadmodum sanctificata jam in utero dicitur, ut sanctus consequeretur et ortus? Sed non valuit ante sancta esse, quam esse : siquidem non erat, antequam conciperetur. An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit; ut simul sanctificata fuerit et concepta? Nec hoc quidem admittit ratio. Quomodo namque aut sanctitas absque Spiritu Sanctificante, aut sancto Spiritui societas cum peccato fuit? aut certe peccatum quomodo non fuit, ubi libido non defuit?*

Hisce verbis subjicit Mabillonius ejusmodi scholion (not. b.) : *Similia habet, sed universim dicta, sanctus Odo abbas Cluniacensis in Collationum lib. II, cap.* 24. Mirum sane! Odonis enim sententia ita se habet (*Bibl. PP. Lugd.* Tom. XVII, pag. 289) : *Verum ut aliquid sub argumento dicamus* (disputat contra vitium luxuriæ), *quare justus Deus infantem legitimo matrimonio et absoluto tempore conceptum, etiam si antequam peccare possit, moritur, cur æternaliter condemnet? Sed dum proprio reatu minime punitur, manifestum est illud fieri propter illud peccatum, quod fit hora conceptionis. Si ergo tanta est culpa in conjugali concubitu, ut infans pro illa sola puniri debeat, quanta in stupro est vel in pollutione, quæ ad solam libidinem explendam patratur?* Hucusque Cluniacensis Odo. Porro si hoc proprium censetur scholiorum munus, ut lumen textui affundant, numquid (pace enim omnium, qui Mabillonii suspicimus eruditionem, dictum fuerit) scholii nomine hæc docti viri notula exornabitur? Profecto nemo diffitebitur, ex hisce Odonis verbis potius quam lucem aliquam, tenebras quibusvis tenebris densiores Bernardi sententiæ offundi.

Profecto quo hæc religio in Ecclesia Catholica spectet, immo vero quo et anteactis temporibus spectaverit, et cujusmodi sanctificatio sit, quam in Deiparæ Conceptione veneramur, clarissimis verbis sic edixit ac veluti ob oculos explicuit Alexander VII Romanus Pontifex [a] : *Sane vetus est Christi fidelium erga ejus beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium, ejus Animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi, ejus filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem ; atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium, et celebrantium.* Inepte igitur Bernardi sententia, quæ aut de tempore Conceptionem præcedente, aut de amplexibus agit conjugalibus, opponitur sententiæ catholicæ, quæ sanctitatem animæ, cum primum creata est corporique infusa, attribuit.

XXI. Huic porro insciliæ parem ista accusatio adnexam habet inverecundiam et iniquitatem. Et sane non heic nobis res est cum illis, qui forte aliquid adhuc incompertum, ac nunquam antea discussum nunc primo protulerint, adeo ut condonari demum eorum imprudentiæ possit, quod statum quæstionis nescientes, sententias S. Bernardi, quarum vim non assequerentur, adversus communem doctrinam imperite objecerint; sed in controversia versamur, quæ jam centies agitata est. Quodcirca quæ superius de genuina S. Bernardi sententia animadvertimus, ea passim jam apud viros doctos legebantur. Hæc prostabant in Opusculo P. Johannis Perrone [b] : hæc adnotaverat Johannes Mabillonius [c], qui diligenter monuit, *aliter neotericos, aliter auctores Bernardo suppares vocem Conceptionis usurpasse ;* hujus autem verba jam et P. Perrone [d] retulerat : eadem dilucide expo-

[a] In Constit. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, § 2.

[b] *De Immac. V. M. Conceptu* Part. I, cap. XIV, § II.

[c] In Not. 141 ad S. Bernard. col. LXII.

[d] L. c. n. 1, pag. 98. Ibidem vero (pag. 100) P. Perrone satis ostendit, haud acu rem tetigisse Mabillonium, dum aliis usus rationibus verosimilius duxit, S. Bernardum etiam a recentiorum sententia de Virginis conceptu alienum fuisse. Addiderim, neque accurate illud dictum fuisse *aliter neotericos, aliter Ber-*

sita cernebantur apud Benedictum Piazza [a] : eadem occurrebant apud Angelum Manrique, qui sibi probandum proposuit [b], ac porro luculenter evicit, *Mellifluum Doctorem nihil de instanti animationis Virginis, in quo præventam gratia hoc nostro sæculo totus fere Ecclesiæ consensus clamat, sed de paterni susceptione seminis intra maternam vulvam loquutum fuisse* : nec minus fuse et clare ista proponebantur apud Franciscum Bivarium, qui hanc thesim propugnat [c] : *Controversia Bernardi cum Lugdunensibus non fuit de contractione aut præservatione peccati originalis in anima Virginis* : et ne in infinitum excurramus, hocipsum scripserat Bellarminus, cujus hæc sunt verba [d] : *Quod vero vir sanctus affirmat, B. Virginem in peccato esse conceptam, ac per hoc Conceptionem ejus non fuisse sanctam, de prima Conceptione, quæ in ipso concubitu parentum fieri solet, non de animatione accipiendum est. Nam inde probat S. Bernardus, eam Conceptionem non fuisse sanctam, quia inter amplexus maritales non se immiscuit sanctitas. Atqui amplexus maritales in prima Conceptione, non in secunda, quæ magis proprie dici posset animatio, locum habent.*

XXII. His vero addendum, quod eruditi viri non solum monuerant atque adeo ex S. Bernardi verbis palam fecerant, S. Doctorem de nulla alia Conceptione disceptasse, nisi de ea, quæ fit in parentum concubitu ; sed præterea tum dubiis occurrerant, tum alio ex capite, eoque gravissimo, confirmaverant, omnes interpretationis canones ab iis pessumdari, qui S. Doctoris verba in alium sensum detorquent.

Ac primo quidem ne absonum videretur, ut nomine *Conceptionis* designata tantummodo seminalis commixtio putaretur, clarissimis adhibitis testimoniis ostenderunt, per Bernardi ætatem utique hanc potestatem illi voci attributam fuisse.

nardo supparcs vocem conceptionis usurpasse. Rectius Mabillonius dixisset, tum recentius tum antiquius duplici sensu eam vocem fuisse adhibitam.

[a] *Causa Immacul. Concept.* Act. VI, art. I, n. 37 seq., pag. 468.

[b] *Annal. Cistercens.* ad ann. 1136, cap. IV, n. 7.

[c] *Bernardus Vindicatus,* lib. II, § 7, pag. 109, Lugdun. 1624.

[d] *De amiss. grat. et stat. pecc.* lib. IV, cap. XVI.

Eam in rem tum Bellarminus [a], tum Jo. Baptista Poza [b], tum Franciscus Bivarius [c], tum Angelus Manrique [d] luculentum hunc locum attulere S. Anselmi [e]: *Videtur itaque sequi, quod aut infans statim ab ipsa Conceptione animam habet rationalem, sine qua voluntatem rationalem nequit habere; aut in eo non est originale peccatum, mox cum conceptus est. Quod autem mox ab ipsa Conceptione rationalem animam habeat, nullus humanus suscipit sensus. Sequitur enim, ut quotiens susceptum semen humanum, etiam ab ipso momento susceptionis, perit, antequam perveniat ad humanam figuram, totiens in illo damnetur anima humana...: quod est nimis absurdum. Hæc igitur pars hujus divisionis penitus relinquenda est. Sed si non statim ab ipsa Conceptione habet peccatum; quid est, quod dicit Job Deo* [f]: Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine: nonne tu qui solus es? *Et quomodo verum est, quod dicit David* [g]: In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea? *Quæram igitur, si possum, quomodo, quamvis non statim ab ipsa Conceptione sit in infantibus peccatum, immundo tamen semine in iniquitatibus et in peccatis concipi dicantur.*

Huc pariter revocari ea possunt, quæ habet Petrus Lombardus [h]: *In ipso conceptu* (inquit), *ubi dicitur transmitti peccatum, propagatur caro: nec tamen tunc infunditur anima secundum physicos, sed jam effigiato corpore... Formatum vero intelligitur propria anima animatum; et informe, quod nondum habet animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur, nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur, cum peccatum non possit esse, ubi anima non est? Ad quod dici po-*

[a] *De amiss. grat. et stat. pecc.* lib. IV, cap. XVI.
[b] *Elucidarium Deiparæ*, Lib. IV, Tract. IV, cap. V, pag. 1176.
[c] *Bernard. Vindicat.* Lib. II, § 6, pag. 102 seqq.
[d] *Annal. Cisterc.* ad an. 1136, cap. V, n. 2.
[e] *De Concept. Virgin. et origin. pecc.* cap. VII.
[f] *Job.* XIV, 4.
[g] *Ps.* L. 7.
[h] Sent. Lib. II, Dist. XXXI.

test, quod in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quia peccatum originale ibi sit, sed quia caro ibi contrahit id, ex quo peccatum sit in anima, cum infunditur.

Accedit et Conceptionis definitio, quam sic tradit Alexander de Hales [a] : *Conceptio dicit commixtionem, quæ est in principiis seminalibus viri et mulieris, quæ commixtio fit per naturam.* Unde et illud Roberti Pulli [b] : *Quando tamen unitur (filius Dei carni)? Num in ipsa Conceptione, id est dum originalis portio separatur a massa, an hominis effigie completa?* Nihil ergo mirum esse debet, quod eodem sensu vocem Conceptionis Bernardus usurpaverit.

Præterea cum allati textus S. Anselmi ac Petri Lombardi, quorum alter paulo superior, alter coævus Bernardo fuit, liquido evincant, non abfuisse ab illius ætatis consuetudine, ut conceptio diceretur *facta in peccatis*, seu ut infans diceretur *in peccato conceptus*, licet reipsa nullatenus sermo esset de peccato, quod anima infantis contraxisset; consequitur manifeste, etiam verba S. Bernardi, in quibus fit mentio peccati in conceptione, non exigere, ut contra ac postulat epistolæ contextus, de alia, quam de seminali, conceptione intelligantur.

XXIII. Diligenter vero advertendum heic est, nomine *Conceptionis* utique venisse seminalem prolis generationem, et certissime hoc sensu eam vocem a Bernardo fuisse adhibitam ; non tamen concludi inde posse, materiali huic Conceptioni cultum tributum ab iis fuisse, qui Conceptionis festum celebrabant. Etenim (quod satis nunc fuerit adnotasse) ex ejusdem ætatis scriptoribus discimus, ea voce aliam quoque indicatam fuisse Conceptionem, qua fœtus per animæ infusionem homo esse incipiebat, quæque et *prima nativitas* appellata est.

Sic duplicem istam Conceptionem præclare distinxit Petrus Lombardus, inquiens [c] : *Dici potest, quod in illo conceptu (semi-*

[a] *Summ. Theolog.* Part. III, quæst. IX, Memb. II, art. II.

[b] *Sententiar.* Part. III, cap. XVI. Fac advertas, Robertum Pullum a communi doctrina Ecclesiæ circa Christi conceptum discessisse.

[c] *Sent.* Lib. II, Dist. XXXI.

nali) dicitur peccatum transmitti : non quia peccatum originale ibi sit : sed quia caro ibi contrahit id, ex quo peccatum sit in anima, cum infunditur. Et utrumque vocatur conceptus, scilicet et cum caro propagatur, formamque corporis humani recipit ; et cum anima infunditur, quod aliquando etiam dicitur nativitas.... Proprie autem nativitas dicitur in lucem editio.

Id ipsum habet scriptor Lombardo prope coævus, Petrus Pictaviensis, qui de Christi Conceptione disserens, ait [a] : *Conceptio igitur sive prima nativitas primum est opus nostræ salutis cooperativum.* Prima nativitas, *ideo dixi, quia duplex est hominis nativitas corporalis ; una est in utero, quando anima infunditur ; unde*, Quod natum est in te sanctum, vocabitur filius Dei [b]. *Altera ex utero, quando in lucem homo editur, de qua dicitur* [c] : Puer datus est nobis, etc. *Ita ergo facta est Christi conceptio, quod simul concepta est caro Christi et Verbo unita et anima infusa ; cum longe aliter fiat in ceteris hominibus, quorum corpora prius concipiuntur, post effigiatis corporibus, quadragesimo sexto die anima infunditur.*

Quam dein distinctionem et apud alios reperimus, v. gr. apud Innocentium III, ubi inquit [d] : *Est duplex conceptio ; una seminum, et altera naturarum. Prima fit in commissis, secunda fit in contractis. Parentes enim committunt in prima, proles contrahunt in secunda.* Et paulo aliter Henricus a Gandavo [e] : *Est quædam conceptio seminis, et est quædam conceptio hominis formati ex semine secundum formam corpoream.*

XXIV. Ceterum S. Bernardi verba non ad secundam sed ad primam Conceptionem spectare, eruditi validissimo illo confirmaverant argumento, quod ex veterum Doctorum, qui paulo post Bernardum floruere, interpretatione suppeditatur. Et sane res est compertissima, tum Alexandrum Halensem [f], tum B.

[a] *Sententiar.* Part. IV, cap. VII.
[b] *Luc.* I, 35.
[c] *Is.* IX, 6.
[d] *De contemptu mundi* lib. I, cap. IV.
[e] *Quodlibet* XV, *quæst.* XIII.
[f] *Summ. Theolog.* Part. III, quæst. IX, membr. II, art. II, ubi quærens,

Albertum Magnum [a], tum S. Thomam [b] ac S. Bonaventuram [c] S. Bernardi epistolam atque illa adamussim loca, quæ adversus communem doctrinam objici solent, allegasse, ut ejusdem S. Doctoris auctoritate conficerent, Virginem Deiparam non fuisse sanctificatam ante animationem seu ante infusionem animæ.

Et heic quidem haud erit inutile subjecisse, quæ scribit S. Bonaventura ; quippe qui clare doceat, ad tempus animationem præcedens revocanda esse illa quoque verba, in quibus compa-

utrum Beata Virgo sanctificari potuit in conceptione sua, respondet : *Ostendit B. Bernardus, quod non, dicens : Forte inter amplexus maritales sanctitas ipsi conceptioni se immiscuit, ut simul sanctificata fuerit et concepta. Ita forte dicet. Sed contra hoc objicit sic ; sed hoc (inquit) non admittit ratio : quomodo namque aut sanctitas absque Spiritu sanctificante, aut sancto Spiritui societas cum peccato fuit; aut peccatum quomodo non fuit, ubi libido non defuit? Idem Bernardus : Ante conceptionem minime sanctificari potuit, quia non erat : sed nec in ipso conceptu propter peccatum, quod inerat.* Advertimus autem superius, ab Alexandro Halensi hoc ipso in loco conceptionem definiri *commixtionem, quæ est in principiis seminalibus viri et mulieris.*

[a] In lib. III Sentent. Dist. III, art. IV disputans, *An caro B. Virginis fuit sanctificata ante animationem*, respondet : *Dicimus, quod B. Virgo non fuit sanctificata ante animationem : et qui dicunt oppositum, est hæresis condemnata a beato Bernardo in epistola ad Lugdunenses, et a Magistris omnibus Parisiensibus.*

[b] In III Sent. Dist. III, quæst. I, art I, quærit Angelicus, *Utrum B. Virgo fuerit ante sanctificata, quam conceptio ejus finiretur ;* seu, ut mox explicat, *antequam conceptio carnis ejus finiretur.* Quæ controversia quo spectet liquet ex istis : *Sed contra : Quod non est, non potest sanctificari : Sed b. Virgo non fuit, antequam conciperetur in utero matris suæ. Ergo non potuit ante conceptionem sanctificari.* Ad hujus porro quæstionis solutionem dein scribit : *Propter quod b. Bernardus ad Lugdun. scribit, conceptionem illius celebrandam non esse.* Ubi velim advertas, S. Thomam hoc loco sequutum esse rationem loquendi, quam superius (n. XXII) communem S. Anselmo et Petro Lombardo fuisse vidimus ; nimirum affirmat, *b. Virginem in peccato originali fuisse conceptam;* et tamen loquitur de tempore, quod animationem antecedit ; unde in responsione ad tertium inquit : *Dicendum, quod concubitus, quo b. Virgo concepta fuit, meritorius creditur*, etc. Eodem ergo sensu, ac relata verba S. Anselmi ac Lombardi et S. Bernardi, hæc sunt intelligenda.

[c] In III Sent. Dist. III, art. I, quæst. I.

ratio inter Conceptionem Christi Domini ac Matris ejus instituitur. Probaturus enim Doctor Seraphicus, *Quod caro b. Virginis ante animationem non fuit sanctificata*, negat, hoc potuisse *fieri per gratiam, quæ collata fuerit animabus parentum.* Id autem triplici ratione sic confirmat[a] : *Prima* (inquit), *quia ratio sanctificationis non habet transfundi a parente in prolem, pro eo quod proles non est in parente secundum animam ; ideo nec in parente habet sanctificationis gratiam. Et hoc est, quod dicit S. Bernardus ad Lugdunenses* : Ante Conceptionem minime sanctificari potuit, quia non erat : *exponendum est secundum animam ; erat enim in eis secundum carnem causaliter, sed illud esse non sufficiebat ad sanctificationis gratiam, quæ respicit animam. Secunda ratio est, quia etsi hoc esset possibile, quod sanctificatio derivaretur a parente in prolem, sicut originalis justitia ; numquam tamen derivatur coitu libidinoso ; quia tunc duo opposita essent simul et semel in eodem. Et ideo dicit Bernardus* : Forte inter amplexus maritales sanctitas ipsi Conceptioni se immiscuit, ut simul sanctificata fuerit et concepta. Sed hoc ratio non admittit. Quomodo namque sanctitas absque Spiritu sanctificante, aut Spiritus sancti societas cum peccato fuit? Aut quomodo peccatum non fuit, ubi libido non defuit? *Tertia ratio est, quia esto quod sanctificatio adesset, et libido defuerit virtute divina, non tamen decuit, ut deesset ; propter hoc, quod hæc est solius beatæ Virginis prærogativa ; sola enim ipsa, ut sancti dicunt, sine peccato concepit et sine dolore peperit ; et ideo hoc parentibus concedi non potuit beatæ Virginis, sed soli Virgini reservari. Et ideo Bernardus* : Dico, Virginem gloriosam de Spiritu Sancto concepisse, non autem conceptam fuisse : dico peperisse Virginem, non autem partam a Virgine : alioquin ubi erit prærogativa matris, de qua singulariter creditur exsultare et munere prolis et carnis integritate? si eam dederis matri, non est hoc Virginem honorare, sed ejus honori detrahere. *Et ideo simpliciter concedendum, quod caro ejus ante animationem non fuit sanctificata.*

[a] L. c.

Ita S. Bonaventura, qui ceterum cum nullam S. Bernardi mentionem faciat in altera ejusdem articuli quæstione, in qua disputat, *an gratia collata fuerit animæ Virginis Deiparæ in primo instanti suæ creationis*, hoc ipso silentio luculentur testatur, ad posteriorem istam controversiam S. Bernardi epistolam nihil spectare.

Porro cum hæc omnia, ut superius dictum est, passim in vulgatis libris legerentur; cumque ejusmodi essent, ut controversiam de genuino Bernardinæ epistolæ sensu inter res judicatas habendam esse suaderent, immo palam facerent; profecto summæ iniquitatis est, catholicæ doctrinæ hanc denuo litem adhibita Bernardi epistola intentare.

XXV. Neque aliud ferri judicium debet de iis, quæ ex ejusdem S. Doctoris *Sermone secundo in Assumptione Beatæ Mariæ* solent proferri. Numquid enim non jam millies responsum id fuit, quod et verba et contextus Sermonis per se clamant, videlicet non constare, num eo loci Bernardus suam aliquam sententiam promat, an vero de eo loquatur, quod fingere quispiam possit?

Hortabatur suos Bernardus ad parandum Domino interius hospitium, quod et mundatum simul esset et ornatum et non vacans. *Intret ergo*, inquit [a], *domum Salvator, et frequenter visitet eam, quam pœnitens Lazarus mundat, ornat Martha, et Maria replet internæ dedita contemplationi.*

Inde vero gradum facit ad Virginem Deiparam, quam, ceu domicilium Verbi divini, non solum mundissimam et eximie ornatam ac plenam deprædicat, sed præterea singulari laude ideo celebrat, quod ea munditie niteat, non quam pœnitentia maculas abstergens adducit, sed quam perpetua et omnimoda inquinamenti absentia præfert : addit vero, in lectione evangelica idcirco nullam fieri mentionem Lazari, qui typus est pœnitentiæ. *Sed forte*, ait [b], *curiosus quisquam requirat, cur in præsenti evangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. Arbitror*

[a] *In assumpt. B. Mariæ* Serm. II, n. 7.
[b] Ibid. n. 8.

sane, ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Virginalem etenim domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongrue pœnitentiam, quæ malum utique comitatur. Absit enim, ut proprii quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quæreretur.

Subdit autem, id nihilo secius se habere, etsi fingatur, Virginem Deiparam contraxisse peccatum originale; quippe hoc peccatum non vi pœnitentiæ, sola gratia abstergitur. *Quod si originalem*, inquit[a], *a parentibus maculam traxit; sed minus a Jeremia sanctificatam in utero, aut non magis a Johanne Spiritu Sancto repletam credere prohibet pietas christiana : nec enim festis laudibus nascens honoraretur, si non sancta nasceretur. Postremo cum omnimodis constet, ab originali contagio sola gratia mundatam esse Mariam, quippe cum et nunc in baptismate sola hanc maculam lavet gratia*[b], *et sola eam raserit olim petra circumcisionis; si, ut omnino pium est credere, proprium Maria delictum non habuit, nihilo minus ab innocentissimo corde etiam pœnitentia longe fuit. Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortuis conscientias emundari : secedat inter vulneratos dormientes in sepulcris; ut in thalamo virginali inveniantur Martha et Maria tantum.*

Porro hypothetica hac loquendi ratione utique interdum utimur, etiam quando hypothesi subest quidpiam plane certum, velut cum dicis : *Quod si Christus Dominus crucifigi se passus est, at paulo post resurrexit.* Sed rursus eadem locutione ex æquo utimur, etiam cum hypothesis nihil continet aliud, quam quidpiam aut ad incertum, aut etiam ex sententia nostra omnino falsum, quod tamen aut ipsi ad plenam rei evidentiam confingimus, aut ad adversam sententiam plenius refutandam dare

[a] Ibid.

[b] Cum in præsenti textu *originale contagium, originalisque macula* disertissime designentur per eam maculam, *quam modo gratia lavat in baptismate, quamque radebat olim petra circumcisionis;* minus forte Scriptoris menti consentanea videri poterit interpretatio, qua nihil aliud, quam *concupiscentiæ morbum*, hoc loco significari cum cl. P. Passaglia (*De Imm. Virg. Deip. Concept.* Part. III, n. 1655, pag. 1834) statuatur.

tantisper simulamus, veluti cum dicis : *Quod si de S. Crucis inventione silusse putandus est Eusebius Pamphili; ast alii testes coævi ac fide dignissimi certissimam inventæ crucis fidem faciunt.*

Cum illa itaque, quæ de contracto a Virgine peccato in verbis allegatis dicuntur, ita efferantur, ut plane incertum sit, probetur necne ea auctori hypothesis; vanissime, uti patet, ejusmodi locus objicitur, quo suadeatur, S. Bernardum communi doctrinæ infensum fuisse.

XXVI. Hæc, ut sæpius dixi, in libris cuique obviis prostabant, hæc notissima erant, hæc in se manifestissima. Quocirca si in controversia de Virginis Deiparæ Conceptione etiam S. Abbatis Bernardi ratio necessario habenda erat (neque enim ullus unquam ecclesiasticus canon hoc scholæ catholicæ indixit, ut doctrinam aliquam amplecti sibi nefas ducat, nisi scriptorum prorsus omnium sive vetustæ sive mediæ ætatis etiam in rebus tunc nondum plene eliquatis consentiens suffragium habeat), prospectum satis huic quæstionis parti jam fuerat; adeo ut singularis tantummodo inscitiæ atque improbitatis foret, bina illa S. Bernardi loca adversus doctrinam catholicæ Ecclesiæ denuo recantare.

Verumtamen morosis hisce disputatoribus, si forte nondum satis sibi factum putent, aliud responsum paratum adest in iis quæ de monumento Athanacensi disseruimus. Nam esto demum illud, quod vidimus falso jactari ; fingatur scilicet, S. Bernardum festivitati Deiparæ Conceptæ non modo fuisse infensum, sed ideo infensum fuisse, quod B. Virginem communi legi obnoxiam atque adeo peccati originalis reatu obligatam fuisse autumaverit ; permittatur et illud, quod, contra ac postulent S. Doctoris verba et contextus, isti contendunt, hanc Bernardi sententiam ex epistola ad Canonicos Lugdunenses data, aliisve scriptis liquido colligi. Quid vero? Num jure Bernardum nobis objicerent?

Etenim id, quod ex historia manifesto constat, demum et ipsi fateantur oportet, S. Doctorem ab incœptis destitisse. Bernardo enim obnitente et reclamante potuisse in Galliis cultum Conceptæ Deiparæ late quaqua versus propagari, hoc, uti jam

ostendimus[a], fidem omnem prætergreditur. At vero si ab arguenda atque impugnanda nova, quæ inducebatur, religione Bernardus cessavit; quænam tandem par huic effectui causa adsignabitur? Ea videlicet indoles erat tum S. Doctoris tum controversiæ, ut nulla cessationis hujus et silentii reddi ratio queat, nisi quidpiam accessisse putemus, quo etiam apud S. Doctorem novus ille cultus a superstitionis atque erroneæ doctrinæ labe purgari posse videretur.

Porro quidnam illud fuerit, quo vehementissimus S. Bernardi pro sincera religione ac doctrina zelus potuit cohiberi, in laudatis Monasterii Athanacensis memoriis de altari in Conceptæ Deiparæ honorem per Romanum Pontificem Paschalem II dedicato jam tenemus. Quanquam enim ista altaris dedicatio non ea per se suppeditaret argumenta, quæ ratione quadam definitiva docerent sancirentque, quidnam de tota hac re necessario sentiendum foret, sed multis adhuc gravibusque quæstionibus locus superesset; viro tamen prudentissimo atque in Apostolicam Sedem obsequentissimo satis superque suaderi exinde potuit, a controversia illa et ab exagitandis Conceptæ Deiparæ cultoribus saltem temperandum esse, quousque de tam gravi negotio clarius quid eluceret, et omne abesset periculum, ne per importunas de re non manifesta disputationes sanæ forte cuipiam doctrinæ, sinceræque fidelium pietati, et Sedis Apostolicæ auctoritati injuria inferretur. Cum itaque I pro certo habendum sit, S. Bernardum a disputatione vixdum inchoata adversus Deiparæ Conceptæ cultum destitisse; cumque II cessandi ratio ea exstiterit, quæ S. Doctorem ab incusationibus jam intentatis iterandis urgendisve plane deterruerit; jure merito ab iis, qui Bernardum nobis objicere solent, postulabimus, ut aptum suis ipsorum objectis responsum in mox secuto ejusdem S. Doctoris silentio, et in causa, quæ tam altum silentium ipsi imponere post brevem utique at simul vehementissimam contentionem potuit, sibi habeant.

XXVII. Si quem vero post ea, quæ hucusque diximus, mo-

[a] Sup. n. IV-V.

lestus adhuc pruritus mordeat objiciendi Bernardum; non deest, mea quidem sententia, et tertium quoddam remedium, quo huic incommodo consulatur; quod quidem ideo etiam juverit meminisse, quo manifestius eluceat, num firme demum pedem ii figant, qui nullum crepandi Bernardum finem faciunt.

Liceat itaque tantisper ea, quæ disputata superius sunt, ita seponere, ut vix ulla, si sic lubet, ratio eorum habeatur : fas sit egregiis istis antiquarum, ut aiunt, Bernardi doctrinarum defensoribus illa omnia contempsisse. Verumtamen ne, quæso, causam jam sibi adjudicatam putent. Illud enim præterea postulari ab ipsis licet, ut in antecessum nonnullos eximant scrupulos quorumdam, quibus suaderi nondum plane potuit, epistolam illam S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos omni prorsus carere suspicione. Licet, inquam, id ab ipsis postulare. quinimmo et eo pacto exigere, ut nequaquam integrum ipsis sit hoc periculum evitare. Quid enim? Nonne ex communi omnium sententia elumbe habetur illud argumentum, quod e suspecto fonte petatur? Si quid ergo extundere ex iis instrumentis exoptant, ac S. Bernardi auctoritate instructi prodire in aciem, necesse est omnino, ut hunc in se laborem suscipiant, dubitationesque omnes ita disjiciant, ut certam iisdem monumentis fidem constare manifesto appareat.

XXVIII. Neque vero existiment, dissolvi propositam controversiam posse compendiaria quadam ratione, quam obviam et ad manum sibi adesse forte quispiam putabit, objectis videlicet tot virorum tum veterum tum recentiorum nomine ac suffragio, qui de Bernardi sententia disceptantes nullum de instrumentis ipsis dubium excitarunt, sed omnes vires suas ad eorum interpretationem velut ad disputationis summam contulerunt. Nam etsi, uti par est, concedamus, ex perspecta hac disceptantium methodo aliquod, generatim loquendo, adversæ parti præjudicium parari posse; ad decernendum tamen, an grave censeri ejusmodi præjudicium debeat, accurate in primis dispiciatur oportet, quid tandem in causa esse potuerit, cur illam potius quam aliam viam sectati eorum plerique fuerint.

Et sane quid demum eorum prodesset tacitum illud suffra-

gium, quando conjici haud inaniter posset, plures ex iis ne rescivisse quidem, quæstionem ea de re aut motam fuisse aliquando aut saltem moveri posse? Quid, si haud immerito credi queat, pluribus eorum utique non omnino incompertum exstitisse, disputationes de eo argumento ultro citroque agitatas fuisse; haud tamen e re visum esse iis insistere, tum quia ad propositum attingendum scopum alia facilis juxta ac tutissima via jam pateret, tum etiam quod non videretur operæ pretium, lectores, cum nulla postularet necessitas, diuturniore atque implicatiore disceptatione defatigare, tum denique quod ipsis forte controversia ipsa obscura, ac nondum satis eliquata appareret, ea autem sit hominum indoles, ut graves labores sine gravi causa non aggrediantur, ac dimicaturi fere armis aliorum studio paratis utantur libentius, quam ad ea per se fabricanda animum operamque adjiciant?

Quoadusque ergo palam fiat, rationem, cur plures quæstionem de pretio monumentorum taciti præteriverint, non quidem ex causis, quas verisimiliter conjici posse diximus, sed ex eo omnino esse repetendam, quod post rem perpensam[a] ex unanimi omnium suffragio controversia illa jam definita et in censu judicatarum rerum habenda sit, casso opere silentium illud doctorum hoc loco objicietur.

XXIX. Pari modo existimare isti non debent, omnem de hisce scriptis præcidi quæstionem posse, obtenta eorum auctoritate, qui S. Bernardi opera cum ederent, ac porro curis adhibitis spuria a sinceris discernerent, scriptis, de quibus est sermo, locum inter genuina nunquam non dederunt.

[a] Plerique videlicet hisce in rebus aliorum duci solent judicio. Quinimmo non modo Doctores, qui veterum Scriptorum opera allegant, sed vel ipsi interdum operum editores nulla alia norma in discernendis genuinis ac spuriis utuntur. Id candide de se fatetur Johannes Gillotius (in Præfat. ad S. Bernardi Opera, Edit. Paris. an 1572) hisce verbis: *Quod reliquum est, non cuiquam temerarium et arrogans videbitur, si tamquam judicium nostrum aut censuram interponentes alia ut notha repudianius, alia ut germana recipimus. Nam, ut ingenue fateamur, quid de his certo pronuntiemus non habemus, nisi quod jam sic visum est Theologis, qui prius imprimenda curarunt.*

Quid enim? Nonne objici eodem jure id ipsum adversus eos poterat, qui post aliorum studia, institutasque germanorum ac nothorum operum recensiones, indigos tamen novæ emendationis labores illos existimarunt, atque adeo iis rursus emendandis manum admoverunt? Et si vetustiorum judicia posthabuisse iis licuit, qui primi a communi Doctorum opinione discedendum esse arbitrati sunt, nec denegare Bernardo, quæ Bernardo vulgo tribuebantur ut propria, formidarunt; si posterioribus pluries licuit priorum corrigere editiones; si licuit Jacobo Horstio in dubium revocare ea, quæ certa aliis visa fuerant, immo si suum ipsi Horstio opus displicere deinde adeo potuit, ut aliam accuratiorem editionem prorsus necessariam duxerit[a], ac novam hunc laborem, utut morte præreptus opus non absolverit, aggredi non dubitaverit; si postea etiam Johanni Mabillonio, qui inchoatum Horstii opus, post Claudii Chantelovii nondum absoluta studia, perfecit, ipsius Horstii sententiam, utcumque post secundas diligentioresque curas latam, deserere licuit[b]; ac postremo si nec sua eidem Mabillonio editio ita satisfecit, ut hanc ipsam denuo corrigendam non censeret, unde et Bernardo abjudicavit quæ tanquam Bernardi germana scripta ipsemet antea probaverat[c];

[a] *Merlonus Horstius* (inquit Guil. Cave *in Hist. Litter.* ad V. Bernardus) *novam Bernardi editionem in se suscepit, quam et absolvit et in lucem emisit* Paris. 1641. *Sed auctiorem et accuratiorem editionem meditans, operi immortuus est an.* 1644. *Horstianam provinciam in se recepit Claudius Cantelovius Benedictinus; sed eo paulo post morte sublato, in ejus locum superiorum jussu successit Johannes Mabillonius, qui magna cura et diligentia editionem promovit, absolvit, ediditque ann.* 1666-1667.

[b] Id Mabillonius ipse testatur in Præfatione ad S. Bernardi Opera Parisiis edita anno 1667, inquiens : *Bernardi contextum qua potui diligentia restitui, opera genuina quantum licuit a spuriis iterum expurgavi, sparsas diversis in locis Bernardi reliquias conquisivi,* etc.

[c] Sic idem Mabillonius in *Præfatione edit. an.* 1690, n. X : *Neque tantum in textu restituendo censura a me adhibita est, sed etiam in secernendis Bernardi genuinis scriptis a suppositiciis et falsis, quæ in editione Horstiana et nostra priori* (quam scilicet dederat an 1667 eodem fere tempore ac dabat Horstianam) *inter Bernardina adhuc delitescebant.*

quo demum jure recensio quæpiam instar legis proferetur, quam transgredi, immo et in dubium adducere non liceat?

Ad hæc si rationes perpendas, quibus permotos se fatentur editores ad hoc illudve judicium ferendum, nonne tam leves eas deprehendere interdum continget, ut nedum certo, ne probabili quidem modo definiendæ liti pares exsistant? Ergo plurimum quidem commodi attulisse dicendi sunt generatim Operum SS. Patrum Editores, expeditioremque viam parasse ad germana falsave internoscenda. At quando de sententia decretoria agatur, eo deveniendum demum est, ut tantum cujusque judicio deferendum sit, quantum rationes aut ab eo allatæ aut quæ possunt ulterius afferri, postulent. Hanc ipsam et non aliam judicandi normam secuti sunt magni illi viri, de quibus sermo est : hanc suo ipsi exemplo nobis commendaverunt. Ergo et in re præsenti non nominum pompa, sed pondere rationum quæstio erit dirimenda.

XXX. Dixi, *pondere rationum*, eo videlicet, de quo ex momentis æqua lance perpensis demum constet, non autem quod in obsequium magni alicujus nominis adesse præsumatur. Nam percommodum utique esse Johanni Nicolai potuit, ab hac controversia se brevi hac notula expedire[a] : *Quam utique* (epistolam) *Bernardi esse ita planum est, ut hoc negare* (*quod aliqui faciunt argutatores otiosi*) *non sit aliud quam nugari pro arbitrio* ; *sicut Horstius novi Bernardi apparator in suis notis egregie ostendit*[b]. Percommodum item esse Johanni Mabillonio potuit de hoc

[a] In not. marg. ad S. Thom. in III Sent., Dist. II, quæst. I.

[b] Dum hæc audis a *Nicolai*, enimvero putes, Horstium mirifica quæpiam de hoc argumento protulisse. Reipsa tamen vix aliud hic habet, quam quæ apud Salazarium (*Defens. pro Immac. Deip. Concept.* cap. XXXV, § 6) et apud Franciscum Bivarium (*Bernard. vindic.* lib. I) jam legebantur, et quæ Mabillonius in altera editionum, quas ann. 1666-1667 curavit, expungenda censuit. Verborum autem aculei, quos e penu suo Nicolai addidit, vim nullam, uti patet, argumentis Horstii addere potuerunt. Ceterum recte hæc continuo subdit : *Quidquid alias de veritate ipsa rei* (de sanctitate nempe Conceptionis Deiparæ) *dici debeat, cui non præjudicat auctoritas epistolæ illius, quantumcumque Bernardo asseratur :* quam sententiam ab eodem Horstio *Nicolai* mutuatus est.

negotio sic paucis decernere[a] : *Epistola CLXXIV ad Canonicos Lugdunenses a quibusdam recentioribus inter supposititias numeratur, creditur que conficta a Nicolao Clarævallensi, S. Bernardi quondam Notario. Sed eorum argumenta leviora sunt, quam ut referri ac refutari mereantur ; cum unanimis veterum consensus, nempe SS. Thomæ Aquinatis et Bonaventuræ, item Alberti Magni, Alensis et aliorum cum omnibus Mss. eam S. Bernardo adscribat.* Verum si causam hisce definiendam quis putaret, hic a nobis exigeret, uti patet, non quidem ut vi rationum, sed ut cedamus obsequio erga magna Nicolai et Mabillonii nomina, seu potius ut cedamus obsequio, quo et Nicolai et Mabillonius Jacobum Horstium coluerunt.

At enim nonne æquo jure possent partis adversæ patroni percommodam et ipsi hanc solvendæ litis methodum adhibere? Profecto ut antiquiores nunc prætermittam, producere licebit scriptorem Mabillonio recentiorem, qui apposite librum de S. Bernardi mente exaravit, atque hanc thesim statuendam censuit[b]: *Epistola* 174 *ad Canonicos Lugdunenses de Conceptione*

[a] In *Præfat. ad Opp. S. Bernardi an.* 1667. Et hæc quidem juvenili illa ætate Mabillonius scripsit, in quibus nihil aliud expressit, quam quod ex fusiori Horstii adnotatione ad epist. 174 ebiberat. Eadem autem levitate ex Horstio hausit et ea, quæ dein ipse in suis ad eamdem epistolam notis, Horstianæ adnotationi expunctæ substitutis, de S. Bernardi sententia circa Deiparæ Conceptionem addidit, quemadmodum et Horstius eadem a Salazario mutuatus fuerat. Quamquam vero quæ hoic attulimus ex ejus præfatione ad editionem anni 1667, ipsemet ex alia Præfatione expunxerit, quam anno 1690 iisdem S. Bernardi Operibus præfixit, itidemque nullatenus ista appareant in editione anni 1719, quæ licet anno duodecimo ab illius morte vulgata, *tertiis* tamen ejusdem *curis* adornata dicitur; nihilominus sententiam, quam in Notis juvenis expresserat, nunquam correxit; quinimmo dum nonnulla addere de historia cultus Conceptionis Deiparæ in posteriori editione voluit, inani sententiæ inanes historicas opiniones conjunxit (qua de re videsis, quæ in Disputatione de S. Hildefonso diximus), ut prorsus infelix in hoc argumento pertractando dicendus sit. Nec mira videri ista debent. Nam licet magna ejusdem in rem litterariam procul dubio merita exstiterint; cujusdam tamen in ferendis judiciis levitatis indicia non raro se produnt, quæ vetus illud adagium confirmant: *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*

[b] Titulus Operis est : *Mens Divi Bernardi de Immaculata S. Mariæ*

S. Mariæ, si non ad spurias, ad dubias saltem est rejicienda. Et quemadmodum Mabillonius leviora appellare non dubitavit argumenta, quæ contra afferebantur, sic Pasqualius confidenter affirmat[a], *adversa omnia argumenta in opusculo suo diluta manere.* Porro si ex quopiam erga scriptores obsequio præsumi debet, haud gratis eos affirmare, quæ affirmant, quid ex hisce omnibus demum erit concludere? Si quid ergo rite decernere in animo est, plane oportet, ut, remotis nominum obsequiis remotisque præsumptionibus, momentis hinc inde allatis libratisque res tota definiatur.

XXXI. Antequam tamen hasce rationes ob oculos lectorum exponam, velim et quidem impense velim, ut hi advertant, non omnino parem conditionem esse tum eorum, qui Bernardi auctoritate ac sententiis pugnare instituunt, tum eorum, qui iis respondendi et objecta retundendi provinciam sibi assumunt. Et ratio in promptu est. Quisquis enim scriptoris cujuspiam auctoritatem objicit, operam sane perdit, nisi scripta, quibus utitur, ad eum auctorem pertinere certo, id est, argumentis prorsus firmis evincat. Contra vero nihil opus est, ut qui adversam partem tuetur, spuria esse ac subdititia scripta evidenter probet; satis enim erit, si ostendat, rem in ancipiti versari. Id vero plane assequetur, quando primo quidem satis probet, non firmissimam esse vim eorum argumentorum, quibus prolata scripta auctori cuipiam vindicantur; deinde vero rationes haud spernendas addat, quæ ad suspicionem injiciendam de eorumdem scriptorum fide pares videri merito queant.

Hac porro præstituta lege, quæ cum ex ipsa rerum natura profluat, nemini non probari ceu æquissima potest, haud ægre patebit, quo tandem loco rationes, quæ pro utraque parte afferri possunt, controversiam de his Bernardi scriptis habendam suadeant.

Virginis Deiparæ Conceptione exposita a R. P. D. Antonio Raymundo Pasqual Monacho Cisterciensi. Palmæ Majoricarum. 1783. Vid. § V, pag. 77.

[a] In tertia pagella Moniti ad Lectorem.

XXXII. Et in antecessum quidem facile dandum est, non omnes rationes, quibus vetustiores usi sunt disputatores, æque validas exstitisse, quin et earum nonnullas reipsa omni prorsus robore carere; de quibus propterea recte scripserit Mabillonius[a],

[a] Vid sup. n. XXX. Mabillonius, ut diximus, commodiorem hanc præcidendi quæstionem elegit methodum. Si tamen tantisper rationes perpendisset, cupide enimvero scire vellem, quid responsurus fuisset huic argumento, quo ad negandam S. Bernardo epistolam 174 quidam utebantur. Sic enim apud Franciscum Bivarium (*Bernard. vindic.* lib. I, § 1) fere ratiocinabatur Petrus de Hojeda : *In ista epistola festivitas Conceptionis Deiparæ dicitur novitia et paucorum tantummodo simpliciorum propria. Atqui refugit animus, hæc præsumptionis et inscitiæ plena S. Bernardo tribuisse. Præterquam enim quod mentio hujus festi in antiquis quibusque martyrologiis reperitur, nonne prostat hoc festum in vetustissimo Mozarabico S. Isidori Missali, quo quidem non modo universa olim utebatur Hispania, sed etiam Gallia Narbonensis, quæ Gothorum ditioni subjiciebatur?* Condonetur porro, quod de vetustis S. Hieronymi, Adonis, Usuardi etc. martyrologiis Hojeda dicit, utpote qui illud ignoraret, quod ex veteribus codicibus alii palam demonstrarunt, hoc festum posteriori ætate iis fuisse additum. Sed quod attinet ad Isidorianum Missale etiam in Gallia Narbonensi usitatum, quid demum reponeret Mabillonius, qui, prout in Dissertatione videre licet, quam priori volumini præfiximus, primo quidem uti genuinam vulgavit Vitam S. Ildefonsi, in qua ejusmodi festum institutum ac per universam Hispaniam propagatum ab eodem S. Ildefonso dicitur; qui dein id ipsum accita Ervigii regis lege confirmare voluit; qui denique in notis ad hanc Bernardi epistolam contendit sæculo X eamdem illam S. Hildefonsi Vitam ex Hispaniis in Gallias asportatam a Godescalco Podii Episcopo fuisse, ac proinde saltem ea ætate cultum Conceptæ Deiparæ in Hispaniis viguisse? Profecto si condonandum Mabillonio est, quod et illa ætate vivens et criticam artem professus tot inanes opiniones amplexus fuerit, potiori jure donandum est antiquioribus, quod argumenta, quibus historicum fundamentum deficeret, interdum adhibuerint.

Juvat interim heic subjicere, quid huic difficultati occurrens respondit Franciscus Bivarius (*Bernard. vindic.* lib. I, § 4, pag. 45): nam saniori usus critica, negat in Isidoriano antiquo Missali hoc festum exstitisse. *In Breviario* (inquit Bivarius) *ac Missali Gothico Toletano constat de novo positum* (festum Conceptionis) *esse in impressione a Card. Cisneros facta, quod expresse asserit Alfonsus Villegas Tom. I Flor. Sanctorum, dum agit de Officio Mozarabe; debetur autem illi fides, utpote qui multos annos Capellæ Gothicæ Capellanus fuit et in eo Missali versatissimus.* Ita Bivarius et prorsus rectissime, prouti in citata dissertatione (n. X) ostendimus.

leviores eas esse, quam ut referri ac refutari mereantur. Cavendum tamen, ne hac ipsa in re forte injurii in patres nostros merito videamur. Et sane quisquis eorum scripta perlegerit, fateatur oportet, neque sagacitatem in rationibus quærendis, neque mentis aciem in rerum nexu pervidendo, neque in perpendendis momentis judicium iis defuisse; verum, quod sane ætatis potius conditioni quam hominum vitio tribuendum plane est, defuit plerumque rerum notitia, quam et plura monumenta deinde edita et laboriosæ eruditorum disquisitiones pepererunt. Quocirca insipientis prorsus arrogantiæ est, has veterum disputationes cum eorum contemptu commemorasse.

Cavendum deinde et illud est, ne quis forte existimet, eorum tantummodo, qui Bernardo epistolam abjudicarunt, hoc proprium ac singulare privilegium fuisse, ut rationibus uterentur, quæ modo nullius roboris apparent. Reipsa enim utrique parti hoc infortunium fuit commune. Et ne gratis id videar affirmare, fuerunt v. gr. qui ideo negarent, adscribi epistolam Nicolao Monacho posse, quia ex sententia Baronii hæc conscripta anno 1136 censeri debeat; Nicolaus vero inter Clarævallenses sedente jam Eugenio III, nempe post decennium susceptus sit[a]. At enim quid tandem valet ejusmodi argumentum? Nam etsi epistola præferret aliquod indicium temporis, quo fuit scripta; at nonne quisquis epistolam confinxisse existimetur, etiam ea temporis indicia confingere potuisset? Deinde vero scitari licet: quo jure epistola anno 1136 affigitur? Indicium enim, quo de tempore conjectetur, nullum in ipsa reperire est. Confugere ergo eo debent, ut tempus conjiciant ex loco, quem hæc inter epistolas obtinet; et exinde Mabillonius eum non anno 1136 sed 1140 consignavit. At primo quidem fatetur Mabillonius[b], eum epistolarum ordinem non in omnibus antiquis libris esse constantem. Deinde vero, etsi Mabillonius[c] dicat, rationem temporis in hoc ordine *utcumque servari;* tamen mox lamen-

[a] Vid. Manrique, *Annal. Cisterc.* ad an. 1136, cap. 4, n. 3.
[b] *Præfat. ad S. Bernardi Opera* § XVII.
[c] Ibid. § XVI.

tatur *epistolarum quarumdam intolerabilem confusionem, ubi ordine præpostero aliquando responsio ad quasdam litteras facta longo intervallo eas præcedit.* Et ne confusionis exempla longius petantur, post epistolam 174, quæ anno 1140 affixa a Mabillonio fuit, sequens 175 anno 1135 notata cernitur. Quid itaque valet ratio deducta a datæ epistolæ tempore, quod et nulla probabili ratione assignari potest, et nihil insuper suspicionem *suppositionis* removeret, etiamsi posset definiri?

Rursus fuerunt, qui Nicolaum epistolæ 174 auctorem haberi non posse contenderent hac omnino de causa, quod potius quam infensus cultui Conceptæ Deiparæ, studiosissimus immo ejusdem ex litteris ad Petrum Cellensem datis manifeste ipse appareat. At, ut omittamus alia responsa, quibus infringere vim hujus difficultatis alii olim potuere, nunc liquet, illud argumentum nullius esse pretii. Ostensum enim est deinde, alium esse Nicolaum, qui pro cultu Conceptionis Deiparæ ad Petrum Cellensem scripsit, alium vero, qui Bernardi notarius fuit, et in confictæ epistolæ suspicionem venit.

Cum itaque hic defectus utrique contendentium parti communis fuerit, nulla profecto ex alterutrius infirmis quibusdam argumentis arripi ansa debet, aut alteram alteri præferendi, aut etiam pro alterutra quidpiam præsumendi; sed eo convertendæ curæ sunt, ut dispiciamus, an quæpiam pro alterutra parte militent, quæ hisce vitiis non laborent; atque his perpensis aliquid deinceps de re tota, si fieri possit, aut certo aut probabiliter judicemus.

XXXIII. Et siquidem non de abjudicanda S. Bernardo controversa ad Canonicos Lugdunenses epistola agatur, sed tantummodo de assignanda ratione, qua litteræ quæpiam supponi Bernardo potuerint; vix ullam quæstio difficultatem præfert; et fatendum omnino est, historiam non modo alicujus epistolæ Bernardo affictæ hypothesim nullatenus excludere, sed certo et manifeste modum nobis et quidem facillimum indigitare, quo contingere id potuerit.

Id autem ex factis luculentissimis patet. Nam vel ipse Bernardus conqueritur, quod falsatæ litteræ, et non paucæ illæ

quidem sed omnino multæ, ejus nomine missæ huc illuc fuerint; monetque Pontificem Eugenium, vel ipsum sigillum, quo litteras consueverat obsignare, mutandum a se fuisse, propterea quod hoc quoque falsatum fuisset. Sic ille[a] : *Periclitati sumus in falsis fratribus, et multæ litteræ falsatæ sub falsato sigillo nostro in manus multorum exierunt; et (quod magis vereor) etiam usque ad vos dicitur falsitas pervolasse. Hac necessitate objecto illo, novello, quod cernitis, de novo utimur, continente et imaginem nostram et nomen*[b]. *Figuram aliam tanquam ex nostra parte jam non recipiatis, nisi forte pro Episcopo Clarimontis, cui sub altero sigillo litteras dedi, cum necdum istud haberem.*

Quod vero notatu dignissimum est, ne per sigilli quidem mutationem incommoda ac fraudes cavere satis potuit; quippe et novellum sigillum falsatum lamentatur Bernardus in altera ad eumdem Eugenium epistola, in qua et fraudis auctorem sic designat[c] : *Nicolaus ille exiit a nobis, qui non erat ex nobis : exiit autem fœda post se relinquens vestigia. Et ego longe ante hominem noveram; sed exspectabam, ut aut Deus eum converteret, aut instar Judæ ipse se proderet; quod et factum est. Præter libros, denarios, et aureos multos, in ipso exitu ejus inventa sunt super eum sigilla tria, unum ejus proprium, alterum Prioris, tertium nostrum, ipsumque non antiquum, sed novellum, quod et ob ipsius dolos et furtivas subreptiones mutare nuper coactus fueram. Hoc enim est, quod vobis tacito nomine scripsisse me memini; quia videlicet periclitati sumus in falsis*

[a] *Epist.* CCLXXXIV *ad Papam Eugenium.*

[b] Testatur Mabillonius (in not. ad h. epist.), *in charta ipsius Bernardi pro compositione litis inter monasteria S. Genovefæ et S. Victoris appensum esse Bernardi sigillum cum ejus nomine et effigie, librum dextra, pedum sinistra tenente.* Ipsum autem, quo Bernardus utebatur, sigillum cupreum in Rothomagensi Archæologico Museo modo asservatur, illudque describit Dom. *Deville* ejusdem Musei Præses in litteris ad Parisiensem *Inscriptionum Academiam* 26 Augusti 1837 datis. Censet porro *Deville*, non librum reipsa, sed quidpiam aliud, quod portæ templi simile videatur, in dextera Bernardi conspici. Vid. appendic. Tom. II *Historiæ S. Bernardi* per Theodorum Ratisbonne, Paris. 1840, pagg. 334-337.

[c] *Epist.* CCXCVIII *ad Dominum Papam Eugenium.*

fratribus. Igitur si generatim sermo sit de litteris per fraudem Bernardo suppositis, non conjecturis, quid fieri potuerit, divinamus, sed ex certis instrumentis, quid factum reapse sit, tenemus.

XXXIV. Sed et illud concedi facile debet, fieri omnino potuisse, ut quædam, sive plures sive pauciores, Nicolai fraudes detectæ nunquam fuerint.

Et sane de iis satis cognoscendis, deque ratione, qua disseminatis per falsatas litteras a Nicolao calumniis occurri posset, desperare sese Bernardus affirmabat, uti hæc ejusdem ad Eugenium verba testantur[a] : *Quis possit dicere, ad quam multas personas sub nomine meo, me ignorante, quæ voluit, scripsit? Quis mihi det, ut vel eorum innocentia, qui mecum sunt, satis valeat excusari apud circumventos et præventos impudentissimis ejus mendaciis? Vobis quoque in eadem falsitate scripsisse et non semel, partim convictus, partim et confessus est*. Et merito sane hanc et suam et suorum conditionem ceu miserrimam Bernardus lamentatur. Hoc enim ejusmodi insidiarum est proprium, ut ab iis, quamvis maxime cupias, cavere satis non possis, neque rescire, quo te, ad eas declinandas, convertas.

Quod si admittamus, saltem decursu temporis, atque etiam post S. Doctoris mortem, quæ biennio post hasce tragœdias subsecuta est, technas illas deprehensas eversasque fuisse, quibus innocentia quorumdam impetebatur; nam testes supererant, qui impactas calumnias eluere possent : at si falsatæ litteræ ad alia negotia spectabant, de quibus Bernardus aut ejus domestici ne suspicarentur quidem[b]; si negotia ejusmodi erant, quæ post

[a] *Epist. cit.*

[b] Franciscus Bivarius (*Bernard. Vindicat.* lib. I, § 2, pag. 14) fatetur quidem, *plures epistolas sub nomine Bernardi ab ipsa Clarævallis domo in diversas mundi plagas evolasse, quæ tamen longe alterius auctoris erant;* sibi autem magis probari ait, si potiusquam ob aliam causam, datæ illæ dicantur, *ut aliqua negotia facile expedirentur, quibus S. Doctor favere nequiret.* Quam quidem opinionem ægre profecto ille admittet, qui allegata verba S. Bernardi legerit; ex his enim liquet, Nicolaum per falsatas litteras operam etiam dedisse, ut fratribus calumniaretur. At neque alienum est a

sublatum jam ex hac vita Bernardum nova domesticis illius acciderent, incertique iidem hærerent, quid de illis sentiendum foret; quid mirum, quod fraus quæpiam occulta permanserit?

XXXV. Magnum quid proferre quidam sibi videntur, dum ad stylum S. Doctoris confugiunt, aiuntque, quandam sibi propriam faciem propriosque colores hunc ita gerere, ut hoc præsidio et olim potuerit, et etiamnum internosci falsatarum forte litterarum fraus possit.

Verum (quod cum bona eorum venia dictum fuerit) nihil ineptius in rem præsentem poterat afferri, idque non uno ex capite. Ac primo quidem numquid isti illud ignorant, quod vulgo notissimum est, sæpe sæpius Bernardum in dandis litteris aliorum opera, sic negotiorum copia postulante, usum fuisse, atque hac de causa plures habuisse notarios, qui lateri ipsius assiderent? Satis sit huc advocasse ea, quibus S. Doctor semet ac litteras suas apud Petrum Cluniacensem excusat[a] : *Utinam*, inquit, *sicut præsentem epistolam, ita vobis mentem meam mittere possem! Sine dubio tunc clarissime legeretis, quid in corde meo de amore vestro digitus Dei scripserit, quid meis impresserit medullis... Hæc dico, quia Nicolaus meus immo et vester, in spiritu vehementi commotus, commovit me, asserens se vidisse epistolam nostram directam ad vos, in qua voces amaritudinis claudebantur*[b]. *Credite amanti, quia nec in corde meo ortum est, nec ab ore meo exortum est, quod aures vestræ beatitudinis exasperaret. Multitudo negotiorum in culpa est, quia dum scri-*

specie veri, quod ait Bivarius, scilicet alias quoque litteras de aliis quibusdam negotiis Nicolaum confinxisse. Hæ autem fraudes, uti patet, iis sunt connumerandæ, quæ facilius latere potuerunt.

[a] *Epist.* CCCLXXXVII *ad Petrum abbat. Cluniacensem.*

[b] Mabillonius (*Annal. Benedict.* lib. LXXIX, n. CLI, Tom. VI, pag. 499) hisce Bernardi verbis glossam istam subjicit : *Nescio an hæc dissensionis semina jam consulto spargeret inter amicos Nicolaus, ut, si a Bernardo recederet, apud Petrum gratiam hac arte inveniret. Itaque magnis illis viris illudebat versipellis ille impostor, ut ambobus se gratum redderet!* Quæ quidem conjectatio utrum firma sit, alii viderint; at satis ex his elucet, quid ex Mabillonii quoque sententia de Nicolai ausibus liceat conjectare.

ptores nostri non bene retinent sensum nostrum, ultra modum acuunt stylum suum, nec videre possum quæ scribi præcepi. Parcite hac vice; quia quicquid de aliis sit, vestras videbo, et non credam nisi oculis et auribus meis. Dicendum est ergo, aut hanc styli in cunctis epistolis æqualem faciem gratis confingi, aut certe Bernardi notarios hanc styli similitudinem assecutos fuisse [a].

Deinde vero (quod pressius ad rem nostram spectat) nonne Mabillonius ipse testatur [b], Nicolaum *Bernardi, toto orbe tunc celebris, scribendi modum imitari studuisse?* Immo nonne alibi [c] addit, Nicolaum *Bernardi magistri sui stylum prope assecutum fuisse?* Nonne et alibi rursus de ipso scribit [d] : *Valebat enim*

[a] Mabillonius ad allata verba Bernardi hæc adnotat (in not. brevior. ad epist. cit.) : *Hinc apparet, multas, si non ex his, saltem ex aliis, epistolas a Bernardi notariis compositas fuisse, quales sunt Nicolai infra in appendice.* Non ausus nempe diserte et intrepide affirmare, ex epistolis S. Bernardi, quas ipse vulgabat, nullam haberi, quæ composita ab aliquo ejusdem notario censeri possit, id saltem insinuare studet, præsidiumque ad id suadendum sibi adesse putat in tribus Nicolai epistolis (Bernardi nomine datis) jam in appendicem rejectis; quasi vero arti criticæ et perspecto utriusque stylo debeatur, quod in appendicem tres illæ rejectæ sint epistolæ, quas Nicolaum ipsum inter suas numerasse (in serie epistolarum Nicolai sunt 15, 30, 37) atque amicis suis Girardo et Henrico nuncupasse simul cum aliis (vid. *Nicolai Epist.* I, *Bibl. PP. Lugd.* Tom. XXI, pag. 518) jam exploratum erat. Profecto altera Bernardi ad eumdem Petrum Cluniacensem epistola his verbis clauditur (*Epist.* CCCLXXXIX) : *Ego Nicolaus vester saluto vos in æternum et ultra, et domesticam illam familiam, quæ lateri et spiritui vestro adhæret.* Hæc autem satis indicant, hanc quoque epistolam Bernardi utique nomine, et ex ejusdem sententia, sed a Nicolao fuisse conscriptam. Neque commissum Nicolao opus scribendi epistolam repugnat iis, quæ in litteris præcedentibus ad præcavenda incommoda ex notariorum arbitrio profluentia Bernardus Petro promiserat, inquiens : *Parcite hac vice : quia quicquid de aliis sit, vestras videbo, et non credam nisi oculis et auribus meis.* Neque enim per hæc pollicetur Bernardus, in posterum se notarii opera in litteris ad eum dandis non usurum, quod immo fieri posse adsignificat; sed non permissurum, ut mittantur antequam vel oculis suis eas perlegat, vel legi se audiente jubeat.

[b] *Annal. Bened.* lib. LXXVIII, n. LV, Tom. VI, pag. 388.

[c] *Præf. ad Tom. III Opp. S. Bernardi*, n. XXVII.

[d] *Not. in Epistol. CCXCVIII S. Bernardi*, pag. LXXX.

stylo, et ipsum tantum non Bernardum exprimebat? Idipsum et Franciscus Bivarius, utut invitus, coactus est fateri, ubi scribit [a]: *Ita prorsus et mihi hactenus visum est, Nicolaum Magistri sui, si quis alius, imbibisse stylum.*

Et reipsa a veteribus quoque scriptoribus laudatas in epistolis Nicolai dotes illas videmus, quas ceu Bernardini styli proprias novimus, miram scilicet in movendis affectibus efficacitatem summa cum dicendi suavitate conjunctam. Qua de re Petrus Cluniacensis audiatur, dum Nicolaum ipsum alloquitur [b]: *Si conferre* (inquit) *minorem majoribus licet, non solum tuum sequeris Tullium Tullianus.... sed quod est dignius, imitaris Apostolum Apostolicus.... Utrumque fuit in Apostolo, et vivax spiritus in epistola, et vivificans sermo in lingua. Utrumque hoc et in te æqua lance natura polivit, utrumque et superaddita gratia condivit; ita ut præter vim quandam vivo innatam sermoni, nil ultra citraque, nil plus minusve, ipse acer et æmulus scrutator inveniat. Ut quid et ista? Quia traxit, fateor, quia non parum traxit, immo rapuit cor meum epistola tua; illa plane epistola, quæ ex abundantia cordis locuta est, quæ de multo adipe et pinguedine amoris processit. Quam cum scriberes, ut de illo tibi noto dictum est* [c], *non quidem calamum, sed pennulam in mente tinxisti. Stillabat, dum legeretur mihi, illa dulcedinem, et cordi meo infundebat per singula verba lac et mel. Cogitabam ea similitudine, quam verum esset, quod a David Deo dictum est;* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua : super mel et favum ori meo. *Si adeo dulce eloquium hominum, quanto magis divinum? Si adeo dulcis terrena guttula, quam dulcior cœlestis imber?* etc. Hinc alibi, quod tessera Bernardini styli ita habetur, ut ei in agnomen cesserit, *melleas* vocat Nicolai epistolas [d]: *Legi*, inquit, *melleas litteras a te mihi, charissime, missas, quibus festinanter vel negligenter respondere impium et amori mutuo inimicum putavi.*

[a] *Bernardi vindicat.* lib. I, § 2, pag. 19.
[b] *Epist.* lib. VI, Epist. XXXVI.
[c] Spectare hæc ad Bernardum videntur.
[d] Lib. VI, Epist. XXXIV.

Eadem de causa Nicolai epistolas sic laudat Petrus Cellensis[a] : *Mirabili conditas sapore litteras aviditati meæ componitis, quotiens scribitis. Ut enim veraci amico veraciter loquar, illud pene proprie proprium apud me habent : Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient.*

Cum itaque in confesso sit, Nicolaum scribendi stylo summam cum magistro suo Bernardo similitudinem adeptum fuisse ; nihil mirum aut a veri specie alienum videri debet, post S. Doctoris mortem inter hujus epistolas, quæ magno studio requirebantur, irrepere aliquas ex iis potuisse, quas Nicolaus, *Bernardi indulgentia* (ut Mabillonius ait[b]) *et facilitate abusus, ejus nomine, eo inconsulto, ad diversos scripsit*, falsatoque sigillo obsignavit.

XXXVI. Hæc vero et confirmantur egregie, ac nova luce perfunduntur ex iis, quæ de sermonibus utriusque, S. Bernardi scilicet et Nicolai, acta et disputata novimus.

Et in primis illud, quod certe constat, memorabimus, Nicolai sermones Bernardi auctoris existimatos fuisse, atque adeo sub Bernardi nomine fuisse allegatos. Id factitatum videmus sæculo XV a Johanne de Turrecremata[c], et sæculo quoque XVI a Bartholomæo de Spinis[d].

[a] *Epistolar.* lib. IV, Epist. III, *ad Nicolaum.*

[b] *Annal. Benedict.* lib. LXXIX, n CLI, Tom. VI, pag. 498.

[c] Vid. *Tract. de veritate Conceptionis beatissimæ Virginis*, part. VI, cap. IX, ubi sub Bernardi nomine allegat Sermonem *Johannis Baptistæ : Hodie, dilectissimi, dies illuxit insignis.* Hic autem primus est ex sermonibus Nicolai, quos edidit Bertrandus Tissier (*Bibl. PP. Cisterc.* T. III, p. 194), et vigesimum tertium locum obtinet inter sermones S. Petri Damiani. Rursus autem eumdem sermonem sub Bernardi nomine laudat Turrecremata (Op. cit. part. XII, cap. XI), additque hunc esse *sermonem secundum nativitatis Johannis Baptistæ.*

[d] In scripto, cui titulus : *Contra Opusculum Cajetani de Concept. Beatæ Virginis* (cap. IX) hæc habet : *Unde Bernardus in sermone Assumptionis Beatæ Virginis, qui incipit :* Hic totum, *ait : Tota pulchra es* etc. Hic autem sextus est inter sermones Nicolai editos a Bertrando Tissier (op. cit. pag. 205), quadragesimus vero inter editos S. Petri Damiani.

Porro inter Sermones S. Petri Damiani aliquem irrepsisse, qui ejusdem

Hos autem sermones non S. Bernardum, sed plane Nicolaum habere auctorem, res est compertissima. Recensentur enim in illis novemdecim, quos Nicolaus ipse in epistola nuncupatoria

S. Doctoris non esset, *jampridem*, ut inquit Philippus Labbeus (*Dissert. de Script. Eccl* ubi *de Petro Damiani*) *observarunt Baronius, Possevinus, Vossius et alii.* Plures itidem sermones alterius esse manus monuerat Theophilus Raynaudus (*Erotem. de bon. et mal. libris*, Part. I, Erot. X, n. 244. Opp. Tom, XI, pag. 292), et post eum Guilielmus Cave (*Hist. Litter. ad V.* Petrus *de Honestis*). Quod autem nondum hi compererant, palam id fecit Bertrandus Tissier (*Biblioth. PP. Cisterc.* Tom. III, pag. 193), inter Sermones S. Petri Damiani fuisse insertos et illos, qui Nicolaum Claræ-vallensem habent auctorem; quod ipsum deinde memoratum videas a Dupinio (*Nouvelle Biblioth. des Auteurs* etc. *Siècle onzième*, pag. 334), a Remigio Ceillierio (*Hist. Génér. des Auteurs* etc. Tom. XX, cap. XXXIII, n. XLI) et ab Joh. Alb. Fabricio (*Biblioth. med. et inf. Latin.* V. Damiani). Immo Casimirus Oudinus (*Comment. de Script. Eccl.* Tom. II, col. 689) non modo illud idem advertit, sed præterea integrum catalogum Sermonum Nicolai, qui inter Damiani Opera jacent, cum titulis cujusque propriis exhibet. Verum Venetus editor Operum S. Petri Damiani an. 1743 (quæ editio fictum Parisiorum nomen præfert) id quidem in *Præfatione* diligenter notavit, et, non secus atque Oudinus, elenchum Sermonum Nicolai oculis subjecit, et insuper indicavit, quota Tomi secundi pagella exstarent, quin et in indice Sermonum, quem eidem secundo Tomo præmisit, quinam Nicolaum haberent auctorem, asterisco rursus præsignavit; tamen, quod non leviter mireris, neque consuetum Sermonum ordinem immutavit, neque indicium ullum singulis addidit, quo lector eos discernere a Damiani sermonibus queat. Hinc vero factum, ut ad hosce usque dies sub Damiani nomine allegatos Nicolai sermones reperias, prouti videre est (ut recentissimum memorem) in egregio Commentario P. Passaglia, in quo v. gr. ceu Damiani laudantur Sermones Nicolai, tum *in Virginis Annuntiationem* (*Comm. de Imm. Virg. Concept.* Part. III, n. 302, pag. 1526), tum *in Virginis Assumptionem* (ibid. n. 1632, pag. 1801), tum *in ejusdem Nativitatem* (ibid. Part. I, n. 61, pag. 44), quos apud Tissierium (l. c. pagg. 205, 207, et 227) invenies.

Heic vero non omittendum puto, Casimirum Oudinum (l. c.) acerbis verbis insectari non dubitasse eruditum virum Constantinum Cajetanum, quasi hic ex mero ambitu gloriæ sui Ordinis, S. Benedicti videlicet, per nefas sermones Nicolai, Cisterciensis Scriptoris, Petro Damiani Benedictino adscripserit. Atqui hæc deputanda sunt meræ calumniandi cupiditati. Mitto enim, Nicolaum hos sermones scripsisse, cum adhuc monachus Benedictinus in Cœnobio Arremarensi versaretur; sed, quod magis ad rem facit, nonne ante Cajetanum eosdem sermones et Surius et alii Petro Damiani jam tribuerant? Cur autem tribuerunt,

ad Theobaldum Campaniæ comitem sic commemorat[a] : *De cætero mitto gloriæ tuæ decem et novem sermones a festivitate S. Johannis Baptistæ usque ad festivitatem S. Johannis Evangelistæ, aliosque sermones, et quosdam Psalterii versus, meo sensu inventos, meo stylo dictatos, nisi quod paucis in locis de sensibus alienis accepi.*

Verumtamen in antiquis manuscriptis codicibus adscriptos eos Bernardo fuisse, liquido ostendunt Turrecremata allegationes, quemadmodum Bartholomæi de Spinis allegatio testatur, illos in libris quoque prælo impressis Bernardi nomen gessisse; et id ipsum, ut plures alios nunc prætéream, confirmat in sua *Bibliotheca Patrum Cisterciensium* Bertrandus Tissier, diserte inquiens[b] : *Sermones quidem sequentes inter opera S. Bernardi et Petri Damiani magna ex parte reperiuntur.*

Et his autem illud saltem conficitur, rationem styli nihil impedivisse, quominus Bernardo tribuerentur Nicolai opuscula, et quidem illa opuscula, quæ non Bernardi, sed sua ipsius esse Nicolaus testatus diserte fuerat. Multo magis igitur fieri illud potuit de iis scriptis, quæ Nicolaus ipse per fraudem supponere Bernardo forte voluerit.

XXXVII. Quod vero etiam majoris est momenti, ne Mabillonius quidem graves diluere valuit suspiciones, certos quosdam Nicolai sermones etiamnum inter opera, quæ genuina Bernardi putantur, locum habere.

Et sane Bertrandus Tissier in *Monitione*, quam novemdecim Nicolai sermonibus subjecit, hæc animadvertit[c] : *Sequebantur alii quatuor* (sc. sermones Nicolai), *quos Auctor confuse indicat in prædicta epistola seu præfatione sua*[d] *; primus de verbis libri Sapientiæ, Justum deduxit Dominus per vias rectas; secundus de quinque lapidibus David contra Goliam; tertius de carne et*

nisi quia sive in editis sive in mss. codicibus illos jam permixtos Operibus Damiani invenerant?

[a] Apud Tissier, *Biblioth. PP. Cisterc.* Tom. III, pag. 193.

[b] In *Monit. ad Nicolai Sermones*, Biblioth. PP. Cisterc., loc. cit.

[c] *Biblioth. PP. Cisterc.* Tom. III, p. 256.

[d] Hæc Nicolai verba n. præc. retulimus.

cute et ossibus animarum; quartus de triplici gloria in illud Apostoli, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et rationem, cur eos omittat, sic Tissier subjicit : *Sed primus, tertius, et quartus inter Sermones* De diversis *S. Bernardi habentur; secundus etiam in prima classe Sermonum ejusdem S. Patris locatus est, et hactenus illius creditus; quos proinde ad alia festinantes hic omittimus.*

Quid ad hæc Mabillonius? Fatetur scilicet[a], quatuor hosce reliquis Nicolai sermonibus in ms. codice subjici : fatetur, *non obscure hos Nicolaum in Præfatione sua indicasse;* verum, inquit, *omnes Bernardo tribuuntur... non solum in prima editione Lugdunensi, sed etiam in omnibus aut fere omnibus mss.; quos proinde Bernardo abjudicare incongruum duxi, maxime cum eos sibi tribuere potuerit Nicolaus ejus notarius, in aliis haud satis religiosus, uti observatum est in Notis ad epistolam CCXCVIII.* Ita vir eruditus. At primo quidem illud in rem nostram facit, quod hanc litem nullo modo ex styli ratione dirimendam ipse putaverit, sed ad codicum auctoritatem confugerit. Deinde vero licet parum nostra intersit, num Bernardo an Nicolao quatuor illi sermones vindicandi sint, pronum tamen est advertere, argumentum e codicibus petitum haud par rei conficiendæ hoc loco videri.

Nam mitto, quod parum sibi Mabillonius cohæreat, ut, cum in superius allegatis pro Nicolao quidem *unum* codicem, pro Bernardo vero aut *omnes* aut *fere omnes* stare dixerit, in notula deinde, quam Sermoni *de David et Golia* ipse præmittit, jam non unus sed multiplex exsurgat pro Nicolao codex, pro Bernardo vero tantummodo appareant *non pauciores;* sed, quod caput est, nonne advertit Mabillonius, illa omnia, quæ Bertrandus Tissier recenset ceu contenta in codice, quem præ manibus habebat[b], ad unguem iis respondere, quæ Nicolaus in *nuncupa-*

[a] *In præfat. ad Tertium Tomum Opp. S. Bernardi,* n. XXVII.

[b] Vid. Monitionem a Tissierio subjectam sermonibus Nicolai (*Biblioth. PP. Cisterc.* Tom. III, pag. 236), in qua se omittere dicit *notas seu animadversiones morales in aliquot versiculos psalmorum, officia de S. Cruce et*

toria ad comitem Theobaldum epistola tanquam sua offert, dicatque? Interclusus ergo omnis est aditus dubitationibus, an forte ex errore factum sit, ut aliquis Bernardi sermo in eum codicem irrepserit. Contra vero num pari modo res pro Bernardo definitur ex eo, quod iidem Sermones in multis, et, si vis, in plerisque codicibus etiam Bernardo tribuantur? Jam enim alia Bernardo tributa in codicibus scimus, quæ nullatenus sunt Bernardi. Quod vero rariores sint codices, in quibus Nicolao, frequentissimi autem illi, in quibus Bernardo sermones tribuuntur, quid hoc mirum? Videlicet non par cura, et quidem merito, veteribus fuit transcribendi utriusque opuscula : omnes S. Doctoris Bernardi, vix ullus Nicolai scripta quærebat. Postquam igitur sermones illi inter Bernardinos quomodocumque irrepserunt, res ipsa postulat, ut in plurimis exemplaribus Bernardi reperiuntur ; et eadem de causa, quo antiquius permixtio illa facta putatur, eo rariora Bernardi exemplaria his sermonibus carentia occurrent.

Pervidit Mabillonius, quam infirmum esset præ Nicolai testimonio argumentum e codicibus petitum ; atque, ut vidimus, eo se tandem recepit, ut *Nicolaum potuisse per fraudem sibi sermones illos tribuere*, affirmaret. Atqui plane immerito exigitur, ut ejusmodi hypothesim admittamus. Et primo quidem rationes vindicandi Bernardo illa scripta non sunt firmæ adeo, ut jus fingendi Nicolaum mendacem tribuant. Deinde nulla ipsi rei inest veri species. Numquid enim magnum quid et sublime sunt quatuor illi sermones, ut ingentis gloriæ spe Nicolaum illectum ad struendam fraudem suspicemur? Immo cum facile prodi fraus posset, si quidem reipsa inter Cistercienses monachos notum fuisset, sermones eos ad Bernardum pertinere, quo pacto

B. Virgine etc., quæ scilicet in codice legebat ; porro et in epistola Nicolai (ibid. pag. 193) memoratos vides *quosdam Psalterii versus, responsoria et lectiones de Cruce, responsoria et lectiones de Virgine* etc. Quin et in Nicolai espistola XXIV *ad Petrum Cellensem* (*Bibl. PP. Lugdun.* Tom. XXI, pag. 530) officiam de S. Virgine sic ab eo commemoratum habemus : *Libellulum autem, qui ita inquit,* Tria sunt, quibus reconciliari debemus, *et horas nostras, quas habetis, de Domina nostra, remittite.*

sine ulla emolumenti spe gravissimi dedecoris discrimini se Nicolaus commisisset? Concludamus ergo, gratis hanc fraudem a Mabillonio confingi, ac longe saniori critica usum esse Bertrandum Tissierium, qui, prouti vidimus, quæ Nicolai cognoscuntur, utcumque diu Bernardinis immixta fuerint, Nicolao restituenda censuit. Quod si Mabillonius ad hos sermones Bernardo asserendos permovebatur, quia et non indigni sunt Bernardo, ejusque genium sapere videntur [a], id consentaneum iis est, quæ de Nicolai stylo ex veterum et ex Mabillonii ipsius sententia diximus, iisque adhuc majus hinc robur accedere dicendum est.

XXXVIII. Verum ad diluendum dubium quodlibet, an facile supponi S. Bernardo quodpiam scriptum a Nicolao potuerit, nihil iis est aptius, quæ idem Mabillonius disputat, dum quæstionem agitat [b], *num Bernardus sermones suos latina, an vulgari lingua eloqueretur*. Ea de re sententiam suam his verbis aperit [c] : *Sed nihilominus Bernardi Sermones in latina lingua natos, latine prolatos, atque eodem prorsus modo ab ejus discipulis exceptos fuisse, indubitanter existimamus*. Et alii quidem dispicere poterunt, num rationes ab eo allatæ pares sint ad rem evincendam, aut certe num id de omnibus, an solum de quibusdam sermonibus evincant. Quod nunc attinet, opportunius nobis accidit ea perpendere, quæ paulo post de eadem quæstione, occasione sumpta ex quadam Nicolai epistola, subjungit.

Significat in ea epistola [d] Nicolaus, se a Petro Cellensi rogatum, ut lucubrationes Bernardi ad eum mitteret, et amoris vi se compulsum esse dicit, ut, licet quodammodo invitus, opus tamen aggrederetur. *Sufficere vobis deberet* (inquit), *si vos diligerem, sicut me; quia nunc vos plusquam me, me constat dilexisse. Furtum enim feceram propter vos; nunc furatus sum me mihi pro vobis. Ego enim, qui stylum abjuraveram, dignus latebris*

[a] Vid. *Notas* a Mabillonio præmissas Sermm. VI et VII *De diversis*.

[b] *Præfat. ad Tomum Tertium Opp. S. Bernardi.*

[c] Ibid. n. X.

[d] Inter Nicolai epistolas est XXIV, et Petro Cellensi inscribitur. Vid. *Biblioth. PP. Lugd.* Tom. XXI, pag. 530.

et omni solitudine, postquam aviditatem vestram præsensi et persensi, quam habetis de verbis et pro verbis hominis illius, cujus eloquentia et sapientia, vita et fama non immerito per totam latinitatem decucurrit, accepi tabulas, et quod habui et feci.

Reddens deinde rationem, cur quasi invitus opus susceperit, illud ceu silentio, et quieti, ac vitæ monasticæ inimicum sic describit : *Cum laborare et plorare et orare deberem, ut propitiaretur Dominus peccato meo* (*multum est enim*), *in linguæ volubilitatem refusus, secretum cordis mei succussi pariter et concussi. At dicitis ; Hæc omnia in silentio et magis cum silentio operari potuistis. Mirum, si hoc ex sententia dicitis. Quis enim magis in turba est, quam ille, qui faciendis dictaminibus implicatur? Perstrepunt enim, ut digne inveniri possint, sensuum veritas, verborum varietas, quid melius ad consequentiam, denique quid, quando, ubi et quomodo proferri oporteat. Hoc ergo vos judicabitis silentium et quietem, maxime homini imperito, cui et sensus nullus adest, vel sermo non est venustus et facilis ad sententias vestiendas? Denique vel monachi, quod esse videor, vel peccatoris, quod sum, non est officium dictare, sed flere. Dictare ergo nec indocto est in promptu, nec monacho in ausu, nec pœnitenti in affectu.*

Mirum est autem, quantum ad hæc se Mabillonius contorqueat. Nam, ut inquit [a], *Nicolaus his verbis non obscure indicare videtur, se multum locasse operæ in dictando, stylo componendo, argumentis ex ordine digerendis eorum sermonum, quos transmittit. At quos sermones transmittit? Utique Bernardi; ita enim* (*Nicolaus*) *subdit* : Coegi tamen me contra me, et duo volumina sermonum hominis Dei mitto vobis, in quorum uno ego dictavi, quod ita incipit : *Solet apostolus Paulus in verbis esse brevis, etc.* [b]; aliud vero volumen jam pridem dictatum est, etc. *Sane si bene verborum sensum capio, inde colligi videtur, Nicolaum suis verbis, idest latinis, dictasse sermones in altero volumine contentos.* Ita Mabillonius, qui ad hujus rei

[a] *Præfat. in Tomum Tertium. Opp. S. Bernardi*, n. XXXIV.

[b] Est S. Bernardi Sermo XIX *de Diversis.*

confirmationem notat, *magnam esse aliquando varietatem in sermonibus maxime de diversis, quæ varietas inde nata esset, quod alii aliter hos sermones in latinum eloquium converterint.*

Et utique dicta sua mox Mabillonius retractans[a], negare properat jam concessa : et sibi aliisque suadere cupit, Nicolai verba intelligi posse de renitenti ad scribendas epistolas voluntate : a quo paradoxo mox recedens, saltem contendit, sic ea accipienda ut Nicolaus desiderium suum expresserit utrumque officium a se amovendi, nempe et *litteras scribendi*, et *sermones ex codice dictandi*[b].

Verum quæcumque demum confingere fas sibi vir eruditus ad tuendas præconceptas animo sententias duxerit, manifestissimum est, Nicolaum neque de epistolis scribendis, neque de sermonibus ex codice (quasi nempe codicem Bernardi præ manibus haberet) dictandis verba facere, sed de eo circa Bernardi lucubrationes munere, quod scribenti seu dictanti necessitatem imponeret tum *sensuum veritatem*, tum *varietatem verborum* inquirendi, tum denique perpendendi, *quid*, *quando*, *ubi*, *quomodo proferri quæque oporteret*. Ita sonant Nicolai verba: neque nobis hanc veniam facimus, ut pro lubito sententias sententiis substituamus. Sive autem quis putet, eam necessitatem inde profectam, quod sermones ex ore dicentis lingua vulgari excepti[c] in latinam linguam essent transferendi, sive inde, quod ex sententiis Bernardi ore sic exceptis sermones seu opuscula ab aliis conflarentur, quæ, ut inquit Mabillonius[d], tum *Bernardi* ut *auctoris*, tum *alterius uti collectoris* dici poterant, parum nostra nunc interest; satis enim est, si certo

[a] *Præfat. cit.* n. XXXV.

[b] Huc revocat Mabillonius epistolæ Nicolai titulum, qui est hujusmodi : *Ad Abbatem Cellensem excusativa scribendi vel dictandi;* quasi vero quisquis hunc titulum apposuit, voces *scribendi* atque *dictandi* referre ad aliud potuerit, quam ad illud, de quo in epistola sermo esset!

[c] Mabillonius in *Admonitione ad Gaufridi Abbatis Declamationes* (S. Bernard. Opp. T. V, pag. 297, edit. Paris. an. 1719) fatetur, tunc *moris fuisse, ut ex ore loquentis* (*Bernardi*) *sermones exciperentur.*

[d] In modo cit. *Admonitione ad Gaufridi Declamationes.*

constet, Nicolaum circa Bernardi lucubrationes munus hujusmodi sibi assumpsisse, ac perfunctum fuisse.

Et sane quis non plane videat, latissimam exinde et commodissimam Nicolao viam patuisse, tum ad quodpiam Bernardo scriptum supponendum, tum etiam ad inserendas suas, si quas cuperet, Bernardinis scriptis sententias?

XXXIX. Quod ut adhuc magis perspicuum fiat, nonnulla sedulo sunt advertenda. Ac primo, nemo sibi suadeat, Nicolaum cum uno Petro Cellensi id egisse, ut scilicet elaborata eo, quo diximus, modo Bernardi scripta mitteret; id enim eum et cum aliis præstitisse certum est. Hoc aperte ipse testatur in superius allegata epistola : in qua cum dixisset, se *duo volumina sermonum hominis Dei*[a] ad Petrum mittere, mox subdit : *Quærite, quis diligenter et sapienter illud* (secundum volumen) *scribat; multis enim sensibus plenum est. Illud autem scitote, quia non parvam amicorum multitudinem contempsi, quibus nolui præstare ea; ad vos enim festinabat cor meum;* videlicet prius amicissimo Petro satisfacere se voluisse, inquit, quam *amicorum multitudini.*

Secundo, aliam quoque rationem Nicolaus excogitaverat, qua exemplaria istorum scriptorum facillime multiplicaret. Nam non solum alios sub se notarios habebat, uti Mabillonius testatur[b], sed exemplaria ab amicis, ad quos codices mittebat transcribendos, exigebat. *Eo autem pacto*, inquit Mabillonius[c], *librorum exemplaria transmittere solebat, ut, remisso exemplari, aliud sibi exemplum gratis remitteretur.* Idque clare eruitur ex ipsa ad Petrum Cellensem epistola, in qua de duobus missis voluminibus ista subnectit : *Festinate et hæc festinanter rescri-*

[a] Mabillonius postquam (*Præfat. in Tom. III. Opp. S. Bernard.* n. XXXII) recensuit XLIV Bernardi sermones in quodam Fuliensi codice contentos, mox (n. XXXIII) addit : *Hos omnes, aliosque tertii tomi Sermones, duobus voluminibus contentos, ad Petrum Cellensem transmisit Nicolaus Clarevallensis, testante ejus epistola XXIV.* Verum nec in epistola quidpiam tale legitur, neque id satis verisimile videtur.

[b] *Præfat. in Tom. III Opp. S. Bernardi,* n. XLII.

[c] Ibid. n. XLIII.

bere, et exemplaria remittite mihi; et sic ad opus meum, secundum pactum meum, rescribi facite. Sed et illa, quæ misi vobis, et rescripta eorum, secundum quod dictum est, mittite mihi, et videte, ut nec unum iota perdam.

Tertio, tum exemplaria, quæ plures illi amici penes se transcripta retinebant, tum apographa, quæ ex his fuisse deducta, in communi scriptorum S. Doctoris aviditate, non immerito conjicimus, tum denique nova exemplaria, quæ Nicolaus ab amicis ceu fœnus *secundum pactum*, ut dicentem audivimus, recipiebat, quæque ad alios, Bernardi scripta petentes, transcribenda mittere potuit, hæc omnia, inquam, exemplaria non Nicolai ipsius, sed alterius manu, uti patet, se conscripta monstrabant. Ergo, quidquid demum de Nicolao ipso factum deinceps fuerit, facile tamen tot illa exemplaria carere suspicione potuerunt.

Quarto, denique in his rerum adjunctis haud difficile factu existimandum est, ut, si quod forte scriptum, vel si quas sententias Bernardo Nicolaus supposuit, id oculos aliorum præteriverit; tum quia abesse potuit quælibet suspicandi causa; tum quia scriptorum, quæ latine concinnata a notariis ex iis fuissent, quæ ex ore Bernardi loquentis fuerant excepta, haud facile fuisset comparationem instituere. Et sane numquid certo constat, aut saltem probabili aliquo indicio colligi potest, sive ipsa Bernardi ætate, sive non multo post illius obitum, ita collecta alicubi fuisse S. Bernardi scripta, aut saltem elenchum eorum confectum, ut facili dein negotio internosci possent, si qua falso Bernardo tribuerentur? Profecto si hoc præsidium affuisset, nec tam tenuis esset catalogus, quem legimus apud Gaufridum, S. Doctoris notarium[a], nec tanta nothorum opusculorum copia genuinis permixta fuisset, nec operum ipsorum genuinorum tam multæ subinde accessiones auxissent novas successive editiones. Postremo si inter Bernardi opera irrepere

[a] *Vitæ S. Bernardi Lib. III. Auctore Gaufrido*, cap. VIII. Gaufridum Mabillonius inter eos recenset, qui S. Doctoris Operum indicem exhibent. Vide *Præfat. Gen. ad S. Bern. Opp.*, n. XI.

potuere tot aliorum scripta, quæ tamen certum nec omnino ignotum habebant auctorem; absurde profecto negaretur, hoc ipsum de scriptis, quæ a Nicolao per fraudem fuissent Bernardo supposita, fieri potuisse.

Illud ergo haberi tanquam exploratum debet, hypothesim alicujus scripti a Nicolao, aut interpolati, aut Bernardo afficti, non ideo posse rejici, quod difficile fuerit, aut fraudem strui, aut hanc incompertam manere.

XL. His porro præmissis, jam facili negotio patet, quam levis, immo nullius momenti sint rationes, quarum præsidio dubitantibus de fide celebris Epistolæ *ad Canonicos Lugdunenses* os illico obstrui posse quidam existimarunt. Cernes nimirum Horstium [a] magna cum pompa tum objicientem tibi codicum, eorumque veterum, auctoritatem, tum his addentem suffragium veterum Doctorum, Alberti Magni, Alexandri Alensis, Thomæ Aquinatis, Bonaventuræ, etc. [b], quippe qui unanimiter eamdem epistolam Bernardo tribuant; denique subjicientem testimonium Nicolai Monachi Angli, ac Petri Cellensis, qui prope coævi Bernardo haberi possint. Duo autem ex his priora argumenta Mabillonius invicta adeo, adeo decretoria censuit, ut ne disputandum quidem de hac re putaverit [c].

At enim possemus accommode responsum Mabillonio reddere, quod ipse nobis suppeditat. Nam ubi antiquissimum ac sibi probatissimum indicat instrumentum, quo usus est ad censuram agendam Operum S. Bernardi, fatetur, non unum sed omnino plura spuria opuscula tanquam Bernardi in eo ipso proponi [d];

[a] *In not. ad Epistol.* CLXXIV *S. Bernardi.*

[b] Horum Doctorum auctoritatem Horstius (l. cit. pag. 702) adhibet etiam cum contendit, in ea epistola non de prima conceptione, quam materialem dixerimus, sed de secunda seu de *animatione* sermonem esse, cum tamen manifestum sit, veteres illos Doctores oppositum prorsus sensisse (vid. sup. n. XXIV). Sed unde Horstii error profluxerit, non arduum est divinare. Has nempe allegationes, sicut et alia, a Salazario transcripsit, parum advertens, non in hunc finem illos Doctores a Salazario fuisse allegatos.

[c] Mabillonii verba superius (n. XXX) descripsimus.

[d] Vid. *Præfat. Gener. ad Opera S. Bernardi*, n. XI.

et rursus, ut id excuset, addit[a], hoc mirum non esse, *cum et S. Bonaventura idem peccet in illa epistola* (scilicet spuria ceu genuina laudanda). At vero si antiquissima et optima instrumenta non carent scriptis, quæ, ipso fatente, habenda sunt spuria; insuper si S. Bonaventura spuria epistola utitur tanquam genuino Bernardi fœtu (neque Bonaventuræ singularem censere opinionem eam possumus); quo tandem jure ea instrumenta, allegationesque Doctorum qui ejusdem cum Bonaventura ætatis fuerint, nobis ingerit ceu normam falli nesciam, e qua de veris aut falsis scriptis Bernardi definitive dijudicetur?

XLI. Verum nihil nobis opus est hac responsione, cum alia etiam magis obvia et ex ipsa re profluens ad manum sit.

Urgent videlicet auctoritatem Alberti, Aquinatis, aliorumque ejus temporis Scriptorum. Atqui conferrent utique ista ad litem dirimendam adversus eos qui forte contenderent epistolam illam concinnatam et Bernardo affictam fuisse post eorumdem doctorum ætatem; nam, prolatis horum testimoniis invicte probaretur, exstitisse jam epistolam ante illud tempus, quo conficta forte diceretur. At si fraus censenda est horum doctorum ætate anterior, quid conficiunt istæ allegationes, præterquam eosdem doctores in ea opinione sive vera sive falsa fuisse? Num enim constat, ingentes ab iis susceptos fuisse labores, ut noscerent, an per fraudem in Bernardi codices ea epistola irrepsisset?

Proferuntur dein antiqui codices, in quibus cernitur eadem epistola, Bernardi nomine inscripta. Sed rursus hi evincunt quidem, epistolam non fuisse posterius fabricatam; at si suspicio est, initium fraudis deducendum esse ab codicibus qui Bernardo adhuc vivente Nicolai artificio in multorum manus devenerint; quid prodest posteriores hosce codices protulisse, qui in hac hypothesi a falsatis illis suam ducunt originem? Utrumque ergo argumentum, quo controversiam definiri tam fidenter Mabillonius contendit, nihil reipsa conficit.

XLII. Et eadem plane de causa nihilo his validius est argumentum, quod ex mutuis Nicolai Angli et Petri Cellensis litteris

[a] Ibid.

tum Franciscus Bivarius [a], tum post eum Jacobus Horstius [b] in eumdem scopum petierunt. Etenim quid est demum, quod certo concludi ex controversia inter hos agitata possit? Hoc unum scilicet, codicem, in quo et ea ad Canonicos Lugdunenses epistola contineretur, in Angliam ad monasterium S. Albani, ubi Nicolaus degebat, perlatum aliquando fuisse; hunc autem epistola illa permotum (quippe in Monasterio S. Albani jamdiu Conceptionis Deiparæ festum solemni ritu [c] celebrabatur), in litteris ad Petrum Cellensem datis acerba quædam [d] de Bernardo, cujus nomine insignitam epistolam cernebat, conscripsisse.

At enim quandonam hæc gesta, scriptave sunt? Id nosse licet ex inscriptione alterius epistolæ, quam Petrus Cellensis de hoc argumento dedit [e], et quam sic legimus : *Petrus Carnotensis electus Nicolao S. Albani monacho*. Hæc ergo quæstio per illud tempus agitabatur, cum Petrus Cellensis, seu potius Remensis ex Cellensi Abbas, electus est in episcopum Carnotensem. Atqui ista Petri electio contigit anno 1181 [f]. Hæc ergo sexto a Bernardi morte lustro gesta sunt. Ergo ex tota hac historia illud unum tandem colligitur, epistolam, Bernardi no-

[a] *Bernard. Vindicat.* lib. I, § III, pag. 23.

[b] *In not. ad Epist.* 174 *S. Bernardi.*

[c] Memoriam festi Conceptionis B. V. in eo monasterio ritu solemni celebrati servavit nobis Matthæus Paris in opere cui titulus : *Vitæ viginti trium Abbatum Sancti Albani;* quod simul cum *Vitiis duorum Offarum* editum est Londini ann. 1639. Nam ubi agit de Gaufrido ejusdem monasterii abbate XVI, hæc scribit (pag. 62) : *Statuit quoque festivitatem Ascensionis Domini principalem fieri, et festivitatem beati Matthæi Apostoli et Evangelistæ, et beati Johannis ante portam Latinam, et beati Ægidii, et Conceptionem beatæ Virginis, et festivitatem beatæ Katherinæ ob reverentiam Dei et Sanctorum in cappis festive celebrari.* Gaufridus autem Monasterium S. Albani rexit ab an. 1119, ut liquet ex anno præcessoris Richardi emortuali (ibid. pag. 56), usque ad annum 1146 (ibid. pag. 64).

[d] Vid. Nicolai epistolam, quæ est IX libri IX epistolarum Petri Cellensis. Quædam vero alia prius quoque Nicolaum scripsisse, patet ex alio Petri responso, quod habes in epist. XXIII libre VI.

[e] Est decima libri noni.

[f] Vid. Tom. VIII *Galliæ Christianæ,* col. 1150.

mine ad Canonicos Lugdunenses inscriptam, triginta circiter annis post S. Doctoris obitum exstitisse[b]; et quidem id ita colligitur, ut nota quidem tunc Nicolao Anglo epistola dicenda sit; inspectis tamen Petri ad Nicolaum responsis, incertum maneat, visane unquam, aut etiam nota eadem Petro fuerit : quippe significat hic utique, sese ægre ferre, ut Bernardi fama dilaceretur; de epistola tamen nihil affirmat, nihil negat, sed omnino silet.

Porro quod trigesimo circiter anno post defunctum Bernardum ea epistola exstiterit, hoc nullatenus, uti patet, hypothesi repugnat illorum, qui statuant, eamdem epistolam Bernardi scriptis huc illuc disseminatis Claræ-vallensis Nicolai fraude

[b] Dicimus hoc unum ex hac historia colligi certo posse; nam non diffitemur quidem, de Conceptæ Deiparæ festo inter Nicolaum et Petrum etiam ante illud tempus disputatum fuisse; id enim satis eruitur ex alia Petri epistola (lib. VI, epist. IV), in qua Nicolaum, quem mortuum putaverat, ad disputationem diu intermissam denuo sic provocat : *Jam namque a multis retro annis te in fata concessisse acceperam; quod veraciter falsum esse nuper, quasi de gravi somno evigilans, gavisus sum... Quæro a te, memor favoralis non odiosæ altercationis dudum inter nos habitæ, utrum ficta morte emendatus, errorem, qui non de odio, sed de summo aut plusquam summo favore Virginis virginum venit, delæveris aut delinieris.* Veruntamen plane gratis affirmaret quispiam, de Bernardo disputatum etiam in primo illo controversiæ stadio fuisse; quinimmo tum ratio, qua Petrus S. Bernardum ac Cistercienses monachos defendit (Epist. XXIII libri VI), tum iterata deinde a Nicolao expostulatio (Epist. IX libri IX) satis suadent, solum posteriori hoc tempore motam fuisse ea de re quæstionem. Deinde etiamsi fingas, antea quoque de Bernardo controversum fuisse, quid elici demum ex eo posset? Petrus enim, ut vidimus, Nicolaum invitat ad interruptam disceptationem rursus aggrediendam. At vero quis non videt, ab omni veri specie abesse, de re agi, quæ triginta ante annos gesta fuerit? Semper ergo superest statuendum, has lites post Bernardi mortem, et quidem haud paucis annis, exortas esse. Hoc autem suspicionem fraudis, de qua sermo est, nullo modo aufert.

Ceterum notanda sunt verba Petri, quæ in citata epistola VI libri VI sic legimus : *Equidem de numero amicorum nostrorum ex eo habere te censui, ex quo scripta tua legi.* Sunt enim qui putent hoc designari *librum* seu *duos libros de Conceptione Virginis Mariæ*, quos Hugoni abbati S. Remigii Nicolaus nuncupaverit. Vid. Benedictus Piazza (*Cens. Imm. Concept.* Act. VI, n. 176, pag. 507).

fuisse insertam, sive quis demum velit, epistolam ad Canonicos Lugdunenses reipsa aliquando missam, sive malit, eo quidem titulo conflictam, missam tamen fuisse numquam. Concludere ergo est, ne historiam quidem altercationis Nicolai Angli cum Petro Cellensi impedire, quominus epistola ad Canonicos Lugdunenses ceu conficta haberi queat.

XLIII. Tria igitur ex hucusque dictis explorata habemus : videlicet : I in promptu esse, qui auctor fraudis credi possit, Nicolaum Clarævallensem, quippe qui et his moliendis idoneus fuerit, et reipsa alias epistolas fraudulenter Bernardo supposuerit; II facilem hanc fraudem Nicolao fuisse, quippe cui ratione tum loci in quo versabatur, tum officii quo fungebatur, tum denique styli Bernardini, quem imitari callebat, percommode aut interpolare aut confingere Bernardi scripta, eaque late disseminare impune licuerit; III denique rationes, quas ad vindicandam Bernardo eam epistolam eruditi viri protulerunt, non esse ejusmodi quæ fraudis aut possibilitatem aut facilitatem aut suspicionem excludant.

Hæc tamen nondum paria sunt, uti patet, ad quæstionem dirimendam, num aut illa ad Canonicos Lugdunenses epistola, aut quodpiam aliud scriptum, quod nomen Bernardi gerat, inter conficta aut interpolata censeri debeant. Quod quidem velim probe illi advertant, quibus ex superius disputatis effici forte videatur, ut prope omnia S. Bernardi opera in dubium revocari queant. Et sane ut opus aliquod aut suppositum aut saltem dubium existimetur, non satis est ostendisse fraudem fuisse possibilem; sed necesse est insuper, ut rationes afferantur, cur opus alteri abjudicandum sit, alteri vero tribuendum videatur. Hæ rationes si absint, quælibet interpolationis aut suppositionis suspicio merito contemnitur [a].

[a] Vana ergo terriculamenta objicit Theophilus Raynaudus, dum inquit (*Dyptic. Marian.* Part. II, Punct. II, n. 30, Opp. Tom. VII, pag. 148) : *Nisi omnes D. Bernardi epistolas ei abjudicare placeat, hanc, quæ omnium maxime Bernardum sapit, alteri tribuere tanquam germanum fœtum prohibemur.* Ceterum pro sententia, quam tuetur, nullam rationem affert,

Hoc itaque et nobis reliquum est, ut dispiciamus, an adsint rationes eæque non contemnendæ, propter quas quæcumque demum proferri ex Bernardo solent adversus communem de Conceptione Deiparæ doctrinam, aut supposita aut suspecta judicari queant, ac Nicolao potius Bernardi notario, quam Bernardo ipsi videantur adscribenda : *non contemnendas* autem dixerimus eas rationes, quæ viros criticos, censuram operum sive S. Bernardi sive alterius cujusvis Scriptoris agentes, permovere alias potuere, ut quæpiam e censu germanorum expungerent, et inter spuria aut dubia sine reprehensione rejicerent. Num autem ejusmodi sint illæ, quas subjicimus, penes prudentem lectorem judicium erit; qui exinde etiam decernet, an non præmatura sententia Theophilus Raynaudus affirmaverit [a], eos, qui epistolam S. Bernardi in suspicionem vocant, evasione uti, quæ sit *hominis aliud, quod causetur, non habentis* [b].

sed mere Horstium allegat; nec tamen video cur dicat, *Horstium recte* oppositam opinionem refellisse, cum superius dixisset *Salazarium frustra* eamdem fuse refellisse. Quid enim aliud habet Merlonus Horstius, quam quod a Salazario exscripsit? Verum inter hæc aliquid Raynaudo excidit, quod ad rem facit. Nam dum non advertit, Nicolaum, qui de fraude suspectus est, alium esse a Nicolao monacho S. Albani, quem et ipse cum notario Bernardi confundit, de epistolis, quæ tunc prodierant, Nicolai Clarævallensis, illius scilicet Nicolai, qui et reipsa fuit Bernardi notarius, et in suspicionem fraudis venit, sincere scribit (ibid.) : *Fateor, Nicolaum illum, cujus nonnullæ epistolæ nuper prodierunt, S. Bernardi stylum aliqua ex parte esse æmulatum.* Et sic argumento, quo uno ipse utitur, petito ex styli Bernardini sapore, nervos ipse succidit.

[a] *Dyptic. Marian.* Part. II, Punct. II, n. 30.

[b] Dubitantes de epistolæ Bernardinæ genuinitate idem Raynaudus sic alibi comparat cum iis qui Anselmo negabant librum de passiva Virginis Conceptione (*Erotem. de bon. et mal. libris*, Part. I, Erot. X, n. 192, Opp., Tom. XI, pag. 271) : *Diffiteri librum de Conceptione passiva... esse vere Anselmi, eorum fuit, qui desperantes aliter excutere S. Anselmi auctoritatem, illud male tutum latibulum captarunt; non dissimiliter atque alii pro Conceptione pura satagentes, ut declinarent auctoritatem S. Bernardi, simplicissime dixerunt, epistolam ejus* 174 *fuisse suppositam; quo figmento vix scio quid possit quis incongruentius comminisci, ut dictum est in Dypticis.* Ita ille, qui tamen nos remittit ad Dyptica, ut dein in Dypti-

XLIV. In primis igitur ne quædam extrinseca, ac minus quidem gravia, non tamen prorsus inania prætermittamus, proderit epistolæ hujus causam conferre cum historia, quæ profecto hac in re apud criticos insignem sibi locum merito vindicat.

Itaque certum est, Bernardum anno 1138, dum ab Italia rediret, Lugdunum divertisse, ut negotium, Romæ inchoatum, de electione novi Episcopi Lingonensis, ad finem perduceret [a]. Itidem constat, eum, dum Lugduni moraretur, egisse cum Lugdunensibus Canonicis [b]. Hos vero secum stetisse affirmat, et ex iis diserte memorat Falconem tunc ejusdem Ecclesiæ decanum [c], cujus et constantiam laudat. Quinimmo et Lugduno digressus S. Doctor litteras dedit ad eumdem Falconem et ad Guidonem Ecclesiæ Lugdunensis thesaurarium, quos et miris encomiis extollit [d]. Insuper insequenti anno 1139, cum Petrus Lugdunensis Episcopus decessisset, et in ejus locum electus fuisset superius laudatus decanus Falco, Bernardus ipsum summopere apud Innocentium Papam commendavit tum ex sua [e] tum ex Godefridi Lingonensis Episcopi [f] persona. Denique eodem anno 1139, dum commendaturus eidem Falconi Archiepiscopo Cistercienses suos, alias ad ipsum mittit litteras, suas in his pro eo ad Innocentium memorat, præclarique in eum amoris ac

cis nos remittat ad Horstii armamentarium! Ceterum quæ superius præmisimus, satis suadere queunt, non ideo hanc a nobis institui controversiam, quod Bernardi auctoritatem aliter excutere desperantes, latibulum aliquod nobis captandum existimemus.

[a] Vide S. *Bernardi Epist.* CLXIV, n. 1-2.

[b] *Epist.* cit. n. 2.

[c] *Ibid.* n. 5.

[d] *Epist.* CLXV. *Quibus vos laudibus efferam, dilectissimi, qui soli condoluistis afflictioni (ecclesiæ Lingonensis), et tam in prima quam in secunda sua defensione oppressæ adstitistis, ascendentes ex adverso et opponentes vos murum pro domo Israel?*

[e] *Epist.* CLXXI ad Innocentium Papam. *Est quippe illustris non minus mentis generositate, quam sanguinis; est scientia, est vitæ honestate. Denique famæ ejus integritas nec inimici quidem dentem veretur.*

[f] *Epist.* CLXXII.

fiduciæ sensa significat[a]. Hæc, inquam, certa ex historia tenemus. Jam vero si res ita se habebant, quis enimvero neget, absonum quid et a veri specie alienum in eo apparere, quod Bernardus, qui Lugduni tot sibi notos, amicosque, ipsumque Archiepiscopum Falconem arctissimis familiaritatis ac mutuorum beneficiorum vinculis adstrictum habebat, anno (uti volunt) mox sequenti abruptam illam tamque acerbam scripserit ad eos epistolam, neminem e tot sibi notis indicaverit, compellaverit neminem, nullum pristinæ consuetudinis atque amicitiæ indicium subintulerit? Numquid is erat Bernardus, qui amicitiæ officia nesciret? An forte negotio oberat, necessitudinis mentionem aliquam injecisse? Aut forte aliquot mensium intervallum e Bernardi memoria ita amicos deleverat, ut hoc præsidio ad finem assequendum uti non potuerit? An non potius hinc jam quædam suspicio oboritur de manu hominis, qui dum confingit, non assequitur, ut suis rem adjunctis apte circumvestiat?

XLV. Sed neque perspecta sancti viri sapientia ac prudentia consentire videtur, ut hæc agendi ratio in iis rerum personarumque adjunctis ipsi tribuatur. Quod quidem ut manifeste eluceat, fac revoces in memoriam, officium potestatemque decernendi de festis agendis aut non agendis nequaquam ad Canonicos, sed ad Episcopum pertinuisse; atque adeo quidquid demum ad ejusmodi institutiones spectet, prorsus Episcopo, non autem Canonicis esse adscribendum.

Cum itaque negotium ad Episcopum pertineret, quorsum enimvero, si quid in ea institutione reprehendendum fuit, Bernardus redarguisset Canonicos? Quorsum de Episcopi erroribus querimonias tam acerbas cum Canonicis movisset? Num suadet

[a] *Epist.* CLXXIII. *Scripsimus ad Dominum Papam Dominus Episcopus et ego pro vobis, prout oportere putavimus, et habetis exemplum litterarum. Habemus autem in voluntate in æternum non deficere vobis pro viribus, propter bonum quod de vobis confidimus... De cetero si inveni gratiam in oculis vestris, intelligite super egenos et pauperes illos, qui sunt apud Benedictionem Dei... Denique experiar, si me curetis.*

prudentia, ut de Prælatorum erroribus querelas misceamus cum subditis? An non potius hoc speciem habet illius obtrectationis et susurrationis, qua subditi ad dissensiones, ad odia, contemptumque Prælatorum excitantur? Numquid non jure merito hæc Falco Archiepiscopus ægre tulisset, præsertim ab eo amico, qui paulo ante testatus fuerat, *habere se in voluntate in æternum numquam illi deficere* [a]?

Illud enim præ oculis habendum, quod ex epistola deducitur, tunc primum a Bernardo hoc negotium inchoatum fingi, adeo ut suspicari non possimus, hanc viam ideo Bernardum tenuisse, quod nihil aliis adhibitis remediis profecisset. Et si tunc primo negotium Bernardus suscipiebat, nonne tum rei natura, tum ratio obsequii in Archiepiscopum, tum jura amicitiæ postulabant, ut res cum ipso Falcone ageretur? Monet heic Salazarius [b], *verendum, ne dum quidam hæc curiosius examinant, et vellicant... ipsius Bernardi injurii exprobratores efficiantur.* At vero num minus a recto ordine ac sana ratione abhorret, ideo illa, quæ per se injuria videntur S. Doctori, dissimulasse, ne opusculum, de quo quæstio sit, abjudicare ab eo vel invitus quispiam cogatur?

Ceterum indigna Bernardo epistola videtur, non modo ratione habita reprehensionis acerbæ, qua, contra ac res ferret, Canonicos, ad quos non pertinebat causa, exagitat, sed etiam ratione finis, quem sibi epistola præstituit. Nam si non mere ad mordendum scripta illa fuit (et hoc etiam vix quispiam probabit, quod in ipsis medicinæ adhibendæ initiis, antequam eorum, quos redarguis, animum explores, sufficiatne comis quæpiam admonitio, ad acerbiora proveharis), profecto hoc assequi auctor epistolæ voluit, ut superstitiosus, quem vocat, cultus auferretur. At si hoc vehementer cupiebat, numquid e re erat, ut, prætermisso Falcone, cujus erat de tota hac re statuere, apud quem plurimum amicitia et gratia et beneficiorum memoria valebat, quemque ipse non multo antea tan-

[a] Vid. superius allata ex Bernardi epistola CLXXIII.

[b] *Defens. pro Imm. Virg. Concept.*, Cap. XXXV, § VI, n. 48.

quam *mentis generositate, scientia, honestate, famæque integritate insignem laudaverat* [a], adiret Canonicos, ad quos eo de negotio arbitrari, putatoque incommodo remedium adhibere nullatenus spectabat? Non immerito igitur, spectata Bernardi cum Falcone consuetudine negotiique indole, ambigitur, an ista Bernardo sint tribuenda.

XLVI. Quandoquidem autem de difficultatibus agimus, quæ ex historia sponte sua enascuntur, haud omiserim meminisse, quinam inextricabilis nodus heic eos maneat, quibus forte minus ea satisfaciant, quæ ab hujus tractationis initio diximus de monumento Athanacensis monasterii, deque ejus opportunitate ad hanc Bernardi controversiam, si epistolam genuinam habeas, cum aliis certis monumentis conciliandam. Reddenda enim ratio est de rei exitu : reddenda ratio est, cur tota illa controversia hac unica epistola inchoata fuerit simul et absoluta; cur rumor nullus excitatus; cur nullum Lugdunensium responsum noscatur; cur Bernardus, alioquin in urgendis negotiis etiam levioris momenti constantissimus, in graviori hoc ab incœptis statim destiterit.

Hujus difficultatis vim probe persensit Salazarius; quocirca sibi persuasit [b], Canonicos Lugdunenses festum Conceptionis deseruisse. Id ipsum et Jacobus Horstius confinxit, dicens [c], rem silentio forte peractam, et Canonicos statim Bernardo cessisse. Quæ quidem evasio sane lepidissima videri debet. Cum enim certum ex monumentis sit [d], non modo Lugdunenses a Conceptæ Deiparæ cultu non destitisse, sed vivente adhuc S. Doctore idem festum late quaquaversus propagatum per Gallias fuisse, quæ tandem ratio reddi ab iis poterit silentii illius atque omnimodæ quietis, quam obtinuisse non diffitentur? Quæ reddi potest ratio, cur aut S. Bernardus superstitionem in dies excrescentem tacitus spectaverit, aut S. Doctoris voces

[a] Vid. superius allata ex Bernardi epistola CLXXI.

[b] *Defens. pro Immac. Deip. Virg. Concept.* cap. XXXV, § VI, n. 49.

[c] *Not. in epist.* CLXXIV, pag. 700.

[d] Vid. sup. n. III.

populi surda aure exceperint? Fateantur ergo oportet, huic historiæ inesse ejusmodi portenta, ut jure ars critica suspectam eam habeat.

XLVII. Sed jam oculos ad epistolam convertamus, et exploremus tantisper, num vere in ea Bernardi animus, perspectæque ejus virtutes, modestia, prudentia, sapientia, doctrina eluceant.

Mitto nunc, quod et Raymundus Paschalius advertit [a], epistolæ auctorem plane abscedere ab ea modestia, qua Bernardus quæstiones novas, utut minus difficiles, aggrediebatur; id probe intelliget, quisquis perpendat, qua ratione S. Doctor in epistola XCVIII *respondet ad quæstionem, Cur ex justis antiquæ legis, solis Macchabæis Ecclesia diem festum decreverit.* Mitto etiam, quod abesse a sancti viri modestia visa multis fuerit ea scribendi ratio, qua homo extraneus et sponte arbitratuque suo ejusmodi munus monendi sibi assumens, dum fatetur, se agere cum ea Ecclesia, quæ in Galliæ Ecclesiis præeminebat, in ipso tamen rei aggrediendæ initio partes accusatoris et judicis tum de factis tum de doctrinis sibi vindicans, acerbo stylo vellicet, reprehendat, exagitet. Missa hæc fiant, quæ alii æstui zeli adscripserint; nonnulla alia inspiciamus.

XLVIII. In fine illius epistolæ [b] hæc legis : *Quæ autem dixi, absque præjudicio sane dicta sint sanius sapientis. Romanæ præsertim Ecclesiæ auctoritati atque examini totum hoc, sicut et cetera, quæ sunt ejusmodi, reservo : ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicio emendare.* In quibus duo auctor dicit : I se nihil velle detrahere sapientiorum judicio; II hæc se præsertim examini Ecclesiæ Romanæ reservare.

At enim quærere subit : Quorsum istæ alieni judicii obtestationes? Profecto ejusmodi verba, nisi quadam fictæ modestiæ specie, ne hypocrisi dicam, addita putentur, hæc, inquam, verba sunt hominis, qui errare se posse censet, atque adeo plenam dictis suis nec ipse quidem fidem habet : et prorsus

[a] *Mens D. Bernardi de Immac. V. Concept.*, § V, n. 10, pag. 85.
[b] *Epist.* CLXXIV, n. 9.

apud Bernardum, sicubi certa de causa agat, hasce formulas non reperimus, quemadmodum v. gr. cernere licet in prolixo ad Magistrum Hugonem Tractatu [a], in quo de variis doctrinæ capitibus quæstiones multiplices instituit.

At vero si ita se res habet, pronum est scitari, an congruum videatur, ut vir sapiens, qui et existimet et fateatur, adhuc locum superesse exquirendi sapientiorum judicium, in decretorias tamen eas voces prorumpat [b] : *Superstitione apud vos deprehensa, dissimulare non potui?* Si judicium sapientium exspectari adhuc poterat et par erat, cur certam damnationis sententiam fert? Nonne prudentis erat viri, ut aut ipse hoc sapientiorum judicium antea exquireret, aut saltem exquirendum suaderet Lugdunensibus, quam tot acerbas in eos reprehensiones congereret?

Romanæ Ecclesiæ, inquit, *auctoritati et examini totum hoc... reservo.* At si totum hoc reservat Romanæ Ecclesiæ examini, quid ipse judicium præoccupat, et *totum illud* in antecessum damnat ibidem ceu *præsumptam novitatem, matrem temeritatis, sororem superstitionis, filiam levitatis?* Cur sententiam prævertit, et abrupte proclamat, a Lugdunensi Ecclesia *honorari peccatum, falsamve induci sanctitatem?* Profecto cum ipse affirmet [c], consulendam (a Lugdunensibus scilicet) prius fuisse Apostolicæ Sedis auctoritatem, numquid vero abs re Lugdunenses vicissim respondissent, prudentius eum facturum fuisse, si et ipse sapientiorum judicia, et Romanæ Ecclesiæ examen postulasset, antequam fulmina intorqueret, dissensionesque sereret? Non ergo gratis dubitatio subest, num hæc incomposita Bernardi sint, viri scilicet qui prudenti maturitate perpendebat,

[a] In vetustioribus editionibus est epistola LXXVII, dein inter Tractatus decimum locum obtinuit.

[b] *Epist.* CLXXIV, n. 9. Conjici ex his posset, posterius in Lugdunensi Ecclesia, quam in Monasterio Athanacensi, Conceptionis Festum celebrari cœpisse.

[c] Ibid. *Nam si sic videbatur, consulenda erat prius Apostolicæ Sedis auctoritas.*

quæ scriberet, an vero sint hominis, qui ad rem confingendam intentus suimet facile obliviscitur.

XLIX. His alia ista ex eadem epistola succedant[a] : *Non ita præcipitanter* (inquit) *atque inconsulte paucorum sequenda* (erat) *simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram; sed dissimulabam, parcens devotioni*, etc.

Sunt quibus minus Bernardo dignum, et sane non immerito, videtur, quod ait, se errorem dissimulasse, cum de imperitis ageretur. Nam esto, turpior sit error, si in hunc viri doctrina et judicii maturitate pollentes impingant, atque adeo majus istis error, quam illis, dedecus inferat; at superstitio, qua peccatum videatur honorari, si quidem in se inspiciatur, profecto non diversam habet pro personarum diversitate naturam. Quid est ergo, quod heic fingitur, Bernardum nihil sibi agendum putasse cum imperitis, quando e converso miselli isti tanto magis indigebant doctiorum piis curis, quanto minus ad excutiendum superstitionis errorem ob imperitiam pares per se erant? Deinde, sinebatne prudentia, ut remedium tunc quidem negligeretur, cum malum in paucis et simplicibus facilem curationem admitteret, ad id autem temporis reservaretur, quando lues late serpens plures infecisset, et vix ferro aut cauterio cohiberi posset?

Verum in allatis epistolæ verbis quidpiam gravius habemus. Nam quid sibi demum vult, quod inquit *paucorum* tantummodo *imperitorum* fuisse, Conceptæ Deiparæ festum celebrare? Omittantur enim modo, quæ ad Orientales Ecclesias ipsamque Italiam spectant : ea siquidem Bernardo incomperta facile dicerentur. At nonne tunc temporis hoc festum in Hispaniis, et certe in toto Navarræ regno, Galliis contermino, celebrabatur, prout ex Vita et Gestis S. Veremundi Abbatis manifeste colligitur[b]? Nonne jam in Anglicis Ecclesiis hoc festum agebatur[c], adeo ut et plurimi Cistercienses monachi, qui inibi

[a] Ibid.

[b] Vid. quæ hac de re diximus in Dissert. *de Institutione Festi Concept. Deip. in Hispania*, n. XXXVI.

[c] Vid. quæ superius (n. XLII) attulimus de Monasterio S. Albani. Ceterum

degebant [a], ipsum putandi sint celebrasse? Sed præterea nonne Rothomagenses, prouti constat ex Bulla Leonis X [b], inductum festum in universam Galliæ provinciam, quæ Normannia appellabatur, jam inde a Guilielmi Conquæstoris ætate testabantur? Denique tum Pothonis Prumiensis de recepta Conceptæ Deiparæ nova festivitate querelæ [c], tum decretum Attonis Prioris Monasterii *S. Petri de Regula*, qui, ut diximus [d], primo post beati Bernardi obitum anno fidem facit, festum Conceptionis Deiparæ *fere per totam Galliam ab omni populo Christiano* celebrari consuevisse, plane ostendunt, ipsa Bernardi ætate ritum celebrandi Conceptionis festivitatem etiam per Gallias latius fuisse propagatum. Quæ cum ex certis constent monumentis, quid est denique, quod epistolæ ad Lugdunenses auctor obtrudit, *paucos* exstitisse qui hoc festum agerent? Dicemusne hæc e calamo excidisse viri tum docti tum sancti, qui zelo veritatis scriberet? Num, inquam, par erit, fallacia ista Bernardo tribuisse?

Sed et aliud non minus grave animadvertendum occurrit. Nam quinam tandem ii sunt, quorum nutu in Ecclesiis festa peraguntur? Non alii profecto, quam Episcopi, quibus Ecclesiæ regendæ traditæ fuerunt; neque multis opus est, ut probemus, nihil in hisce christianum populum agere posse sine præsidum

Michael Alfordus (*Annal. Eccl. Anglican.* ad an 1129, n. IV) simul cum Johanne Stoo et Harpesfeldo refert, anno 1129 in Concilio nationali Anglico omnium Episcoporum sententia decretum fuisse, ut Virginis Deiparæ Conceptio per universum Angliæ regnum ageretur.

[a] Ante annum 1140 Cistercienses monachi plura in Anglia monasteria habebant. Vid. *Annales Cisterciens. auctore Angelo Manrique* ad annum 1131, cap. V, n 6, et cap. VII, n. 1; ad an. 1129, cap. VII, n. 6; ad an. 1139, cap. X, n. 10; ad an. 1152, cap. VIII, n. 6-8. Porro si Concilium totius Angliæ edixerat ut festum Conceptæ Deiparæ ab omnibus celebraretur, par est existimare, etiam Cistercienses decreto Synodi obsequutos fuisse. Advertendum autem duas ex illis Abbatiis, videlicet *Fontium*, et *Rievallis*, filias Claræ-vallis, atque idcirco Bernardi, exstitisse.

[b] Conf. *Bullar. Carmelit.* vol. I, pag. 500.

[c] *De Statu domus Dei*, Lib. IV. Vid. quæ ex eo retulimus in cit. Dissert. *de Institutione Festi Concept. Deip. in Hispan.*, n. XXXVI, in not.

[d] Vid. sup. n. III.

facultate. Atque hinc est, quod Potho Prumiensis [a] solum adversus Prælatos ob inductum hoc festum lamentationes suas ingeminat. Quæ cum ita sint, quis vero non miretur, et christianas plebes et Ecclesiarum aut Monasteriorum Prælatos in ista epistola ceu *imperitorum* vulgus traduci? Quis ejusmodi verba, arrogantiæ plena, modestissimo Bernardo adscribat? Quis, inquam, Bernardo tum fallaciam, tum insolentiam affingat, quæ in iis verbis, *paucorum simplicitas imperitorum*, eminent?

L. Sed deveniendum jam est ad præcipuum controversiæ caput. Epistola id palam per se edicit, quod et confirmat unanimis Doctorum tum veterum tum recentiorum consensus [b], videlicet ab auctore oppugnari illorum errorem, qui materiali seu seminali Conceptioni Deiparæ religiosum cultum tribuerent; ex quo errore illud etiam consequeretur, ut et peccato, quod commixtioni parentum carnali inesse ibidem auctor contendit, deferretur honor, et falsa sanctitas induceretur. Heic sane ex auctoris sententia superstitiosa residebat religio; heic *præsumpta illa novitas* residebat, quæ simul *mater temeritatis* esset, *soror superstitionis*, *filia levitatis*.

At enim quodnam de hisce judicium ferendum erit, si cum iis comparentur, quæ ex certa historia constant? Quæ ratio reddi horum poterit? Difficultatem, quæ hinc sponte enascitur, probe persensit etiam Angelus Manrique; atque ut conficeret, hæc neutiquam obstare, quominus ea epistola S. Bernardo vindicetur, eo demum adductus est, ut affirmaret [c], *Canonicos*

[a] Loc. cit.

[b] Vid. sup. n. XXIV.

[c] *Annal. Cisterc.* ad ann. 1156, cap. V, n. 4. *Puto autem*, inquit Manrique, *in ea controversia Lugdunenses Canonicos cum aliis... putasse, in Maria vel conceptionem, idest seminis, ex quo concepta fuit, in vulva susceptionem, sanctificatam: atque eam ab ipsis gratiam celebrari ritu solemni, duo mihi argumenta persuadent, quæ puto et cunctis idipsum persuasura. Alterum sumptum a die celebrationis, alterum a Bernardi impugnationibus.* Verum quæri ab ipso Manrique poterat, an existimaret, universam Catholicam Ecclesiam, quæ profecto eadem illa die Conceptæ Virginis festum semper celebravit, reipsa ceu sanctam coluisse seminalem conceptionem dicenda sit. Quod si hoc neque admisit ipse, neque admittere po-

Lugdunenses æque, atque *alios omnes*, in gravissimum hunc errorem impegisse, ut seminali Virginis conceptui solemnem cultum deferrent. Plane scilicet Manrique id perspexit, quod et omnibus manifestum est, nisi turpis hic error illis imputetur, qui sive in Galliis, sive ubivis per id tempus Conceptionis Deiparæ festum celebrabant, concludendum necessario fore, aut Bernardum calumniæ crimine se obstrinxisse, aut ad minus eumdem mire hallucinatum esse, et prorsus extra chorum cecinisse.

Verum facilesne admittent eruditi, universos, quotquot in Galliis atque alibi Deiparæ Conceptionem celebrarent, nullam aliam religiosi cultus metam sibi præstituisse, quam ut carnalem in actu conjugii commixtionem, gratiamve huic conceptioni insitam venerarentur? Trepidavit ad hæc (et merito quidem) ipse quoque Manrique; atque adeo emollire tantisper sententiam studuit, scribens, *Canonicos Lugdunenses cum aliis putasse, in Maria* vel *Conceptionem, idest seminis... in vulva susceptionem, sanctificatam* : per particulam VEL nempe subinferens, haud abnuere sese, *Conceptæ* Virginis cultum alio quoque spectasse, ac tacite satis adsignificans, compulsum sese ad duplex hoc objectum Lugdunensium aliorumque religioni tribuendum, ne qua in S. Doctorem Bernardum dedecoris nota alioquin refunderetur, aut ne hanc eidem epistolam ipse cogeretur denegare. Pervidere tamen egregius vir potuit ac debuit, ne hoc quidem pacto epistolam ab omni labe detergi. Etenim si in eo peccabat Gallorum aut generatim Mariæ Conceptionem colentium religio, quod perperam in eadem Conceptione duplicem profiterentur sanctitatem, alteram quæ seminali commixtioni inesset, alteram qua anima in prima sui creatione exornaretur; cur epistolæ auctor concluderet, priori illa sanctitate, utpote absurda, exclusa, nihil in objecto cultus superesse, quod sanctum dici posset? Cur Conceptionis cultores urgeret hujusmodi argumento [a] :

tuit; quo tandem recidit suum illud argumentum a die festivitati assignata desumptum?

[a] *Epist.* CLXXIV, n. 8-9.

Si igitur ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat; sed nec in ipso quidem conceptu propter peccatum [a], *quod inerat... quænam jam erit festivæ ratio Conceptionis?* Cur, inquam, universim concluderet, cultum Conceptionis, utpote superstitiosum, ablegandum esse, atque a festo prorsus cessandum? Numquid animæ in ipsa sui creatione sanctitas ex scriptoris sententia nullam fidelibus causam præbebat, quare religioso cultu eam prosequerentur? Inani ergo conatu absona hæc utcumque componere et a labe purgare Manrique contendit.

Ceterum quod vel invitus ipse fatetur, Gallis et generatim fidelibus christianis in festivitate hac celebranda id præstitutum fuisse, ut sanctitatem venerarentur, quæ Virginis Deiparæ animam ab omni peccati macula præservasset, atque illam vel in ipso exsistendi initio invictam infernarum potestatum debellatricem exhiberet, hoc ita in confesso est apud omnes, ut probatione non indigeat [b]. Et satis profecto ad quamlibet dubitationem removendam foret advertisse, veterum memorias, quotquot exstant, religionis hujus indolem utcumque explicantes, omnes in id ipsum collineare, neque ullum immutatæ aliquando et alicubi cultus rationis vestigium apparere. Mire autem id confirmant monumenta Ecclesiæ Anglicæ, e qua cum in alias regiones tum in Gallias dimanasse hæc religio putatur. Disertissime enim testantur, rationem cultus ad Virginis Deiparæ *creationem* spectasse : creatio autem, uti per se patet, ad animam, quæ Dei omnipotenti virtute e nihilo educitur, suapte natura refertur.

[a] *Peccatum* intellige, de quo superius dixerat : *Quomodo namque aut sanctitas absque Spiritu sanctificante, aut Sancto Spiritui societas cum peccato fuit? Aut certe peccatum quomodo non fuit, ubi libido non defuit?* Hæc autem non possunt intelligi de peccato, quo anima prolis inficeretur : nondum enim anima tunc creata erat.

[b] Suspicandi heic de errore penes veteres ansam præbere non debent quæstiones, quas deinde Scholastici ea de re instituerunt. Secus admittendum foret, quosdam insuper exstitisse, qui Virginem, etiam antequam esse inciperet, quin et antequam materialis conceptio ulla fuisset, sanctam prædicarent.

Sic ea de re antiquissimus auctor *Tractatus de Beatæ Mariæ Virginis Conceptione* inter S. Anselmi opera [a] : *Primordia itaque creationis tuæ merito filii sanctæ Ecclesiæ debent venerari, si sancta, si casta, si a corruptionis vel peccati ruga illa credunt esse discreta.* Neque aliter habet auctor epistolæ qua revelatio Abbatis Elsini continetur [b] : *Diem Conceptionis,* inquit, *et Creationis Matris Domini Nostri Jesu Christi solemniter celebrabis, et celebrandum prædicabis.*

Si itaque nullo non tempore Deiparæ Conceptæ cultus eo spectavit, ut sanctitati, qua in prima sui creatione Virginis beatissimæ anima refulsit, religiosus honor tribueretur, quid enimvero est, quod epistolæ auctor tum Lugdunenses tum quotquot Deiparæ Conceptionem colerent, incusat et acerbe carpit, quod, commixtionem carnalem venerantes, peccatum quodammodo honorent? Undenam, quæso, hæc sibi confinxit [c]? Nam siquidem mutuæ præcessissent de hoc argumento litteræ, conjici enimvero posset, ex Lugdunensium confessione Bernardum de illo errore certiorem esse factum. At cum plane ex epistola ipsa eluceat, primam eam de hac re datam fuisse ; omnino fateamur oportet, ejusmodi phantasmata, adversus quæ tanto deinde apparatu dimicaret, scriptorem sibi adornasse. Quæ cum ita prorsus sint, numquid vero sine causa quispiam dubitabit, utrum reipsa epistola Bernardum habeat auctorem? Nam quisquis hoc credat, compellitur sane, Bernardum profiteri præclari hujus facinoris auctorem, ut præcipiti consilio (si quidem imprudentiæ potius, quam calumniandi studio tribuenda illa videantur) et plane ignarus de qua re scribat, perillustrem Lugdunensem Ecclesiam in negotio gravissimo accuset, damnet, temere redarguat ; cum tamen nedum S. Doctorem Bernardum, sed ne rudem quidem e vulgo hominem fugisset, prudentiæ leges sibi postulasse, ut Canonici ipsi prius et amicus Falco Archiepiscopus interroga-

[a] *In append. Opp. S. Anselmi,* pag. 502, edit. Paris, an. 1721.

[b] *Ibid.* pag. 506.

[c] Hæc sibi pro lubitu auctorem epistolæ confinxisse inde etiam compertum fit, quod modo exagitat opinionem sanctitatis, quæ conceptionem anteverterit, modo sanctitatem refellit, quæ socia conceptioni materiali fuerit.

rentur, aut saltem e re fuisse, ut *simplices illos imperitos*, apud quos errorem auctor comperisse se dicit [a], sin minus corrigeret (nam subdit, se maluisse dissimulare), accurate tamen de eorum sensibus antea percontaretur, quam stylum adversus quempiam acueret.

Dixi autem, *Si imprudentiæ potius, quam calumniandi studio tribuenda ea videantur*. Nam, quod sane gravius atque ad benigne explicandum multo difficilius videri debet, ex eadem epistola aperte colligitur, haud ignotum auctori fuisse scriptum superius memoratum, in quo et revelatio Abbatis Elsini narrabatur, et simul tradebatur ratio festi celebrandi. Hæc enim ea de re in epistola legimus [b] : *Sed profertur scriptum supernæ, ut aiunt, revelationis. Quasi et quivis non queat scriptum æque producere, in quo Virgo videatur idipsum mandare et de parentibus suis, juxta Domini mandatum dicentis : Honora patrem tuum et matrem tuam. Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moveri*, etc. Non heic quæram, an ratio, qua *scriptum revelationis* auctor repudiat, satis sit consentanea modestæ gravitati, quam nunquam a S. Doctoris scriptis abesse jure arbitramur : esto enim, non tantum auctoritatis visum fuerit illi scripto inesse, ut omnimodam fidem exigeret ; num ideo vir modestus abrupte decerneret accensendum imposturis, quas pro lubito quisque fraudulenter queat confingere? Num insuper decebat, augustissimam Deiparam ficta illa hypothesi in ludicram scenam inducere, et ludicra hæc, usurpatis etiam sacræ Scripturæ verbis, scurrili quadam gravitate exornare? Sed missa ista fiant. Quod in præsens attinet, exploratum haberi debet, illud *revelationis scriptum* auctori epistolæ plane visum fuisse et perspectum ; inde enim ansam sumpsit instituendi hypothesim falsæ revelationis, qua Virgo suorum quoque parentum festivitatem præcipiens fingeretur. Porro si scriptum illud auctor viderat, atque adeo suismet oculis legerat ; non ignoravit igitur, gratiam, quæ celebranda fidelibus proponebatur, ad benedictissimæ animæ

[a] *Epist. cit.* n. 9.
[b] *Ibid.* n. 6.

creationem, cui sanctitas esset comes, spectare. Et si quidem noverat honorem, qui Conceptioni tribuebatur, ad sanctitatem referri, qua, dum crearetur, anima Virginis ex singulari Dei beneficio resplenduit; quid absurda illa de sanctitate, aut conceptionem præcedente, aut commixtioni carnali insita, sic ipse comminiscitur, ut Deiparæ Conceptionem colentibus ea exprobrare non dubitet? Numquid non calumniandi pruritum hæc sapiunt? Et cum hæc omnia ex ipsa epistola clarissime pateant, num egregie de Bernardo meritus is jam videbitur, qui eamdem ipsi vindicare summis studiis conetur?

LI. Nondum tamen hic finis. Perpendamus ulterius, an dignæ eximio Doctore Bernardo videantur peculiares quædam sententiæ, quas in eadem epistola deprehendimus.

Et in primis ea inspiciantur, quæ disputat de rege Davide[a]: *Et de Jeremia*, inquit, *siquidem lego, quod priusquam de ventre exiret, sanctificatus sit: et de Joanne Baptista non secus sentio, qui ex utero Dominum in utero sensit. Videris etiam tu, an de sancto Davide idipsum liceat opinari, pro eo quod dicebat Deo*[b]: *In te, ait, confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ tu es protector meus. Item*[c]: *De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris a me.*

Nonne heic aperte insinuatur opinio, etiam prophetam David in utero fuisse sanctificatum? Nemini tamen hominum ista in mentem adhuc venerant; neque de hac Davidis sanctificatione suspicandi ansam quispiam ex iis psalmorum verbis sumpserat, uno (quod sciam) excepto Nicolao Lyrano, qui attamen eam memorat, non ut probandam censeat, sed ut rejiciat, inquiens[d]: *Non est per hoc intelligendum, quod fuerit (David) in utero sanctificatus; sed hoc dicit* etc. Heic autem scitari licet, eratne S. Doctor Bernardus ejus indolis, cui nova opinionum portenta excogitare arrideret?

[a] *Epist.* CLXXIV, n. 5.
[b] *Psalm.* LXX, 6.
[c] *Psalm.* XXI, 11.
[d] *In Psalm.* LXX, 6.

LII. Sid videamus an magis Bernardo digna ea sint, quæ, postquam de Jeremia disseruerat, de Johanne Baptista subdit [a]: *Quid respondebitur*, inquit, *de Johanne Baptista, quem Angelus prænuntiavit Spiritu Sancto repletum iri adhuc in utero matris suæ? Prorsus hoc ad prædestinationem præscientiamque referri posse non arbitror. Verba nempe Angeli, sicut ipse prædixit, completa absque dubio sunt in tempore suo : et quem præloquutus est Spiritu Sancto replendum, non est fas credere non repletum : idque loco et tempore, quo prædixit. Certissime autem Sanctus Spiritus, quem replevit, sanctificavit.* Dubium ergo, cui occurrat, auctor movet, an verba Gabrielis de Johanne, intelligi a quopiam forte queant de mera prædestinatione ac præscientia. At enim numquid hæc Bernardo consuetudo fuit, ut otiosas absurdasque quæstiones, quæ ne per somnium quidem cujuspiam menti se offerre potuerint, tractationibus suis immisceret?

Verum obiter hæc dicta fuerint, et ad sequentia properemus, ubi tum de Jeremia tum de Johanne non audet auctor decernere, an vi sanctificationis, qua in utero ditati fuerunt, æternæ damnationis discrimen evaderent [b]: *Ceterum*, ait, *quatenus adversus originale peccatum hæc ipsa sanctificatio valuerit sive pro isto* (*Johanne*) *sive pro illo* (*Jeremia*) *propheta, vel si quis alius simili præventus gratia fuerit* (scilicet, ut vidimus, etiam de Davide quæstionem moverat, an fuerit in utero sanctificatus); *non temere dixerim. Sanctificatos tamen non dubitaverim dicere, quos Deus sanctificavit* [c], *et cum eadem sanctificatione prodiisse ex utero, quam acceperunt in utero* [d] *: nec reatum, quem in conceptione traxerunt, valuisse ullatenus horum natali jam donatam præpedire seu præripere benedictionem. Attamen quis dicat, Spiritu Sancto repletum, manere adhuc filium nihilominus iræ, et si mori in utero contigisset cum hac plenitudine Spiritus, pœnas luiturum æternas? Durum est. Minime tamen ausim hinc quip-*

[a] *Epist.* CLXXIV, n. 4.

[b] *Epist. cit.* n. 4.

[c] Contuere et mirare stupendum sententiæ acumen : *Sanctificatos tamen* (inquit) *non dubitaverim dicere, quos Deus sanctificaverit!*

[d] Hujus quoque illationis miram sapientiam obstupesce !

piam mea sententia diffinire. Sic auctor cum paulo ante potestatem faceret arbitrandi, etiam regem David fuisse in utero sanctificatum, nunc e converso anceps hæret, an Johannes Baptista, si mori ei in utero, postquam Spiritu Sancto repletus fuerat, contigisset, æterna effugere supplicia potuisset; adeo ut ex ejus sententia id *temere* affirmari videatur.

At quidquid demum sit de ejusmodi opinione, quam Franciscus Bivarius ideo excusandam contendit [a], quod auctor voluisse vereri S. Augustini sententiam putandus sit [b], nunc nostra maxime interest inspexisse, quid tandem ex hisce inferat. Attentius, quæso, audiatur, dum egregiæ illi de Johanne Baptista tractationi coronam sic imponit [c] : *Sed quidquid*, inquit, *de hoc sit, merito Ecclesia, quæ ceterorum non nativitatem, sed mor-*

[a] *Bernard. vindicat.* Lib. I, § IV.

[b] Cornel. a Lapide (*In Luc.* I, 15) affirmat, hanc SS. Hieronymi et Augustini sententiam fuisse, sanctificationem Johannis in utero non ejusmodi exstitisse, quæ illum a peccato originali mundaret. At quod de Hieronymo dicit, plane falsum est, nec locus, quem allegat, quippiam tale exhibet. Quod autem ad S. Augustinum attinet, tam diversa in diversis locis habet, ut haud facile concludas, quid demum de eo decernendum sit. Et in *Epistola* quidem *ad Dardanum* (Epist. 187, cap. X, n. 32) potius quam cum Cornelio a Lapide dicas, Johannis mundationem negari, rectius cum Calmet (*In Luc.* I, 15) statueris, *videri Augustinum dubitasse :* nam reipsa de Johanne ibi nihil pronuntiat; sed loquens de communi hominum conditione, hoc solum contendit, ex iis, quæ de Johanne ac Jeremia leguntur, inferendum non esse, parvulos sanctificationem accipere posse, antequam nati per baptismum renascantur. Quod si alibi (*Op. imperf.* Lib. IV, n. 154) Johanni negat sanctitatem, quæ *vinculum solverit obnoxiæ successionis,* sanctificationemque in eo statuit, quod *præco Salvatoris fuerit designatus,* quin et *cum peccato natum* (*Serm.* 293, n. 12) affirmat; at rursus alibi (*Serm.* 291, n. 1) eum ita *ex utero repletum Spiritu Sancto* dicit, *tantaque gratia donatum,* ut vel tunc *Deum promeruerit;* dumque addit (*Serm.* 292, n. 1) *nativitatem* ejus *prophetasse,* quia *ex utero Deum salutavit,* jam incertum est, utrum, cum dicit eum *natum* cum peccato, de *nativitate in utero,* an vero de *nativitate ex utero* id intelligendum sit. Ceterum cum remotissima ab his dubiis sit reliquorum SS. Patrum de Johannis sanctificatione sententia, cur tandem *temere* a peccato emundatus diceretur?

[c] *Epist.* CLXXIV, n. 4.

tem Sanctorum judicat et prædicat pretiosam, singulari quadam exceptione festis præfert gaudiis, veneraturque illius natalem, de quo nuntiante Angelo singulariter legit : Et multi in nativitate ejus gaudebunt. *Cur enim non sit illius exitus sanctus ac proinde festivus et lætus, qui potuit exsultare et in utero?* Fac, quæso, probe perpendas, quid sibi ea verba velint : *Sed quidquid de hoc sit.* Referuntur enim, uti patet, ad præcedentia. In præcedentibus autem, prouti modo vidimus, quæstionem auctor agitabat, num *sanctificatio Johannis valuerit adversus originale peccatum;* num ipse Johannes, licet sanctificatus, *manserit nihilominus filius iræ;* et num, *si mori in utero eidem contigisset, supplicia luiturus esset æterna.* Illa ergo verba, *Quidquid de hoc sit*, ratione contextus perinde valent, ac si diceres : *sive sanctificatio valuerit, sive non valuerit adversus originale peccatum* etc.; itidemque, *sive Johannes manserit, sive non manserit filius iræ* etc., et demum, *sive luiturus sive non luiturus esset æterna supplicia, si mori in utero contigisset.* Quibus præstitutis, quæ tandem vis est totius sententiæ? Hæc nimirum : *etiamsi sanctificatio Johannis nihil valuerit adversus originale peccatum, et licet manserit filius iræ, adeo ut æterna luiturus esset supplicia, si mori in utero contigisset; tamen merito Ecclesia illius natalem festis præfert gaudiis veneraturque.*

Hæc cum manifesta sint, prudentem enimvero lectorem appello, num vel hæc pauca satis superque non sint ad controversiam de epistolæ auctore dirimendam. Etenim quid per totam illam epistolam evincere auctor contendit? Hoc scilicet, celebrandum non esse festum Conceptionis Virginis Mariæ. Quibus autem argumentis decretum hoc suum egregius disputator suffulcit? Hoc maxime, ne dicam unice : quia in Virginis Conceptione reperire non est sanctitatem. Et si postremo quæras cur sanctitas inesse conceptioni non potuerit; respondet [a], *ne in ipso quidem conceptu* (*sanctificari Virginem potuisse*) *propter peccatum quod inerat. Quomodo namque*, ait [b], *aut sanctitas absque Spi-*

[a] *Epist.* CLXXXIV, n. 7.
[b] *Ibid.*

ritu sanctificante, aut Sancto Spiritui societas cum peccato fuit? Præclare enimvero! At enim si ex auctoris sententia fas est celebrari festum, ubi sanctitas non est; sanctitas autem adesse absque sanctificante Spiritu non potest; ac demum Spiritus sanctificans non adest, ubi peccatum non deest, quia nulla Sancto Spiritui societas esse potest cum peccato; quid est, quod dicit, merito natalem celebrari Johannis, utut adversus originale peccatum sanctificatio nihil valuerit? Profecto si Johannes filius iræ mansit, nec quidquam sanctificatio valuit adversus originale peccatum; Johannes ergo *natus est* filius iræ, et ejus *nativitati* non defuit illud peccatum, cui Spiritus sanctificans, atque adeo sanctitas, ut auctor ait, sese immiscere non potest. Et si sanctitas in nativitate adesse non potuit, *propter peccatum quod inerat*; quo pacto hunc natalem venerandum ac celebrandum auctor affirmat veluti *sanctum, festivum*, et *lætum*? Nonne agens de Virgine, disertissime ipse negat, festivum posse haberi conceptum, qui non sit sanctus? Nonne denuo adversarios urget illis verbis [a]: *Quo pacto, inquam, aut sanctus asseretur conceptus, qui de Spiritu Sancto non est, ne dicam, de peccato est: aut festus habebitur, qui minime sanctus est?* Si summam ergo splendidæ argumentationis, qua constat epistola, et qua rem auctor conficit, paucis constrictam nosse cupias, hæc habebis: celebrari non potest conceptio Deiparæ, quia ab ea absunt illa sanctitas, quæ non potest sociari cum peccato; at potest celebrari Johannis nativitas, utut nativitati ejus adesset illud peccatum, quocum sanctitas sociari non potest. Hæccine tam præclara e Bernardi calamo quis dixerit profluxisse?

LIII. Non ergo gratis (hæc enim ex ea epistola [b] delibasse jam

[a] *Ibid.* n. 9.

[b] Ad cognoscendam ulterius indolem scriptoris juverit inspicere, quo pacto respondeat objectioni, quam sic proponit (Epist. CLXXIV, n. 6): *Quid adhuc addendum his putamus honoribus? Ut honoretur, inquiunt, et conceptus, qui honorandum præivit partum: quoniam si ille non præcessisset, nec iste esset.* Quibus hæc reponit: *Quid si alius, propter eamdem causam, etiam utrique parenti ejus festos honores asserat deferendos? Sed de avis et proavis id ipsum posset pro simili causa quilibet flagitare: et sic ten-*

satis in rem nostram fuerit), non gratis, inquam, nec immerito aliis quidem de ipsius epistolæ fide ambigendum, aliis vero ne dubitandum quidem visum est, quin ad scriptiunculas false

deretur in infinitum, et festorum non esset numerus. Patriæ est, non exsilii frequentia hæc gaudiorum : et numerositas festivitatum cives decet, non exsules. Quærere porro omittamus, an speciosa hæc magis sint, quam solida, atque adeo num sophistæ potius, quam S. Doctoris stylum redoleant. Illud unum scitemur : est ne viri gravis et modesti, qui cum viris itidem gravibus ac reverentia dignis agat, disputationem eo usque promovere, ut postquam rem ad aliquod absurdum, quod ab adversariis non admittatur, deduxerit, alia ex hoc primo absurda eliciat, atque adversariis exprobret? Licet itaque ex adversariorum placitis recte inferri potuisset, etiam Deiparæ parentum, et, si vis, etiam avorum et proavorum festa esse celebranda, adeo ut vel *in infinitum tenderetur;* cum tamen hæc ab adversariis non reciperentur, quis, nisi cui abjectus intemperansque esset animus, reliqua illa de festorum numero patriæ potius quam exsilii proprio addenda censeret? Quorsum enim frigida ista atque inepta spectant, nisi ad adversarios quasi prostratos per vanissimam arrogantiam irridendos? Sapiant hæc cuilibet Bernardum; mihi sanctum Doctorem Bernardum non sapiunt.

Heic vero addam, rationem, qua veteres illi utebantur ad cultum Deiparæ Conceptæ tuendum, fortasse non absurdam adeo exstitisse, ut eo pacto ab auctore epistolæ exagitari promeruerit. Fac enim ista epistolæ verba perpendas (n. 6) : *Nam quid consequentiæ habet, ut quoniam præcessit natalem conceptus, propterea reputetur et ipse sanctus?... Potuit sane illa, quæ in jam concepta facta est sanctificatio, ad ipsum, qui sequebatur, transire natalem ; redire vero retrorsum ad conceptum, qui præcesserat, jam omnino non potuit.* Patet itaque, ideo illos reprehendi, quod ex Deiparæ nativitate, quam sanctam omnes fatebantur, etiam conceptum sanctum fuisse concluderent. Atqui ista argumentatio adeo potuit non absurda videri, ut eam in S. Paschasii Ratberti opusculo *de Partu Virginis* usurpatam reperiamus. Sic enim ipse quoque ratiocinatur (Tom. I PP. Toletan. pagg. 298-299) : *Sed quia tam solemniter (Nativitas) colitur, constat ex auctoritate Ecclesiæ, quod... neque contraxit in utero sanctificata originale peccatum.*

Neque vero huic rationi argumentandi inest reipsa illud vitium, quod ad eam irridendam epistolæ auctor illi affingit, quasi nempe sanctificationem, quæ sanctum fecit natalem, retrorsum redire ad conceptum sive Ratbertus sive alii putarent; sed alia omnino via, eaque non inepta, ex certissimo illo principio ad conclusionem deveniebant. Videlicet cum ex auctoritate Ecclesiæ, ut ait Ratbertus, constaret, Virginem Deiparam natam fuisse sanctam; alterutrum statuendum necessario fuit, aut ipsam originale peccatum non contraxisse, atque adeo a primo exsistendi initio sanctitate fuisse exornatam, aut, si peccatum

Bernardo affictas sit amandanda. Quod quidem manifestius illi elucesceat, qui superius notata cum iis rationibus conferat, quibus Mabillonius alias epistolas aut sermones Bernardo abjudica-

contraxit, ab eo, dum adhuc in utero matris esset, emundatam fuisse. Si itaque posterius hoc excludendum videretur; plane sequebatur, quia sanctam nativitatem Ecclesia profitebatur, conceptum quoque sanctum esse profitendum. Porro numquid difficiliter altera hypothesis videri potuit excludenda? An quidpiam enim vel in Ecclesiæ sensu vel in SS. Patrum scriptis forte recurrebat, quo ad cogitandum vel de peccato a Virgine contracto, vel de emundatione ab eo in matris utero facta impellerentur? Immo vero, ut alia nunc prætereamus, notissima erat illa S. Augustini sententia (De Nat. et Grat. cap. XXXVI, n. 42) : *De Sancta Virgine Maria propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem.* Hanc repetit vetustus Auctor Sermonis *de Assumptione Virginis Mariæ* (apud Maium, N. PP. Bibl. Tom. I, pag. 452, n. 2) inquiens : *Hæc est enim illa gemma gloriosa paradisi, de qua supra diximus... quia propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullam prorsus de Maria volo haberi quæstionem.* Hanc repetit et B. Ogerius paulo suppar Bernardo, neque repetit modo, sed inde Conceptionem Virginis a peccato immunem deducit, scribens (*De Verb. Domin. in Cœna* Serm. XIII, n. 1) : *Non est in filiis hominum magnus vel parvus, tanta præditus sanctitate, nec tantæ religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem immaculati peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, de qua, cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo haberi quæstionem.* Et plane hoc ipsum sic repetit Auctor Sermonum *in Antiphon. Salve Regina* (Serm. IV. n. 3) : *Libanus mons, qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus et ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. Unde auctoritas Augustini : Cum de peccatis agitur, nullam de beata Maria volumus fieri mentionem.*

Cum ergo et Ecclesiæ sensus et SS. Patrum effata plane discederent ab hypothesi, qua beatissima Dei Mater a peccato jam contracto purgata per sanctificationem in utero fingeretur; utique ex auctoritate Ecclesiæ, ut dicit Ratbertus, quæ sanctam Deiparæ nativitatem prædicabat, recte concludi poterat, æque sanctam Deiparæ fuisse Conceptionem. Et si quidem ex allatis verbis epistolæ ad Canonicos Ludgdunenses liceat conjicere, huc pertinere rationem, qua quidam per eam ætatem Deiparæ Conceptionem colendam contendebant; aliud indicium præsto nobis erit, quo eamdem epistolam Bernardi esse denegemus. Numquid enim fas est Bernardo tribuere studium ita detorquendi aliorum argumenta, ut quæ recta sunt, absurda appareant? Atqui id auctor epistolæ præstitisset, si vafre adversarios confinxit retrorsum ad Conceptionem agentes vim sanctificationis, quæ eamdem Conceptionem secuta fuisset.

vit. Videas nimirum Mabillonium expungentum epistolam 420: cur autem? Quia, inquit, *etsi pia est, nescio quid tamen contortum et elaboratum habet, quod Bernardi genium et dicendi facilitatem non sapit; et in ipso epistolæ contextu quiddam habetur Bernardi sententiæ non satis conveniens.* Epistolam autem 421 ad Alphonsum regem Portugalliæ, et sequentem 422 ad Johannem Ciritam cur rejicit ad spurias? Quia, ait, *Bernardi genius, stilus, modestia in eis desiderari videntur.* Quod si et quærere libeat, quid illud sit, quod in epistola 420 sententiæ Bernardi minus conveniens paulo ante Mabillonius notabat, hæc ille nobis verba præ oculis subjicit [a] : *Si (Christus) condemnat, benedictum sit nomen ejus, quia sic meruimus: si salvat, gloriosum sit nomen ejus, quia superabundavit misericordia judicio.*

At vero quid tandem sunt ejusmodi defectus, si cum iis conferantur, quibus fœdari epistolam CLXXIV vidimus? Recolantur, quæso, et huc revocentur quædam capita, e quibus ferri judicium de epistolæ auctore licet, quibus animi dotibus, quibus virtutibus, qua ingenii acie præditus fuerit, qualis in eo modestia eluceat, qualis in negotiis gerendis prudentia, qualis in omni re sapientia, qualis quamque eximia ejusdem doctrina, qualis sententiarum cohærentia, qualis ratiocinandi methodus, ac vis, qualis in disputando gravitas ac maturitas, qualis in exhibendis aliorum sententiis fides, et in refellendis robur juxta ac temperantia et æquitas : hæc, inquam, ut alia prætereamus, sedulo perpendantur, ac dein ad S. Doctoris Bernardi perspecta lineamenta comparentur et commensurentur. Profecto si nemo Mabillonio ideo succensuit, quod propter quemdam aut *genii Bernardini*, aut *modestiæ*, aut *consentientis sententiæ* defectum, quem sibi visus est in aliqua epistola deprehendere, hanc rejicere ad spurias aut saltem dubias non dubitavit; num merito nos iis succensebimus, qui frustra ullum notissimæ S. Doctoris sapientiæ virtutisque vestigium in memorata epistola requirentes, aut

[a] Epist. CCCCXX. n. 7. Utrum autem tanta sit in hisce verbis labes, alii viderint.

plane confictam eam, aut ad minus prorsus suspectam habendam esse arbitrentur?

LIV. His vero insuper addendum est, quod si quid ex certis monumentis constat de Nicolao Clarævallensi, qui, uti jam præmisimus, in confictæ hujus epistolæ suspicionem venit, id omne non solum fraudis hypothesi, contra ac quidam opinati sunt, non obstat, sed e converso tantam ipsi vim ac veri speciem tribuit, quinimmo adeo eam quodammodo postulat et exigit, ut affirmare ausim, licet tot illas ab ea epistola tamque fœdas abesse labes fingamus, nihilominus Nicolao potius quam Bernardo ipsam videri adscribendam.

Dixi fuisse qui putarent, obstare Nicolai gesta, quominus illius epistolæ auctor ipse putetur. Etenim, ut inquiebant, quin infensus Nicolaus esset tum festo Conceptionis, tum doctrinæ, quæ hanc ab omni peccato puram tuetur, immo acerrime utrumque propugnavit, prouti ex mutuis illius ac Petri Cellensis litteris dignoscitur. Quo pacto igitur auctor epistolæ confingitur, qua suam ipse sententiam impugnasset? Cui difficultati primo quidem nonnulli respondendum censuerunt, Nicolai in Bernardum odio ea deberi; quippe, aiebant, cum multa ejus crimina in lucem venissent, ejusque fraudes fuissent detectæ, atque adeo expulsus ipse esset e monasterio Clarævallensi, livore percitus ad creandam Bernardo invidiam, has litteras fraudulenter eidem supposuit. Verum, ut superius advertimus, Nicolaus Clarævallensis, qui confictæ epistolæ auctor dicitur, alius omnino fuit ab Anglo illo Nicolao, monacho S. Albani, qui de eodem argumento cum Petro Cellensi disputavit. Prorsus ergo abest illa difficultas, quæ ex mera duorum hominum confusione ortum ducebat.

Alia tamen fuit ratio, quæ alios a controversa epistola Nicolao adscribenda deterruit. Si enim, hi dicunt, ideo hæc epistola Bernardo abjudicanda videtur, ne S. Doctor cum magno tum propriæ existimationis tum causæ detrimento Immaculati Virginis Conceptus cultui ac doctrinæ adversatus esse false putetur; omnis ergo veri species tunc abfuisset, qua affingi illi ejusmodi epistola posset. Quis enim crederet potuisset, illam epistolam fuisse

a Bernardo conscriptam, quando constabat, pro opposita illum stare sententia? Absurde ergo arbitraremur, Nicolaum ejusmodi fraudem struere voluisse, cui nemo omnino habuisset fidem. Eamdemque ob causam frustra confingimus, eum ad hoc facinus odio in Bernardum fuisse compulsum. Si enim fraudi decrat veri species, nullam sane hac ratione adversus Bernardum invidiam conflavisset. Si autem e fraude turpe illud emolumentum sperare Nicolaus non potuit; utut iniquissimus existimetur, cum tamen nemo gratis sit malus, nulla jam superest causa, quæ ad fraudem ejusmodi excogitandam ac moliendam posset eum permovere. Ita quidem nonnulli; quos hisce rationibus adeo præfidentes cernas, ut nullam amplius de Nicolao quæstionem moveri posse autument.

Verum si consulamus historiam, non modo hæc omnia prorsus inania apparebunt, sed facili etiam negotio comperiemus, neque aliquem veri colorem, quo fictæ epistolæ fraus obtegeretur, neque aliam, præter odium in Bernardum, causam defuisse, quæ Nicolaum ad supponendam S. Doctori epistolam impelleret.

LV. Et ad primum quod spectat, illud sedulo præ oculis habendum est, quod luculenter eorum temporum docet historia, non unam nempe eamdemque omnium fuisse sententiam, esset necne Deiparæ Conceptæ festum celebrandum; sed contra diversas ea de re diversorum fuisse opiniones, atque adeo acriter de hoc argumento disputatum fuisse. Id manifeste discimus ex libris Pothonis Prumiensis *De statu domus Dei*, in quibus lamentationes de hoc festo inducto resonant; id testatur *Tractatus de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis*, qui inter Opera S. Anselmi legitur; idipsum denique confirmant epistolæ, quæ de hac controversia a Nicolao Anglo ac Petro Cellensi ultro citroque datæ sunt.

Cum hæc certa omnino sint, quærere jam est pro qua contendentium parte S. Doctor Bernardus steterit. Atque illum quidem cum iis stetisse, qui celebrandum festum negabant, non concedent modo, sed contendent ii omnes, qui epistolam ad Lugdunenses ipsi vindicant. At ratio controversiæ postulat, ut

hoc ipsum ratum habeatur, etiamsi hæc illi epistola denegetur; et id levi sane negotio conficere licet. Nam sive epistolam putes esse Bernardi, sive alterius, palam est, eam tanquam Bernardi fœtum disseminari ac recipi potuisse. Atqui hoc factum nunquam fuisset, si epistolæ alia facta repugnassent, si nempe Bernardus et Claræ-vallenses monachi Conceptæ Deiparæ festum tunc celebrassent ac porro celebrandum censuissent. Idipsum perspicue colligitur ex Petri Cellensis litteris. Nam primo quidem negat hic constantissime, Conceptionis festivitatem esse celebrandam; aliam autem in sententiam plane ivisset, si quidem nosset, Bernardum, quem tanta reverentia prosequebatur, aliter et judicasse et egisse. Deinde cum in iisdem litteris et Bernardum et Cisterciences ab Nicolai Angli acerbissimis aculeis defendat, doctrinam quidem S. Doctoris exaltat, sanctitatem commendat, tum ipsius tum Cisterciensium etiam in Deiparam pietatem ac devotionem eximiam [a] laudat; nunquam tamen id memorat, quod ad sedandam Nicolai Angli indignationem maxime idoneum fuisset, Bernardum scilicet et Claræ-vallenses in eadem cum illo esse sententia, ac Deiparæ Conceptæ festum agere. Ratum ergo haberi debet, S. Bernardum cum suis Claræ-vallensibus accensendum iis esse, qui a celebranda Conceptione Virginis Mariæ abstinendum arbitrarentur. Neque tamen (quod probe advertendum est) inde consequitur, ex ejusdem S. Doctoris sententia Virginem Deiparam originali peccato obnoxiam existimari debuisse. Numquid enim hæc tantum causa arcere a celebrando eo festo potuit? Profecto habes, quos paulo ante memoravimus, Pothonem Prumiensem ac Cellensem Petrum, quorum uterque a celebranda hac festivitate abhorrebat. Quam vero ob rem? Quia, inquit Potho [b], *superba mente præsumimus quidquid ipsorum* (*Patrum*) *in talibus prudentia præterivit*. Petrus vero Cellensis [c] : *Abstinere certe ab omni præsumptione volo... Utinam* (*Apostolica Sedes*) *hæc domina et moderatrix to-*

[a] Vid. Lib. VI, Epist. XXIII.
[b] *De Statu domus Dei*, Lib. III, *Bibl. PP. Lugd.* Tom. XXI, p. 502.
[c] Lib. VI, Epist. XXIII.

tius Christianitatis, Conceptionem Virginis librasset, et a mari usque ad mare propagasset. Sole, id est Apostolico, ac luna, id est Curia Romana, præeunte, tam secure quam expedite in lumine vultus eorum gressus meos ponerem et disponerem, ex hoc videns vitare lubricum, et sequi solidum et securum. Studium ergo novitates cavendi, aut certe nova festa admittendi, antequam legitima auctoritate probarentur, par causa esse potuit, cur et Bernardus Conceptionis solemnitatem non recipiendam putaret. Porro, quod nostra nunc refert, semel atque præstituatur, Bernardum ab eo festo recipiendo alienum exstitisse, sponte liquet, quo pacto ejusmodi epistola sub ejusdem nomine confingi, nec tamen cuipiam suspecta esse potuerit. Quid enim a verisimili aberat, festum Conceptionis ab eo carpi et impugnari, quem eidem festo inducendo adversum esse constabat? Quod ergo ad hoc caput attinet, nihil erat profecto, quod aut Nicolaum a molienda, si quam vellet, fraude, aut alios ab epistola tamquam Bernardi habenda ac recipienda morari posset.

LVI. Illud ergo superest dispiciendum, an Nicolao Clarævallensi quæpiam causa inesse potuerit, cur hanc fraudem excogitaret, perficiendamque statueret.

Verum et hæc quæstio plane facilem habet explicationem. Sat enim erit, si verisimiliter existimare liceat, Nicolaum non modo a cultu Conceptæ Deiparæ alienum fuisse, sicut et alios tunc exstitisse diximus, sed præterea studiosum adeo eamdem religionem impugnandi, ut suus eum ardor ad impugnandam ipsam quoque festi rationem abripere potuerit · perutile autem judicare potuisse, ut pondus, quod hujusmodi doctrinis suo se nomine addere desperabat, Bernardi, qui penes omnes in summa existimatione erat, adscito nomine tribueret. Sat, inquam, erit existimari id posse : nam ceterum Nicolaum hominem fuisse audacissimum, qui ad aliquem propositum sibi finem assequendum fraudibus et præsertim confingendis Bernardi epistolis non parceret, id luculentissimo ejusdem S. Bernardi testimonio superius jam ostensum est[a]. Summa ergo quæstionis in eo demum

[a] Sup. n. XXXIII.

sita est, ut statuatur, an eo usque Nicolaus provectus fuerit, ut non modo festum Conceptionis oppugnasse, sed et Conceptionem ipsam, quatenus hujus sanctitas ratio festi erat, impetivisse dicendus sit.

Atqui hoc neutiquam in dubiis aut incertis reponi potest. Quid enim de tota ista re ipse senserit, certa produnt monumenta, illius videlicet sermones, quos, ut alias diximus, simul collectos edidit Bertrandus Tissier in *Tomo Tertio Bibliothecæ Patrum Cisterciensium* [a], dispersos vero et ordine mensium dispositos inter *Sermones B. Petri Damiani* [b] habemus. Porro ex his Sermonibus manifeste conficitur, Nicolaum originali Virginis Deiparæ sanctitati plane infensum exstitisse.

Et sane fac, quæso, inspicias, quæ habet in Sermone *De Assumptione B. Virginis Mariæ* [c], ubi ejusdem Deiparæ, cœlum ingredientis, puritatem collaudat. Eam nempe proclamat utique totam pulchram et sine macula; at maculæ expertem non ideo dicit, quod hac semper caruerit, sed quod ipsam mundavit Spiritus Sanctus. Ita ille : *Matri vero cœlorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia tam Angelorum quam justorum solemniter occurrens, evexit ad lætæ consistorium sessionis, et ait* [d] : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Tota pulchra quia tota deificata; macula non est in te, quia Spiritus Sanctus supervenit in te, qui te mundavit* [e].

Multo autem manifestius mentem suam aperit Nicolaus in Sermone quem habuit *De Nativitate S. Johannis Baptistæ* [f]. Ve-

[a] A pag. 194.

[b] Opp. Tom. II.

[c] Sextus est apud Tissier pag. 205, quadragesimus vero inter sermones S. Petri Damiani, Opp. Tom. II, pag. 97, edit. *Paris.* id est *Venet.* an. 1743.

[d] *Cant.* IV, 7.

[e] Scite Benedictus Piazza (*Causa Immac. Concept.* Act. II, n. 167, p. 167), atque alii ante eum adverterant, voce *mundare* non necessario maculam præcedentem adsignificari. Verum quæ ex Nicolao subjiciemus, nullum locum huic animadversioni faciunt.

[f] Primum locum obtinet inter editos a P. Tissier (l. c. pag. 194); et vigesimum tertium inter Sermones S. Petri Damiani (l. c. pag. 56 seqq.).

rum antequam id exponam, ab incidenti quæstiuncula me expediam, oportet.

LVII. Nam Mabillonius, in monito quod huic sermoni præmisit[a], nonnulla dubia de ejusdem auctore sic injecit : *Hic sermo recensetur inter Opera Petri Damiani, tribuiturque Nicolao Clarævallensii in Bibliotheca PP. Cisterciensum et in Codicibus manuscriptis. Sed huic obstare videtur, quod Auctor n. 5 dicit, suo tempore solius Christi et S. Johannis Nativitatis festivitatem in Ecclesia receptam : cum tamen ex S. Damiani epistola* 86, *tum etiam ex epistola* 174 *ad Canonicos Lugdunenses constet, tunc temporis B. Mariæ Nativitatem fuisse sollemnem, imo ipse Nicolaus pro ea sermonem habeat. Nisi forte quis dicat, illud de universali et antiquiori more seu ritu accipiendum esse.* Cl. vero P. Carolus Passaglia ne dubiam quidem rem habendam cum Mabillonio putat : sed allata postrema illa ejusdem conjectura, mox subjicit[b] : *Quam viri critici suspicionem nemo pluris ducat, neque facile cum ecclesiasticis monumentis conciliet.* Hinc eumdem sermonem sic ipse allegat[c] : *Succedit beatus Petrus Damiani vel quisquis sit alius vetustus auctor sermonis in Nativitate Baptistæ*, etc. Quo satis significat, sese arbitrari, hunc sermonem neque Nicolao neque Petro Damiani[d] tribui posse, sed adscribendum auctori, qui morem celebrandi Nativitatem Deiparæ ætate antecesserit.

Ab hac tamen egregii sodalis mei sententia, invitus licet, victus tamen rationum evidentia cogor discedere, neque modo quoad Sermonis auctorem, sed etiam quoad ejusdem interpretationem.

Et quod attinet ad auctorem Sermonis, quominus antiquior putetur inducto Nativitatis Deiparæ festo, plane obstat ratio styli. Ad quamcumque enim ætatem institutionem hujus festi in

[a] *Opp. S. Bernardi* Tom, V, pag. 689, Edit. Paris. 1719.

[b] *Comment. de Immac. Virg. Deip. Concep.*, Part. III, n. 1315, n. 3, pag. 1340.

[c] Ibid. n. 1315.

[d] Sic clar. viri verba intelligo; et reipsa Damiani ætate adeo celebrabatur Nativitas Deiparæ, ut ipse quoque sermones de ea habuerit.

Occidentali Ecclesia referas, nullam reperies huic præcessisse, cui stylus hujus sermonis congruat. Obstat deinde apertissimum ipsius Nicolai testimonium. Uti enim superius advertimus [a], in epistola qua ipse suos Theobaldo Campaniæ Comiti sermones nuncupat, etiam sermonem *de Nativitate Joannis Baptistæ* expresse commemorat. Atqui unicus hic est hujus argumenti sermo, qui Nicolai nomine inscribatur; et quidem unicus est hujus argumenti inter illos novemdecim, quos Nicolaus a se scriptos testatur; et insuper in antiquis manuscriptis, quæ Nicolai sermones continent, cum aliis octodecim cumque aliis opusculis, quæ Nicolaus in nuncupatoria illa epistola recenset, conjunctus et permixtus constanter reperitur. Non igitur fas est dubitare, an forte cuipiam alii, quam Nicolao, vindicari hic queat.

At quomodo, inquies, affirmasset in eo Sermone Nicolaus, solius Christi et Johannis Præcursoris nativitatem celebrari, quando sermonem de Deiparæ quoque Nativitate eum scripsisse [b] constat?

Respondeo, ad hanc difficultatem solvendam nihil reipsa opus esse sive memorata Mabillonii suspicione, seu quibusvis aliis conjecturis. Satis namque fuerat periodum illam, in qua putatus iste nodus continetur, in eo codice seu editione perlegisse, quam vel ipse P. P. allegat. Ibi enim non modo Christi Domini et Johannis Baptistæ, sed etiam beatæ Virginis nativitas diserte sic recensetur [c] : *Nullius hominis nativitatem præter solius Dei* EJUSQUE MATRIS, *in auctoritatis arcem recepit Ecclesia, hujus istius* (*Johannis*) *exceptione servata.* Omnis ergo ansa adimitur sive rationes cum Mabillonio excogitandi, ob quas de nativitate Deiparæ auctor, utut recentior, siluerit, sive scriptorem cum

[a] Sup. n. XXXVI.

[b] Est ille idem sermo, quem P. P. plus semel sub nomine S. Petri Damiani allegat (Vid. *Comm. de Imm. V. Deip. Concept.* n. 62 et 1162, pagg. 44 et 1109), quippe quadragesimum quartum locum ex veteri errore obtinet inter hujus S. Doctoris sermones.

[c] *Opp. S. Petri Damiani* Vol. II, Serm. XXIII, pag. 58, Edit. Paris. (scil. *Venet.*), 1743.

P. P. quærendi, qui ritu celebrandi hanc Deiparæ festivitatem antiquior exstiterit.

Ceterum voces illæ, quæ nativitatis Matris Domini mentionem faciunt, utique ab eodem sermone absunt, prouti in appendice Operum S. Bernardi inter spuria opuscula edi consuevit. Verum eædem non modo leguntur in Veneta operum S. Petri Damiani editione, qua, uti diximus, etiam P. P. usus est, sed constanter in antiquoribus quoque tum Lugdunensi an. 1623 [a], tum Romana per Constantinum Caietani an. 1606 [b], tum denique, ut alia omittam, in exemplaribus, e quibus eumdem sermonem vel Laurentius Surius an. 1579 [c], et Aloisius Lipomanus an. 1560 [d] exscripserunt, vel italice convertit Gabriel Fiamma [e]. Neque vero ambigendum, utra præferri, ut genuina, lectio debeat; quando, vocibus illis expunctis, habes sermonem, cujus ætas cum stylo plane repugnat; contra vero ut eas retineas, exigit simul cum stylo ineluctabile Nicolai auctoris testimonium. Quod si præterea recensionis utriusque merita, alteram cum altera comparando, libeat perpendere; habes sane eruditum virum, Constantinum Caietani, qui comparandis emendandisque sermonum, quos edebat, exemplaribus mss. plurimum laboris se impendisse testatur [f]; at nescio enimvero, an aliquis editor operum S. Bernardi emendando ope codicum sermoni, qui inter suppositia jacebat, ullam unquam curam contulerit.

LVIII. Dubitationibus de sermonis auctore exemptis, jam videamus quomodo Nicolaus sententiam suam de Virgine Deipara manifestius explicet.

Rursus itaque in hoc sermone id Nicolaus inculcat, quod ab eo jam audivimus, beatam nempe Virginem fuisse *mundatam;* sed

[a] *Opp. S. Petri Damiani* Tom. II, pag. 202.

[b] *Opp. S. Petri Damiani* Tom. II, pag. 66.

[c] *Histor. Sanctorum* Tom. III, *mens. Jun.*, pag. 914, Edit. Colon. Agripp. 1579.

[d] *Vit. Sanct.* Tom. VIII, fol. 523 vers., Rom. 1560.

[e] *Le vite dei Santi descritte dal R. P. D. Gabriele Fiamma, Canonico Lateranese*, Venezia 1602, Lib. VI, Vol. III, fol. 145 verso.

[f] *Opp. S. Petri Damiani* Tom. I, *Præfat.* pag. XLIII, Rom. 1606.

præterea, quod alibi silentio presserat, heic aperte significat, quid sibi ea *mundatio* velit. Ac primum illud quidem sic enuntiat [a]: *Quamquam et de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin et ipsa maternis circumsepta visceribus sublimiore sanctificationis genere mundata sit, utpote sacrarium illud, in quo Dei Filius carnem fuerat suscepturus.* Tum ne quis dubius hæreret, quo sensu Virginem *mundatam* diceret, sollicite rem ipse edisserit, ac plane profitetur, eam *a peccatis fuisse ablutam.* Sic ille paulo post allegata [b]: *Ineffabiliori autem modo supervenit (Spiritus Sanctus) in Virginem, quam tota Divinitatis plenitudo sine mensuræ discretione perfudit: ut totam caperet, qui fecit totum: ut non solum a peccatis abluta, repleta Spiritu, sed et de Spiritu Sancto concepisse credatur: quia quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Porro quisquis dubitet, an *abluere a peccatis* forte idem significet ac *a peccatis* præservare, hic profecto pari jure dubitabit, an ullus e solis disco lucis radius emicet.

Verum eximius P. P. heic quoque in aliam, ut superius innui, sententiam abit, utpote qui existimaverit, in hoc sermone egregium *vetusti* (uti putavit) *auctoris* testimonium pro originali Deiparæ innocentia prostare. Ac præ oculis habens primum quem descripsi, textum, sic disserit [c]: *Sublimius illud sanctificationis genus,* quod Virgini tribuitur, nisi hoc idem valeat ac præservatio a peccato originis, *in aliquam tandem recidet temporis maturitatem, eoque pertinebit, ut aliquanto celerius Maria soluta, quam Johannes liberatus videatur. Sed quis ferat hanc commentarii tenuitatem* etc.?

Jure merito vir præcl. in his notat *tenuitatem commentarii;* sciteque adversus eos, si qui sint, qui Nicolai verba mere ad maturiorem quamdam Virginis sanctificationem inflexerint, addit, ista de *qualitate* potius sanctificationis, quam de *tempore* accipienda esse; adeo ut *sublimius sanctificationis genus* signi-

[a] *Serm. de Nativ. S. Johan. Bapt., Opp. S. Petri Damiani* Tom. II, p. 57, Edit. Venet. 1743.

[b] *Ibid.*

[c] L. c. n. 1315, pag. 1341-1342.

ficare quid nobilius debeat ac præstantius, non autem quid celerius. Verum nescio, an exinde etiam sequatur, intelligi ea oportere de *præservatione a peccato*. Et sane quis dubitet affirmare, Virginem Deiparam non modo ab exsistentiæ suæ primordiis divina gratia, non secus ac Angeli, refulsisse, sed et sublimiore præ Angelis sanctificationis genere vel tunc fuisse divino munere ditatam? Videlicet sublimius sanctificationis genus æstimare licet ex præcellentiori gratiæ dono, quod conferatur. Et quemadmodum nobilius alterius præ altero sanctificationis genus esse inter eos potest, qui originalem ex æquo sortiti sint sanctitatem; sic nobilius alterius præ altero genus sanctificationis potest et inter illos statui, qui in antecessum æque peccatores exstiterint. Et reipsa etiam Johanni præ Jeremia nobiliorem, ut mox videbimus, sanctificationem Nicolaus tribuit; nec tamen opus est propterea, ut ex Nicolai sententia Baptistam ab originali noxa præservatum esse dicamus.

Ceterum, ut certe definiatur quid sibi velit hæc vaga dicendi forma, seu quid penes Nicolaum valeat *sublimius hoc sanctificationis genus*, haud sane necesse est, ut peregrinæ exquisitæque adhibeantur curæ, neque ut magna Criticorum ingenia defatigentur. Satis est integram perlegisse paragraphum, e qua sententia illa est excerpta; nam contextus, quem et idem P. P. heic consulendum non diffitetur [a], facile juxta ac dilucide per se rem conficit.

Et adverti posset in primis, tale proponi sanctificationis genus, quo Virgo dicatur *mundata*. Ita enim Nicolaus [b] : *Quamquam et de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin et ipsa... sublimiore sanctificationis genere mundata sit*. Porro vox *mundata* adeo heic præservationem non significat, ut mox eamdem vocem Nicolaus de *Jeremia* sic usurpet [c] : *sanctificatio..... emundationem significat*. Vox ergo *mundare* heic indicat a peccato contracto purgationem, quæ confundi cum præservatione nulla

[a] L. c.
[b] L. c.
[c] *Ibid.*

modo potest. Illud ergo *sublimius sanctificationis genus* ipsa periodo, qua continetur, ita circumscribitur, ut ad præservationem detorqueri nequeat. Sed missa hæc fiant; ac jam latius inspiciatur tantisper contextus.

Tota hæc sermonis paragraphus, in qua *de secundo Johannis honore agitur*, ita bifariam, prout legenti patet, dividitur, ut pars parti mutuo respondeat, atque adeo altera alterius sit explanatio. At vero cujusmodi tandem ea sunt, quæ controverso loco respondent? Hæc plane, quæ jam attulimus : *Ineffabiliore autem modo (Spiritus) supervenit in Virginem....., ut non solum a peccatis abluta, repleta Spiritu* etc. Vi ergo παραλληλισμοῦ aperte patet, *sublimius sanctificationis genus*, quo Virgo *mundata est*, nihil ex Nicolai sententia esse aliud, quam *ineffabiliorem modum adventus Spiritus Sancti*, quo Virgo *abluta est a peccatis*. Atqui hæc pertrahi ad significandam præservationem nequeunt; hanc igitur frustra et in illis inquirimus.

Multo autem evidentius Nicolai sententia ex duplici elucet comparatione, quæ in utraque paragraphi parte instituitur. Utrobique enim primo quidem inter se quoad sanctificationem comparantur Jeremias, Johannes, ac Deipara; deinde vero horum sanctificatio cum *singulari Christi prærogativa* confertur. Utraque porro comparatio eo collineat, ut Virginem beatam peccato obnoxiam evincat.

Et sane quod ad primam comparationem attinet, quæ nempe inter Jeremiam, Johannem ac beatissimam Dei Matrem instituitur, aliquid ibi reperis cunctis commune, et rursus aliquid singulis proprium. Quid vero omnibus commune, quid singulis proprium Nicolaus statuit? Commune nempe deprehendis dici peccatum et sanctificationem in utero; singulis autem propriam excellentiorem alterius præ altero sanctificationem. Commune Spiritus sanctificantis donum, et simul diversam doni rationem sic ab initio Nicolaus enuntiat[a] : *Attende, obsecro, diligenter, quam ordinata dispositione Spiritus ille multiplex*

[a] *Serm. in Nativ. S. Johan. Bapt., Opp. S. Petri Damiani* T. II, pag. 57.

Jeremiam sanctificat, implet Johannem, supervenit in Mariam. Eamdem autem diversitatem quoad sanctificationis gradum et simul commune illud peccatum, e quo illorum quisque vel *sanctificari* vel *purgari* vel *ablui* dicitur, sic habes in mox sequentibus [a] : *Et Jeremiæ quidem* (inquit) *admiranda sanctificatio, qui etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Antequam enim exiret de ventre, sanctificatus est.... Johannem vero longe gloriosior virtus implevit, qui et sanctificatus est a peccato. et ita* [b] *dominante Spiritu superfusus, ut et purgatus exeat et repletus... Ineffabiliore autem modo supervenit in Virginem, quam tota Divinitatis plenitudo sine mensuræ discretione perfudit : ut totam caperet, qui fecit totum; ut non solum a peccatis abluta, repleta Spiritu, sed et de Spiritu Sancto concepisse credatur. Inde est, quod singulari prærogativa fides catholica Filium Dei natum de Virgine, conceptum de Spiritu confitetur.* Commune itaque asseritur peccatum; in eo autem diversa collati doni excellentia commendatur, quod Jeremias mere sanctificatus dicatur; præ illo autem Johannes et beata Dei Genitrix Spiritu affirmentur repleti; præ Jeremia denique et Johanne Virgo Deipara sine mensuræ discretione divinitatis plenitudine exhibeatur perfusa.

Quoad alteram autem cum Christo comparationem, res brevissime juxta et manifestissime expeditur; nam trium illorum, Jeremiæ scilicet, Johannis, ac Deiparæ discrimen a Christo Domino in hoc statuitur, quod illi concepti fuerint de peccatis et in peccatis, Christus vero conceptus sit de Spiritu et in Spiritu. Ita Nicolaus, statim post ea quæ modo attulimus [c] : *Vides ergo, quam remotiore privilegio speciosus forma præ filiis hominum a filiis hominum in concipiendo discretus sit? Illi etenim de peccatis et in peccatis concepti sunt; hic in Spiritu et de Spiritu Sancto concipitur.*

Atque idem prorsus elicitur ex comparatione, quæ rursus

[a] *Ibid.*

[b] Mendosæ editio Veneta an. 1745 inverso ordine legit, *ita et;* reliquæ omnes editiones legunt, *et ita.*

[c] *L. c.*

Christum inter et reliquos omnes in peccato conceptos in prima parte ejusdem paragraphi recurrit. Nam et ibi Jeremiam, Johannem ac Virginem adnumeratos iis cernis, qui in peccatis concepti sunt, et e quibus solus Christus sejungitur; singulare tamen trium illorum privilegium prædicatur, quod sanctificati intra materna viscera, nati sint sine peccato. Ita Nicolaus[a]: *Quicumque de massa prævaricatrice mundum ingredimur, longam restem originalis peccati trahimus nobiscum. Solus ille, qui peccatum non fecit, excipitur... Cum igitur omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus, præter Jeremiam et Johannem Baptistam; quanquam et de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quin maternis circumsepta visceribus sublimiore sanctificationis genere mundata sit.*

Contextus igitur id confirmat, quod priora verba a nobis allata sponte sonant, ac suapte natura significant; quin et Nicolaum nobis exhibet summopere sollicitum sententiam illam suam suadendi et ingerendi, Virginem nempe Deiparam iis esse accensendam, qui originalem labem contraxerunt; nam nihil alioquin postulabat, ut Johannis in utero sanctificati privilegium celebraturus, sermonem de beata Dei Genitrice huc arcesseret; et nihil itidem exigebat, ut dicta iterando sententiam hanc suam de Virgine denuo in eadem paragrapho inculcaret.

Ergo, ut ad propositam quæstionem demum nos recipiamus, si idoneam causam statui oportuit, qua Nicolaus ad confingendam *epistolam ad Lugdunenses Canonicos* permotus dici posset; ejusmodi autem causa concinne in eo adsignari potest, quod doctrinam, quam Nicolaus foveret, adversam cultui atque adeo privilegio Conceptionis Deiparæ, adscito insignis Doctoris Bernardi nomine corroborare ac nobilitare studiose vellet; profecto non conjecturis, sed certis instrumentis conficitur, hanc causam Nicolao reapse affuisse.

LIX. Quinimmo non hoc tantummodo emolumenti ex præmisso Nicolai sermone præsenti controversiæ profluit; sed præ-

[a] *L. c.* in laudato Sermone *de S. Johan. Bapt. nativitate.*

tera manifestum ac prorsus insigne habetur in eo indicium, quo Nicolai manum operamque tum in *epistola ad Canonicos Lugdunenses*, tum in *secundo* illo *sermone de Assumptione Beatæ Mariæ*, qui, non secus atque ea epistola, objici consuevit adversus Immaculatam Deiparæ Conceptionem [a], agnoscamus. Quodnam porro ejusmodi est indicium? Tanta, inquam, tamque evidens inter omnia ista scripta similitudo, tam similis ratio sententiarum, tam similis argumentandi modus, tam similis ductus orationis, ut nec ovum ovo similius dici possit.

Et sane fac, quæso, rursus inspicias pauca illa, quæ ex *sermone de Nativitate S. Johannis Baptistæ* in præcedenti paragrapho descripsimus : fac, inquam, advertas, quomodo auctor totam doctrinam suam de Deipara peccato inquinata et in utero emundata permisceat seu involvat disputionibus illis de Jeremia ac Baptista item in materno utero sanctificatis et emundatis. Atqui ecce tibi gemina omnia, ut mox videbimus, in *sermone de Assumptione*, gemina omnia et in *Epistola ad Lugdunenses*. Nam utrobique simul cum Virgine Deipara in scenam prodeunt tum Jeremias propheta, tum Johannes Præcursor, nisi quod *in Epistola ad Lugdunenses*, cujus binæ omnino paragraphi [b] inanibus de Jeremia et Johanne quæstionibus impenduntur, novo opinandi portento tertius comes additur vel saltem permittitur regius Psaltes [c].

Sed parum hoc fuerit : allatis in præcedenti paragrapho Nicolai verbis ex *Sermone de Johannis nativitate*, comparationem ita institui vidimus inter Jeremiam, Johannem ac beatam Virginem, ut alter præ altero nobilius sanctificatus diceretur; neque hoc solum advertere licuit, sed præterea proprias cujusque sanctificationis notas, quibus alterius præ altero excellentia apposite designabatur, præ oculis habuimus; et Jeremiam quidem mere *sanctificatum* dici, Johannem vero insuper Spiritu *repletum*, Virginem autem Deiparam sublimius et ineffabilius muneribus

[a] Vid. sup. n. XXV.
[b] *Epist.* CLXXIV, n. 3, 4. Vid. quæ supra diximus n. LI, LII.
[c] Vid. sup. n. LI.

divinis ditatam, utut, non secus atque alii, a peccatis *mundata* seu *abluta* affirmaretur. Atqui ecce tibi ad unguem ista omnia, et gradus comparationis, et proprii illi sanctificationis uniuscujusque characteres, et Virginis quoque *mundatæ* mentio in paucis hisce verbis *sermonis secundi de Assumptione B. Mariæ* disertissime recurrunt [a] : *Quod si originalem a parentibus maculam* (*B. Virgo*) *traxit; sed minus a Jeremia sanctificatam in utero, aut non magis a Johanne Spiritu Sancto repletam credere prohibet pietas christiana... Postremo cum omnimodis constet, ab originali contagio sola gratia mundatum esse Mariam* etc.

Sed et plane simillima, immo eadem omnino contuere in *Epistola ad Canonicos Lugdunenses*. Vis enim tesseram Jeremiæ, qui mere *sanctificatus* dicatur? Ecce eam tenes in hisce [b] : *Et de Jeremia quidem*, inquit, *siquidem lego, quod, priusquam de ventre exiret, sanctificatus sit*. Vis tesseram Johannis, qui ceu *Spiritu repletus* designetur? Ecce et istam habes [c] : *Quis dicat*, inquit, *Spiritu Sancto repletum* (*Johannem*) *manere adhuc nihilominus filium iræ* etc.? Vis nobiliorem præ his Virginis Deiparæ sanctificationem? Et hanc in hisce vides [d] : *Ego puto, quod et copiosior sanctificationis benedictio in eam* (*Virginem*) *descenderit*. Vis etiam Virginem cernere a peccato in utero mundatam? Inspice sequentia [e] : *Restat, ut post conceptum in utero jam exsistens* (*Virgo Deipara*), *sanctificationem accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecerit nativitatem*. Vis denique et illam omnium comparationem cum Christo, qualem vidimus in Nicolai sermone, ut omnes quidem dicantur in peccato concepti, solus vero Christus excipiatur, quia de Spiritu Sancto conceptus? Ecce et eam in epistola sic reperis [f] : *Quamobrem etsi quibus vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen*

[a] *In Assumptione Beatæ Mariæ Sermo secundus*, n. 8, *Opp. S. Bernardi* Tom. III, col. 1005.
[b] *Epist.* CLXXIV, n. 3.
[c] *Ibid.* n. 4.
[d] *Ibid.* n. 5.
[e] *Ibid.* n. 7.
[f] *Ibid.* n. 8.

concipi; ut uni sane servaretur sancti prærogativa conceptus, qui omnes sanctificaret, solusque absque peccato veniens, purgationem faceret peccatorum. Solus itaque Dominus Jesus de Spirito Sancto conceptus... Quo excepto, de cetero universos respicit ex Adam natos, quod unus humiliter de semetipso ac veraciter confitetur : In iniquitatibus, inquiens, conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.

Quid vero plura? Etiam illud, quod in præcedentibus vidimus [a], auctorem *epistolæ ad Lugdunenses* dubitationibus quibusdam ea temperasse, quæ de Johanne disputabat, ipsissimum hoc et in *Sermone de nativitate S. Johannis Baptistæ* deprehendis. Paragraphum enim, de qua diximus, sic absolvit [b] : *Hæc sane dicta sint de conceptione Johannis, nihil præjudicantia sanius sapienti. Sed et si in aliquo Sanctorum auctoritatibus videntur obviare* etc.

Ergo, quod manifestissima indicia suadent, immo clamant [c], concludendum est, Nicolai manum non aliter, ac in *Sermone de*

[a] Sup. n. XLVIII et LII.

[b] *Serm. de Nativ. S. Johan. Baptist.* — *Opp. S. Petri Damiani*, tom. II, Serm. XXIII, pag. 57.

[c] Si sectari minutiora quis velit, alia utique in iis scriptis inveniet, quæ unum eorum eumdemque scriptorem produnt. Sic duplex indicium habes in paucis hisce epistolæ 174 verbis (n. 9) : *Quo pacto, inquam, aut sanctus asseretur conceptus, qui de Spiritu Sancto non est, ne dicam de peccato est: aut festus habebitur, qui minime sanctus est? Libenter gloriosa hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, vel falsa videtur induci sanctitas.* Nam primo cum ex phrasi Scripturarum propria (*Ps.* L, 7) homo dici soleat *conceptus in peccato*, auctor mavult dicere, *conceptus de peccato*, ut servet verbalem antithesim cum alia phrasi, *conceptus de Spiritu*. At ecce eadem cernis in Nicolai sermone *de Nativitate S. Johannis*, ubi inquit (pag. 57) : *Illi de peccatis... concepti sunt : hic... de Spiritu sancto concipitur.* Vide deinde, quomodo Deipara antonomastice designetur per vocem *gloriosa*. Inquirere enimvero volui, an Bernardus in Sermonibus, quos plures habet de laudibus Virginis Deiparæ, sin minus antonomastice designare, saltem epitheto *gloriosæ* exornare illam consuescat. Mirum ! nisi quod semel ea voce utitur ad significandum, quomodo Deipara cœlos intravit (*Serm. I de Assumpt. B. M. V.* n. 1) inquiens : *Virgo hodie gloriosa cœlos ascendens, supernorum* etc., nunquam hoc epithetum tributum Mariæ reperi. E converso

Nativitate S. Johannis Baptistæ, in *Epistola* quoque *ad Canonicos Lugdunenses* et in *Sermone secundo de Assumptione B. Mariæ* apparere.

Et unum sane est, quod objici his posse video, aliam videlicet rationem hujus similitudinis reddi non ægre posse. Nam, inquiet aliquis, Nicolaus diu in Monasterio Clarævallensi versatus est, immo et lateri Bernardi assedit : ad manum ergo scripta Bernardi habuit; quin et ipse Bernardi sermones ex ore dicentis excipiebat, exceptos latine reddebat, mittebatque ad amicos [a]. Quæ igitur in Nicolai sermone legimus, licet ea ex S. Bernardi scriptis mutuata censere.

Verum huic exceptioni occurrunt ea, quæ de Nicolai sermonibus Bertrandus Tissier admonuit [b], eos scilicet *a Nicolao scriptos fuisse in Arremarensi Cœnobio*, ubi monasticam vitam diu professus est, antequam ad Claram Vallem transiret. Neque gratis id Tissier affirmat; in ipsis enim sermonibus luculenta exstant indicia, quæ eos habitos in monasterio Arremarensi evincunt. His accedit et Nicolai testimonium. Nam in epistola nuncupatoria ad Theobaldum Comitem diserte scribit [c], *hæc omnia se in viridiori ætate dictasse*. Quæ autem possit viridior Nicolai ætas putari, inde etiam desumi potest, quod anno 1140 adeo matura ætate esset, ut Romam ad Innocentium Papam ob causam Abælardi missus fuerit [d]. Ergo cum neque Nicolaus a Bernardo mutuatus illa fuerit, quæ in *Sermone de Nativitate S. Joannis Baptistæ* legimus; multo vero minus Bernardus putan-

lege Nicolai Sermones; et non modo Mariam compellatam invenies tum *gloriosam Virginem* (*inter Opp. S. Petr. Dam.*, tom. II, Serm. XXIII, p. 57), tum *gloriosiorem reginam* (*Ibid.* Serm. XLIV, pag. 107), sed auctorem hac voce, ejusque cognatis adeo delectari cernes, ut et Virginis (*Ibid.* Serm. XL, pag. 97) *gloriam gloriosam* dicat. Levia hæc in se sunt; at non levia sunt indicia, quibus de auctore scriptorum dijudicetur.

[a] Vid. sup. n. XXXIX.

[b] *In Monit. ad Nicolai Sermones, Biblioth. PP. Cisterc.*, tom. III, pag. 193.

[c] *Biblioth. PP. Cisterc.*, tom. III, pag. 193.

[d] Vid. *S. Bernardi Epist.*, 189 *ad Innocentium Papam*, n. 5, et *Epist.* 338 *ad Haimericum Cardinalem*, n. 2.

dus sit e Nicolai penu quæsivisse suppetias, et inde ea deduxisse, quæ tum in *Epistola ad Canonicos Lugdunenses* tum in *sermone secundo de Assumptione B. Mariæ* illis plane similia reperimus; statuendum est, similitudinis hujus rationem ex hoc unice peti posse, quod ea omnia uni eidemque Nicolai manui debeantur.

LX. In eamdem vero conclusionem prorsus compellit et aliud argumentum, quod itidem ex illo Nicolai sermone sponte profluit. Cum enim ex eo manifeste compertum sit, quid ipse de Virginis Deiparæ Conceptione senserit, pronum est sic ratiocinari: Utcumque evinci non possit, doctrinæ, quam de sancta Virginis Conceptione catholici profitentur, vere ea opponi, quæ sive in *Epistola ad Canonicos Lugdunenses*, sive (diversa tamen de causa) in *secundo sermone de Assumptione B. M.* leguntur; tamen si de duobus quæstio habeatur, utri tribuenda illa sint, Bernardone, qui pro originali Deiparæ innocentia stetisse alioquin putetur, an vero Nicolao, qui eamdem, ut vidimus, impugnavit; res per se ipsa clamat, et diffitebitur nemo, postremum hunc, non vero primum illum eorum auctorem esse existimandum.

Et sane si statuendum illud est, quod cordati sapientesque theologi communiter admittunt, quin et contendunt, S. Doctorem Bernardum pro originali Virginis Deiparæ innocentia ac puritate stetisse; quæ tandem ratio reddi idonea posset, cur eam disserendi de hoc argumento methodum sive in *Epistola* sive in *Sermone* ipse usurparet? Nam mitto nunc plura, quæ a Bernardi virtutibus, doctrina, ingenio alienissima alias in ea epistola advertimus; hoc unum quæro: cur illam disputationis partem, in qua summa rei residebat, Bernardus omisisset? Nam si impugnandi ei videbantur errores de falsa quapiam sanctitate, quæ forte subinferretur; nonne par quoque erat, ut sua veræ sanctitati, si qua aderat, jura assererentur? Et siquidem in pertractanda quæstione adeo rem in omnes partes versavit, ut sanctitatem vel ipsi conceptioni præcedentem, quam nemo ne per somnium quidem sibi confingeret, ipse excogitaret ac porro refelleret; quid est, quod de animæ sanctitate, quam tamen a primordiis exsistentiæ suæ Virgini ipse tribuebat, quamque coli ab iis adversus quos disputabat, ex lecto *revelationis scripto*

satis didicerat [a], ne verbum quidem addendum putaret? Cur-nam, cum mentionem faceret peccati [b], quod affuisse Virginis conceptui affirmat propter sententiam, quæ universos filios Adæ respicit, *ecce enim in iniquitatibus conceptus sum* [c], quodque cum sanctitate pugnare in ea epistola toties inculcat [d], cur, inquam, studiosissimus, ut plane erat, laudis honorisque Virginis Deiparæ, penitus siluit singularissimum ejusdem privilegium, peccatum scilicet ad beatissimam animam non pertinuisse? Cur immo non gratulatus est sibi ex æquo et Lugdunensibus Canonicis, quod ex communi sua et illorum sententia Virgo sanctissima semper, semperque labis expers prædicanda esset? Rursus num sapientissimum Doctorem Bernardum fugiebat, festum Conceptionis Deiparæ, utut reprehendendum videri posset, quatenus sine Apostolicæ Sedis auctoritate induceretur, ratione tamen habita ineffabilis sanctitatis, quæ animam Deiparæ in primo exsistendi initio exornaverat, legitimum censeri posse? Cur igitur hæc quoque dissimulasset, et festum Conceptionis universim exagitasset?

Quod vero attinet ad *sermonem de Assumptione B. Mariæ*, quid permovere S. Doctorem potuisset, ut hypothesim illam de Deipara peccato originali infecta inter ejusdem Virginis celebrandas laudes insereret? Nam ad evincendum id, quod contendebat, *scopam Lazari, pœnitentiam scilicet, in domo Virginis necessariam nequaquam fuisse*, adeo illa hypothesi opus non erat, ut si particulam illam ab ea paragrapho sermonis expungas, orationis contextus optime adhuc sibi cohæreat, ac fateri immo debeas, ejusmodi hypothesim eo loci parum adeo ad rem facere, ut præter rem accersita et illuc per vim intrusa videatur [e]. Quor-

[a] Vid. sup. n. L.

[b] *Epist.* CLXXIV, n. 7.

[c] *Ibid.* n. 8.

[d] *Ibid.* n. 6-9.

[e] *Serm. II, de Assumpt. B. Mariæ*, n. 8. Scopus orationis, ut alias advertimus, est causam assignare, *Cur in præsenti evangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat.* Et quæstioni sic auctor respondet : *Arbitror sane, ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Virginalem etenim*

sum ergo hypothesim illam, quam falsam ipse arbitraretur, in medium vocasset? Quam ob rem ea proponeret, quæ immo, contra ac ipse vellet, originalem Deiparæ puritatem in dubium adducere penes auditores suapte natura possent? Quisquis ergo teneat, Bernardum iis esse accensendum, qui Virginem Deiparam a prima origine sanctam ac puram arbitrati sunt, fateri debet, vix ac ne vix quidem explicari posse, quomodo ab ejusdem calamo ea exciderint, quæ de eodem argumento et in *Epistola ad Lugdunenses et in secundo sermone de Assumptione B. Mariæ* disputantur.

Contra vero quis dubitet, hæc omnia aptissime cum Nicolai sententia, originali Virginis innocentiæ adversa, consentire? Nisi forte quis ideo ambigendum putet, quod in *Epistola ad Canonicos Lugdunenses* potius quam genuina doctrina de immaculato Virginis conceptu, alii refellantur errores, qui forte nullius unquam hominis menti insederunt : cum tamen in *sermone de Nativitate S. Johannis Baptistæ* diserte originalem Deiparæ puritatem Nicolaus neget. At enim advertamus oportet, aliud esse

domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongrue pœnitentiam, quæ malum utique comitatur. Absit enim, ut proprii quidquam inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quæreretur. Porro cum peccatum originale, ut auctor ipse fatetur, non tollatur pœnitentia, ac propterea ad hanc quæstionem non pertineat, et ceterum nec Bernardus nec auditores Bernardi putarent, Virginem Mariam peccatum illud contraxisse, atque adeo nulla adesset causa investigandi, an forte Lazarus, id est pœnitentiæ scopa ad illud expurgandum necessaria ibi fuerit; nonne patet præter rem, et per vim hypothesim istam huc intrudi? Profecto quisquis originalem Virginis sanctitatem profitetur, si quidem de peccato originali in tractanda hac quæstione mentionem faciendam putaret, sponte illud ante omnia moneret, quod quæstionem præcidit, nec scopa Lazari nec alio remedio eam indiguisse, quæ ista labe nunquam fuit infecta. Dixi autem, *orationis contextum sibi optime constare, etiamsi particula illa a paragrapho expungatur.* Nam ista mox sequuntur: *Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortuis conscientias emundari : secedat inter vulneratos dormientes in sepulchris, ut in thalamo Virginali inveniantur Martha et Maria tantum.* Quocirca contextus nihil obstat, quominus interjecta hypothesis de Virgine infecta peccato originali per interpolationem huc intrusa putetur.

Deiparam peccato infectam existimasse, aliud autem apte argumenta concinnasse ad eos impugnandos, qui Conceptionem Deiparæ celebrarent. Quid si Nicolaus in controversia adhuc obscura, dum bicorni suo illo argumento sanctitatem excludere sive a tempore Conceptionem præcedente sive ab actu ipsius Conceptionis conatur, ac sibi adeo egregie rem videtur egisse, ut sibimet de victoria gratuletur, ex mera imperitia seu imprudentia, quæ in tota illa epistola elucet, præteriisse illud dicendus sit, quod caput est quæstionis, animæ scilicet sanctitatem in ipsa sui creatione et corporis animatione aut non cogitaverit, aut tunc non adverterit, aut denique quamlibet sanctitatem satis exclusam autumaverit per generaliores quasdam sententias, quibus epistola non caret?

Ergo, ut tandem concludamus, cum aut Bernardus aut Nicolaus auctor scriptorum, de quibus est sermo, dici debeat; ea vero scripta nullatenus illi congruant, qui puram ab origine Mariam censuerit, apprime vero conveniant homini, qui eidem doctrinæ fuerit infensus; palam est, non Bernardum sed Nicolaum illorum auctorem esse dicendum.

LXI. Quod vero dixi, Bernardum reipsa cum iis stetisse, qui Virginem Deiparam ab origine sanctam fuisse senserunt, id nunc multis firmare ideo etiam parco, quia hæc in scriptis eruditorum virorum passim jam prostant [a]. Duas tamen S. Doctoris in hanc rem sententias placet innuere, quæ sua se perspicuitate commendant.

Primam desumo ex sermone *in Nativitate B. Mariæ*, qui etiam inscribitur *de aquæ ductu*, ubi S. Doctor de Maria mediatrice sic loquitur [b]: *Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad folia fugiebas: Jesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentia*

[a] Præ omnibus adeundum opusculum, cui titulus: *Mens Divi Bernardi de Immaculata Sanctæ Mariæ Virginis Deiparæ Conceptione, exposita a R. P. D. Antonio Raymundo Pasqual, Monacho Cisterciensi*, etc. Palmæ Majoric. 1783.

[b] N. 7.

sua. Pater enim diligit Filium. An vero trepidas et ad ipsum? Frater tuus est, et caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, mansit tamen Deus. Advocatum habere vis, et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturæ.

Triplici autem modo hinc se prodit proposita Bernardi sententia. Ac primo vi verborum in se spectata; nam falso dicitur *purum ab omni contaminatione*, quod peccato originali contaminatum fuerit. Neque vero accipi ea verba possunt de puritate, quæ contaminationem fuerit subsequuta; non enim caruisse omni contaminatione singularis esset Deiparæ prærogativa, sed decus commune iis omnibus, qui prius vel maxime inquinati, stolas deinde suas in sanguine Agni dealbaverunt.

Secundo ex sensu, quo *contaminationis* vocem alias Bernardus usurpat. Hoc enim vocabulo omne quidem peccatum, sed potissimum originale S. Doctorem designasse, ut alia nunc omittam [a], patet ex hoc ejusdem testimonio [b] : *Sola nimirum secundi Adæ tribulatio purgat, quos contaminavit offensio sola prioris.*

Tertio demum ex comparatione, quæ ibidem Deiparam inter et Christum Dominum quoad munus mediatoris instituitur. Fac enim advertas, non fortuito, sed vigilanter Christum ibi a Bernardo expresse proponi *absque peccato*. Cur? Quia de Christo mediatore agebat; exploratissima autem penes Patres doctrina est, rationem mediatoris postulare, ut impollutus sit et a peccatoribus segregatus. Quod ergo Bernardus, de Virgine Deipara ut generis humani [c] apud Filium mediatrice loquens, studiose mentionem fecerit singularis ejus ab omni contaminatione puritatis, eo solum spectat, immo spectare potest, ut quod de Christo

[a] Videri ea possunt in allegato *Ant. Raym. Pasqual* opusculo, pag. 36.

[b] *De diversis Serm.* XXVIII, n. 3.

[c] Ex Bernardi juxta atque omnium Patrum sententia hæc Virginis beatæ est singularis prærogativa, ut *in generis humani restauratione* mediatrix intercesserit. Videsis quæ idem Bernardus habet in *Sermone Dominicæ infra octavam Assumptionis B. Mariæ.*

Domino dixerat, id ipsum, proportione servata pro utriusque conditione, de Virgine affirmaret, videlicet ut eam ad id muneris aptissimam propter omnimodam a communi omnium reatu segregationem ac distantiam prædicaret [a].

LXII. Alterum testimonium Bernardi nobis suppeditat secunda e quatuor homiliis *super Missus est*, in cujus prima paragrapho hæc præclara leguntur : *Factor hominum, ut homo fieret, nasciturus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, immo condere Matrem, qualem et se decere sciebat, et sibi noverat placituram. Voluit itaque esse Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus.*

Etenim sermo hic est de operatione divina, quæ ad *creatio-*

[a] Percupide huc accessissem et alium modum argumentandi ex eadem Bernardi sententia, quippe quem expeditiorem ad eamdem conclusionem eliciendam dixeris, quemque sic proponi video a P. Passaglia (*Comm. de Imm. Virg. Deip. Conc.*, Part. III, n. 1665, pag. 1856) : *Omnium prima ac maxime propria naturæ contaminatio ea est, quæ consortio hereditariæ labis contrahitur. Hujus igitur expers haberi debet Deipara, si, quod Bernardus affirmat, pura fuit ab omni contaminatione naturæ.* Verum fateor sincere, non videre me, ubinam S. Bernardus Deiparam dicat *puram ab omni contaminatione naturæ*, aut certe cur vox *naturæ* a postremo inciso ad præcedens transferatur. Bernardi verba hæc sunt: *Pura siquidem humanitas fuit in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturæ.* Sensus autem, nisi totus fallor, hic est: Pura humanitas in Maria est, et quidem pura duplici modo : pura in primis, quia omnis contaminationis fuit expers ; pura deinde, quia non alteri naturæ fuit associata, contra ac scilicet humanitas Christi cum natura divina in unitate personæ conjungitur. Hæc, præcedenti adhibito contextu, quem jam descripsimus, sat clara videntur. Quocirca neque consona Bernardi sententiæ videtur ratio argumentandi, qua sic usus est Theophilus Raynaudus (*Dypt. Mar.* Part. II, Punct. II, n. 30, Opp. Tom. VII, pag. 148) : *Nec minus apte in eamdem sententiam sumi possunt sequentia verba, quibus asserit, B. Virginem fuisse* puram singularitate naturæ. *Quis enim alius sensus subjici potest verbis illis, quam quod cum alii omnes, communi peccato sordentes, sint natura filii iræ, ipsa sola singulariter fuerit, et naturam acceperit in sua specie mere humana unicam, cui beneficium incontaminatæ semper puritatis et præservationis obtigerit?* Videlicet vocibus, *singularitate naturæ*, potest, immo, exigente contextu, debet subjici hic sensus, ut significent, Mariæ *meram ac solam humanitatem, seu naturam hominis* fuisse. »

nem Mariæ spectat, et quidem de operatione quæ Mariæ animam singulari modo gratam divinis oculis effecerit; qua de gratia paulo ante Bernardus dixerat : *Deus... Matrem suam singulari in cœlestibus donaturus gloria, singulari in terris prævenire curavit et gratia.* Atqui collatio gratiæ, quæ et creationem comitetur, et animam Deo singulariter gratam efficiat, nihil est aliud, quam *originalis*, eaque singularis sanctitas. Disertissime ergo Bernardus originalem Deiparæ innocentiam profitetur.

Quod revocari forte in dubium heic possit (si quid tamen potest), illud unum erit, an vox *conditio* seu *condere* ad creationem referatur. Sed hoc dubium plura omnino excludunt. Ac I quidem dubium excludit nativa vocabuli potestas, quæ sane, nisi ad absurda deducere videatur, semper retinenda est. Nativam autem vocis *Conditionis* potestatem hanc esse, ut *creationem* significet præsertim in monumentis ecclesiasticis, in quibus agatur de Deo creaturas condente, res est manifestissima. II Dubium excludit figura *Correctionis*, quam ibidem S. Doctor usurpat. Vigilanter enim *conditionis* voce eum usum fuisse, hæc plane suadet, immo clamat. III Dubium denique excludit ejusdem vocis perspectus usus apud S. Doctorem. Facile enim est prope innumera proferre e Bernardo loca, in quibus hunc sensum illi voci affixum constanter cernas. Id, ut unum alterumve exemplum afferam, habes in illis Bernardi verbis [a] : *Altissimus enim Deus Pater, quamvis omnipotens sit, non potuit tamen vel æqualem sibi condere creaturam, vel inæqualem gignere filium.* Et alibi [b] : *Memento jam, te, etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit universa, et te inter omnia. At vero per totos triginta annos operatus est salutem in medio terræ.*

Cum itaque heic de *creatione* agatur, videlicet de operatione, non qua Virginem Mariam Deus suam effecit matrem, sed qua Mariam, quam in matrem eligeret, creavit; patet ad primam Mariæ creationem pertinere, quod Bernardus inquit, talem sibi Ma-

[a] *Super Missus est Homil.*, III, n. 12.
[b] *In Cant. Serm.* XI, n. 7.

trem Deum condidisse, *qualem et se decere sciebat, et sibi noverat placituram.*

Neque minus eadem sententia elucet in verbis mox sequentibus : *Voluit itaque esse virginem, de qua immaculata immaculatus procederet omnium maculas purgaturus.* Hæc enim cum præcedentibus nectenda esse palam facit illativa particula *itaque;* eo igitur spectant, ut explicent uberius, quid Deus præstiterit, cum in prima Mariæ conditione Matrem sibi paravit. Atqui propositum Dei in condenda Maria hoc exstitisse dicitur, ut purgaturus omnium maculas *immaculatus de immaculata procederet.* Ergo quod S. Doctor dixerat, Deum sibi Matrem condidisse, huc pertinet, ut a prima sui conditione Maria prædicetur immaculata.

Quandoquidem vero ad explorandam Magistri mentem plurimum prodest discipulorum sensa inspexisse; par erit, hoc subjicere testimonium B. Ogerii, qui paulo suppar Bernardo fuit [a]. Præmissam enim Magistri sui Bernardi sententiam, qua decentissimum divinum consilium immaculato Filio immaculatam Matrem in ipsa hujus creatione parandi proponitur, præ oculis habuisse eum dixeris, cum de Conceptione Mariæ, utpote *Matris Immaculati*, hæc verba, quæ alibi jam attulimus, scribebat [b] :

[a] Ex iis, quæ refert Angelus Manrique in Tom. III *Annalium Cisterciensium* (ad an. 1193-1205), satis colligitur, Ogerium ad initia usque sæculi XIII vitam protraxisse. Hoc tamen non impedit, quominus cum Bernardo magistro vixisse eum putemus.

[b] *De verbis Domini in Cœna* Serm. XIII, n. 1. Haud probandum videtur argumentum, quod Mabillonius addit, ut evincat, Ogerium fuisse Bernardo posteriorem. In *monito* enim, quod hujus sermonibus præfixit, ista habet (*Opp. S. Bernard.* Tom. V, pag. 610) : *Posteriorem* (*Ogerium*) *fuisse... suadere videtur Ogerii sententia de immaculata SS. Virginis Conceptione, quæ Bernardi ævo necdum recepta erat.* Quasi vero posterior Bernardi ævo censendus sit, quisquis Mariam a peccato originis immunem fuisse senserit.

Atqui Mabillonius ipse in eadem appendice Operum S. Bernardi binos sermones edidit, qui ex ejus quoque sententia tribuenda sunt Ekkeberto Abbati Schonaugiensi. Hic autem Bernardo fuit coævus; et tamen nonne aperte eam doctrinam profitetur, ubi inquit (*Serm. de B. Maria V.* n. 11. Tom. V *Opp. S. Bernardi*, pag. 708) : *De lignis vero Sethim condita est arca, in qua thuribulum, manna, et virga fuit recondita; quia licet Maria de patrum*

Non est in filiis hominum magnus vel parvus tanta præditus sanctitate, nec tantæ religionis privilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter Matrem Immaculati, peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis; de qua, cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo haberi quæstionem. Ex eodem ergo principio, nempe ex sanctitate et puritate, quæ deceret *Matrem Immaculati*, Magister quidem intulit, talem conditam esse Mariam, qualis Deo singulariter placeret; discipulus vero, quod in eo ipso implicite affirmabatur, explicite conclusit, Mariam sine ulla peccati sorde fuisse conceptam.

natura per peccatum vitiata duceret originem, prælecta tamen per Spiritum Sanctum et præservata ad purum, Deum nobis obtulit et hominem. A quo enim vitio *præservata ad purum* dicitur, nisi ab eo peccato, quod patrum naturam vitiaverat?

Præterea nonne immaculatam Mariæ Conceptionem profitebatur Nicolaus Anglus, qui hac de causa et Bernardum ob epistolam 174 vellicavit? Quinimmo, ut antea innuimus, binos hic libros scripserat *de immaculata Deiparæ Conceptione*, cujus Operis initium servavit nobis Johannes Pitseus (apud Piazza *Caus. Imm. Concept.* pag. 507). Qua de re addam, vix apparere, cur Fabricius (*Biblioth. med. et inf. Latin.* V. Nicolaus Anglus) putaverit, Pitseo affirmanti, hosce libros Hugoni Abbati S. Remigii fuisse nuncupatos, quodammodo obstare mutuas Nicolai et Petri Cellensis litteras. Videtur scilicet falso suasisse sibi, *libros illos de Conceptione* nihil esse aliud, quam litteras ad Petrum Cellensem missas. Verum nullæ sunt Nicolai litteræ, quæ præferant illud initium, quod Pitseus indicat. Facile autem omnia compones, si cum Pitseo putes, libros *de Conceptione* missos fuisse ad Hugonem : Petrum autem, qui Hugoni successit in Abbatia S. Remigii, ut testantur Maurini Scriptores *Galliæ Christianæ* (Tom. IX, pag. 254), hoc libros ibi reperisse, de quibus deinde ad Nicolaum illa scripserit (Lib. VI, Epist. VI) : *De numero amicorum meorum ex eo habere te censui, ex quo scripta tua legi.*

Denique, ut alia modo prætermittamus, numquid dubium Mabillonio fuit, illos, quos Auctor epistolæ 174 impugnat, ceu sanctam veneratos fuisse Deiparæ Conceptionem? Habet ergo sane, qui ævo Bernardi immaculatam Dei Genitricis Conceptionem reciperent. Quinimmo cum ex falsa ejusdem opinione origines hujus cultus ad remotiorem ætatem pertingant, prouti vidimus, cum de S. Hildefonso ageremus; affirmaret immo oportuit, multo ante Bernardi ævum exstitisse, qui immaculatam Deiparæ Conceptionem reciperent.

Concludamus ergo, eruditum virum in novo illo statuendo canone circa Scriptorum ætatem, nec sibi satis nec veteribus monumentis consentire.

Sed et alium Bernardi discipulum habemus in veteri auctore quatuor Sermonum *super Salve Regina*, qui sub ipsius S. Doctoris nomine prius ferebantur. Nam et Bernardi studiosus proditur, quippe qui plus semel e Bernardo exscribat, et præterea, si sententia admittatur præclar. viri *Theobaldi Cæsari*, nunc electi in Abbatem Generalem Ven. Ordinis Cisterciensis, et ipse monachus Cisterciensis haberi possit [a]. Hic itaque [b] et eamdem, atque Ogerius, sententiam de beata Virgine a peccato etiam originali exempta profitetur, et iisdem, atque Ogerius, S. Augustini verbis illam confirmat. Dixi *eamdem sententiam;* quidquid enim de hac re Theophilo Raynaudo visum fuerit [c], adeo manifeste Auctor mentem suam prodit, ut et Mabillonius de hoc consenserit, ac porro ad marginem ejus loci hanc notulam adjecerit [d]: *B. Virgo a peccato originali et actuali immunis.* Sic ergo

[a] Vid. Opusculum, cui titulus: *Ordinis Cisterciensis suffragia pro dogmatica ferenda sententia super mysterio Imm. Conceptionis B. V. Mariæ per D. Theobaldum Cæsari,* n. 31, pag. 21-22. Dolendum vero, quod Auctor eximius, brevitate opusculi, ut videtur, præpeditus, latius de hoc argumento scribere, ac memorias, quæ rem confirment, depromere non potuerit.

[b] *Super Salve Regina* Serm. IV, n. 3.

[c] *Dyptic. Marian.* Part. II, Punct. II, n. 18, Opp. Tom. VII, pag. 142.

[d] *Opp. S. Bernardi* Tom. V, pag. 749. Heic porro Mabillonius prorsus eximendus est notæ, quæ injuste ipsi inusta est, quasi auctor aut fautor exstiterit illius fabulæ, quæ quatuor Sermonum *in Antiphonam Salve Regina* auctorem Bernardum Episcopum Toletanum venditat: quo nomine eum vellicat etiam Benedictus Piazza (*Caus. Immac. Concept.*, pag. 504, n. 164).

Dixi autem, *fabulæ:* nam nemo inficiari potest id, quod et Mabillonius advertit, et ex collatione patet, hunc Auctorem plus semel e Bernardi scriptis et præsertim ex § 4 *Serm. XVI in Cantica* prope integram paragraphum tertiam Sermonis tertii exscripsisse. Concinnata ergo hæc sunt, postquam illa Bernardus exaraverat. Cumque, ut ex Gaufrido ostendit Mabillonius (*Præf. ad Tom. IV Opp. S. Bernardi,* n. II), manum Operi *in Cantica* Bernardus non admoverit nisi anno 1135; post hunc igitur annum et Sermones *in Salve Regina* conscripti sunt. Atqui Bernardus Toletanus, qui ad Sedem episcopalem invitus raptus e monasterio fuit anno 1086 (Vid. *Acta Concil. Tolet.* an. 1086, apud Aguirre *Conc. Hisp.* Tom. III, pag. 287), in bona senectute obiit anno 1126, prout et Franciscus de Pisa (*Descripcion de Toledo,* Lib. III, Cap. XIX) et Mariana (*Hist. Hisp.* Lib. X, cap. XIV) testantur; immo si certa fides est litte-

se habent Auctoris verba : *Turris es Libani; Libanus mons, qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus et ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. Unde auctoritas Augustini : Cum de peccatis agitur, nullam de Beata Maria volumus fieri mentionem*, etc.

Igitur si spectes Bernardi sententias, sive etiam eorum doctrinam, qui Bernardi discipulis adnumerandi veniunt; facile dabis, nihil a vero discessisse catholicos theologos, cum S. Docto-

rarum Honorii II Papæ, quas Nicasius refert (*Defens. Primat. Eccl. Tolet.*, Part. II, Cap. IV, pag. 195, Rom. 1729), Raymundus, Bernardi successor, Toletanam sedem anno 1125 jam obtinebat. Manifestum est ergo, hos sermones Bernardo Toletano adscribi non posse, atque adeo eam opinionem fabulis esse accensendam.

At vero prodierat quidem primum hæc fabula in apocrypho Chronico, quod sub nomine *Juliani* editum est Parisiis anno 1628; verum licet quidam fidem ei habuissent, uti Theophilus Raynaudus (*Dyptic. Marian.*, Part. II, Punct. II, n. 18, pag. 142), quem sequutus est Vincentius Placcius (*De Scriptor. Pseudonym.*, n. 386, pag. 119, Hamburg. 1708); alii tamen, uti Labbeus (*De Script. Eccl.*, ubi *de S. Bernardo*), et Nicolaus Antonius (*Bibl. vet. Hisp.* Lib. VII, cap. VIII), nullam, et prorsus merito, accommodandam pseudonymo impostori fidem censuerant. Ast aliter sese res habuit, cum pro ea falsa opinione jactari nomen Mabillonii cœpit. Videas enim Casimirum Oudinum utroque pede in eam sententiam ob auctoritatem Mabillonii euntem. *Sed Johan. Mabillon*, inquit (*De Script. Eccl.* Vol. II, pag. 881), *Bernardo Archiep. Toletano (quatuor sermones) asseruit... Quem proinde ex auctoritate Mabillonii Scriptoribus Ecclesiasticis accensuimus.* Videas hujus vestigia mox prementem Joh. Albertum Fabricium (*Bibl. med. et inf. latin. V. Bernardus Toletanus*). Et ne plures recenseamus, videas et cl. P. Passaglia iisdem sermonibus præfigentem *Bernardi Toletani nomen* (*Comm. de Immac. V. Deip. Conc.*, nn. 360, 1640, 1641, etc., pagg. 302, 1814, 1816, etc.). Putasse autem et P. P., Mabillonii vestigiis sese insistere, ex eo patet, quod quamdam illius ad hos sermones *Notam* in eam rem arcessat (Op. cit., Part. I, n. 38, pag. 25, not. 4), ac describat.

Ast hæc quoque opinio inanis est; neque enim Mabillonius reipsa sermones illos unquam Bernardo Toletano aut ipse tribuit, aut tribuendos suasit; quinimmo ejusmodi vanum inventum aperte rejecit ac refutavit. Et sane quod attinet in primis ad illam *Notam*, quæ et Oudinum decepit (Vid. *Notam* præmissam his sermonibus pag. 778; in editione autem anni 1690 eam legis in § V Præfationis ad Tom. V), nihil ibi Mabillonius dicit, nisi eos sermones *Bernardo Archiep. Toletano tribui a Claudio de Rota*; nam quod addit,

rem Bernardum originalis sanctitatis Deiparæ, atque adeo ejusdem ab originaria labe immunitatis patronis accensent. Ex his vero, juxta id quod jam præmisimus, statuendum fateberis, scriptorum, de quibus controvertitur, auctorem Bernardum haberi non posse.

LXIII. Et hæc quidem de re præsenti jam satis fuerint; quæ paucis sic complecti possumus.

1. Licet demus, ea Bernardi opuscula, quæ objici adversus

posteriorem sententiam placuisse Durando, id non de auctore *Sermonum*, prout accepisse ea verba videtur P. P., qui idcirco et ea in hanc rem exscripsit, sed de auctore *Antiphonæ Salve Regina* affirmat. Quod vero *Claudii de Rota* opinionem uti falsam Mabilionius rejecerit ac refutaverit, id patet ex *Nota* 30 e fusioribus, quas ad calcem primi Voluminis eorumdem Operum S. Bernardi apposuit. Sic enim ibi de hac re ipse decernit (pag. CXIX): *Idem Auctor* (nempe Claudius de Rota) *ibidem etiam asserit, quatuor hosce sermones a Bernardo Archiep. Toletano editos fuisse. At cum quædam ex S. Bernardi Sermone XVI in Cantica de verbo referantur in Sermone III, non possunt hi Sermones adscribi Bernardo Toletano, qui ante S. Bernardum, idest Gregorii VII pontificatu, ad finem sæculi XI floruit.* Ergo non solum falsam hanc opinionem Mabillonius non tenuit, aut tenendam censuit, sed diserte et invicto argumento confixit.

Et hæc quidem sic adnotaverat etiam Remigius Cellier (*Hist. Générale* etc., Tom. XXI, Chap. XXI, n. XIX): *Dom Mabillon... remarque que Claude de la Rote... les donne à Bernard, Archevêque de Tolede, et c'est sur cette remarque que Casimir Oudin et M. Fabricius ont mis Bernard de Tolede au rang des Ecrivains Ecclésiastiques... Cependant Dom Mabillon avoit remarqué ailleurs qu'y ayant dans le troisième un endroit tiré mot à mot du seizième Sermon de saint Bernard sur les Cantiques, il ne pouvoit être de l'Archevêque de Tolede, mort plusieurs années avant que l'Abbé de Clairvaux travaillât à l'explication des Cantiques, ce qu'il ne fit qu'en* 1135.

At inquiet quispiam cum Benedicto Piazza (*l. c.*), Sermones hos diserte Bernardo Toletano inscribi in indice, qui præmittitur Tomo V in utraque Bernardi editione ann. 1690, et 1719. Sic enim ibi indicantur: *Bernardi Archiepiscopi Toletani Sermones IV in Antiphonam Salve Regina* Sed, uti patet, nulla hinc dubitandi ratio est. Allata enim verba hoc unum suadent, cum indicem hominis manu compactum esse, qui, non advertens quorsum Bernardus Toletanus in Monito ad eos sermones memoraretur, perperam arbitratus est, ex Mabillonii mente eum ceu sermonum auctorem ibi nominari, atque adeo ceu talem in indice designandum.

Immaculatam Deiparæ Conceptionem consueverunt [a], non posse reipsa ab adversariis huic doctrinæ prorsus repugnantia ostendi [b], negari tamen neque debet, neque potest, ejusmodi indolis ea esse, ut scriptori, qui alioquin originalem Virginis innocentiam ac sanctitatem admiserit, suisque sententiis adstruxerit, nullatenus congruere videantur [c]. Porro statuendum jam vidimus, quod communiter decernunt doctores, Bernardum pro originali illa Deiparæ puritate stetisse [d].

2. Insuper si eadem illa opuscula, præsertim vero litteræ ad Canonicos Lugdunenses datæ, attente, uti par est (quod tamen haud plures præstitisse suspicor), et accurate inspiciantur; tot in illis tum historiæ, tum S. Doctoris Bernardi aut modestiæ, aut prudentiæ, aut sapientiæ, aut insigni doctrinæ, aut etiam perspectæ morum sanctitati reluctantia reperientur, ut hæc illi affingere animus penitus refugiat [e].

3. Contra vero inter illa opuscula et quasdam Nicolai Clarævallensis lucubrationes tantam in sententiis, in argumentationibus, in rationibus allegandis, in ductu orationis, ac demum vel in minimis quibusque similitudinem cernimus intercedere [f], ut unam eamdemque manum utraque plane redoleant; et quidem manum redoleant hominis, quem, utpote doctrinæ de originali Virginis puritate infensum [g], opuscula illa sibi auctorem suo jure poscunt [h].

2. Hisce argumentis per se gravissimis et ad dirimendam quæstionem omnino paribus, duo alia accedunt itidem gravia indicia, tum videlicet quod Clarævellensem Nicolaum ex historia comperiamus notorium exstitisse falsarium, eumque in falsando

[a] Intellige *Epistolam CLXXIV ad Canonicos Lugdunenses*, et *Sermonem II in Assumptione B. Mariæ Virginis*, aut saltem hujus partem.
[b] Sup. n. XXIV-XXV.
[c] Sup. n. LX.
[d] Sup. n. LXII-LXIII.
[e] Sup. n. XLIV-LIII.
[f] Sup. n. LIX.
[g] Sup. n. LVI-LVIII.
[h] Sup. n. LX.

audacissimum [a]; tum quod, si huc celebre illud *Cui bono* invocetur, fraudem studiis ejus apprime accommodam inveniamus [b].

5. Quæcumque ceterum ad moliendam atque apte exsequendam ejusmodi fraudem excogitari possunt tum adjuncta tum præsidia, hæc omnia præsto Nicolao affuisse videmus : præsto scilicet in hanc rem illi fuere stylus ad simulandum Bernardum accommodatus [c] : notarii penes Bernardum officium, atque adeo scribendarum nomine Bernardi epistolarum munus : mos scribendi, aut latine vertendi, et utcumque concinnandi sermones e Bernardi ore exceptos, quos interpolare pro lubito posset [d] : consuetudo hujusmodi lucubrationes disseminandi inter amicos, atque earum exemplaria ita multiplicandi, ut interim prima manus, e qua prodierant, penitus lateret [e] : opportuna denique ad fraudem velandam, ac suspiciones cavendas, occasio, Bernardus scilicet et Clarævallenses a celebrando Conceptionis festo alieni [f].

6. Ejusmodi autem circumstantiæ si rite perpendantur, palam faciunt, ad suspicionem avertendam fraudis, quam Nicolaus his præsidiis instructus molitus fuisse putetur, perperam argumenta conquiri sive ab antiquis codicibus S. Bernardi Opera continentibus, sive a veteribus Doctoribus, qui Bernardi Opera allegaverint, cum hæc omnia utique simul componi non ægre possint [g].

7. Hæc vero si videar non affirmasse tantummodo et jactasse gratis, sed firma monumentorum fide et idoneis rationibus communivisse; profecto illud tenemus, quod satis esse diximus ad infirmanda argumenta e Bernardi opusculis adversus Immaculatam Deiparæ Conceptionem arcessita [h]. Si enim ad id assequen-

[a] Sup. n. XXXIII-XXXIV.
[b] Sup. n. LVI.
[c] Sup. n. XXXV-XXXVIII.
[d] Sup. n. XXXVIII.
[e] Sup. n. XXXIX.
[f] Sup. n. LV.
[g] Sup. n. XLI-XLII.
[h] Sup. n. XXXI, XLIII.

dum ostendi oportuit, primo quidem non omnino firma esse momenta, quibus ea opuscula Bernardo assererentur, deinde vero rationes haud spernendas adesse, propter quas alteri potius viderentur tribuenda; utrique sane huic muneri per ea, quæ disseruimus, non utcumque sed abunde satisfactum est.

Ceterum nemo eo consilio hæc a me proposita fuisse existimet, ut minus probanda videatur responsio, quam Bernardum objicientibus hucusque eruditi quique reddere consueverunt; tantum enim id abest, ut immo ipse quoque illa responsione usus fuerim, et nihil, sive dum ea uterer, sive dum agerem de Athanacensi monumento, a communioribus de tota controversiæ hujus historia opinionibus discesserim : quippe sive absolute sive hypothetice, atque, ut inquiunt, *ad hominem* istæ usurpentur, propositum scopum ex æquo attingunt. Sed non negligenda et alia ideo etiam censui, quo manifestius pateret, eos quam vanissime garrire, qui in Bernardi nomine sibi telum adesse putant, quod adversus catholicos, Mariam a prima origine Immaculatam profitentes, intorqueant. Istos utique, antequam ejusmodi pugnam denuo instaurent, hæc insuper sparta manet, ut objicienda testimonia a suppositionis, interpolationisve aut nota, aut suspicione in antecessum eximant; et quidem hoc opus ea lege aggrediantur, ut controversiam non vacua nominum utut insignium auctoritate [a], sed solo rationum pondere dirimendam noverint.

[a] Sup. n. XXVIII-XXXII.

INDEX.

Pag.

I. — In Homiliam Antipatri Bostrensis monitum. 1

Antipatri Bostrorum Episcopi Sermo in S. Johannem Baptistam et in silentium Zachariæ et in salutationem Deiparæ. Græc. Lat. 4

II. — In Homiliam S. Sophronii præfatio. 26

Sancti Hierosolymorum Patriarchæ Sophronii Sermo in Annuntiationem Sanctissimæ Deiparæ. Græc. Lat. 33

III. — In Johannis Geometræ orationem præfatio. 132

Beati Johannis Geometræ in Sanctissimæ Deiparæ Annuntiationem Sermo prosphoneticus seu gratulatorius. Græc. Lat. 142

IV. — In Theodori Moneremitæ Sermonem præfatio. 210

Theodori minimi Moneremitæ in Annuntiationem Deiparæ Sermo laudatorius. Græc. Lat. 215

V. — In Jacobi Monachi Sermonem monitum. 241

Jacobi Monachi in Sanctissimæ Deiparæ Annuntiationem Sermo e Sacris Scripturis desumptus. Græc. Lat. 244

VI. — De Germani Homiliis in Deiparæ Annuntiationem præfatio. 285

Germani sanctissimi Constantinopoleos novæ Romæ Archiepiscopi et œcumenici Patriarchæ Sermo in Deiparæ Annuntiationem. Græc. Lat. 296

Pag.

VII. — Isidori sanctissimi Thessalonicensis Archiepiscopi Sermo in Annuntiationem gloriosissimæ et gratia plenæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ. Græc. Lat. 383

VIII. — De auctore homiliarum quæ Antipatro Bostrensi inscribuntur præfatio. 448

Sancti Patris nostri Antipatri Episcopi Bostrensis in Sanctissimæ Deiparæ Annuntiationem Sermo. Græc. Lat. 455

IX. — De Jacobi Monachi oratione in Visitationem Deiparæ monitum. 479

Jacobi Monachi in illud : *Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione* etc. Sermo. Græc. Lat. 481

X. — In Homiliam Johannis Euchaitensis admonitio. 538

Sancti Patris nostri Johannis Euchaitarum Archiepiscopi in augustissimam Deiparæ Sanctissimæ dormitionem Sermo. Græc. Lat. 546

XI. — In Homiliam Isidori Thessalonicensis monitum. 603

Isidori sanctissimi Archiepiscopi Thessalonicensis in summe venerandam dormitionem Immaculatissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis et semper Virginis Sermo. Græc. Lat. 607

XII. — In Homiliam Cosmæ Vestitoris præfatio. 674

Beati Cosmæ Vestitoris in Sanctos Joachimum et Annam gloriosos Dei Genitricis Mariæ parentes Sermo. Gr. Lat. 680

XIII. — De Homiliæ Andreæ Cretensis fragmento monitum. 698

Sancti patris nostri Andreæ Hierosolymitani beatissimi Archiepiscopi Cretensis Sermo in dormitionem gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ. Græc. Lat. 701

XIV. — De Jacobi Monachi fragmento monitum. 704

Ex quarto Jacobi Monachi sermone in Deiparæ desponsationem excerptum. Græc. Lat. 706

XV. — In Virginem Deiparam Hymnus ex hymnario tabularii Sublacensis sub n. CLXVII, sæculo XIII. 710

XVI. — De S. Bernardi scriptis circa Deiparæ Virginis Conceptionem Dissertatio historico-critica. 712

1° Monimentum Lugdunensis Ecclesiæ producitur, quo et hi-

Pag.

storia controversiæ a Bernardo, ut fertur, excitatæ illustratur, et hæc ipsa controversia Apostolicæ Sedis judicio præoccupata ostenditur, § I-XIX. 712

2° Iniqua agendi ratio arguitur eorum, qui objectare nobis Bernardi scripta nunquam cessant, cum nihil ea ad rem facere jam centies Theologi evicerint, § XX-XXVI. 734

3° Iis, qui Bernardum objicere adhuc cupiant, necessitas indicitur solvendi dubia, quæ de objectorum opusculorum fide moveri possunt, § XXVII-LXIII. 743

ERRATA.

Pag.	11	Lin.	28	*Pro:*	ingressus.	*Lege:*	ingressurus.
—	31	—	29	—	cum homilia.	—	cum in homilia.
—	*Id.*	—	35	—	plures.	—	pluries.
—	41	—	24	—	semel.	—	semet.
—	55	—	27	—	hic Vatic.	—	hic cum Vatic.
—	81	—	25	—	protulit?	—	protulit:
—	104	—	29	—	sciscitur.	—	sciscitor.
—	117	—	29	—	in Virginis.	—	in Virginem.
—	154	—	22	—	(tom. II.	—	(ton. II.
—	297	—	32	—	dotandam.	—	denotandam.
—	390	—	17	—	respicat.	—	resipiscat.
—	443	—	15	—	quadrupedem.	—	quadrupedum.
—	627	—	29	—	dolorem.	—	dolerem.
—	630	—	22	—	ac cælestibus.	—	at cælestibus.
—	640	—	19	—	tum.	—	dum.
—	659	—	17	—	corde vehementer. . .	—	corde tristatur vehementer.
—	685	—	26	—	Atqui.	—	Atque.
—	712	—	11	—	inducitur.	—	indicitur.
—	720	—	23	—	Noves.	—	Novæs.
—	791	—	2	—	fas est.	—	minime fas est.

867

233.82
B212

AUTHOR BALLERINI Antonio

TITLE Sylloge monumentorum ad mysterium conceptionis ...
~~(Sylloge Monumentorum~~ ~~Vol. II~~ V.II)

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER
	...RACE - CBPL	

867